

BREVIARIVM ROMANVM,

Ex Decreto Sacroſancti Concilij
Tridentini reſtitutum,

PII V. PONT. MAX.

iuſſu editum.

VENETIIS,
Apud Ioannem Variſcum, & Socios.

PIVS EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

QVOD a nobis poſtulat ratio paſtoralis officij, in eam curam incumbimus, vt omnes quantum Deo adiutore fieri poterit, ſacri Tridentini Concilij decreta exequantur: ac multo id etiam impenſius faciendum intelligimus, cum ea, quæ in mores inducenda ſunt, maxime Dei gloriam, ac debitum eccleſiaſticarum perſonarum officium complectuntur. Quo in genere exiſtimamus in primis numerãdas eſſe ſacras preces, laudes, & gratias Deo perſoluendas, quæ Romano Breuiario continentur. Quæ diuini officij formula, piè olim ac ſapienter a ſummis Pontificibus, præſertim Gelaſio, ac Gregorio primis conſtituta, a Gregorio autem ſeptimo reformata, cum diuturnitate temporis, ab antiqua inſtitutione deflexiſſet, neceſſaria viſa res eſt, quæ ad priſtinam orandi regulam conformata reuocaretur. Alij enim præclaram veteris Breuiarij conſtitutionem, multis locis mutilatam, alij incertis, & alienis quibuſdam commutatam, deformarunt. Plurimi, ſpecie officij commodioris allecti, ad breuitatem noui Breuiarij a Franciſco Quignonio tt. S. Crucis in Ieruſalem Presbytero Cardinale compoſiti, confugerunt. Quin etiam in prouincias paulatim irrepſerat praua illa conſuetudo, vt Epiſcopi in eccleſijs, quæ ab initio communiter cum ceteris, veteri Romano more Horas canonicas dicere ac pſallere conſueuiſſent, priuatum ſibi quiſque Breuiarium conficeret, & illam cõmunionem, vni Deo, vna & eadem formula, preces, & laudes adhibẽdi, diſſimillimo inter ſe, ac pene cuiuſq; Epiſcopatus proprio Officio diſcerperent. Hinc illa tam multis in locis diuini cultus perturbatio. Hinc ſumma in clero ignoratio ceremoniarum, ac rituum Eccleſiaſticorum, vt innumerabiles Eccleſiarum miniſtri, in ſuo munere indecorè, non ſine magna piorum offenſione, verſarentur. Hanc nimirum orandi varietatem grauiſsimè ferens fe. re. Paulus Papa IIII. emendare conſtituerat: itaque prouiſione adhibita, ne vlla in poſterum noui Breuiarij licentia permitteretur, totam hanc rationem dicendi, ac pſallendi horas canonicas, ad priſtinum morem & inſtitutum redigẽdam ſuſcepit. Sed eo poſtea nondum ijs, quæ egregiè inchoauerat, perfectis, de vita decedẽte, cum a piæ me. Pio Papa IIII. Tridentinũ

Digitized by Google

Concilium antea variè intermiſſum, reuocatum eſſet, Patres in illa ſalutari reformatione eodem Concilio conſtituta, Breuiarium ex ipſius Pauli Papę ratione reſtituere cogitarunt. Itaq; quidquid ab eo in ſacro opere collectum, elaboratumque fuerat, Concilij Patribus Tridentum a prædicto Pio Papa miſſum eſt. Vbi cum doctis quibuſdam, & pijs viris a Concilio datum eſſet negocium, vt ad reliquam cogitationem, Breuiarij quoque curam adiungerent, inſtante iam concluſione Concilij, tota res ad auctoritatem iudiciumq; Romani Pontificis, ex decreto eiuſdem Concilij relata eſt: qui illis ipſis Patribus, ad id munus delectis Romam vocatis, nonnulliſque in vrbe idoneis viris ad eum numerum adiunctis, rem perficiendam curauit. Verum eo etiam in viam vniuerſę carnis ingreſſo, Nos, ita diuina diſponente clementia, licet immeritò, ad Apoſtolatus apicem aſſumpti, cum ſacrum opus, adhibitis etiam ad illud alijs peritis viris, maximè vrgeremus, magna in nos Dei benignitate (ſic enim accipimus) Romanum hoc Breuiarium vidimus abſolutum: Cuius ratione diſpoſitionis, ab illis ipſis, qui negocio præpoſiti fuerant, non ſemel cognita, cum intelligeremus, eos in rei confectione ab antiquis Breuiariis nobilium Vrbis eccleſiarum, ac noſtrę Vaticanæ bibliothecę, non diſceſſiſſe, graueſque præterea aliquot eo in genere ſcriptores ſecutos eſſe, ac denique remotis iis, quæ aliena & incerta eſſent, de propria ſumma veteris diuini Officii nihil omiſiſſe: opus probauimus, & Romę imprimi, impreſſumque diuulgari iuſſimus. Itaque, vt diuini huius operis effectus re ipſa conſequatur, auctoritate pręſentium tollimus in primis, & abolemus Breuiarium nouum a Franciſco Cardinale prædicto editum, & in quacunque Eccleſia, Monaſterio, Conuentu, Ordine, Militia, & Loco, virorum & Mulierum, etiam exempto, tam a primæua inſtitutione, quam aliter, ab hac Sede permiſſum. Ac etiam abolemus quęcunque alia Breuiaria, vel antiquiora, vel quouis priuilegio munita, vel ab Epiſcopis in ſuis diœceſibus peruulgata, omnemque illorum vſum de omnibus orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Conuentibus, Militiis, Ordinibus, & Locis, Virorum, & Mulierum etiam exemptis, in quibus aliàs Officium diuinum, Romanę Eccleſię ritu dici conſueuit, aut debet: illis tamen exceptis, quę ab ipſa prima inſtitutione, a Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quę vel ipſa inſtitutio ducentos annos antecedat, aliis certis Breuiariis vſa fuiſſe conſtiterit: quibus vt inueteratum illud ius dicendi & pſallendi ſuum officium non adimimus, ſic eiſdem ſi forte hoc noſtrum quod modo peruulgatum eſt, magis placeat, dummodo Epiſcopus, & vniuerſum Capitulum in eo conſentiant, vt id in

choro

choro dicere, & pſallere poſſint, permittimus. Omnes vero, & quaſcunque Apoſtolicas & alias permiſſiones, ac conſuetudines, & ſtatuta etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate munita, necnon priuilegia, licentias, & indulta precandi, & pſallendi, tam in choro quam extra illum, more & ritu Breuiariorum ſic ſuppreſſorum, prędictis eccleſiis, Monaſteriis, Cōuentibus, Militiis, Ordinibus, & Locis, necnon Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis Eccleſiarum Prælatis, cęteriſque omnibus, & ſingulis perſonis eccleſiaſticis ſęcularibus, & regularibus, vtriuſque ſexus, quacunque cauſa conceſſa, approbata & innouata, quibuſcunque concepta formulis, ac decretis & clauſulis roborata, omnino reuocamus: volumuſque illa omnia vim & effectum de cętero non habere. Omni itaque alio vſu, quibuſlibet, vt dictum eſt, interdicto, hoc noſtrum Breuiarium, ac precandi pſallendique formulam, in omnibus vniuerſi orbis Eccleſiis, Monaſteriis, Ordinibus, & Locis etiam exemptis, in quibus officium ex more & ritu dictę Romanæ Eccleſię dici debet, aut conſueuit, ſalua prędicta inſtitutione, vel conſuetudine, prędictos ducentos annos ſuperante, prçcipimus obſeruari. Statuentes Breuiarium ipſum nullo vnquam tempore vel totum vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum eſſe: ac quoſcunque, qui Horas canonicas ex more & ritu ipſius Romanæ Eccleſiæ, iure, vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis poenis per Canonicas ſanctiones conſtitutis in eos qui diuinũ Officium quotidie non dixerint, ad dicendum & pſallendum poſthac in perpetuum Horas ipſas diurnas & nocturnas ex huius Romani Breuiarii præſcripto & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi pſallendique munus neceſſario impoſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe. Iubemus igitur omnes, & ſingulos, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, & cæteros Eccleſiarum Prelatos, vt, omiſſis quę ſic ſuppreſſimus & aboleuimus, cęteris omnibus, etiam priuatim per eos conſtitutis, Breuiarium hoc in ſuis quiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conuentibus, Ordinibus, Militiis, Dioeceſibus, & Locis prædictis introducant: & tam ipſi, quam cæteri omnes Presbyteri, & Clerici, Sæculares, & Regulares, vtriuſque ſexus, necnon milites, & exempti, quibus Officium dicendi, & pſallendi quomodocunque, ſicut prædicitur, iniunctum eſt, vt ex huius noſtri Breuiarij formula, tam in choro, quã extra illum, dicere & pſallere procurent. Quod vero in rubricis noſtri huius officij præſcribitur, quibus diebus Officium Beatæ Mariæ ſem-

per Virginis, & Defunctorum, item Septem pſalmos Pœnitentiales, & Graduales dici ac pſalli oporteat: Nos propter varia huius vitæ negocia, multorum occupationibus indulgentes, peccati quidem periculum ab ea præſcriptione remouendum duximus, verum debito prouidentiæ paſtoralis admoniti, omnes vehementer in Domino cohortamur, vt remiſsionem noſtram quantum fieri poterit, ſua deuotione, ac diligentia præcurrentes, illis etiam precibus, Suffragijs, & laudibus, ſuæ & aliorum ſaluti conſulere ſtudeant. Atque vt fidelium voluntas, ac ſtudium magis etiam ad ſalutarem hanc conſuetudinem incitetur, de omnipotentis Dei miſericordia, beatorumque Petri & Pauli apoſtolorum eius auctoritate cõfiſi, omnibus, qui illis ipſis diebus in rubricis præfinitis, Beatæ Mariæ, vel Defunctorum Officium dixerint, toties centum dies, qui vero Septem Pſalmos, vel Graduales, Quinquaginta, de iniuncta ipſis pœnitentia relaxamus. Hoc autem concedimus ſine præiudicio ſanctæ conſuetudinis illarum eccleſiarum, in quibus Officium paruum Beatæ Mariæ ſemper virginis in choro dici conſueuerat: ita vt in prædictis Eccleſijs ſeruetur ipſa laudabilis, & ſancta conſuetudo celebrandi more ſolito prædictum officium. Cæterum vt præſentes literæ omnibus plenius innoteſcant, mãdamus illas ad valuas Baſilicæ Principis apoſtolorum de Vrbe, & Cãcellariæ apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ publicari, earumq; exemplar de more affigi. Volumusq;, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod poſt huiuſmodi publicationem, qui in Romana curia ſunt præſentes, ſtatim lapſo menſe, reliqui vero, qui intra montes, tribus, & qui vltra vbique locorum degunt, ſex menſibus excurſis, vel cum primum venalium eius Breuiarij voluminum facultatem habuerint, ad precandum, & pſallendum, iuxta illius ritum, tam in choro, quam extra illum, maneant obligati: ipſarum autem literarum exempla manu Notarij publici, & ſigillo Prælati eccleſiaſtici, aut illius curiæ obſignata, vel etiam ipſis voluminibus abſque prædicto, vel alio quopiã adminiculo Romæ impreſſa, eandem illam vbique locorum fidem faciant, quam ipſæ præſentes, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Sed vt Breuiarium ipſum vbique inuiolatum, & incorruptum habeatur, Prohibemus, ne alibi vſquam, in toto orbe, ſine noſtra, vel ſpecialis ad id Commiſſarij apoſtolici, ſingulis Chriſtiani orbis regnis, & prouincijs deputandi expreſſa licentia imprimatur, proponatur, vel recipiatur. Quoſcunque vero, qui illud ſecus impreſſerint, propoſuerint, vel receperint, excommunicationis ſententia, eo ipſo innodamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ablationis, abolitionis, permiſsionis, reuocationis, iuſsionis, præ-

cepti,

cepti, ſtatuti, indulti, mandati, decreti, relaxationis, corroborationis, prohibitionis, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ, Apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ. M D LXVIII. Septimo Idus Iulij. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

M. Dat. Cæ. Glorierius. H. Cumyn.

Anno a Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo, Indictione vndecima, die vero decimaquinta menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto patris & Domini Noſtri D. Pij diuina prouidentia Papę Quinti anno tertio, Retroſcriptę literę Apoſtolicæ lectę, affixę, & publicatæ fuerunt ad valuas baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancellarię apoſtolicę, & in acie campi Florę, dimiſsis ibidem pręſentibus literis per aliquantulũ temporis ſpatium, vt moris eſt, affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinũ & Iohannem Bornotum prælibati ſanctiſsimi Domini Noſtri Papæ Curſores.

Antonius Clerici magiſter Curſorum.

AVREI NVMERI ET PASCHAE INVENIENDI RATIO.

ORDO numerorũ ab vno ad decemnouem inferius deſcriptus, cyclus decemnouennalis Aurei Numeri dicit, q̃a ſingulis decẽnouem annis (cuiq; anno vnum numerum illius tribuendo) cyclus ipſe expletur, & in vnum redit: quem Romani ab Alexandrinis accipientes, cum valde vtilẽ ad inueniendum Lunæ & Solis cõgreſſum ſeu cõiunctionẽ cognouiſſent, Aureis literis ſuo Calendario inſcripſerunt. Eo Eccleſia vtitur ad inueniendum ſanctum Domini Paſcha, vnde & alia feſta mobilia ſumuntur; inuento per annos a Natiuitate Domini (quæ ſecũdo Aurei numeri Anno fuit) Aureo numero Anni curẽtis, hoc modo, Anno Domini 1576. reijciantur anni 1500, & diuidantur Anni 76. per 19. quibus diuiſis ac etiã reiectis, ſuperunt 19, qui erit Aureus numerus anni currentis 1576. & eodẽ modo in ſequentibus annis, per alios annos a Natiuitate Dñi inuenitur. Inuento Aureo numero anni currentis, per eum inuenienda eſt prima Luna quæ Aequinoctium vernale proxime antecedit quod Eccleſia præſupponit fieri 15. Martij, ſecundum tempus quo canon de celebrando Paſcha in concilio Nicæno editus eſt, & poſt triduum a coniunctione (ſecundum Eccleſiæ conſuetudinem ex lege Moyſis ſeruatam, quando Neomenia ſeu noua Luna dicetur) enumeratis quatuordecim diebus: ita vt quartadecima Luna ſemper veniat poſt Aequinoctium: alioquin quatuordecim dies numerandi eſſent a prima Luna qui proxime poſt Aequinoctium venirent, prima Dñica poſt quintam decimam diem a dicta prima Luna, ne cum Iudæis (ſi forte quintadecima dies eſſet Dñica, conueniamus, ex decreto Victoris Papæ, & Nicænæ ſynodi dies ſanctus Paſchæ celebrabitur. Verum quia Aureus numerus propter quaſdam temporis minutias, quibus lunaris cyclus cũ ſolari curſu non congruit, multis ab hinc annis ad inueniendum nouam Lunam non deſeruit, niſi per quinque dies, illis ſyllabis. In cœlis eſt hic, contentos retrocedatur ab eo loco vbi in Calendario poſitus eſt: ideo ad eum reductus eſt locum, qui diem coniunctionis Lunæ cum Sole demonſtret. Ne autem in futurum, vt prius, a loco ſuo dimoueatur, ſingulis trecentis annis vnus dies intercalandus erit: quod fieri incipiet anno 1800. Locatus eſt autem hic Aureus numerus in Calendario ſingulis menſibus eo interuallo, vt vno menſe xxix. diebus, altero xxx. idem numerus in vno menſe ab eodem numero in ſequente menſe diſtet. Quod ideo factum eſt quia Luna diebus xxix. & horis fere xij. ad initium ſui, vnde cœperat, reuertitur.

Cyclus decem nouennalis Aurei numeri incipientis ab anno. 1576.

19. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

DVAE NVMERORVM TABELLAE EX SVPERIORIBVS RVBRICIS EXCERPTAE.

In quarum Prima, ſtatim videri poterit de qua celebrandum erit Officium ſi plures eodem die feſtiuitates occurrant: Lectis tamen prius, quæ ſint Primæ, vel Secundæ Claſſis feſtiuitates & Dominicæ, vt inferius patet.
In ſecunda autem, quomodo Feſtum præcedens concurrat in Veſperis cum ſequenti.

EX VTRISQVE TABELLIS hoc ordine reperietur quod quæritur.

Inueniatur antea numerus appoſitus in quadrangulo illo, in quo feſtiuitates de quibus eſt controuerſia ſibi inuicem occurrũt: deinde legatur Verſiculus, iuxta dictum numerum deſcriptus, & ex eo clariſſime videbitur quicquid agendum fuerit.

Ad maiorem autem prædictorum intelligentiam ſciẽdum erit, ꝙ Quadrangulus in quo feſtiuitates ſibi inuicem dicuntur occurrere, intelligitur ille, ad quẽ ambæ feſtiuitates, de quibus cõtrouerſia eſt, ex eorũ locis recto tramite progredientes perueniunt, ac in eo ſibi inuicem occurrunt: Vt exempli gratia, Quadrangulus in quo ſibi inuicem occurrunt Duplex primę Claſſis, & Dominica primæ Claſſis, erit qui eſt in Angulo ſuperiori primæ tabellæ, in quo ſignatus eſt 1, quia ſi ad eum, tam Duplex, quam Dñica prædicta, ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo ſibi inuicẽ occurrerent: & Verſiculus iuxta dictum numerũ appoſitus erit iſte.

1 Translatio de Primo, & Officium de Secundo ideſt Duplex primæ Claſſis prædictum transferatur, & Officium fiat de Dñica primæ Claſſis prædicta: quia, cum in Verſiculis dicitur de primo, ſeu præcedenti, intelligendum eſt de Feſto in ſuperiori parte tabellæ appoſito, vt Duplex prædictum: cum de Secundo, vel ſequenti, de feſto in inferiori parte appoſito, vt Dominica prædicta.

SI OCCVRRAT EODEM DIE

	& Simplex	& Sancta Maria in Sabbato	& Semiduplex	& Duplex	& Patronus Eccleſiæ	& Dies octauæ	& Dies infra octauam	& Dominica per annum	& Dominica ſecundæ claſſis	& Dominica primæ claſſis
Duplex primę claſſis	6	6	2	2		4	6	4	4	1
Duplex ſcdæ claſſis	4	6	2	2		4	6	4	1	1
Duplex	4	6	2	8	1	1	4	4	1	1
Patronus Eccleſiæ	6	6	2	2	0	4	6	4	4	1
Dies infra octauam	4	6	3	3	5	3	7	3	3	3
Dies octauæ	4	6	2	2	3	7	4	4	2	3
Semiduplex	4	6	0	1	1	1	4	1	1	1
S. Maria in Sabbato	4	0	5	5	5	5	5	0	0	0
Simplex	0	3	3	3	5	3	3	3	3	3

1 Tranſlatio de primo, Officium de ſecundo.
2 Officium de primo, Tranſlatio de ſecundo.
3 Cõm de prīo, Offm̃ d̃ ſcd̃o.
4 Officium de primo, Cõmemoratio de ſecundo.
5 Nihil d̃ prīo, Offm̃ d̃ ſcd̃o.
6 Offm̃ d̃ prīo, Nihil d̃ ſcd̃o.
7 Officiũ de digniori, Cõmemoratio de minus digno.
8 Officium de digniori, Trãſlatio de minus digno.

De Ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Vigiliarũ, & Rogationũ, fit ſẽm per offm̃, niſi occurrente in eis feſto nouem lcõnũ: quo caſu de feriis Aduentus, & Quadrageſimæ, fit cõmemoratio in vtriſque Veſperis, at in laudib⁹, De Vigiliis autem, Quatuor tp̄ibus, & Rogationib⁹, in laudibus tantũ: De aliis feriis per annũ nunquã fit cõmemoratio, nec de Vigiliis occurrentib⁹ in Aduentu, Quadrageſima, & Quatuor tp̄ib⁹, vel occurrente in illis Duplici Primæ & Secũdæ claſſis, ſeu Patrono Eccleſiæ.

Cum plures fiunt cõmemorationes, fiunt hoc ordine. de Duplici, de Dñica, de Die infra Octauam, de Semiduplici, de Feria, de Simplici.

Commemorationes autem de Dominica, de Octaua, de feſto Semiduplici, & de Sancta Maria in Sabbato, in Veſperis ſextæ Feriæ, præcedunt commemorationi Simplicis ſequentis Diei.

DVPLICIA PRIMAE CLASSIS.

In quibus nulla fit cõme. quorumcunq; Feſtorum occurrentium, niſi Titularis Eccleſiæ priuilegio aliter fieri oporteat.

Natiuitas Domini.
Paſcha reſurrect. cũ trib⁹ præcedentib⁹, & duobus ſeq. dieb⁹.
Aſcenſio Domini.
Pentecoſte cum duobus ſequentibus diebus.
Corpus Chriſti.
Natiuit. S. Ioannis Baptiſtæ.
Feſtũ SS. Apoſt. Petri, & Pauli.
Aſſumptio Beatæ Mariæ.
Feſtum Omnium Sanctorum.
Dedicatio propriæ Eccleſiæ.

DVPLICIA SECVNDAE CLASSIS.

In quibus de ſimplicibus, fit cõmemoratio in Laudib⁹ tantum.

Circuncisio Domini.
Dominica in Albis.
Feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis.
Purificatio, Annunciatio, Natiuitas } Beatæ Mariæ.
Feſta Apoſtolorum.
Feſta Euangeliſtarum.
Feſtum S. Laurentij.
Dedicatio S. Michaelis Archãg.
Duplex, vel Semidup. occurrẽs in Vigiliis Natiuitatis Dñi, & pentecoſtes, in Feria quarta Cinerum, ac in tota maiori hebdomade, transfertur.

DOMINICAE PRIMAE CLASSIS.

Quæ nunquam omittuntur.

Prima Aduẽt⁹	Prima Quadra.
Paſſionis	Palmarum
Paſchæ	In Albis
Pentecoſtes	Trinitatis.

DOMINICAE SECVNDAE CLASSIS.

Quę non omittuntur, niſi occurrente Patrono Eccleſiæ.

Secunda, Tertia, Quarta } Aduentus.

Dominicę } Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimę

Secunda, Tertia, Quarta } Quadrageſimæ

Infra octauas Epiphaniæ, Paſchæ, & Pentecoſtes, non fit de duplici, vel ſemiduplici, ſed transfertur.

Infra octauã Corporis Chriſti Semiduplex tantũ trãsfertur, & de ea, quocunq; adueniẽte duplici, fit commemoratio.

Dies octauæ numquã trãsfertur, ideo quanquam Natiui. Sãcti Ioannis Baptiſtę occurrens in die Corporis Chriſti, tranſferatur in ſequentem, non tamen transfertur octaua.

QVANDO CONCVRRIT

	cum Feria	cum Die octauæ	cum Die infra octauam	cum Dominica	cum Sancta Maria in Sabbato	cum Simplici	cum Semiduplici	cum Duplici	cum Patrono Eccleſiæ	cum Duplici primę & 2. claſſis
Duplex P^me & 2de claſſis	3	4	4	4	4	4	4	4		6
Patronus Eccleſiæ	3	4	4	4	4	4	4	4	0	
Duplex	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Semiduplex	3	2	6	6	4	4	6	2	1	1
Simplex	1	1	0	0	5	5	1	1	1	1
S. Maria in Sabbato	0	0	0	5	0	0	0	1	1	1
Dominica	3	2	4	0	0	4	4	2	1	1
Dies infra octauam	0	2	7	6	0	0	6	2	1	1
Dies octauæ	3	6	4	4	4	4	4	6	1	1
Feria	3	1	0	5	5	5	1	1	1	1

1 Totum de ſequenti, & nihil de præcedenti.
2 Totum de ſequenti, & cõmemo. de præcedenti.
3 Totum de præcedenti, & nihil de ſequenti.
4 Totum de præcedenti, & cõmemo. de ſequenti.
5 Capitulum de ſequenti, & nihil de præcedenti.
6 Capitulum de ſequenti, & cõme. de præcedenti.
7 Totum de digniori, & cõme. de minus digno.

Sed notandum, q̄ de Dñicis Aduentus, & a Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ incluſiue, fit cõme. in ſecundis Veſpe. quocunque adueniente Feſto in ſecunda Feria.

Et q̄ in ſecundis Veſpe. diei octauæ Epiphaniæ, Paſchę, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, de ſequenti dupliti fit tm̃ cõme. niſi illud fuerit primę vel ſecundę claſſis, ſeu Patronus Eccleſiæ, q̃a tunc de feſto fieret officium, & de octa. cõme.

In Quadrãgulis aũt illis i q̃b⁹ ſibi inuicẽ occurrũt i vtraq; tabella, Duplicia Primę, & ſcdę claſſis, & Patron⁹ Eccl'ię, null⁹ apposit⁹ eſt numer⁹; vt in eo caſu, q̄ de raro cõtingit, recurrat ad Rubricas Breuiarij.

TABVLA LITERARIVM

Dominicalium incipientium ab anno 1576.

A	F	E	D	C	A	G	F	E	C	B	A	G	E
G				B				D				F	
D	C	B	G	F	E	D	B	A	G	F	D	C	B
		A				C				E			

IN tabula ſupraſcripta, litera Dominicalis ſingulis annis hoc pacto inue-niatur. Prima litera, quæ eſt A G tribuatur anno 1575. ſequens quæ eſt F tribuatur anno 1577. ſicque deinceps progrediendo quouſque per-ueniatur ad numerum anni, cuius litera quæritur: quia litera, ſuper quam cadit numerus illius anni, erit litera Dominicalis. Quæ ſi vnica occur-rerit, annus communis intelligitur: ſi duplex, biſſextilis. Et tunc prior ideſt ſuperior, vſq; ad feſtum S. Matthiæ Apoſtoli deſeruiet, inferior autem ad reliquam anni partẽ accommodabitur. Finitis autem xxviij. annis, redeun-dum eſt ad principium cum annis tunc occurrentibus.

ADuentus Domini inchoatur Dominica proximiori feſto S. Andreæ vel ipſa die S. Andreæ, ſi in Dominica venerit.

QVatuor tempora celebrantur iiij. & vj. feria, ac Sabbatho poſt tertiam Dominicam Aduentus: poſt primam Dominicam Quadrageſimæ: poſt Pentecoſten: & poſt feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis.

AD maiorem commoditatem inueniendi Feſta mobilia, poſita eſt ſe-quens tabula, in qua ex regulis ſuperius datis inuenta litera Domini-cali, & apud eam Aureo numero anni currentis, ad rectam lineam eiuſdem Aurei numeri progrediendo, omnia feſta mobilia illius anni, quo die & menſe aduenerint, reperiuntur. In anno autem biſſextili ſemper Septua-geſima quærenda eſt per primam literam Dominicalẽ: Quòd ſi ipſa Se-ptuageſima venerit ante iiij. Idus Februarij, etiam dies Cinerum per ip-ſam primam literam debet quæri. Si vero Septuageſima poſt iiij. Idus Fe-bruarij venerit, dies Cinerum cum reliquis feſtis mobilibus quærenda eſt per ſecundam literam Dominicalem, quæ mutatur in feſto S. Matthiæ.

¶ Anno Domini 1576. litera Dominicalis in menſe Ianuario accepta fue-rit A & Aureus numerus 19. vade ad literam Dominicalem A in ſe-quenti Tabula, & inuenies Aureum numerũ in quinta linea, vbi inuenies Septuag. 19. die Februa. Quadrageſimam 10. Februa. Et quoniam ꝑpter biſſextum, qui eſt in die ſancti Matthiæ, mutatur litera Dominicalis A. in G. ibi in quinta linea vbi eſt Aureus numerus 19. inuenies Quadrage ſimam 7. Martij. Paſcha die 22. Aprilis, & reliqua Feſta mobilia in eadem linea. Et illa litera Dominicalis G tibi ſeruiet per reliquam an-ni partem: Sequenti anno 1577. curret F & 1578. E.

Tabula Feſtoꝛum

Litera dominicalis.	Aureus numerus.	Septuageſima.	Dies Cinerum.	Dies Paſche.
A	1 4 9 12	5 Febꝛua.	22 Febꝛua.	9 Apꝛilis
	2 5 13 16	22 Janua.	8 Febꝛua.	26 Martij
	3 6 11 14 17	12 Febꝛua.	1 Martij	16 Apꝛilis
	7 10 15 18	29 Janua.	15 Febꝛua.	2 Apꝛilis
	8 19	19 Febꝛua.	8 Martij	23 Apꝛilis
B	1 9 12 17	6 Febꝛua.	23 Febꝛua.	10 Apꝛilis
	2 5 13 16	23 Janua.	9 Febꝛua.	27 Martij
	3 6 11 14	13 Febꝛua.	2 Martij	17 Apꝛilis
	4 7 10 15 18	30 Janua.	16 Febꝛua.	3 Apꝛilis
	8 19	20 Febꝛua.	9 Martij	24 Apꝛilis
C	1 6 9 12 17	7 Febꝛua.	24 Febꝛua.	11 Apꝛilis
	2 5 10 13 16	24 Janua.	10 Febꝛua.	28 Martij
	3 11 14 19	14 Febꝛua.	3 Martij	18 Apꝛilis
	4 7 15 18	31 Janua.	17 Febꝛua.	4 Apꝛilis
	8	21 Febꝛua.	10 Martij	25 Apꝛilis
D	1 6 9 17	8 Febꝛua.	25 Febꝛua.	12 Apꝛilis
	2 5 10 13	25 Janua.	11 Febꝛua.	29 Martij
	3 8 11 14 19	15 Febꝛua.	4 Martij	19 Apꝛilis
	4 7 12 15 18	1 Febꝛua.	18 Febꝛua.	5 Apꝛilis
	16	18 Janua.	4 Febꝛua.	22 Martij
E	1 4 7 12 15	2 Febꝛua.	19 Febꝛua.	6 Apꝛilis
	2 10 13 18	26 Janua.	12 Febꝛua.	30 Martij
	3 8 11 19	16 Janua.	5 Martij	20 Apꝛilis
	5 16	19 Janua.	5 Febꝛua.	23 Martij
	6 9 14 17	9 Febꝛua.	26 Febꝛua.	13 Apꝛilis
F	1 4 12 15	3 Febꝛua.	20 Febꝛua.	7 Apꝛilis
	2 7 10 13 18	27 Janua.	13 Febꝛua.	31 Martij
	3 6 9 14 17	10 Febꝛua.	27 Febꝛua.	14 Apꝛilis
	5 16	20 Janua.	6 Febꝛua.	24 Martij
	8 11 19	17 Febꝛua.	6 Martij	21 Apꝛilis
G	1 4 9 12 15	4 Febꝛua.	21 Febꝛua.	8 Apꝛilis
	2 7 10 18	28 Janua.	14 Febꝛua.	1 Apꝛilis
	3 6 14 17	11 Febꝛua.	28 Febꝛua.	15 Apꝛilis
	5 13 16	21 Janua.	7 Febꝛua.	25 Martij
	8 11 19	17 Febꝛua.	7 Martij	22 Apꝛilis

Mobilium.

Aſcenſio Domini.	Dies Pentecoſtes.	Corpus Domini.	Dñice poſt Pẽtecoſtẽ.	Aduentus Domini.
18 Maij	28 Maij	8 Junij	26	3 Decem.
4 Maij	14 Maij	25 Maij	28	3 Decem.
25 Maij	4 Junij	15 Junij	25	3 Decem.
11 Maij	21 Maij	1 Junij	27	3 Decem.
1 Junij	11 Junij	22 Junij	24	3 Decem.
19 Maij	29 Maij	9 Junij	25	27 Nouẽb.
5 Maij	15 Maij	26 Maij	27	27 Nouẽb.
26 Maij	5 Junij	16 Junij	24	27 Nouẽb.
12 Maij	22 Maij	2 Junij	26	27 Nouẽb.
2 Junij	12 Junij	23 Junij	23	27 Nouẽb.
20 Maij	30 Maij	10 Junij	25	28 Nouẽb.
6 Maij	16 Maij	27 Maij	27	28 Nouẽb.
27 Maij	6 Junij	17 Junij	24	28 Nouẽb.
13 Maij	23 Maij	3 Junij	26	28 Nouẽb.
3 Junij	13 Junij	24 Junij	23	28 Nouẽb.
21 Maij	31 Maij	11 Junij	25	29 Nouẽb.
7 Maij	17 Maij	28 Maij	27	39 Nouẽb.
28 Maij	7 Junij	18 Junij	24	29 Nouẽb.
14 Maij	24 Maij	4 Junij	26	29 Nouẽ.
30 Aprilis	10 Maij	21 Maij	28	29 Nouẽb.
15 Maij	25 Maij	5 Junij	26	30 Nouẽb.
8 Maij	18 Maij	29 Maij	27	30 Nouẽb.
29 Maij	8 Junij	19 Junij	24	30 Nouẽb.
1 Maij	11 Maij	22 Maij	28	30 Nouẽb.
22 Maij	[illegible] Junij	12 Junij	25	39 Nouẽb.
16 Maij	26 Maij	6 Junij	26	1 Decem.
9 Maij	19 Maij	30 Maij	27	1 Decem.
23 Maij	2 Junij	13 Junij	25	1 Decem.
2 Maij	12 Maij	23 Maij	28	1 Decem.
30 Maij	9 Junij	20 Junij	24	1 Decem.
17 Maij	27 Maij	7 Junij	26	2 Decem.
10 Maij	20 Maij	31 Maij	27	2 Decem.
24 Maij	3 Junij	14 Junij	25	2 Decem
3 Maij	13 Maij	24 Maij	28	2 Decem
31 Maij	10 [illegible]	21 Junij	[illegible]	[illegible]

Modus inueniendi, quota ſit Luna cuiuſque menſis, per Epactam.

EPacta nihil aliud eſt, niſi numerus vndecim dierum: quia in anno cōmuni ſolari Luna facit 12. coniunctiones cū Sole: & vndecim dies ſuperant tertiædecimæ: & hi 11. dies ſunt Epacta: cuius ordo ſic procedit. Anno 1572. fuit Epacta 15. Sequenti anno ad numerum 15. Epactę præcedentis anni addendo 11. fuit Epacta 26. Tertio anno ad 26. addendo 11. fiunt numeri 37. qui ſuperant vnam lunationem: e quibus demptis 30. remanēt 7. quæ fuit Epacta illius anni. Et ſic ſemper a principio procedendo cū 11. habetur Epacta anni currentis: vt in ſubiecto Cyclo numerorū ponitur. Qui annus incipit pro mutando Epactam in Idibus Martij. Animaduertēdū tamen, quòd eo anno, quo Epacta erit 29. (vt hoc anno 1576.) ſequenti anno additur ad 29. 12. ita vt remaneat Epacta 11. in alijs vero ſeruatr, quod dictum eſt, addendo ſemper 11. Ad inueniendum ergo, quot dies habeat Luna, numero Epactæ anni currentis addantur tot dies, quot ſunt Calendæ menſium præcedentium a Calend. Martij vſq; ad menſem, cuius quæritur quota ſit Luna: addantur præterea tot numeri, quot ſunt dies eiuſdem menſis: & omnibus numeris ſimul computatis, inuenietur quot dies habeat Luna in illo menſe. Quòd ſi numerus aggregatus ex ſupradictis ſuperaret 30. abiectis 30. quod ſupereſt, ſunt dies Lunæ.

Formatur autem Epacta ab Aureo numero hoc modo.

Au.nu.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
Epacta.	11.	22.	3.	14.	25.	6.	17.	28.	9.	20.	1.	12.	23.	4.	15.	26.	7.	18.	29.

Cyclus numerorum Epactę incipientiū ab anno 1572. in idibus Martij.

15. 26. 7. 18. 29. 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 28. 9. 20. 1. 12. 23. 4.

De Indictione.

INdictio eſt ſpatium 15. annorum: & ſingulis annis tribuitur aliquis numerus Indictionis ab vno quindecim per ordinem: deinde à principio repetatur. Anno igitur 1572. currebat Indictionis numerus 15. ſequēti anno 1. Tertio anno 2. Quarto 3. Hoc anno primo, qui erit 1576. currit nu. 4. ſequenti anno curret nu. 5. & deinceps in alijs vſque ad 15. proſequendo, & repetendo vt ſupra.

Cyclus Indictionis incipientis ab anno

15. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

IANVARIVS

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

Au.nu.				
xix	A	Calēdis.	1	Circuncisio Domini. duplex. folio. 98.
viij	b	iiij	2	Oct. S. Steph. dupl. cum cōme. Octa. 101.
	c	iij	3	Oct. S. Johā. dup. cū cōm. Oct. Inno. 102
xvj	d	Pri. No.	4	Octaua sanctorum Innocētium. dup. 103.
v	e	Nonis	5	Vigilia. 104.
	f	viij	6	Epiphania Domini duplex. 105.
xiij	g	vij	7	De Octaua Epiphanię. 108.
ij	A	vj	8	De Octaua.
	b	v	9	De Octaua.
x	c	iiij	10	De Octaua.
	d	iij	11	De Oct. ꝛ cōm. S. Higinij papę ꝛ m. 363
xviij	e	Pri. id.	12	De Octaua.
vij	f	Idibus	13	Octaua Epiphanię. duplex. 115.
	g	xix	14	Hilarij epi. ꝛ cōfeſſ. ſemidup. ꝛ cōme. S. Felicis presbyteri, ꝛ martyris. 363.
xv	A	xviij	15	Pauli primi Eremitę. ſemidup. ꝛ cōme. S. Mauri abbatis. 364.
iiij	b	xvij	16	Marcelli papę ꝛ martyris. ſemidupl. 365.
	c	xvj	17	Antonij Abbatis duplex. 365.
xij	d	xv	18	Cathedra S. Petri Romę, ꝛ commemo. S. Priscę virginis ꝛ martyris. 366.
j	e	xiiij	19	Marij, Marthę, Audifax, ꝛ Abacbum martyrum. 368.
	f	xiij	20	Fabiani, ꝛ Sebaſtiani martyrū dup. 368.
ix	g	xij	21	Agnetis virginis, ꝛ martyris. duplex. 368.
	A	xj	22	Vincētij, ꝛ Anaſtaſij marty. ſemidup. 370
xvij	b	x	23	Emerentianę virginis ꝛ martyris. 371.
vj	c	ix	24	Timothei epiſcopi, ꝛ martyris. 371.
	d	viij	25	Conuerſio S. Pauli Apoſtoli dup. 371.
xiiij	e	vij	26	Polycarpi epiſcopi ꝛ martyris. 372.
iij	f	vj	27	Johā. Chryſoſtomi epi, ꝛ cōfeſſ. dup. 373
xj	g	v	28	Agnetis ſecundo. 374.
	A	iiij	29	
xix	b	iij	30	
viij	c	Pri. cal.	31	

FEBRVARIVS

Habet dies xxviij. Luna vero xxx.

Au. nu.				
	d	Calēdis.	1	Ignatij epiſcopi ⁊ martyris. ſemidup. 374.
xvj	e	iiij	2	Purificatio Beatę Marię. duplex. 374.
v	f	iij	3	Blaſij epiſcopi, ⁊ martyris. 377.
	g	Pri. No.	4	
xiij	A	Nonis	5	Agathę virginis, ⁊ martyr. ſemidup. 377.
ij	b	viij	6	Dorotheę virginis ⁊ martyris. 379.
	c	vij	7	
x	d	vj	8	
	e	v	9	Apollonię virginis, ⁊ martyris. 379.
xviij	f	iiij	10	
vij	g	iij	11	
	A	Pri. Id.	12	
xv	b	Idibus	13	
iiij	c	xvj	14	Valentini martyris. 379.
	d	xv	15	Fauſtini ⁊ Iouitę martyrum. 379.
xij	e	xiiij	16	
j	f	xiij	17	
	g	xij	18	Simeonis epiſcopi, ⁊ martyris. 379.
ix	A	xj	19	
	b	x	20	
xvij	c	ix	21	
vj	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochię dup. 379.
	e	vij	23	Vigilia. 380.
xiiij	f	vj	24	Matthię Apoſtoli. duplex. 380.
iij	g	v	25	
	A	iiij	26	
xj	b	iij.	27	
	c	Pri. cal.	28	

¶ Anno biſſextili additur vnus dies, ⁊ fit dierum 29. ⁊ feſtum ſancti Matthię celebratur die 25. ⁊ bis dicitur vj. Calendas, 24. ⁊ 25. die: ⁊ litera Dominicalis mutatur in ſuperiorem vt ſi ſit G in F ſi ſit E in F ⁊ in alijs ſimiliter: qui biſſextus erit hoc anno 1576. ⁊ erit anno 1580. Et ſic quarto quoque anno.

MARTIVS

Habet dies xxxj. Luna vero xxix.

Au. nu.				
xix	d	Calẽdis.	1	
viij	e	vj	2	
	f	v	3	
xvj	g	iiij	4	
v	A	iij	5	
	b	Pri. No.	6	
xiij	c	Nonis	7	Sancti Thome de Aquino cõfeſſ. duplex. ⁊ commemoratio Sanctarum Perpetue, ⁊ Felicitatis martyrum. 381.
ij	d	viij	8	
	e	vij	9	Quadraginta martyrum. ſemidupl. 382.
x	f	vj	10	
	g	v	11	
xviij	A	iiij	12	Gregorij Pape ⁊ confeſſoris, ⁊ Eccleſie Doctoris, duplex. 382.
vij	b	iij	13	
	c	Pri. Id.	14	
xv	d	Idibus	15	
iiij	e	xvij	16	
	f	xvj	17	
xij	g	xv	18	
j	A	xiiij	19	Joſeph confeſſoris. duplex. 383.
	b	xiij	20	
ix	c	xij	21	Benedicti Abbatis. duplex. 384.
	d	xj	22	
xvij	e	x	23	
vj	f	ix	24	
	g	viij	25	Annunciatio Beate Marie duplex. 384.
xiiij	A	vij	26	
iij	b	vj	27	
xj	c	v	28	
	d	iiij	29	
xix	e	iij	30	
viij	f	Pri. cal.	31	

APRILIS

Habet dies xxx. Luna vero xxx.

Au.nu.				
	g	Calēdis.	1	
xvj	A	iiij	2	
v	b	iij	3	
	c	Pri.No.	4	
xiij	d	Nonis	5	
ij	e	viij	6	
	f	vij	7	
x	g	vj	8	
	A	v	9	
xviij	b	iiij	10	
vij	c	iij	11	Leonis papę, ꝛ confeſſoris. duplex. 386.
	d	Pri.id.	12	
xv	e	Idibus	13	
iiij	f	xviij	14	Tyburtij, Valeriani, ꝛ Maximi mar. 387
	g	xvij	15	
xij	A	xvj	16	
j	b	xv	17	Aniceti papę, ꝛ martyris. 387.
	c	xiiij	18	
ix	d	xiij	19	
	e	xij	20	
xvij	f	xj	21	
vj	g	x	22	Soteris, ꝛ Caij pontificū ꝛ marty. 387. ſemiduplex.
	A	ix	23	Georgij martyris. ſemiduplex. 388.
xiiij	b	viij	24	
iij	c	vij	25	Marci Euangeliſtę. duplex. 388.
	d	vj	26	Cleti, ꝛ Marcellini pontificū ꝛ mart. 388. ſemiduplex.
xj	e	v	27	
	f	iiij	28	Vitalis martyris. 389.
xix	g	iij	29	
viij	A	Pri.cal.	30	

MAIVS

Au.iiii.				Habet dies xxxi. Luna vero xxix.
xvj	b	Calẽdis.	1	Philippi, & Jacobi Apostolorũ dup. 389
v	c	vj	2	Athanasij episcopi, & confessoris. duplex. 390
	d	v	3	Inventio Sancte Crucis. duplex. & cõmemoratio SS. Alexandri, Eventij, Theoduli ac Juvenalis marty. 391.
xiij	e	iiij	4	Monicę viduę. 394.
ij	f	iij	5	
	g	Pri. No.	6	Johannis ante portã Latinã. dup. 394
x	A	Nonis	7	
	b	viij	8	Apparitio S. Michaelis. duplex. 395
	c	vij	9	Sancti Gregorij Theologi episcopi, & cõfessoris. duplex. 395
xviij	d	vj	10	Gordiani, & Epimachi martyrum. 396
vij	e	v	11	
	f	iiij	12	Nerei, Achillei, & Pãcratij marty. 396
xv	g	iij	13	
iiij	A	Prid. id.	14	Bonifacij martyris. 396
	b	Idibus	15	
xij	c	xvij	16	
j	d	xvj	17	
	e	xv	18	
ix	f	xiiij	19	Pudentianę virginis. 397
	g	xiij	20	
xvij	A	xij	21	
vj	b	xj	22	
	c	x	23	
xiiij	d	ix	24	
iij	e	viij	25	Urbani papę, & martyris. 397
xj	f	vij	26	Eleutherij Papę, & martyris. 397
	g	vj	27	Johannis Papę & martyris. 397
	A	v	28	
xix	b	iiij	29	
viij	c	iij	30	Felicis Papę, & martyris. 398
xvj	d	Prid. cal.	31	Petronillę virginis. 398

B.N.R.

IVNIVS

An.nu.				habet dies xxx. Luna vero xxx.
v	e	Calẽdis.	1	
	f	iiij	2	Marcellini, Petri, ⁊ Eraſmi marty. 398
xiij	g	iij	3	
ij	A	Pri. No.	4	
	b	Nonis	5	
x	c	viij	6	
	d	vij	7	
xviij	e	vj	8	
vij	f	v	9	Primi, ⁊ Feliciani martyrum. 399
	g	iiij	10	
xv	A	iij	11	Barnabę Apoſtoli. duplex. 399
iiij	b	Pri. id.	12	Baſilidis, Cyrini, Naboris, ⁊ Nazarij martyrum. 399
	c	Idibus	13	
xij	d	xviij	14	Baſilij Magni epiſcopi, ⁊ confe. dup. 400
i	e	xvij	15	Viti, Modeſti, ⁊ Creſcentię martyrũ. 400
	f	xvj	16	
ix	g	xv	17	
	A	xiiij	18	Marci, ⁊ Marcelliani martyrum. 401
xvij	b	xiij	19	Geruaſij, ⁊ Protaſij martyrum. 401
vj	c	xij	20	Syluerij Papę, ⁊ martyris. 402
	d	xj	21	
xiiij	e	x	22	Paulini epiſcopi, ⁊ confeſſoris. 402
iij	f	ix	23	Vigilia. 402
	g	viij	24	Natiuitas S. Iohãnis Baptiſtę. du. 402
xj	A	vij	25	De Octaua S. Iohannis. 405
	b	vj	26	Iohannis, ⁊ Pauli marty. ſemidu. cũ cõ. memo. Octauę Sancti Iohannis. 406
xix	c	v	27	De Octaua. 407
viij	d	iiij	28	Leonis Papę ⁊ confeſſoris. ſemidu. cum cõmemo. Octauę, Vigilię. 408
	e	iij	29	Petri, ⁊ Pauli Apoſtolorum, dup. 408
xvi	f	Pri. cal.	30	Commemoratio S. Pauli Apoſtoli. dup. cum commemoratio. Octauę ſancti Iohannis. 411

IVLIVS

Au.nu.				Habet dies xxxj. Luna vero xxix.
v	g	Calēdis.	1	Oct. S. Job. Bap. cū cō. Oct. Apo. 413
	A	vj	2	Visitatio B. Mariȩ dup. cū cō Oct. Apostolorū, ꝛ SS. Processi, ꝛ Marti. m. 414
xiij	b	v	3	De Octaua Apostolorum. 415
ij	c	iiij	4	De Octaua. 416
	d	iij	5	De Octaua. 416
x	e	Pri. No.	6	Octa. Apostolorū Petri, ꝛ Pauli. du. 417
	f	Nonis	7	
xviij	g	viij	8	
vij	A	vij	9	
	b	vj	10	Septem fratrum mar. ꝛ Ruffinȩ, ac Secūdȩ virginum ꝛ martyrum. semidup. 418
xv	c	v	11	Pij Papȩ ꝛ martyris. 419
iiij	d	iiij	12	Naboris, ꝛ Felicis martyrum. 419
	e	iij	13	Anacleti Papȩ, ꝛ martyris. semidup. 419
xij	f	Pri. Id.	14	Bonauenturȩ epīscopi. ꝛ cōfe. semidup. 419
j	g	Idibus	15	
	A	xvij	16	
ix	b	xvj	17	Alexij confessoris. 419
	c	xv	18	Symphorosȩ cum septem filijs marty. 420
xvij	d	xiiij	19	
vj	e	xiij	20	Margaritȩ virginis, ꝛ martyris. 420
	f	xij	21	Praxedis virginis. 420
xiiij	g	xj	22	Mariȩ Magdalenȩ. duplex. 420
iij	A	x	23	Apollinaris episcopi, ꝛ martyris. semid. 422
xj	b	ix	24	Vigilia. ꝛ cō S. Christinȩ virgi. ꝛ m. 423
	c	viij	25	Jacobi Apostoli. dup. ꝛ cōm. S. Christophori mart. 423
xix	d	vij	26	
	e	vj	27	Pantaleonis martyris. 424
viij	f	v	28	Nazarij, Celsi, ꝛ Victoris mart. ꝛ Innocētij papȩ ꝛ confess. semiduplex. 424
xvj	g	iiij	29	Marthȩ virg. semi. ꝛ cō. SS. Felicis, Simplicij, Faustini, ꝛ Beatricis martyrū. 425
	A	iij	30	Abdon, ꝛ Sennen martyrum. 425
	b	Pri. cal.	31	

AVGVSTVS

Au.nu.				Habet dies xxxi. Luna vero xxx.
xiij	c	Calẽdis.	1	Petri ad vincula. dup. ⁊ cõm. ss. Machab.
ij	d	iiij	2	Stephani Papę, ⁊ m̃. 427. ⁊ mart. 426.
	e	iij	3	Inventio s. Stephani protom. semid. 427
x	f	Pri. No.	4	Dominici confessoris. duplex. 428
	g	Nonis	5	Dedicatio s. Marię ad nives. dup. 429
xviij	A	viij	6	Transfiguratio Dñi. duplex. ⁊ commem. ss. Sixti, Felicissimi, ⁊ Agapiti, m̃. 430
vij	b	vij	7	Donati episcopi, ⁊ martyris. 431
	c	vj	8	Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi m. semi. 433
xv	d	v	9	Uigilia. ⁊ cõme. S. Romani mart. 434.
iiij	e	iiij	10	Laurentii martyris duplex. 434.
	f	iij	11	De Octaua S. Laurentij. cum comme. SS. Tyburtij ⁊ Susannę mart. 436
xij	g	Pri. id.	12	De Octaua. ⁊ cõme. S. Clarę virgi. 437
j	A	Idibus	13	De Oct. ⁊ cõ. ss. Hippolyti, ⁊ soc. m̃. 438
	b	xix	14	De Oct. cũ cõ. Uig. ⁊ s. Eusebij cõf. 439
ix	c	xviij	15	Assumptio B. Marię virginis dup. 440
	d	xvij	16	De Octa. Assumpt. beatę Marię. cũ cõ. octa. S. Laurentij. 442
xvij	e	xvj	17	Oct. s. Laurẽtij. ⁊ cõ. Oct. Assũpt. 443.
vj	f	xv	18	De Oct. ⁊ cõmem. s. Agapiti mar. 444
	g	xiiij	19	De Octaua. 445
xiiij	A	xiij	20	Bernardi Abbatis. dup. cũ cõ Oct. Assumpt. 446
iij	b	xij	21	De Octaua. 447
	c	xj	22	Oct. Assũpt. b. Marię. dup. ⁊ cõ. SS. Timothei, ⁊ sociorum martyrũ. 448
xj	d	x	23	Uigilia. 449
xix	e	ix	24	Barthol. apli. dup. Ro. cel. die. 25. f. 449
	f	viij	25	Ludouici confessoris. 450
viij	g	vij	26	Zephyrini Papę, ⁊ martyris. 450
	A	vj	27	
xvj	b	v	28	Augustini epi, cõfesso. ⁊ Ecclesię Doct. ⁊ cõme. S. Hermetis mar. dup. 450
v	c	iiij	29	Decollatio S. Iohannis Bapt. dupl. ⁊ cõmem. S. Sabinę martyris. 451
	d	iij	30	Felicis, ⁊ Adaucti martyrum. 453
xiij	e	Pri. cal.	31	

SEPTEMBER

Au. nu. — Habet dies xxx. Luna vero xxix.

ij	f	Cal. Septē.	1	Aegidij Abbatis, & cō. SS. mart. duodecim fratrum. 453
	g	iiij	2	
x	A	iij	3	
	b	Pri. No.	4	
xviij	c	Nonis.	5	
vij	d	viij	6	
	e	vij	7	
xv	f	vi	8	Natiuitas B. Mariae dup. & commemo. S. Adriani martyris. 453
iiij	g	v	9	De Octa. S. Mariae, & com. S. Gorgonij mart. 455
	A	iiij	10	De Octaua. 456
xij	b	iij	11	De Octa. & comme. SS. Proti, & Hiacynthi mar. 457.
	c	Pri. id.	12	De Octaua. 457
	d	Idibus	13	De Octaua. 458
ix	e	xviij	14	Exaltatio Sanctae Crucis, dup. cū comme. Octauae S. Mariae. 459
	f	xvij	15	Octaua Natiuitatis b. Mariae dup. & cō. S. Nicomedis martyris. 461
xvij	g	xvi	16	Cornelij, & Cypriani pōt. & m. semi. & cō. SS. Euphemiae, Luciae, & Geminiani martyrum. 462
vi		xv	17	
	b	xiiij	18	
xiiij	c	xiij	19	
iij	d	xij	20	Vigilia, & comem. SS. Eustachij, & sociorum mart. 463
	e	xi	21	Matthaei Apostoli dupl. 463
xi	f	x	22	Mauricij, & sociorum martyrum. 464
xix	g	ix	23	Lini Papae & martyris, semid. & comme. S. Theclae virginis, & martyris. 464
	A	viij	24	
viij	b	vij	25	
[illegible]	c	vi	26	Cypriani, & Iustinae martyrum. 465
xvi	d	v	27	Cosmae, & Damiani martyrum semi. 465
v	e	iiij	28	
xiij	f	iij	29	Dedicat. S. Michaelis Archāg. du. 465
ij	g	Pri. cal.	30	Hieronymi presby. cō. & Eccl. doc. du. 468

OCTOBER

Au.nu. Habet dies xxxi. Luna vero xxx.

	A	Calẽdis.	1	Remigij episcopi, ⁊ confessoris. 469
x	b	vj	2	
	c	v	3	
xviij	d	iiij	4	Francisci confessoris. duplex. 470
vij	e	iij	5	
	f	Pri. No.	6	
xv	g	Nonis	7	S. Marci papę ⁊ cõf. ⁊ cõ. ss. Sergij, Bacchi, Marcelli, ⁊ Apuleij mar. 470
iiij	A	viij	8	
	b	vij	9	Dionysij, Rustici, ⁊ Eleutheri mar. semiduplex. 471
xij	c	vj	10	
j	d	v	11	
	e	iiij	12	
ix	f	iij	13	
	g	Pri. id.	14	Callisti papę, ⁊ martyris, semidupl. 471
xvij	A	Idibus	15	
vj	b	xvij	16	
	c	xvj	17	
xiiij	d	xv	18	Lucę Euangelistę. duplex. 471
iij	e	xiiij	19	
	f	xiij	20	
xj	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. ⁊ cõme. Sanctarum Ursulę, ⁊ sociarum virg. ⁊ marty. 472
	A	xj	22	
xix	b	x	23	
viij	c	ix	24	
	d	viij	25	Chrysanti, ⁊ Darię martyrum. 472
xvj	e	vij	26	Euaristi papę ⁊ martyris. 472
v	f	vj	27	Vigilia 472
	g	v	28	Simonis ⁊ Iudę Apostolorum. dup. 473
xiij	A	iiij	29	
ij	b	iij	30	
	c	Pri. cal.	31	Vigilia. 473

NOVEMBER

An.nu.				Habet dies xxx. Luna vero xxix.
x	d	Calẽdis.	1	Festum Omnium Sanctorum. dup.473
	e	iiij	2	Commemoratio omnium fideliũ defunc. dup. ꝛ de Octava omnium Sanctorum.478
xviij	f	iij	3	De Octava.479
vij	g	Pri. No.	4	De Oct. ꝛ cõ. ss. Vitalis, ꝛ Agricol.480
	A	Nonis	5	De Octava.480
xv	b	viij	6	De Octava.481
iiij	c	vij	7	De Octava.482
	d	vi	8	Octava omnium Sãctoꝝ. dup. ꝛ cõme. SS. Quatuor Coronatorum martyrum.483
xij	e	v	9	Dedicatio Basilicę Salvatoris. dup. S. Theodori martyris.484
i	f	iiij	10	Tryphonis, Respicii, ꝛ Nymphę mar.485
	g	iij	11	Martini episcopi, ꝛ confesso. dup. ꝛ cõme. S. Mennę mart.485
ix	A	Pri. id.	12	Martini papę ꝛ martyris. semidup. 487
	b	Idibus	13	
xvij	c	xviij	14	
vi	d	xvij	15	
	e	xvi	16	
xiiii	f	xv	17	Gregorii Thaumaturgi episcopi, ꝛ cõf.487
iii	g	xiiii	18	Dedic. Basilicaꝝ Petri, ꝛ Pauli. du.487
xi	A	xiii	19	Pontiani papę, ꝛ martyris.488
	b	xii	20	
xix	c	xi	21	
viii	d	x	22	Cęcilię virginis ꝛ marty. semidup.488
	e	ix	23	Clementis Papę ꝛ martyris, semiduplex, ꝛ cõme. S. Felicitatis martyris.490
xvi	f	viii	24	Chrysogoni martyris.491
v	g	vii	25	Catharinę virginis, ꝛ martyris. dup.491
	A	vi	26	Petri Alexandrini episcopi. ꝛ marty.492
xiii	b	v	27	
ii	c	iiii	28	
	d	iii	29	Vigilia. ꝛ cõme. S. Saturnini marty.355.
x	e	Pri. cal.	30	Andreę Apostoli. duplex.355

DECEMBER

An. iiii. Habet dies xxxj. Luna vero xxx.

	f	Calendis.	1	
xviij	g	iiij	2	Bibianę virginis, & martyris. 358
vij	A	iij	3	
	b	Prid. No.	4	Barbarę virginis, & martyris. cō. 358.
xv	c	Nonis.	5	Sabbę Abbatis. commemoratio. 358
iiij	d	viij	6	Nicolai episcopi, & cōfess. semidupl. 358
	e	vij	7	Ambrosij epi, & cōf. & eccl. doct. du. 359
xij	f	vj	8	Conceptio beatę Marię. duplex. 360.
j	g	v	9	
	A	iiij	10	Milciadis Papę, & martyris. cōm. 361
ix	b	iij	11	Damasi Papę, & confess. semidupl. 361
	c	Prid. id.	12	
xvij	d	Idibus.	13	Lucię virginis & martyris. duplex. 361
vj	e	xix	14	
	f	xviij	15	
xiiij	g	xvij	16	
iij	A	xvj	17	
	b	xv	18	
xj	c	xiiij	19	
	d	xiij	20	Vigilia. 361
xix	e	xij	21	Thomę Apostoli. duplex. 361
viij	f	xj	22	
	g	x	23	
xvj	A	ix	24	Vigilia. 83.
v	b	viij	25	Natiuitas Dñi nostri Iesu Chri. du. 84
	c	vij	26	Stephani pro. du. & cō. Oct. Nati. 88.
xiij	d	vj	27	Iohannis Apostoli, & Euāgelistę. dup. & commemoratio Octauaruz. 90
ij	e	v	28	Innocentium mar. dup. & cō. Octa. 92
	f	iiij	29	Thomę Cantuariē. epi, & mar. semidu. & commemoratio Octauarum. 94
x	g	iij	30	De Dñica infra octauam Nati. vel de Octa. cum commemoratione Octauarū. 95
	A	Prid. cal.	31	Syluestri Papę, & confessoris. duplex. cum commemoratio. Octauarum. 97

RVBRICAE GENERALES BREVIARII.

Officium quotidie fit aut Duplex, aut Semiduplex, aut Simplex.

De Officio Duplici.

OFFICIVM fit duplex in diebus à feria quinta in Cœna Dñi vſq; ad feriã tertiam Paſchæ incluſiue, in Dñica in Albis, in Aſcenſione Dñi, in Pentecoſte, & duobus diebus ſequẽtibus: in feſto Trinitatis, Corporis Chriſti, Dedicationis propriæ eccleſiæ: in feſtis quibus in Calendario apponitur hæc vox, Duplex: in die octaua feſti habẽtis octauã: in feſto Patroni vnius, vel plurium alicuius loci, vel Titularis eccleſiæ: & in feſtis ſanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueuerunt ſolenniter celebrari, cum eorum octauis conſuetis, & officijs pprijs à Sede Apoſtolica approbatis, aut ex eiuſdem ſedis auctoritate receptis, vel recipiendis, ſeruata tamen forma huius Breuiarij: alioquin de Cõi: etiã ſi prædicta feſta in eius Calendario non ſint deſcripta. Præterea officium fit duplex pro defunctis in Cõme. oium fideliũ defunctorũ, & præſente corpore, vt in eius officio dicit. circa finẽ Breuiarij.

¶ Feſtum duplex celebratur eo die quo cadit, niſi illud cõtingat transferri, vt dicitur in rubrica de Tranſlatione feſtorum.

¶ Habet primas, & ſecundas Veſp. integras, niſi cũ alio ſimili concurrat, vt dicitur in rubrica de Concurrentia officij: & totum offm̃ fit de duplici, incipiendo à primis Veſp. vſq; ad Comple. ſequentis diei incluſiue: exceptis tribus diebus maioris Hebdomadæ ante Paſcha, in quibus offm̃ duplex incipit à Matutino: & vigilia Natiuitatis Dñi, in qua officium duplex incipit à Laudibus. Offm̃ autem defunctorum habet tantum primas Veſperas, Matutinum, & Laudes, vt circa finem Breuiarij ponitur.

¶ In Vtriſque Veſperis, Matutino, & Laudibus tantum, non autem in alijs Horis, duplicantur antiphonæ.

¶ Ad Matutinum regulariter dicuntur tres nocturni, cum nouem pſalmis, & totidem lectionibus, præterquã in Paſchate Reſurrectionis, & Pentecoſtes cum duobus ſequen. diebus, in quibus dicitur vnũ tm̃ nocturnum cum tribus pſalmis, & totidem lectionibus ſub officio duplici, vt ibi.

¶ Quomodo ſit ordinandum officium duplex in Veſperis, Matutino,

& cæteris Horis: ſimiliter & de Añis, reſponſorijs, Verſibus, Capitulis, & alijs in eo dicendis, habentur inferius de ſingulis propriæ rubricæ.

¶Preces & ſuffragia de S. Maria, Apoſtolis, & Pace, in officio duplici non dicuntur, vt etiam in proprijs eorum rubricis dicitur.

De Officio Semiduplici.

Officium fit ſemiduplex diebus Dñicis & infra octa. Hoc eſt, Dñicæ per annum, excepta Dñica in Albis, quæ fit duplex, & dies infra octa. celebrantur ſub officio ſemiduplici. Item officium fit ſemiduplex in feſtis, quibus in Calendario apponitur hæc vox, ſemiduplex.

¶Item in feſtis proprijs quorundam locorum, ſeu congregationum, quæ ſolennius apud illas quàm ſimplicia conſueuerunt celebrari.

¶De feſto ſemiduplici fit eo die quo cadit, niſi contingat transferri, vt dicitur in rubrica de Tranſlatione feſtorum.

¶Habet totum offm̃ integrum ſicut duplex, ſed non duplicantur añæ.

¶Ad Matutinum dñr tres noctur. præterquam infra oct. Paſchæ & Pente. in quibus dicitur vnum noctur. cum tribus pſalmis, & totidem lectionibus, & regulariter quando dicuntur tres noct. Dominicis exceptis, dicuntur nouem pſalmi, & totidem lectiones.

¶Quomodo ſit ordinandũ offm̃ ſemiduplex tam in feſtis, quam in dñicis, & infra oct. item & de añis, ℣ſib. ℟ijs, & huiuſmodi alijs, & quãdo in ſemiduplici dñr preces ad Primam, & Complet. & ad Veſpe. & Laudes: ſuffragia ſeu Commemorat. cões de S. Maria, Apoſtolis, & Pace, habentur inferius de ſingulis propriæ rubricæ.

De Officio Simplici.

Officium fit ſimplex in diebus ferialibus quando occurrit fieri de feria: hoc eſt officium de feria eſt ſimplex: vt in propria rubrica dicitur. Item officium fit ſimplex in feſtis, quibus in Calendario non apponitur hæc vox, duplex, vel ſemiduplex, vel de octaua.

¶De feſto ſimplici fit eo die quo cadit, niſi eodem die occurrat fieri offm̃ nouem lect. vel de S. Maria in Sabbatho, vel de feria, cui feſtum ſimplex cedit: vt dicitur in rubrica de Commemorationibus.

¶Habet tm̃ primas Veſp. à Capitulo, niſi cũ eo cõcurrat feſtũ nouẽ lect. Dñica, vel oct. vt dr̃ in rubrica de concurrentia officij: & eius offm̃ terminatur ad nonã. Poſt nonã nihil amplius fit de feſto ſimplici, nec Cõmem.

¶Feria autem incipit, & deſinit, vbi deſinit & incipit officium præcedens, vt in ſua rubrica dicitur.

¶Ad Matutinum dicitur vnum tantum noct. cum duodecim pſalmis vt in Pſalterio, ſecundum feriam quæ occurrit: & tres lect. leguntur, vt infra in rubrica de lectionibus habetur.

¶Quomodo ſit ordinandum eius offm̃, tã in feſtis, quã in ferijs ad Veſp. ad Matuti. & alias Horas: item & de Añis, Verſibus, ℟ijs, & alijs, & qñ Preces & Commemorationes cões, ſeu ſuffragia de Cruce, ſancta Maria,

ria, Apoſtolis, & Pace dicenda ſint, habentur inferius propriæ rubricæ.

De Dominicis.

DE Dñica ſemper fit officium in dñicis Aduentus, & in Dñicis à Septuageſima vſque ad Dominicam in Albis incluſiue, quocunq; feſto dupli ci, vel ſemiduplici adueniente: quia tunc feſtum transfertur, vt in rubricæ de translatione feſtorum dicitur, niſi illud feſtum ſit de principali Titulo, vel Patrono alicuius eccleſiæ, vel loci: quia tunc de huiuſmodi feſto fit tantum in ea eccleſia, vel loco, cuius eſt Titulus, vel Patronus, cum cōmemo. dominicæ, quibusdam dominicis exceptis: vt dicitur in rubrica de Commemora. In alijs dominicis per annum fit de dominica, quando die Dominico non occurrit feſtum duplex: quia tunc fit de duplici cum commemoratione dñicæ in vtriſque Veſperis & Laudibus: & ad Matutinum nona lectio legitur de homilia dominicæ: vt dicitur in rubrica de Commemorationibus. Si ſemiduplex eodem die occurrat, transfertur: vt dicitur in rubrica de Translatione feſtorum.

¶ De dñicis infra oct. Natiuit. Dñi, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Corporis Chriſti occurrentibus, officium fit ſicut de octa. exceptis Capitulis, Lectionibus, Verſic. Añis ad Magnificat, & Benedictus, & Oratione, quæ dicuntur de dominica, cum comme. octa. vt ſuis locis ponitur: nec dicuntur in illis preces ad Primam, & Completo, nec ad Veſpe. & Laudes ſuffragia de S. Maria, Apoſtolis, & Pace.

¶ De dñicis infra alias oct. totum officium fit de dñica, vt in Pſalter. & in Proprio de Tempore, cum commemora. octauæ, omiſſis etiam dictis Precibus & ſuffragijs, vt ſupra. De dñica occurrente in die octaua fit comme. ſicut dictum eſt quando in ea fit de feſto duplici.

¶ Poſitum eſt autem officium ſex dñicarum ab Epiph. vſque ad Septuageſimam, & vigintiquatuor à Pentecoſte vſque ad Aduentum, vt compleatur numerus dominicarum, quæ ſunt ab Epiphania vſque ad Septuageſimam, & à Pentecoſte vſque ad Aduentum: ne vlla dominica per annum ab Epiphania vſque ad Septuage. & à Pentecoſte vſq; ad Aduentum vacet, quin ſaltem de ea fiat commemoratio. Nam quæ aliquando ſuperſunt poſt Epiphaniam ante Septuageſimam, ponuntur poſt vigeſimamtertiam à Pentecoſte, hoc ordine.

¶ Si Dominicæ poſt Pentecoſten fuerint xxv. xxiiij. poſt Pentecoſten erit quæ eſt vj. poſt Epiphaniam.

¶ Si xxvj. xxiiij. erit quæ eſt v. & xxv. quæ eſt vj.

¶ Si xxvij. xxiiij. erit iiij. xxv. erit v. & xxvj. erit vj.

¶ Si xxviij. xxiiij. erit iij. xxv. erit iiij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & vltimo loco ſemper ponitur q̄ in ordine eſt xxiiij. poſt Pentecoſten, etiam ſi poſt Pentecoſten aliquando non ſint niſi vigintitres Dñicæ. Tunc enim xxiiij. ponitur loco xxiij. & officium vigeſimæ tertiæ ponitur in præcedenti ſabbatho quod nō ſit impeditum feſto nouem lectionum, alioquin in alia

præcedenti feria, in qua fiat officium de feria, & in ea legantur tres lectiones de homilia Dñicæ, omiſſis lectionibus ſcripturæ illius feriæ, & ad Laudes dicatur Aña ad Benedictus, & oratio de Dominica vigeſimatertia.

¶ Idem ſeruatur de Dñica ij. poſt Epiphaniam, qñ Dñica Septuageſimæ venerit immediate poſt octauam Epiphaniæ. Tunc enim in ſabbatho præcedenti vt ſupra nō impedito, alioquin primo die poſt octauam, fiat officium de feria, in qua Reſponſoria Dominicæ primo ponuntur, & tres lectiones leguntur de homilia eiuſdem Dominicæ cum eius Antiphaona ad Benedictus, & oratione. Feſtum vero ſemiduplex in ea occurrens, tranſfertur in primam diem ſimili feſto non impeditam.

¶ Cùm vero in Proprio de Tempore dicitur aliqua Dñica eſſe prima mēſis, in qua primo ponitur initiū libri de Scriptura cum ſua hiſtoria, ideſt cum Rñſorijs: animaduertendum eſt, eam dici primā Dñicam mēſis, quæ venit in calendis illius menſis, vel eſt proximior calēdis, hoc modo. Si calendę venerint in ij. iij. & iiij. feria, Dñica prima mēſis erit q̄ præcedit calēdas, etiā ſi venerint in præcedenti menſe: ſi autē calendæ venerint in v. & vj. feria, ac ſabbatho, prima Dñica erit quæ ſequitur poſt ipſas calendas.

¶ Cum etiam in diſtributione Scripturæ per menſes Auguſtum, Septembrem, Octobrem, & Nouembrem, vnicuique menſi quinque Dominicæ aſſignentur cum ſuis hebdomadis, & poſt quartam hebdomadam aliquando adueniat Dominica, quæ eſt propinquior calendis ſequentis menſis: tunc omittitur Dominica quinta cum ſua hebdomada, & ponitur Dominica prima ſequentis menſis ſimiliter cum ſua hebdomada.

¶ Id quoque obſeruetur, quando mēſis præcedēs habuit quatuor Dominicas, ſequens habebit quinque: & econtra, quando præcedens habet quinque, ſequens habebit quatuor, excepto menſe Nouembri, quia Dominica prima Aduentus non ſumitur ea quæ eſt propinquior calendis Decembris, ſed quæ feſto ſancti Andreæ: vel quæ venerit in ipſo feſto.

¶ Offiū Dñicæ fit ſemiduplex, incipit à primis Veſp. in ſabbatho: & habet totum officium integrum vſque ad Completorium Dñicæ incluſiue, niſi cum aliquo cōcurrat, vt dicitur in Rubrica de Concurrentia Officij.

¶ Ad Matutinum dicuntur tres nocturni cum Pſalmis de Pſalterio, & nouem lectiones leguntur vt in proprio de Tempore.

¶ Quomodo autem ſit ordinandum eius officium: inſuper & de lectionibus, Reſponſorijs, & alijs: & quomodo initia librorum Scripturæ cū ſua hiſtoria ſint ponenda: habentur de ſingulis inferius propriæ rubricæ.

De Ferijs.

DE Feria ſemper fit officium in ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum: qñ infra hebdo. non occurrit feſtum duplex, vel ſemiduplex. Si tunc ſimplex feſtum occurrat, fit tantum de eo cōme. vt dicitur in rubrica de Commemorationibus: ſimiliter & qñ infra hebdomadā Rñſoria ſunt primo ponenda, cùm non

occurrit

occurrit dies in quo fiat de feria, vt dicitur in rubrica de Rñſorijs. Alio tempore per annum fit officium de feria illis diebus, quibus infra hebd. in Calendario non ponitur aliquod feſtum duplex, ſemiduplex, vel ſimplex: & non occurrit aliqua octaua, vel aliquod feſtum ſolenne, aut conſuetum in aliqua Eccleſia celebrari, quãuis in Calendario huius Breuiarij non ſit deſcriptum, & niſi in ſabbatho fieri debeat officium de S. Maria.

¶ Officium feriæ fit ſimplex: & in Aduentu, Quadrageſima, Quatuor tẽporibus, Vigilijs, & Rogationibus, incipit a Matutino: in alijs vero ferijs per annum, inde fit de feria, vbi deſinit officium præcedentis diei: ita vt ſi pcedenti die fuerit duplex, vel ſemiduplex, officium feriæ incipiat ſequenti die à Matutino. Si præcedenti die fuerit feſtum ſimplex, de feria fit à Veſp. illius præcedentis diei incluſiue. Similiter & quando in feria quarta, & ſexta Quatuor temporum Septembris, & in feria iiij. Cinerum, ac in Vigilijs occurrit aliquod feſtum ſimplex, de quo fit cõmemoratio: tunc præcedenti die, niſi fuerit feſtum nouem lectio. à Veſper. fit de feria, vt in Pſalterio, ſine precibus, cum oratione Dñicæ præcedentis, & cum commemo. feſti trium lectionum in ſequenti feria occurrentis. Terminatur autem officium de feria ſequente duplici, vel ſemiduplici, ad Nonam: ſubſequente ſimplici, in ferijs per annum extra aduentum, Quadrageſimam, Quatuor tempora, Rogationes, & Vigilias, ad Capitulum Veſperarum, quia inde fit de feſto ſimplici abſque vlla deinceps cõmemoratione feriæ.

¶ Ad Matutinum dicitur vnum tantũ nocturnũ, cum pſalmis, ſecundum ordinem feriarum in Pſalterio, cum tribus lectio. vt in Proprio de Tpe.

¶ Excipiuntur ab hoc ordinario officij de feria, Feriæ hebdomadæ ſanctæ, & feriæ octauarum Paſchæ, & Pentecoſtes.

¶ Quomodo ordinandum ſit officium de feria ad Matutinum & alias Horas: item quomodo dicendæ ſint lectiones, & Reſponſoria, & quando dicendæ ſint Preces feriales, ac de alijs quæ ad officium feriæ pertinent: habentur inferius de ſingulis propriæ rubricæ.

De Vigilijs.

DE Vigilia fit officium in oĩbus vigilijs per annum quæ ieiunãtur, vbi in Calendario annotatur hæc vox, Vigilia: niſi in die Vigiliæ occurrat feſtum nouem lectionum, vel octaua: tunc enim in officio nouẽ lect. legitur nona lectio de Homilia Vigiliæ, & fit comme. de ea ad Laudes tantum. cum aña ad Benedictus & Verſu feriæ occurrentis de Pſalterio, & oratione Vigiliæ, præterquam in illis feſtis quæ inferius excipiuntur.

¶ Si Vigilia occurrat in Dominica, de Vigilia fit officium in Sabbatho, quod non ſit impeditum officio nouem lectionum, quia tunc de Vigilia fit tantum commemoratio, vt dictum eſt. Excipitur ab hac regula Vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini, quæ ſi venerint in Dominica fit de illis, vt in proprijs rubricis dicitur. Si autem in Vigilia occurrat feſtum ſolenne alicuius loci, vel ex ſolennioribus infra annum, quæ

ſunt inferius in rubrica de Commemorationibus numerantur (veluti ſi in vigi-
lia ſancti Iohannis Baptiſtæ venerit feſtum corporis Chriſti) nihil tunc
prorſus, nec commemoratio fit de Vigilia. Idem ſeruetur quando aliqua
Vigilia venerit in Aduentu, Quadrageſima, & Quatuor temporibus: nul-
la enim in eorum ferijs de Vigilia fit commemoratio.

¶ Officium Vigiliæ incipit ad Matutinum, ſicut dictum eſt de prædictis fe-
rijs in ſuperiori rubrica de Ferijs: terminatur autem ad nonam, quia Ve-
ſperæ ſunt de ſequenti feſto.

¶ Officium Vigiliæ totum fit de feria occurrenti, vt in Pſalterio: & tres le-
ctiones leguntur de homilia in euangeliũ Vigiliæ, cum tribus Reſpõſorijs
de feria occurrenti, ordine in ſuperiori rubrica de ferijs deſcripto. Dñr Pre
ces, & cõmem. de Cruce, S. Maria, Apoſtolis, & Pace: aliaq; omnia ſicut in
prædictis ferijs Quadrageſimæ, & Quatuor temporum, de quibus haben-
tur inferius, tam de ordinando eius officio, quam de alijs propriæ rubricæ.

¶ Excipitur ab hoc ordinario Vigiliarum quæ ieiunantur, Vigilia Pente-
coſtes, quæ cum tribus noct. ſub officio ſemiduplici celebratur, vt ibi: & Vi-
gilia Natiuitatis Dñi, quæ nocturno feriæ excepto, in Laud. & Horis habet
reliquum officium duplex. In Vigilijs vero Epiphaniæ, & Aſcenſionis,
quæ non ieiunantur, fit officium nouem lectionum vt ſuis locis dicitur.

De Octauis.

De octaua fit officium, vel ſaltem cõmemo. quando aliquo feſto vel Do-
minica non impeditur, per octo dies continuos, in Natiuitate Domi-
ni & tribus ſequentibus feſtis, in Epiphania, in Paſchate Reſurrectionis,
in Aſcenſione Dñi, in Pẽtecoſte, in feſto Corporis Chriſti, in feſto Dedica-
tionis propriæ eccleſiæ, in feſtis quibus in Calendario apponitur octaua,
in feſto Patroni & Titularis eccleſiæ, & in feſtis aliorum Sanctorum, quæ
apud quaſdam Eccleſias, Congregationes, & Religiones conſueuerunt ſo-
lenniter cum octauis celebrari.

¶ Infra octauas Epiphaniæ, & Paſchę, & Pentecoſtes non fit de feſto dupli
ci, vel ſemiduplici occurrenti, ſed transfertur poſt octauã. Infra alias octa-
uas fit de eis cum commemoratione octauę, niſi illud feſtum fuerit ex enu
meratis in ſequenti rubrica de Commemo. in quibus nulla fit commemo.
de octaua, excepta octaua Corporis Chriſti: infra quam octa. fit tãtum de
duplicibus cum cõmemora. octauæ: de ſemiduplicibus vero infra eam non
fit, ſed transferuntur, vt dicitur in rubrica de Translatione feſtorũ. De ſim-
plicibus infra quaſcunque octauas occurrentibus fit tantum commemora-
tio, præterquam in duobus diebus poſt Paſcha & Pẽtecoſten, vt in ſequen-
ti rubrica de Commemo. dicitur. De Dominicis infra octauam occurren-
tibus fit officium, vt dictum eſt ſupra in rubrica de Dominica. De feſtis
occurrentibus in die octaua, ſeruetur quod dicitur in rubrica de Transla-
tione feſtorum. Si duæ octauæ ſimul concurrant, fiat de digniori: vt dici-
tur in rubrica de Concurrentia officij.

Officium

¶ Officium de octaua in paſchate & Pentecoſte fit cum vno nocturno, vt ſuis locis ponitur. In alijs octauis fit cum tribus nocturnis, nouem ſcilicet pſalmis & nouem lectionibus, & omnia dicuntur ſicut in die feſti, præter lectiones, quarum primæ tres ſemper ſunt de ſcriptura occurrenti in officio de Tempore, præterquã infra octauã aſſumptionis S. Mariæ. Aliæ lectiones ſecundi & tertij nocturni dicuntur quæ infra octauam ponuntur. Infra octauam vero Patroni, aut alterius feſti, quod in aliquibus eccleſijs cõſueuit cũ octa. celebrari, ſi propriæ apud illas eccleſias lectiones infra octa. non habentur, ſæpius in ea repetantur lectiones poſitę in communi Sanctorum, ſi de Sanctis fiat octaua: alioquin lectiones diei feſti. Infra octauam officium fit ſemiduplex, in die octauæ duplex.

¶ In Veſperis infra octa. omnia dicuntur ſicut in ſecundis Veſpe. feſti, & in primis Veſpe. diei octauæ, omnia ſicut in primis Veſpe. feſti, præterquã in diebus octauis ſancti Stephani, ſancti Iohannis apoſtoli, & ſanctorum Innocentium, in quorum Veſperis antiphonę & pſalmi non dicuntur, ſicut in eorum diebus feſtis venientibus infra octauã Natiuitatis, ſed Antiphonæ ſumuntur de Laudibus diei feſti, pſalmi autem vt ſignantur pro ſecundis Veſperis in Communi Sanctorum.

¶ Infra octauas non fiunt ſuffragia conſueta de S. Maria, Apoſtolis, & Pace: nec dicuntur Preces ad Primam & Completo. In alijs, quomodo ſit ordinandum officium de octa. habentur propriæ rubricæ inferius.

De Commemorationibus.

Commemorationes fiunt de feſtis ſimplicibus, quando in eorum diebus incidit feſtum nouem lectionum etiam tranſlatum, vel dominica, vel octaua, vel ſabbathum: & quando Reſponſoria ſunt primo ponenda, vel aliter de feria fieri præcipiatur.

¶ De feria Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum fit commemo. quando feſtum nouem lectionum in illis ferijs occurrit. Si Simplex feſtum in eiſdem ferijs occurrat, officium fit de feria, & commemoratio de feſto ſimplici.

¶ Præterea fit commemoratio de Dominicis, a Pentecoſte vſque ad Aduẽtum, & ab Epiphania vſque ad Septuageſimã, & à Dominica in Albis vſq; ad Aſcenſionem excluſiue, quando feſto duplici impediuntur. De alijs Dominicis à prædictis nulla fit commemoratio Dominicæ occurrente feſto duplici, quia feſtum in illis occurrens transfertur, niſi illud feſtum fuerit principale Patroni, vel Tituli ipſius eccleſiæ, non autem alicuius capellæ vel altaris eiuſdem eccleſiæ: & tunc de huiuſmodi principali feſto fit tantum in eo loco, vel eccleſia, cuius eſt Patronus vel Titulus, cum commemoratione Dominicæ, excepta prima Dominica Aduentus, prima *Dominica* Quadrageſimæ, Dominica Paſſionis, Dominica Palmarum, Dominica Paſchæ, & Dominica in Albis, ac Dominica Pentecoſtes, & *Trinitatis*, in quibus huiuſmodi occurrens feſtum transfertur.

in ſequentem ſimili, vel digniori non impeditum: dummodo non fuerit infra maiorem hebdomadam, & per octauam Paſchæ, & Pentecoſtes, quibus diebus non fit de aliquo feſto duplici occurrenti.

¶ De octaua etiam, qn̄ feſto nouem lectionum, vel Dn̄ica impeditur fit commemoratio, niſi illud feſtum nouem lectionum fuerit ſolenne principale alicuius loci vt ſupra. Nam in primis veſperis & laudibus huiuſmodi feſti nulla fit commemoratio feſti ſimplicis occurrentis, nec alicuius Vigiliæ, nec alicuius diei infra octauam, nec alicuius præcedentis feſti nouem lectio. niſi id feſtum fuerit eiuſdem ſolennitatis cum ſequenti, nec Dominicæ, ſi feſtum illud ſolenne celebretur feria ſecunda: exceptis Dominicis Aduentus, & Dominicis à Septuageſima vſque ad oct. Paſchæ incluſiuè: de quibus Dominicis, ſicut etiam de ferijs Aduentus & Quadrageſimæ, ſemper fit commemoratio, quocunque feſto adueniente.

¶ Idem ſeruatur in quibuſdam feſtis maioribus per annum, ſcilicet in Natiuitate Dn̄i, in cuius officio nulla fit commemoratio de feſto ſimplici, ſed in ſecunda tantum Miſſa, de S. Anaſtaſia: in Paſcha Reſurrectionis cū tribus proxime antecedentibus, & duobus ſequentibus diebus: in Aſcenſione Dn̄i: in Pētecoſte cū duobus ſequētibus dieb': in feſto Corporis Chriſti: in feſtis Natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ, Sanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & Aſſumptionis beatæ Mariæ: in feſto Omnium Sanctorum, ac in feſto Dedicationis propriæ eccleſiæ: in quibus feſtis, nec in primis Veſperis, nec in laudibus vlla prorſus fit commemoratio feſti ſimplicis, aut alterius nouem lectionum, vt dictum eſt ſupra de feſto ſolenni alicuius loci: niſi titularis eccleſiæ priuilegio aliter fieri oporteat.

¶ *In* feſto autem Circumciſionis, in Dn̄ica in Albis, & in feſto Trinitatis, in feſtis Purificationis, Annunciationis, & Natiuitatis S. Mariæ: in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, S. Laurentij, & Dedicationis S. Michaelis archangeli, de ſimplicibus occurrentibus fit cōme. in Laudibus tantum: de Dn̄ica vero, de Octaua, & de alijs feſtis nouem lectio. in eiſdem occurrentibus, non fit commemoratio, eo modo, quo nec in primis Veſp. feſti ſolennis alicuius loci venientis feria ij. vt dictum eſt ſupra: niſi eadem feſta occurrant infra octa. Natiuitatis Dn̄i, & Corporis Chriſti, de quibus octauis ſemper fit commemoratio quocunq; duplici infra eas adueniente.

¶ De Dominicis, de octauis, & de ferijs Aduentus, & Quadrageſimæ cōmemoratio fit in vtriſq; Veſperis & Laudibus. De ferijs Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum, (quando de illis commemoratio fieri debet) commemoratio fit in Laudibus tantum. De feſtis autem ſimplicibus, niſi in diebus ſupradictis occurrant, commemoratio fit in primis tantum Veſperis & Laudibus eo die quo in Calendario aſſignantur. De Dominicis vero & octauis commemoratio fit in vtriſque Veſperis, & Laudibus, niſi in illis adueniat aliquod ex ſupra enumeratis feſtis.

¶ Commemorationes fiunt hoc modo. Poſt orationem diei, in primis

Veſperis

Veſperis dicitur Aña quæ poſita eſt ad Magnificat, & in Laudibus q̃ poſita eſt ad Bñs in Cõi (ſi propriam non habuerit) conueniens eius officio, cuius fit cõme. Poſt Antiphonã dicitur ℣. inde ſumendus vnde ſumpta eſt Antiphona, ſcilicet, poſt Hymnum Veſperarum, & Laudum: deinde dicitur Oratio. Si Aña & ℣. feſti, de quo fit comme. ſumenda eſſent de eodẽ Cõi, vnde ſumpta ſunt in officio diei, in feſto cõmemorationes variãtur: ita vt in Veſperis ſumantur ex Laudibus, & in Laudibus ex Veſperis eiuſdem Communis: niſi aliter ſignetur. Si de Tempore fiat commemoratio, de Dominica, ſcilicet, vel de feria, Antiph. & ℣. ante orationem eodem modo ſumantur ex Proprio de Tempore, ſi habuerit proprium, alioquin de Pſalterio: Oratio vero ex Proprio de Tempore.

¶ Quando fit commemoratio de Dominica, vel feria, quæ habet propriam homiliam, nona lectio in officio diei nouem lectionum legitur de homilia Dominicæ, vel feriæ: quæ erit, vel prima de homilia, vel tres ſimul in vna lectione coniunctæ.

¶ Si in die in quo fit officium nouem lectionum fiat commemoratio de feſto trium lectionum, nona lectio in officio nouem lectionum legitur de feſto trium lectionum, ſi propriam habuerit, quod feſtum trium lectionum ſi duas lectiones proprias habuerit, ex duabus fiat vna lectio, quæ fit nona in officio nouem lectionum. Quæ lectio de Sancto, non legitur quando de eo fit commemoratio in Dominicis, quæ habent nonum reſponſorium, nec quando nona lectio legenda eſt de homilia Dominicæ vel feriæ, vt ſupra: nec in ferijs & alijs diebus, quando in officio diei leguntur tantum tres lectiones.

¶ Quando contingit fieri plures commem. ſeruetur hic ordo. De duplici fiat ante Dñicam, de Dñica ante diem infra octauam: de octa. ante feſtum ſemiduplex: de ſemiduplici ante feriam Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum: & de dictis ferijs ante feſtum ſimplex, niſi aliter ſignetur. De Dominica, de octaua, de feſto ſemiduplici, & de ſancta Maria, quando de ea fit commemor. in Veſperis præcedentibus ſabbathum propter feſtum nouem lectionum in ſexta feria occurrens, fiat ante feſtum ſimplex, quod celebrandum erat diebus prædictis, niſi eorum officio impediretur. De feſto ſimplici fit commemoratio ante ſuffragia, ſeu cõmunes cõmemo. de Cruce, ſancta Maria, Apoſtolis, & Pace, ac etiam ante cõmemora. conſuetam Tituli, vel Patroni eccleſiæ, quæ etiam pro ſui dignitate alijs ſuffragijs prædictis præponeretur. De quibus ſuffragijs & cõmunibus commemorationibus Sanctorum, quomodo agendum ſit, habetur inferius propria rubrica.

De Tranſlatione feſtorum.

SI aliquod feſtum duplex occurrat in Dominicis Aduentus, & in Dominicis à Septuageſima vſque ad Dominicam in Albis: in Vigilia Natiuitatis Domini: infra octauam Epiphaniæ: in feria quarta Cinerum: in

tota

tota maiori Hebdomada,& infra octauam Paſchæ,in Aſcenſione Domini, in diebus à Vigilia Pẽtecoſtes vſque ad feſtum Trinitatis incluſiue,in feſto Corporis Chriſti,& eius die octaua, transfertur in primam diem feſto duplici,vel ſemiduplici non impeditam,exceptis tamen feſtis Natiuitatis ſancti Iohannis Baptiſtæ, & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, quæ in die octa. Corporis Chriſti celebrantur:excepto quoq; feſto ſolenni alicuius loci,quod in propria tantũ eccleſia,etiã in aliquibus ex ſupradictis diebus occurrens,vt in rubrica de Cõme.dictũ eſt,celebratur. Si autem feſtum Natiuit. S. Iohannis Baptiſtæ venerit in die corporis Chriſti, transfertur in ſequentem diem cum cõme.octa.corporis Chriſti: & ſequẽtibus diebus ſit officium de eadem octa.corporis Chriſti cum commemo.octa.S. Iohannis Baptiſtæ. Dies autem octa. S. Iohannis tunc veniens in die octa. corporis Chriſti,non trãsfertur,ſed de die octa.S. Iohannis Baptiſtæ eo anno fit tantum commemo. in vtriſque Veſper. & Laudibus diei octauæ corporis Chriſti. Et id ſemper ſeruetur,quãdo feſtum habens octauam transfertur: vt nõ ideo dies octa. transferatur,ſed ea die,de ea fiat commemo. quæ aliàs erat octa. ſi feſtum non fuiſſet translatum.

¶ Si in die octa. alicuius feſti habentis octauam, occurrat aliquod feſtũ duplex ex maioribus ſupra in rubrica de Commemo. enumeratis, fiat de feſto cum commemoratione diei octauæ: ſi autem non fuerit ex prædictis feſtis, fiat de octaua, & feſtum transferatur in primam diem ſimiliter non impeditam.

¶ Si aliquod feſtum dup. infra oct. occurrens alio maiori feſto duplici impeditur, trãsferatur in primã diẽ ſimili nõ impeditã, & in eo fiat cõm. de oct.

¶ Si in alijs dominicis per annum à ſupradictis occurrat feſtum duplex, non transfertur, vt dictum eſt in rubrica de Commemorationibus.

¶ Feſtum ſemiduplex occurrens diebus ſupradictis, & alijs dominicis per annum, transfertur in primam diem ſimili feſto non impeditam: occurrẽs vero in dominicis infra illas octauas, in quibus fit de feſtis occurrentibus, vt dictum eſt in rubrica de octauis, transfertur in ſequentem diem, cum commemoratione octauæ: quæ ſi fuerit ſimili feſto impedita; prædictum feſtum ſemiduplex veniens in dominica transfertur poſt octauam.

¶ Si duo feſta nouem lectionum ſimul eodem die veniunt, fiat officium de digniori, ſeu de maiori: & quod minus eſt, transferatur.

¶ Si plura feſta nouem lectionum transferenda eſſent, prius transferatur duplex quam ſemiduplex, & inter plura duplicia, quod eſt dignius, ſemper prius transferatur, & prius celebretur, alioquin ſi ſunt æqualia, vnum ante aliud transferatur ſuo ordine.

¶ Feſtum ſimplex nunquam transfertur: ſed ſi de eo officium fieri non poteſt, fiat commemoratio, vt dictum eſt in rubrica de commemorationibus: ſi autem venerit in diebus, in quibus de ſimplici nulla fit commemoratio, eo anno non fit de eo amplius.

¶ Si

¶ Si aliquod festum nouem lectionũ in quo annotatum eſt fieri commem. alicuius Sancti, transferatur propter aduenientẽ Dominicam, vel aliud feſtum maius, non tamen transfertur cum illo comme. illius Sancti in eo aſſignata: ſed dicta cõme. fit die ſuo in Dñica, vel alio feſto, in quo fieri poſſit, cum ſua nona lect. ſi propriam de vita Sancti habuerit: feſtum vero nouem lect. transfertur, ſine vlla amplius commem. feſti ſimplicis prædicti. Quod etiam ſeruatur in commemo. occurrentibus in Vigilijs, cum de Vigilia veniente in Dominica fit in Sabbatho: tunc enim commemo. feſti ſimplicis non fit in officio Vigiliæ, ſed in Dominica.

De Concurrentia Officij.

CONcurrentia Officij attendenda eſt ſemper in ſecundis Veſp. quomodo ſit ordinandum officium cũ ſequenti die. Itaq; cũ dicitur officiũ aliquod cum alio concurrere, intelligitur de præcedenti in ij. Veſpe. cum ſequen. in primis Veſper. vt de hodierno in Veſper. cum ſequẽti in craſtino.

¶ Duplici ergo in ij. Veſp. concurrente cum alio ſequẽti duplici, regulariter à Capitulo fit de ſequenti cum commemoratione præcedentis, niſi aliter in proprijs locis annotetur.

¶ Duplici vero concurrente cum feſto ſemiduplici, cum Dominica, cũ die infra octauam, cum feſto ſimplici, & cum officio S. Mariæ in ſabbatho, omnia in ij. Veſp. de duplici, cum commemoratione illorum.

¶ Duplici etiam concurrente cum feria, vel potius ſequẽte feria, omnia de duplici, & nihil de feria ſequenti. Sed ſi feſtum celebretur in Aduentu, Quadrageſima, & Quatuor temporibus, fit ſemper cõme. de feria, non ratione concurſus cum ſequente feria, vt infra dicetur. Idem dicendũ de feſtis ſimplicibus venientibus cum feſto nouem lectionum, de quibus etiam commemo. fit non ratione concurſus, ſed quia eodem die veniunt, vt dictũ eſt in rubrica de Commemorationibus.

¶ Semiduplici feſto, Dominica, & die infra octa. concurrẽtibus cum ſequẽti duplici, omnia de duplici cum comm. illorum: niſi duplex fuerit ex numero maiorum, quæ ſupra in rubrica de Cõmem. numerata ſunt, in quib⁹ nulla fit cõme. præcedentis. Semiduplici feſto concurrente cũ ſequenti alio ſemiduplici, cum Dominica, vel cum die infra octauam, à Capitulo fit de ſequenti, & commemo. præcedentis. Semiduplici autem feſto concurrente cum ſequente feſto ſimplici, vel cum officio S. Mariæ in ſabbatho, omnia de ſemiduplici cum commemo. ſequentis. Semiduplici concurrente cũ ſequente feria, nihil de feria, vt dictum eſt ſupra.

¶ Dominica cõcurrente cũ ſequenti feſto ſemiduplici, & cum die infra oct. vel cum feſto ſimplici, omnia de Dominica cum cõmem. ſequentis, niſi aliter ſignetur. Dominica concurrente cum feria, nihil de feria, vt ſupra.

¶ Die infra octauam concurrente cum ſequente Dominica, vel ſemiduplici, à Capitulo de ſequenti, cum commemoratione octauæ. Si duæ octauæ ſimul concurrant, vt octaua ſancti Iohannis Baptiſtæ cum octaua

Corporis

Corporis Chriſti, vel e contra, & octaua S. Laurentij cum octaua Aſſum- ptionis S. Mariæ, totum officium fit de digniori cum commemoratione alterius, niſi dies octaua minus digni veniat infra oct. alterius: tunc enim totum officium fit duplex de die octa. cum cõmemo. diei infra octauam. Dies infra octa. cum ſimplici proprie non habet concurſum, quia in ſe- quenti die infra octauam non fit de ſimplici, niſi cõmemoratio: quæ & ea- dem ratione in præcedenti die infra octa. fieri debet. Dies infra octa. cum feria nullum habet concurſum, quia de feria nihil fit, niſi infra octa. ve- niat aliqua ex ſupradictis ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, & Quatuor temporum, de quibus infra octauam fiet tantum commemoratio.

¶ Die octaua concurrente cum alia die octaua, à Capitulo fit de ſequenti, excepta octa. Natiuitatis Domini, cum octa. S. Stephani, & octa. Corporis Chriſti, cum oct. S. Ioannis Bapt. in quibus de ſequenti fit tantum cõme- moratio. Die octaua cõcurrente cum ſequenti dupli ci etiam tranſlato, à Capitulo fit de ſequenti cum cõmemoratione octa. exceptis diebus octa. Epipha. Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Corporis Chriſti, in quibus fit tantum cõme. de ſequenti. Si autem ſequens feſtum etiam tranſlatum fuerit ex ſolennioribus ſupra enumeratis in rubrica de Commemoratio- nibus, totum officium fit de ſequenti cum commemoratione octauæ.

¶ Simplex cũ alio non poteſt concurrere in ſecundis Veſperis (licet cum ipſo poſſit eſſe concurſus in primis Veſperis) quia nõ habet ſecũdas Veſp. ſed eius officiũ terminatur ad Nonam, & deinceps nihil fit de eo, nec cõm. Si ſequatur aliud ſimplex, pſalmi erũt ſecundũ feriã occurrentem in Pſal- terio ad Veſp. & à Capitulo fit de ſequenti ſimplici ſine vlla cõmemoratio ne præcedentis. Si ſequatur officium nouem lectio. Veſperæ totæ erunt de eo ſine vlla ſimiliter cõmemoratione ſimplicis præcedentis: Si nullũ fe- ſtum ſequatur, ſubintrat offm̃ de Tempore, & Veſperæ totæ erunt de feria.

¶ Feria non poteſt concurrere cum alio in ſecundis Veſperis, neque cum ipſa poteſt eſſe concurſus in primis Veſperis: quia eius officiũ incipit, & definit, vbi deſinit & incipit quodcunque aliud officium: Quamuis pro- prie ſi ei dandum eſt principium, ſequente feria poſt aliam feriam, eius officium incipiat à Matutino: terminatur tñ ſequente alia feria ad Com- ple. & ideo ſi feria ſequatur aliam feriam, in Veſp. præcedentis feriæ ni- hil fit de ſequenti, quo ad ea quæ in ſequenti feria ſunt propria. Verbi gratia, ſi in Veſp. ferię tertiæ ante feriã iiij. Cinerum, fiat de feria: in Ve- ſperis feriæ tertiæ dicitur oratio Dñicæ præcedentis, non aũt ea quæ eſt ꝓ pria in ſequẽti feria quarta Cinerũ: nec ante orationem dicuntur Preces, quæ dicẽdæ ſunt in dicta feria quarta Cinerum. Quod ẽtiã fit qñ feria ꝑ annum præcedit feriam Quatuor temporum, & Vigiliarum. Hac etiam ratione ſuperius dictum eſt in concurrentia aliorum officiorum, cũ feriã nullum officium concurrere, & nihil fieri de feria præcedente adueniente alio officio: Si autem de ea aliquando comme. fieri debet, non fit ratione

concur-

concurſus: ſed quia eo die quo officium feriarum Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, & Rogationum impeditur, illarum commemoratione temporis ex præcepto Eccleſiæ prætermitti non debet.

¶ Cum vero occurrit vt feſtum ſimplex veniat in feria quarta & ſexta Quatuor temporũ, in feria quarta Cinerũ, & in Vigilijs, quæ ieiunãtur, Veſperæ antecedẽtes erunt de feria cõmuni per annũ, nõ autẽ de ſequẽti, vt dictum eſt, cum cõme. feſti ſimplicis in ſequenti feria occurrẽtis. Quod ideo non fit, quia ſequens feria habeat primas Veſperas, ſed quia cum feſtum ſimplex in ſequenti die non habeat officium propter feriã prædictã in ea occurrentẽ, nec etiã conuenit illud habere Veſperas præcedẽtis diei.

De Officio ſanctæ Mariæ in Sabbatho.

IN omnibus ſabbathis per annum extra Aduentum, Quadrageſimam, & Quatuor tempora, & niſi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliam in ſabbatho occurrentem, vel propter Reſponſoria primo ponenda, vel propter officium Dominicæ xxiij. poſt Pentecoſten in officio feriæ aliquando ponendum, vt in rubrica de Dominicis dictum eſt, ac niſi fiat officium nouẽ lectionum, vel de octaua Paſchæ, & Pentecoſtes, ſemper fit officium de S. Maria: quemadmodum circa finem Breuiarij diſponitur. Si autem in Sabbatho occurrat feſtum ſimplex, fit officium de ſancta Maria, & de feſto ſimplici fit tantum commemoratio.

¶ Cùm vero de ea ſupradictis diebus officium fieri nõ poteſt, nulla tunc fit commemoratio de ſancta Maria propter ſabbathum: ſed tantum in ſemiduplicibus, quando eius officium paruum non dicitur, fit conſueta eius cõmemoratio per annum poſita in Pſalterio poſt Veſperas ſabbathi.

¶ Eius officium in ſabbatho incipit feria ſexta, ad modum feſti ſimplicis, à Capitulo, & terminatur ad Nonam ſequentis diei ſabbathi. Si autem feria ſexta fuerit officium nouem lect. in Veſperis fit tantum de ea commemoratio cũ antiphona, verſu, & orõne, quę habetur in officio eius in ſabbatho.

¶ Ad Matutinum poſt Inuita. & Hymnum de S. Maria, dicitur vnum nocturnum cum duodecim pſalmis ferialibus, verſus, tres lectiones, quarum prima & ſecũda ſunt ex Scriptura de tẽpore, & alia omnia tã in Matutino, quam in Laudibus, & Horis, vt in officio S. Mariæ in ſabbatho aſſignatur.

¶ Dicũtur preces Dñicales ad primam, & Cõpleto. & fiunt ſuffragia cõſueta de Apoſtolis, & Pace, & Tẽpore Paſchali ſola cõmem. de Cruce, vt in ij. feria poſt oct. Paſchæ. Poſt Nonam nihil fit de ea, niſi conſueta eius commemoratio cũ alijs ſuffragijs, quando agenda eſt in officio de Dominica.

De ordinando Officio ex prædictis rubricis.

SIquis velit ex ſupradictis rubricis ordinare officium occurrentis diei, videat in Calendario, & in Tabula feſtorum mobilium, de quo fiat officiũ ſequenti die: & vt inuenerit eſſe faciendum, ſic ordinabit illud in Veſperis & alijs Horis nocturnis & diurnis.

Si ordinandum ſit officiũ de tempore, ideſt de Dominica, vel feria, recurrendum

rendum eſt ſemper ad Pſalterium, vbi ordinate ponitur quod eſt cōe officij de Tpe, cum diſtributione pſalmorum: & ad proprium de Tpe, vbi lectiones, ꝶia, quædam Añæ, & orationes ponuntur, quæ deſunt in pſalte. Inuitatorium, hymni, capitula, verſus, ꝶia breuia, & añæ, quæ diuerſis temporibus ponuntur in Proprio, dicuntur loco eorum quæ ſunt in Pſalterio: cum vero propria non fuerint, dicuntur vt in Pſalterio.

¶ Si officium ſit ordinandum de ſancto, recurrendum eſt ſemper ad Cōe Sanctorum, niſi proprium habeat in Proprio Sanctorum, vbi pro qualitate feſti, ſi nouem lectionum, id eſt duplex vel ſemiduplex fuerit, omnia ordinate ponuntur, illis exceptis, quæ propria ſuis locis habentur.

¶ Si feſtum fuerit trium lectionum (nocturno feriæ, & lectionibus exceptis) omnia de eodem Communi ſumuntur. Tres lcōnes primi nocſin officio nouem lect. & prima, & ſecunda lectio, vel prima tantum in feſtis trium lect. ſumuntur de Scriptura in officio de Tēpore. Quæ vero propriæ, aut de Communi ſanctorum in feſtis aſſignantur, ex Proprio, vel Communi Sanctorum requirantur.

¶ In maioribus ſolennitatibus, & feſtis per annum, totum officium ordinatur, vt in proprijs locis ponitur.

¶ In feſtis beatæ Mariæ (omiſſis his quæ propria in illis habentur) hymni, nouem pſalmi, & alia quædam requirenda ſunt ex communi eius officio paruo, circa finem Breuiarij.

¶ Modus inchoandi officium, dicendi Inuitatorium, hymnos, añas, & ℣. habetur in principio Pſalterij.

¶ Cùm vero añæ duplicandæ ſunt, dicuntur integræ ante pſalmos, ſicut in fine pſalmorum.

¶ Modus dicendi Abſolutiones, & Benedictiones ante lectiones, legendi, & terminandi lcōnes, dicendi ꝶia poſt lectiones, ac ꝶia breuia poſt capitula, habetur in j. Dominica de Aduentu.

¶ Qũo ſit inchoandum & terminandũ offm̃ ꝑ Horas, habetur in Pſalte.

¶ Qũo terminandum per añas B. Mariæ, habetur in fine Completorij.

¶ Sed vt hæc omnia facilius habeantur, poſitæ ſunt ſequentes rubricæ, de ſingulis Horis, earumq; partibus diſtincte cognoſcendis.

De Matutino.

AD Matutinum, hæc per ordinem regulariter dicuntur ſecundum diuerſitatem officij: niſi aliter in quibusdam diebus annotetur. Pater noſter. Aue Maria. Credo. omnia ſecreto: deinde clara voce hebdomadarius dicit, Dñe labia mea &c. pollice ſignando ſibi os ſigno crucis, Deus in adiutorium &c. manu extēta ſignando ſe ſigno crucis à fronte ad pectus, & à ſiniſtro humero vſque ad dextrum, cum Gloria patri, & alijs, vt in principio Pſalterij, Deinde dicitur Inuitatorium conueniens officio de Tempore, vel de ſancto: quod dicitur cum pſalmo, Venite, eo modo quo in principio Pſalterij deſcribitur. Dicto pſalmo, & repetito Inuitatorio

torio, dicitur hymnus, qui offō de Tempore, vel de ſancto conuenit.

¶ Poſtea in duplicibus, & ſemiduplicibus dicuntur nouem pſalmi: ſed in Dominicis plures, vt in pſalterio: cum ſuis Antiphonis, & Verſibus, quæ tempori vel feſto conueniunt: & totidem lectiones cum octo Reſponſorijs, aliquando cum nouem, vt ſuis locis ponitur, per tres nocturnos diſtinctos, hoc modo.

¶ In primo noctur. dicuntur tres pſalmi, cum tribus an̄is, poſt ſingulos pſalmos vna an̄a: ſed tempore paſchali, ideſt à dn̄ica in Albis vſque ad Pentecoſten, præterquam in offō Aſcenſio. Dn̄i, tres pſalmi cuiuſque noct. dn̄r ſub vna an̄a, & in fine pſalmorum poſt vltimam an̄am cuiuſque noct. dicitur verſus. Poſtea Pater noſter. Et ne nos. Abſolutio. Exaudi. Benedictio, Benedictione perpetua, & aliæ ad ſingulas lectiones, vt in prima dominica de Aduentu ordinantur. Deinde leguntur tres lectiones de Scriptura, quæ per ordinem in offō de Tempore occurrunt, niſi aliæ aſſignentur, & ad ſingulas lectiones dicitur vnum ℟ium conueniens officio: ſi de tempore, vt in proprio temporis: ſi de ſancto, vt in Proprio Sanctorum, alioquin vt in Communi, etiam ſi lectiones primi nocturni ſint de ſcriptura officij de tempore.

¶ In fine vltimi ℟ij cuiuſque noctur. dicitur Gloria patri. cum repetitione partis ℟ij, eo modo quo dicitur in prima dominica de Aduentu primo ℟io illius dominicæ excepto.

¶ In ſecundo noctur. dn̄r alij tres pſalmi, & an̄æ, Verſus, Pater noſter. Abſolutio, Ipſius, & eius conſequentes Benedictiones, vt in dicta prima dominica de Aduentu habētur: tres lect. de aliquo ſermone, aut de vita alicuius Sancti, & ad quamlibet lectionem vnum ℟ium officio conueniens.

¶ In tertio noct. alij tres pſalmi, cū an̄is, vt ſupra: poſt tertiam an̄am, Verſus, Pater noſter, Abſolutio, A vinculis, & Benedictiones conſequentes ad ſingulas lectiones quæ erunt de homilia euangelij de tempore vel de feſto, ſecundum qualitatem officij: vt in eadē prima dominica de Aduentu. Poſt ſeptimam & octauam lect. dicitur ℟ium offō conueniens, aliquando autem dicitur etiam poſt nonam lect. vt ſuis locis dicitur, & in fine vltimi Reſponſorij, aut octaui, aut noni, dicitur Gloria patri vt ſupra. Si non dicitur nonum Reſponſorium, poſt vltimam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

¶ In officio trium lectionum ad Matutinum, Pater noſter, Aue Maria, Credo. Domine labia &c. Inuitatorium, & hymnus in feriali officio de feria, ſi non ſint in Proprio de Tempore, dicuntur vt in Pſalterio: in feſtis, de feſto, vt in Communi Sanctorum: deinde nocturnum feriæ, vt in Pſalterio, ideſt duodecim pſalmi, cum ſex Antiphonis: & tempore Paſchali cum vna Antiphona, qui dicuntur tam in officio feriali, quam in feſtis ſimplicibus.

¶ Poſt pſalmos, & an̄as dicitur Verſus: in feriali officio, vt in Pſalterio, in fe-

in feſtis, vt in Communi Sanctorum: qui in feſtis ſumitur, ſecundum ferias, ex nocturno Communis, vnde ſumuntur Reſponſoria: vt dicitur infra in rubricis, de Verſibus, & Reſponſorijs. Poſt verſum, dicitur Pater noſter, Abſolutio, & Benedictiones: vt habetur infra in rubrica de Abſolutionibus, & Benedictionibus. Tres lectiones (ſi non adſit homilia) ſingulæ in officio feriali dicuntur de Scriptura, quæ eo die occurrit in Proprio de Tempore: ſi adſit homilia, ſingulæ tres de homilia. In feſtis, prima & ſecũda de eadem Scriptura: tertia de Sancto.

¶ Si fuerint duæ lectiones de Sancto: prima tantum erit de Scriptura: reliquæ de Sancto.

¶ Poſt ſingulas lectiones in ferijs extra tempus Paſchale, dicitur vnum Reſponſorium, ita vt dicantur tria reſponſoria. Tempore vero Paſchali & in feſtis duo tantũ Reſponſoria dicũtur, ſcilicet poſt primã & ſecundam lectionem tantum: In fine vltimi Reſponſorij, ſecundi ſcilicet, aut tertij, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Reſponſorij. Quæ Reſponſoria in Officio de ſanctis, ſumuntur ex Communi ſanctorũ: in feriali Officio, ex Dominicis, quando propria per ferias non diſtribuũtur, ordine deſcripto in rubrica de Reſponſorijs. Quando non dicitur tertium Reſponſorium, poſt tertiam lectionem dicitur Hymnus, Te Deum.

De Laudibus.

AD Laudes, Deus in adiutoriũ &c. Deinde dñr pſalmi & canticum Benedicite, vel aliud: vt habetur in feriali officio extra tempus Paſchale, cũ Antiphonis officio conuenientibus. Qui Pſalmi, & canticum in Dominicis per annum, exceptis Dominicis à Septuageſima vſque ad Dominicam Palmarum incluſiue, & in feriali officio tẽporis Paſchalis, ac in feſtis tam nouem quàm trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in Pſalterio. In prædictis vero Dominicis à Septuageſima vſque ad Dominicam Palmarũ incluſiue dicuntur vt ſuis locis ponitur. In feriali officio per annum, extra tempus Paſchale, dicuntur vt in Pſalterio.

¶ Antiphonæ in Dominicis quando propriæ non aſſignantur, dicuntur vt in Pſalterio. In feſtis nouem & trium lectionum, ſi non adſint propriæ, dicuntur de Communi. Poſt pſalmos dicitur Capitulum, Hymnus, Verſus, Antiphona ad Canticum Benedictus, cum eodem Cantico, & Oratio: omnia pro qualitate Officij, de Tempore vel de feſto.

¶ Preces quando dicendæ ſunt, dicantur ante primam orationem. Commemorationes vero de Cruce, de ſancta Maria, Apoſtolis, & Pace, ſimiliter quando dicendæ ſunt, poſt orationem, niſi alia cõmemoratio feſti ſimplicis occurrat, quæ ſemper prædictas commemorationes præcedit, de quibus infra in proprijs rubricis dicitur.

¶ Ante orationem dicitur, Dñs vobiſcum, & Oremus: poſt vltimã oronem repetitur, Dñs vobiſcum. Deinde, Benedicamus dño: & verſus, Fidelium animæ, Pater noſter. Dñs det nobis ſuam pacem: & Aña beatæ Mariæ,

vt habeatur in fine Completorij, ſi tunc diſcedendũ ſit à Choro: alioquin in fine vltimæ Horæ, niſi ſequatur Miſſa, vel officium Defunctorum, aut Litaniæ, vt in propria rubrica dicitur.

De Prima.

AD Primam, Pater noſter, Aue Maria, Credo, ſecreto, Deus in adiutorium, &c. Hymnus, Iam lucis.

¶ Deinde inchoatur ãña, quæ cõuenit: quæ in feſtis ad oẽs Horas ſumitur ex laudib. per ordinẽ, quarta prætermiſſa. In alijs ſeruetur rubrica inferius poſita de Añis. Poſtea dñr pſalmi, qui in dñicis & ferijs dñr vt in pſalterio. In feſtis autem, & tempore Paſchali, tres tantum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Poſt antiphonas dicitur Cap. Regi ſæculorum. In feriali officio extra tẽpus paſchale dicitur Capitulum, Pacem. deinde Reſponſoriũ breue, Chriſte fili dei viui, &c. Poſt Reſponſoriũ breue in officio duplici, & infra octauas ſtatim dicitur oratio, Domine Deus omnipotens: in alio officio non duplici dicitur, Kyrie eleiſon, cũ reliquis precibus, omnia vt in Pſalterio, vbi quando aliquis ſolus dicit officium, ſemel tantum dicit, Confiteor, omiſſis illis verbis, Tibi pater, vel vobis fratres, & te pater, & vos fratres, quod etiã ſeruatur, quando dicitur ad Completorium. In feriali officio quando dictę ſunt preces ad Laudes, adduntur aliæ preces, vt in pſalterio.

¶ Poſt orõnem, in Choro legitur Martyrologiũ, deinde dicitur, Precioſa, cũ reliquis. Quæ etiam dicantur ab ijs qui extra Chorũ non legerint Martyrologiũ. In fine ad Abſolutionem Capituli in feſtis dicitur Capitulum Nonæ, Alio tempore tam in Dominicis, quàm in ferijs, vt in pſalterio.

De Horis, Tertia, Sexta, & Nona.

AD Tertiam, Sextam, & Nonam, ante ſingulas horas dicitur Pater noſter, Aue Maria, Deus in adiutoriũ. Hymnus, & pſalmi, vt in pſalterio. Antiphonæ ſecundum officij qualitatẽ ordine quo ſupra. Dictis pſalmis, poſt antiphonam dicitur Capitulum, & Reſponſorium breue pro qualitate officij, quæ in Dominicis, & ferijs, quando non habetur propria in proprio de tempore, dicuntur vt in pſalterio: in feſtis, ſi in proprio Sanctorum non ſint propria, ſumuntur de Communi. Poſt Reſponſorium breue dicitur oratio quæ habetur in proprio de Tempore: ſi autem fit de ſancto, vt in Proprio Sanctorum: alioquin vt in Communi.

¶ Poſt orationem repetitur, Dominus vobiſcum: & dicitur, Benedicamus domino: Fidelium animæ: & Pater noſter, ſecreto.

De Veſperis.

AD Veſperas Pater noſter, Aue Maria, Deus in adiutorium, &c. Deinde dicuntur quinq; pſalmi, cum quinq; antiphonis, vt in Proprio, aut Cõmuni Sanctorum ſignantur. In dominicis autem, & ferijs, antiphonæ, & pſalmi ſemper dicuntur vt in pſalterio, vbi Tempore paſchali pſalmi dicuntur ſub vna aña: niſi aliæ propriæ añæ, vt in Dñicis Aduentus, aſſignãtur.

¶ Poſt pſalmos, & añas dicitur Capitulũ, hymnus, verſus, aña ad Magnificat

eat, cũ eodẽ cantico, & Orõ, omnia de tpe, vel ſancto pro qualitate officij.
Preces qñ dicendæ ſunt, dñr ante orationẽ: Commemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apoſtolis, & Pace poſt eã, vt infra in proprijs rubricis dr̃.

De Completorio.

AD Completorium abſolute dicitur lectio breuis, vt in Pſalterio: deinde Pater noſter, Confiteor, Miſereatur, Indulgentiam, Conuerte. Antiphona, Pſalmi, Hymnus, Capitulum, Reſponſorium breue, Canticum cũ antiphona, omnia vt in fine Pſalterij: & poſt eã in duplicibus, & infra octauas dicitur oratio: in alio officio non duplici ante orationem dicitur Kyrie eleiſon, cum reliquis precibus, vt ibidem in Pſalterio.

Poſt Verſum, Benedicat & cuſtodiat nos &c. dicitur vna ex antiphonis beatæ Mariæ, cum verſiculo & Oratione, vt ibidem: & dicto ℣. Diuinum auxilium, dicitur ſecreto, Pater noſter, Aue Maria, & Credo.

De Inuitatorio.

INuitatoriũ ſemper dicitur in omni offõ ad Matutinum cum pſalmo, Venite, ordine in principio Pſalterij deſcripto: ſed variatur pro officij qualitate, vt in pſalterio & in proprio de tpe, ac in proprio & Cõi ſanctorum.

Non dicitur in die Epiphaniæ, nec in triduo ante paſcha, vt ſuis locis dicitur, nec in officio Defunctorum per annum, excepto die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, & præſente corpore.

De Hymnis.

HYmni ſemper dicũtur in qualibet Hora, præterquã in triduo ante Paſcha vſq; ad Sabba. in Albis incluſiue, & pterquã in offõ Defunctorũ.

Ad Matut. hym. dicitur poſt pſalmum, Venite, repetito Inuitato. præterquam in die Epipha. Ad Laudes, & Veſpe. dicitur poſt Capitulum: ad Horas ante pſalmos & antiphonas, ad Completorium poſt pſalmos & añam.

Dicuntur autem in officio de Tempore, vt in Pſalterio, quando proprij hym. in proprio de Tempore non adſunt: qui hymni de pſalterio in domĩnicis, & ferijs aſſignati dicuntur ab octaua Penteco. vſq; ad Aduentũ, (Dominica infra octa. Corporis Chriſti excepta) & ab octa. Epipha. vſq; ad Dominicam primã Quadrage. excluſiue. In officio de Sanctis dicuntur vt in Communi Sanctorum, niſi proprij in proprio Sanctorum habeantur.

In Natiuitate Domini, & vſq; ad Epiphan. in feſto corporis Chriſti, per octauam, & quãdocunq; fit officium ſanctæ Mariæ tam nouẽ quam trium lectionum, etiam tempore paſchali, in fine omnium hymnorum (præterquam in fine hymni, Aue maris ſtella) dicitur Gloria tibi domine, Qui natus es de Virgine, vt in eius officio paruo: etiã ſi dicantur hymni de Sanctis, qui infra octauas prædictas celebrantur: dummodo hymni de Sanctis ſint eiuſdem metri.

In Epiphania Domini, & per totã octauam, ac in feſto Transfigurationis, in fine omniũ hymnorũ dicitur Gloria tibi dñe, Qui apparuiſti hodie.

A Dominica in Albis vſq; ad Aſcenſionem in fine omnium hymnorum dicitur

dicitur, Gloria tibi dñe, Qui ſurrexiſti à mortuis, etiam in feſtis Sanctorũ eodem tempore paſchali occurrentium, dũmodo hymni ſint eiuſdẽ metri.

¶ Ab Aſcenſione autem vſq; ad Pentec. dicitur Gloria tibi dñe, Qui ſcandis ſuper ſydera, ſimiliter etiam & in feſtis occurrentibus.

¶ In Penteco. vero & per octa. dicitur, Gloria patri domino, Natoq; qui a mortuis, &c. Alijs temporibus terminantur hymni, vt ſuis locis ponitur.

De Antiphonis.

AD omnes horas ſemper cum pſalmis dicuntur Antiphonę vel vna vel plures pro diuerſitate officij, & horarum.

¶ Si de tempore fiat officium; ideſt de Dominica, aut feria, dicuntur antiphonæ, vt in Pſalterio: quæ cum pſalmis poſitæ in Veſperis Dominicæ, & feriarum, in Completorio, ac in nocturnis (etiam quando fit officium de feſto trium lectionum, ideſt ſimplici) nunquam mutantur niſi tempore paſchali, quo tempore dicitur vna tantum antiphona, Haleluiah: excepto tempore etiam Aduentus, quo tempore ad Veſperas & nocturnos Dominicæ ponuntur propriæ antiphonæ. In Laudibus & alijs Horis mutantur pro diuerſitate temporum, vt in proprio de Tempore habentur: cum vero non aſſignantur, ſemper dicuntur quæ poſitæ ſunt in pſalterio.

¶ Antiphonæ quæ in proprio de Tẽpore ſabbatho ponũtur ad Magnificat pro j. Dñica alicuius menſis, ſumẽdæ ſunt ex ea dñica, quæ eſt propinquior Calendis, vel eſt in Calendis illius mẽſis, vt ſupra in rubrica de dominicis, ac etiam in rubrica menſis Auguſti dicitur, & ſemper in ſabbatho ponitur antiphona ad Magnificat, quæ cõtigua eſt libro ſcripturæ in dñica ponẽdo.

¶ In feſtis nouem lect. ad Veſp. dñr añæ de Laudibus, niſi propriæ in Veſp. aſſignẽtur. Ad Horas ſimiliter, tam in officio de Tpe quã de Sanctis, quãdo habentur propriæ in Laudibus, & aliæ propriæ non fuerint ad Horas, ſumũtur ex Laudibus quarta prætermiſſa, hoc ordine. Ad primam, prima: ad Tertiam, ſecunda: ad Sextam, tertia: ad nonam, quinta.

¶ In ferijs Aduentus, quæ non habent ad Horas proprias antiphonas, ſumuntur ex Laudibus Dominicæ præcedentis. Vbi vero in Laudibus feriarum Aduentus fuerint propriæ, ſumuntur, vt dictum eſt, ex ipſis Laudibus feriarum propriæ.

¶ Tempore paſchali, in officio tam nouem, quam trium lectionum pſalmi nocturnorum cuiuſlibet noct. dicuntur ſub vnica antiphona, quæ officio conuenit, vt ſuis locis ponitur.

¶ In duplicibus ad Veſp. & Matuti. & Laudes tantum, antiphonæ dicuntur ante pſalmos integrę; & poſt pſalmos integræ repetuntur: & in alijs Horis, & in officio non duplici, in principio pſalmi inchoatur tãntum antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et quando antiphona incipit ſicut pſalmus, poſt inceptam antiphonam dicatur quod ſequitur in pſalmo ſine repetitione principij, ab eo loco, vbi deſinit antiphona.

¶ Antiphonis proprijs tam in officio de tempore, quam de ſanctis ſemper

cedunt, quæ habentur tam in pſalterio, quam in Communi Sanctorum.

¶ Quando fit aliqua commem. ſemper dicitur antiphona ante orationē, cum verſu, quæ ſumitur ex officio quod conuenit ei, de quo fit cōmem. ita vt in Veſperis ſumatur aña quæ aſſignatur ad Magnificat, in Laudibus quę ad Benedictus, cum verſibus, qui habentur poſt Hymnum.

¶ Antiphonæ S. Mariæ poſitæ in fine Completorij dicuntur vt inferius in propria rubrica dicitur.

De Pſalmis.

Psalmi, in officio de Tempore, per omnes Horas, in Dominicis, & Ferijs dicuntur eo modo quo diſtributi ſunt in pſalterio: niſi aliquando aliter in Proprio de Tempore ſignentur. In feſtis autem dicuntur, vt in proprijs locis ſignantur: alioquin vt in communi Sanctorum.

¶ Pſalmi ad Laudes de dominica cum cantico Benedicite, dicuntur in omnibus feſtis per annum, & in ferijs temporis paſchalis.

¶ Pſalmus, Confitemini, dicitur ad Primam cum alijs pſalmis in pſalterio aſſignatis in omnibus dominicis (quando officium fit de dominica) a tertia Dominica poſt Penteco. incluſiue vſque ad Natiuitatem Domini excluſiue: & a ſecunda dominica poſt Epipha. incluſiue vſq; ad Septuageſimam excluſiue. A Septuageſima autem incluſiue vſq; ad Paſcha excluſiue, eius loco dicitur pſalmus, Dominus regnauit: & pſalmus, Confitemini, tunc dicitur ad Laudes poſt pſalmum Miſerere, vt ſuo loco dicitur. In dominicis vero temporis paſchalis à dominica in Albis incluſiue, vſque ad Aſcenſionē excluſiue, dicuntur tantum tres pſalmi ſicut in feſtis, addito ſymbolo Athanaſij. Alij pſalmi per ſingulas ferias diſtributi ad Primam, dicuntur ſinguli loco pſalmi, Confitemini, in feriali tantum officio, quādo de feria agitur extra tempus paſchale. In ferijs vero temporis paſchalis, in feſtis per annū, & in Sabbatho, ſiue de S. Maria, ſiue de feria fiat officium, dicuntur tantum tres pſalmi: ſcilicet, Deus in nomine tuo, Beati immaculati, & Retribue: etiam ſi feſtum duplex celebretur in dominica.

¶ In dominicis autem, quādo officiū fit de dominica, poſt pſalmos additur ſemper ſymbolū Athanaſij, Quicunq; vt infra in propria rubrica dicetur.

¶ Pſalmi Horarum, ſcilicet ad Tertiam, Sextam, & Nonam, & ad Completorium, nunquam mutantur, vt in pſalterio, ſiue de Sanctis, ſiue de Tempore fiat officium.

¶ Pſalmi de dominica ad Veſperas vt plurimū dicuntur in Veſper. feſtorū, excepto vltimo qui mutatur: cum vero aliter fit, ſuis locis annotatur. In Veſper. infra oct. dicuntur pſalmi, vt in ij. Veſper. feſti, exceptis primis Veſpe. diei octa. in quibus dicuntur, vt in primis Veſper. feſti.

¶ In fine pſalmorum ſemper dicitur Gloria patri, præterquam in pſalmo, Deus Deus meus ad te de luce vigilo: & in pſalmo, Laudate Dominum de cœlis: in quibus dicitur tantum in fine vltimi pſalmi, ante canticum Benedicite, & ante Capitulum. Præterea non dicitur in triduo Maioris

ris hebdomadæ ante Paſcha, nec in officio Defunctorum, cuius loco pro Defunctis dicitur, Requiem æternam &c.

De Canticis.

CAntica dicuntur in officio de tẽpore, tam de Dominicis, quã de Ferijs, vt in Pſalterio diſtribuuntur ad Laudes, Veſperas, & Completorium.

¶ In feſtis, & Tempore paſchali ad Laudes ſemper dicitur Canticũ, Benedicite, vt in Dominica: & in fine eius nõ dicitur, Gloria patri, ſicut in alijs Cãticis dicitur, nec reſpõdetur, Amẽ. Alia Cantica ferialia, vt in Pſalterio, ad Laudes nõ dicũtur niſi quãdo officiũ fit de feria extra tempus paſchale.

¶ Canticũ Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, ſemper dicuntur ſuo loco, vt in Pſalterio.

De Verſibus.

VErſus ſemper dicuntur ad Matutinum poſt vltimum pſalmum, & antiphonam nocturnorum: ſiue in officio dicãtur tres noct. ſiue vnus. Ad Laudes & Veſpe. verſus dicitur poſt hymnum: Ad Horas dicitur in Reſponſorio breui poſt repetitionem partis Reſponſorij, dicto Gloria patri.

¶ In Paſcha Reſurrectionis & per eius octauam vſque ad Sabbtthum in Albis incluſiue, in Nocturno tantum dicitur verſus, in alijs Horis non dicitur, vt ibi.

¶ Quando fit aliqua commemo. ſemper poſt antiphonam eius, de quo fit commemoratio, dicitur Verſus qui in eius officio ponitur poſt hymnum Veſperarum & Laudum.

¶ Verſibus tempore Paſchali ſemper additur, Haleluiah.

¶ Verſus Dominus vobiſcum, ſemper præponitur orationi, & poſt eam repetitur, vt infra dicitur in rubrica de oratione.

¶ In officio feſti trium lectionum poſt omnes pſalmos feriales cum antiphonis, dicuntur verſus de Communi Sanctorũ, hoc ordine. Feria ij. & v. Verſus primi nocturni. Feria iij. & vj. verſus ſecundi nocturni. Feria iiij. verſus tertij nocturni.

¶ Verſus poſiti in Pſalterio ad Laudes, & Veſper. ſemper dicuntur quando alij proprij non aſſignantur, in Proprio de tempore.

De Abſolutionibus, & Benedictionibus ante Lectiones.

ABſolutiones, & Benedictiones dicuntur per ordinẽ in officio nouem lectionum ante lect. vt in prima Dominica de Aduentu ponuntur, ſcilicet poſt verſum dicto Pater noſter, Et ne nos, dicitur Abſolutio & Benedictio, vt ibi, præterquã in Matuti. tenebrarũ Maioris hebdomadæ, & in officio Defunctorum, in quibus Abſolutio & Benedictio non dicuntur.

¶ Si officium nouem lectionum fit de Sancto, octaua Benedictio erit, Cuius vel Quorum feſtum colimus &c. vt ibi. Si de S. Maria octa. Benedictio erit, Cuius feſtum colimus ipſa virgo virginum &c. Cum leguntur tria euangelia cum homilia, fiat ſicut in Natiuit. Domini dicitur.

¶ Si fit officium trium lectionum, & fit de feria in qua ſingulæ tres lectiones

ctiones ſunt de Scriptura, Abſolutio, & Benedictiones ſumuntur ex prima Dominica de Aduentu, hoc ordine, Feria ij. & v. Abſolutio & Benedictiones primi noct. dicuntur. Feria iij. & vj. ſecundi noct. Feria iiij. & Sabbatho, tertij nocturni.

¶ Si autem ſingulæ tres lect. non ſunt de Scriptura, Abſolutio dr̃ ſecundum ferias, ſicut quando tres ſunt de Scriptura. Benedictiones vero ſemper dñr vt in tertio noct. dictæ dominicæ ordinantur.

¶ Si tres lect. ſunt de homilia: Prima Benedictio erit, Euangelica lectio. Secunda, Diuinum auxilium. Tertia, Ad ſocietatem.

¶ Si fit de Sancto, de Abſolutionibus idem ſeruatur quod in ferijs qñ non legitur homilia: ſed Benedictiones dicuntur vt in tertio noct. hoc modo: Prima, Ille nos benedicat: Secunda, Cuius, vel quorum feſtum colimus: Tertia, Ad ſocietatem.

¶ Quando fit officium B. Mariæ in Sabbatho, Abſolutio & Benedictiones dicuntur, vt in eius officio paruo circa finem Breuiarij.

De Lectionibus.

Lectiones leguntur ad Matut. dictis pſalmis nocturnorum cũ añis, verſibus, Abſolutionibus quoq; & Benedictionibus, vt ſupra. In duplicib9 & ſemidupli. dñr nouem lect. ideſt in quolibet nocturno tres: in ferijs & feſtis ſimplicibus leguntur tantum tres lectiones.

¶ In officio nouem lect. leguntur hoc modo. In primo noct. ſemper leguntur tres lectiones de Scriptura, quæ, quando ſuis locis propriæ, aut de Communi Sanctorum non aſſignantur, ſemper leguntur vt in officio de Tempore, quæ ſua quaque die occurrunt legendæ. In ſecundo nocturno ſi fit de Sancto, tres lect. leguntur de vita Sancti: quæ ſi non adſint propriæ, leguntur de ſermone, qui ei conuenit, ex Communi Sanctorum: Vnde etiã numerus trium lectionum completur quando officium fit nouem lect. de aliquo Sancto qui non habet niſi vnam, vel duas lectiones de vita Sancti. Si fit de Dominica, vel alio officio nouem lectionum, per annum, etiam de octaua, leguntur tres lectiones de aliquo ſermone, qui in illis ponitur. In tertio nocturno ſemper leguntur tres lectiones de homilia in euangelium, poſitæ in Proprio, aut de Communi aſſignatæ, & primæ lectioni de homilia ſemper præponitur principium lectionis de Euangelio, de quo eſt homilia: etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario lectionum Matutinæ tenebrarum ante Paſcha, & Defunctorum, vt in ſuis officijs ponitur.

¶ Si in officio nouem lectionum in quo non dicitur nonũ Rium contingat fieri cõmemorationem de aliquo Sancto, qui propriam habet lectionem, nona lectio legitur de Sancto: ſi fuerint duæ de ſancto, cuius fit commemo. ex duabus lectionibus fiat vna lectio, omiſſa nona lectione in dicto officio nouem lectionum, vel octauæ lectioni adiuncta. Quod ſi eodem die occurrat Dñica, vel feria quæ habeat homiliã, nona lectio ſancti omittitur:

pitur,& eius loco legitur homilia Dominicæ, vel feriæ.

¶ In officio trium lect. ſi ſit de feria tres lect. leguntur de Scriptura, niſi tres ſint de homilia, quia tunc omiſſis lectionibus de ſcriptura, tres leguntur de homilia. Si ſit de Sancto, qui habeat duas lectiones, prima tantum erit de Scriptura, vel vna, vel ex tribus vna, Secunda & tertia de Sancto. Si vnam tantum habuerit, vel propriam, vel ex Communi aſſignatam, prima & ſecunda erunt de Scriptura, tertia de Sancto: quod etiam ſeruatur in officio S. Mariæ in Sabbatho.

¶ Si initium lectionis de ſcriptura transferatur in ſecundam feriam, lectiones ſcripturæ poſitæ in ſecunda feria vel omittantur, vel cum alijs de eadem ſcriptura adiunctæ legantur: quod ſemper fieri poteſt, quando lect. de de Scriptura aliquo die omittuntur.

¶ Lectiones autem de Scriptura in officio de Tpe ſic diſtributæ ſunt p annum, vt quotidie aliquid ex ea legatur etiam in officio de Sanctis, quando aliæ, vt dictum eſt, non aſſignantur.

¶ Initia librorum ſacræ ſcripturæ (qui fere ſemper in Dominicis inchoantur) eo die ponuntur, quo notata ſunt, etiam ſi fiat officium de Sancto, niſi in feſto aliæ propriæ lect. ſcripturæ de Cōmuni aſſignentur: tunc enim initium lectionis de ſcriptura transfertur in ſequentem diem, ſimiliter nō impeditam. Hiſtoria vero, ideſt Ria ex hiſtoria ſcripturæ ſumpta, ſi eo die in quam transfertur initium ſcripturæ propter feſtum occurrens poni nō poſſit, ponatur infra hebdomadam, vt dicitur in rubrica de Rijs. Cum autem initium alicuius epiſtolæ beati Pauli poſt octauam Epiphaniæ, vel epiſtolæ canonicæ tempore paſchali: aut alicuius prophetæ minoris menſe Nouembri, infra hebdomadam illorum temporum impeditur aliquo feſto nouem lectionū habente proprias lect. de ſcriptura, dictum initium epiſtolæ & prophetæ, quoad commode fieri poterit, ponatur in ſequenti feria alio ſimili initio ſcripturæ ponendo, vel feſto non impedita: alioquin in præcedenti non impedita, vel cum alijs lectionibus de eadem ſcriptura in ſequentibus diebus continuetur, ita vt aliquo modo ponatur. Cum etiam initium lectionis alicuius libri de ſcriptura transfertur in aliam diem, aliæ lect. eadem die, de eadem ſcriptura aſſignatæ, vel cum ſuperioribus lect. legantur, vel omittantur, ita vt non oporteat eas amplius in alio ſeqūēti die reſumere: ſed illæ legantur, quæ ſua quaq; die occurrunt, aut cum eiſdem iungantur. Quod ſemper ſeruetur, qñ lect. occurrentes de ſcriptura legi non poſſunt.

¶ De ſcriptura quoque tantum eſt poſitum, quantum ſatis videtur, pro numero hebdomadarum, quæ eſſe poſſunt, & inter Epiphaniam & Septuageſimam, & inter Pentecoſten & Aduentum. Vbi vero contingit minui numerum Dominicarum & hebdomadarum poſt Epiphaniam adueniente Dominica Septuageſimæ, & poſt Pentecoſten adueniente alia Dominica, vt infra dicitur: quod ſupereſt de ſcriptura, alicuius libri

pro numero dictarum dñicarum, & hebdomadarum, poſiti, eo anno omittitur. Quod etiam fit de ſcriptura ex libris Regũ: de quibus legitur ab oct. Pentecoſt. vſque ad Primam Dominicam Auguſti, cum non expletur numerus Dñicarum poſt oct. Penteco. de eo libro annotatus vſq; ad menſem Auguſti: quia tunc lectionibus de eo libro omiſſis, legitur ſcriptura quæ ponitur menſe Auguſti. Quod ſimiliter & in ſequentibus menſibus obſeruatur, cum menſis, cui quinq; dominicæ aſſignantur, non habuerit niſi quatuor: tunc enim omittuntur lect. quintæ Dñicæ, & eius hebdomadæ, & ponuntur lectiones primæ dñicæ ſequentis menſis, & eius hebdomadæ, quæ ſcilicet dominica proximior eſt Calendis illius menſis, ſecundum rubricam menſis Auguſti poſitam in proprio de Tempore.

¶ Lectiones dñicæ quintæ Octobris, quando October habuerit tantũ quatuor Dominicas, leguntur feria quinta præcedentis hebdomadæ nõ impedita feſto duplici quod habeat proprias lectiones Scripturæ: alioquin legantur feria ſexta eiuſdem hebdomadæ, coniunctæ lectionibus ſecundæ, & tertiæ feriæ hebdomadæ quintæ.

¶ Lectiones etiam ſecundæ dñicæ Nouembris, & eius hebdomadæ omittuntur, quando idem menſis habuerit tãtum quatuor dñicas: tunc enim tertia Dominica Nouemb. cum ſua hebdomada ponitur loco ſecundæ, & quarta loco tertiæ, & quinta loco quartæ.

¶ Lectiones de Scriptura, poſitæ in Communi Sanctorum, leguntur tam in feſtis duplicibus, quam ſemiduplicibus, vbi aſſignantur in Proprio Sanctorum per annum: Rurſus quando aliquod feſtum in propria eccleſia ſolenniter celebratur: Item quando aliquod feſtum nouem lect. occurrit in Quadrageſima, & Quatuor temporibus, in ſecunda feria Rogationum, & in Vigilia Aſcenſionis, in quibus ferijs in officio de Tempore non aſſignãtur lectiones de ſcriptura, ſed de Homilia: tunc enim in feſtis recurrendum eſt ad lect. de Scriptura poſitas in Communi Sanctorum. Quod ſi occurrat in die octaua alicuius feſti habentis octauam, tunc in primo nocturno diei octauæ repetantur lectiones, quæ in primo nocturno feſti lectæ fuerint. Aliæ lectiones ſecundi, & tertij noct. poſitæ in Communi Sanctorum, ſimiliter leguntur, quando in proprio Sanctorum aſſignantur, & quãdo in aliqua eccleſia aliquod feſtum celebratur cum nouem lectionibus, quia in ea eſt ſolenne, aut conſuetum celebrari, quod proprias de feſto lectiones non habuerit.

¶ In fine cuiuſcunq; lectionis dr. Tu autem dñe miſerere noſtri, & rñdetur, Deo gratias. Quod etiam fit in lectionibus breuibus in principio Cõpletorij, & in fine Primæ poſt Precioſa, præterquam in triduo maioris hebdomadæ ante Paſcha, & in officio Defunctorum, vt ſuis locis ponitur.

De Reſponſorijs poſt Lectiones.

Reſponſoria dicuntur ad Matutinum poſt Lectiones: ita vt poſt quãlibet lectionem dicatur vnum Reſponſorium, vt infra.

¶ In

Digitized by Google

¶In feſtis nouem lect. (præterquam in feſto ſanctorum Innocentiũ, quã non venerit in dñica) & in dñicis a dñica in Albis incluſiue vſque ad Aduentum excluſiue: & à dñica infra octa. Natiui. incluſiue vſque ad Septuagesi. excluſiue, dñr octo tantum ꝶia: & in fine tertij, ſexti, & octaui, dicitur Gloria patri, cum repetione partis ꝶij: quod regulare eſt in fine vltimi ꝶij cuiuslibet noctur. tam officio nouem, quam trium lect. excepto tempore Paſſionis, quo tempore eius loco repetitur ꝶium à principio: excepto etiam officio Defunctorum, cuius loco dicitur Requiem æternam &c. Qui verſus Gloria patri, quibuſdam diebus dicitur in primo Reſponſorio, vt in proprijs locis annotatur. Poſt nonam lectio. prædictis diebus, quando octo tantum dicuntur Reſponſoria, immediate dicitur Hymnus, Te Deum.

¶In Dominicis Aduentus, & in Dominicis à Septuag. vſque ad Dominicam Palmarum, & in triduo ante Paſcha, dicuntur nouem Reſponſoria, quia tunc non dicitur Te Deum.

¶In officio autem trium lectionum, quando fit de feſto, & in ferijs temporis paſchalis, quod eſt inter Dominicam in Albis, & Aſcenſionẽ (excepta feria ij. Rogationum, in qua dicitur tertiũ ꝶium) dñr duo ꝶia: q̃a poſt tertiam lectionem dicitur, Te Deum. Quæ Reſponſoria in feſtis ſumuntur de Communi Sanctorum, & in dictis ferijs temporis paſchalis quando alia propria non aſſignantur, ſumuntur de Dominica, in qua primo ſunt poſita hoc ordine.

¶Secunda & v. feria, primum & ſecundum Reſponſorium primi noctur.
Feria iij. & vj. primum & ſecundum Reſponſorium ſecundi noctur.
Feria iiij. primum & ſecundum Reſponſorinm tertij nocturni.

¶In alijs ferijs extra tempus Paſchale, dñr tria ꝶia (quia in illis non dr̃ Te Deum: hoc ordine. Feria ij. & v. tria ꝶia primi nocturni. Feria iij. & vj. tria ꝶia ſecundi nocturni. Feria iiij. & Sabbatho, quando in eo fit de feria, tria Reſponſoria tertij noct. Dominicæ præcedentis, in qua primo ſunt poſita. Verum quia in iij. noct. Dñicarum à tertia poſt Penteco. incluſiue, vſque ad Aduentum excluſiue: & ab octaua Epiphaniæ vſque ad Septuag. excluſiue, non habetur niſi vnum Reſponſorium dicendum infra hebdomadam, quod eſt ſeptimum in Dominica: propterea quod Reſponſorium, Duo Seraphim, non dicitur niſi in Dominicis poſt Pentecoſten vſque ad Aduentum, & ab Epipha. vſque ad Septuag. ideo Feria iiij. & Sabbatho quando ex iij. noct. ſumenda erunt Reſponſoria: primum Reſponſorium erit quod eſt ſeptimum Dominicæ, ſecundo & tertio loco dicitur ſecundum & tertium ſequentis feriæ, ideſt poſt ſecundam & tertiã lectionem dicitur ſecundum & tertium Reſponſorium, quod eſt ſecundũ & tertium ſecundæ ſequentis feriȩ, ſi propria ꝶia habuerit: alioquin ſi non habuerit propria, dicitur ſecundum & tertium Reſponſorium primi nocturni eiuſdem Dominicæ.

¶Sumuntur

¶ Sumuntur autem R̷ia ex eo loco, vbi primo ſunt poſita in principio menſis, vel libri, & ea repetuntur in alijs ſequentibus Dominicis illius mẽſis, in quibus alia non aſſignantur, vel donec de illo libro legitur, vnde ſumpta ſunt R̷ia. Quæ autem in prima hebdomada menſis poſita ſunt per ferias, repetantur eodem ordine in eiſdem ferijs per ſequentes hebdomadas, donec alia ponantur.

¶ Reſponſoria etiam propria ſecundæ feriæ, ſi propter feſtum occurrens poni non poſſint in ea feria vbi aſſignantur, ponantur in ſequenti prima occurrenti feria. Vbi vero non adſunt propria, ſemper ex nocturnis Dominicæ ſumuntur dicto ordine.

¶ Si R̷ia primi noct. eius Dñicæ, in qua primo ponuntur, propter feſtum duplex in ea occurrens, in ipſa Dñica poni non poſſint, ponantur primo die eius hebdomadæ, in qua occurrit fieri de feria, & omittantur alia, quæ forte in illa feria propria haberentur. Si vero in tota hebdomada non occurrat dies, in quo fiat de feria, prima die non impedita feſto nouem lect. fiat offm̃ de feria, cum commemoratione feſti triũ lect. in ea occurrentis: ſi tota hebdomada, & ſequens Dñica fuerit impedita officio nouem lectio. in qua non poſſit fieri officium de Dñica vel de feria, id fiat in ſequenti hebdomada vel Dominica, dummodo in ea alia R̷ia non ſint primo ponenda: quia tunc ſi alia R̷ia ſint primo ponenda, prima die præcedentis hebdomadæ non impedita feſto duplici, fit de feria, vt ſupra: & feſtum ſemiduplex in ea occurrens transfertur.

¶ R̷ia etiam iij. noct. quæ in aliquibus Dominicis ex textu euangelij ſumpta ſunt, non repetantur per hebdomadam, quando in ea ſumenda ſunt R̷ia ex tertio noct. Dominicę: ſed eorum loco dicantur alia ſequentis ferię. Idem ſeruatur de quibusdam R̷ijs proprijs, in ferijs Quadrageſimæ, vbi vnum tantum R̷ium ponitur: quia non dicuntur niſi in eo die, quo ponuntur: & in alijs ſequentibus ferijs Quadrageſimæ ſumuntur ex Dominica, ordine ſupradicto.

¶ Tempore paſchali in fine R̷ij ante verſum additur Haleluiah. Primum R̷ium feſti quod aliquando non dicitur infra quaſdam octauas, dicitur in Dominica infra oct. ſi ad modum octauæ agatur officium, & in die octaua, niſi aliter notetur.

De Reſponſorijs [breu]ibus Horarum.

Reſponſoria breuia dñr poſt capitulum ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, & ad Completorium: præterquam in triduo ante Paſcha vſque ad ſabbathum in Albis excluſiue, quibus diebus non dicuntur. Ad Primam & Cõpleto. ſemper dñr eodem modo, vt in Pſalte. In alijs Horis, quando fit officium de Dñica, vel de feria per annum, dicuntur vt habentur in Pſalterio. In Aduentu autem, Quadrage. & tempore paſchali, vt ſuis locis habentur propria. In feſtis ſimiliter, quando non habentur propria, dicuntur vt in Communi ſanctorum.

¶ In

Digitized by Google

¶ In fine Rij breuis ſemper dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Rij, eo modo quo ordinatur ad Primam in Pſalterio, præterquam tempore Paſſionis: tunc enim non dicitur Gloria patri: ſed eius loco repetitur Rium breue à principio.

¶ In Rio breui ad Primam, loco verſus, Qui ſedes, & cætera. vt in pſalterio, in Aduentu dicitur, Qui venturus es in mundum, tam in Dominicis & ferijs, quam in feſtis, excepto feſto Conceptionis B. Mariæ. In Natiuitate Dñi & vſque ad Epiphaniam etiam in feſtis occurrentibus, in feſto corporis Chriſti & per octa. & in omni officio beatæ Mariæ, tam nouem quam trium lect. dicitur, Qui natus es de Maria virgine. In Epiphania & per octauam, & in feſto Transfigurationis dicitur, Qui apparuiſti hodie. A Dñica in Albis incluſiue vſque ad Aſcenſionẽ excluſiue tam in offõ de Tẽpore, quam de Sanctis (excepto officio ſanctæ Mariæ) ſemper dicitur, Qui ſurrexiſti à mortuis. Ab Aſcenſione vſque ad Pentecoſten excluſiue, dicitur, Qui ſcandis ſuper ſidera. In Pentecoſte & reliquo anni tempore, tam in officio de Tempore, quam de Sanctis, dicitur, Qui ſedes ad dexteram patris, vt in Pſalterio.

¶ Ria breuia aliarum Horarum, quæ ponuntur in prima Dominica de Aduentu, dicuntur per totum Aduentum, quando fit officium de tempore. Similiter quæ ponuntur in prima Dominica Quadrageſimæ, dicuntur vſque ad Dominicam paſſionis excluſiue. Et quæ ponuntur in Dominica Paſſionis, dicuntur vſque ad feriam quintam in Cœna Domini excluſiue. Item quæ ponuntur in Dominica in Albis, dicuntur vſque ad Aſcenſionem excluſiue. Quæ vero ponuntur in aliquo feſto habente octauam, dicuntur per totam octauam quando fit de octaua. In officio autem beatæ Mariæ, tam nouem quam trium lectionum, excepto feſto Aſſumptionis eiuſdem, dicuntur ſemper Ria breuia de Communi Virginum.

¶ Tempore Paſchali à Dñica in Albis vſque ad Sabbathum poſt Penteco. incluſiue, in primo verſu Rij breuis ponuntur duo Haleluiah, & in ſecundo, vnum, tam in officio de Tempore, quam de Sanctis.

De Capitulis.

Capitula ſemper dicuntur (præterquam à feria v. in Cœna Dñi vſque ad Sabbatum in Albis incluſiue, & præterquam in officio Defunctorum) ad Veſperas, Laudes, & alias Horas, dictis pſalmis, & Añis: ad Completorium vero dicto etiam hymno.

¶ Capitula Dominicalia, poſita in Pſalterio in primis & ſecundis Veſperis, in Laudibus, & Horis, dicuntur à tertia Dominica poſt Pentecoſten vſque ad Aduentum: & à ſecunda poſt Epiphaniam vſque ad Septuageſimam. Capitula autem ferialia dñr eiſdem temporibus, ſed poſt octauam Pentecoſtes vſque ad Aduentum, & ab octa. Epiphaniæ vſque ad Dominicam primam Quadrageſimæ. Alio tempore dñr vt in Proprio de Tpe:

ſi fit

ſi fit de Sanctis, vt in proprio de Sanctis, cum propria adſunt: alioquin de Communi Sanctorum. Capitulum Primæ & Completorij (quando Capitula dicuntur) nunquam mutatur vt in pſalterio.

¶ In Dominicis ab Aduentu vſq; ad octa. Epiphaniæ, & à Septuage. vſq; ad tertiam poſt Pentecoſten, & in omnibus feſtis regulariter Capitulum poſitum in primis Veſpe. dicitur in Laudibus, ad Tertiam, & in ij. Veſperis, quibuſdã exceptis, quæ ſuis locis aſſignantur. Poſt Capitulum ſemper reſpondetur, Deo gratias.

De Oratione.

ORatio in Veſper. & Laudibus dr̃ poſt añas ad Magnificat, & Benedictus immediatè, præterquam in ferijs Aduentus, Quadrageſi. Quatuor temporum, & Vigiliarum quæ ieiunantur, in quibus poſt añam dñr preces, excepta Vigilia Natiuitatis Dñi, & vigilia & ferijs iiij. temporum Pentecoſtes: & in fine poſt preces, Oratio. Ad Primam & alias Horas oratio dr̃ poſt ℟. breue, niſi dicendæ ſint preces: tunc enim oratio dr̃ poſt preces. Ad Cõpletorium in duplicibus, & per octa. oratio dicitur poſt añam, Salua nos, in alio officio dicitur poſt preces.

¶ Ad primam, & Completorium nunquam mutantur orationes quæ habentur in Pſalterio, præterquam in triduo ante Paſcha, in quo triduo ad omnes horas vſque ad nonam Sabbathi Sancti incluſiue poſt pſalmum Miſerere, dicitur Oratio diei, vt ſuo loco ponitur. In alijs Horis regulariter dr̃ oratio, quæ dicta eſt in primis Veſp. In quadrag. autem, Quatuor temporibus, & Vigilijs, oratio quæ dicta eſt in Laudibus, dr̃ tantum ad Tertiam, Sextam, & Nonam. In Veſpe. autem ſequentibus, ſi fit de Feria, dicitur vel alia própria, vt in Quadrageſima, vel Dominicæ præcedentis, vt in ferijs per annum. Quæ òratio præcedentis Dominicæ ſemper dicitur in feriali officio per hebdomadam quando propria non aſſignatur. Infra octauas dicitur oratio vt in die feſti, ſimiliter in die octaua, niſi alia propria aſſignetur.

¶ Ante orationem ſemper dicitur Verſus Dominus vobiſcum. Reſpondetur. Et cum ſpiritu tuo. Qui verſus non dicitur ab eo qui non eſt ſaltem in ordine Diaconatus, nec à Diacono, præſente Sacerdote, niſi de illius licentia. Si quis autem ad diaconatus ordinem non peruenit, eius loco dicat, Domine exaudi orationem meam, Reſpondetur, Et clamor meus ad te veniat. Deinde dicitur, Oremus: poſtea oratio, quæ ſi vnica tantum dicatur, Verſus, Dominus vobiſcum, vel Domine exaudi, repetitur finita oratione, poſtquam fuerit reſponſum, Amen. Sin autem plures Orationes dicendæ ſint: ante quamlibet orationem dicitur Antiphona & Verſus, deinde dicitur Oremus: & poſt vltimam orationem repetitur, Dominus vobiſcum: poſtea dicitur, Benedicamus Domino, Reſpondetur Deo gratias. Deinde dicitur Verſus, Fidelium animæ: qui Verſus Fidelium non dicitur poſt Benedicamus Domino, ad Primã ante Precioſa &c.

neque

Digitized by Google

neque ad Completorium ante Benedicat,&c.

¶ Si oratio dirigatur ad Patrem, concluditur, Per dñm: Si ad Filium, Qui viuis & regnas. Si in principio orationis fiat mentio Filij, dicatur, Per eundem: Si in fine orationis, dicatur, Qui tecum viuit, & regnat. Si fiat mentio Spiritus ſancti, dicatur, In vnitate eiuſdem Spiritus ſancti, &c.

¶ Quando plures orationes dicuntur, prima tantum dicitur ſub ſua concluſione, Per dominum, vel aliter vt ſupra; aliæ non concluduntur niſi in vltima Oratione: ſed vnicuique Orationi ſemper præponitur, Oremus, præterquam in officio Defunctorũ: in quo alio modo quam vt ſupra Orationes dicuntur, vt in eius officio dicitur.

De Hymno, Te Deum.

HYmnus Te Deum, dicitur in omnibus feſtis per annum tam triũ quã nouem lectionum, & per eorum octauas: excepto feſto ſanctorum Innocentium, niſi venerit in dominica, & niſi fuerit eius octaua, quia tunc dicitur. Dicitur etiam in omnibus dominicis a Paſcha Reſurrectionis incluſiue, vſque ad Aduentum excluſiue: & à Natiuitate Domini incluſiue, vſq; ad Septuageſimam excluſiue: & in omnibus ferijs temporis paſchalis, ſcilicet à Dominica in Albis vſque ad Aſcenſioné, excepta ſecunda feria Rogationum, in qua non dicitur.

¶ Non dicitur autem in dominicis Aduentus, & à Septuag. vſque ad dominicam Palmarum incluſiue, neque in ferijs extra tempus paſchale.

¶ Cum dicitur, omittitur ſemper nonum vel iij. Reſponſorium, & ſtatim dicitur poſt vltimam lectionem.

¶ Cum non dicitur, eius loco ponitur nonum vel tertium Reſponſoriũ cũ Gloria patri, in fine, & dicto Reſpóſorio ſtatim inchoãtur Laudes. Similiter quando dicitur Te Deum, eo hymno dicto ſtatim inchoantur Laudes, præterquam in nocte Natalis Domini: quia tunc dicitur Oratio, & poſtea celebratur miſſa, vt ſuo loco dicitur.

De Oratione Dominica, & Salutatione Angelica.

ORatio Dominica Pater noſter, & Salutatio Angelica Aue Maria, ſemper dicitur ſecreto ante omnes Horas, præterquam ad Completoriũ: quia tunc in principio dicitur tantum Pater noſter, poſt lectionem breuẽ dicto verſu Adiutorium noſtrum, & in fine Pater noſter, Aue Maria, cum Credo poſt orationem S. Mariæ. Finitis Horis dicitur ſimiliter ſecreto Pater noſter, tantum, dicto Verſu, Fideliũ animæ, vbi hic verſus dicitur: qui verſus nõ dicitur quando poſt offitium diei dicitur officium Beatæ Mariæ, ſed poſt illud: & tũc dicitur Pater noſter, vt ſupra. Si autem alia Hora ſubſequatur, in fine præcedentis Horæ dicitur Pater noſter, ſemel tantum pro principio ſequentis Horæ, addita Aue Maria.

¶ Quando oratio Dominica dicenda eſt cum precibus, ſemper clara voce profertur, Pater noſter, & in fine, Et ne nos: reliquum dicitur ſecreto: aliàs nunquam profertur. Ad Laudes vero & Veſperas, quando in feriali

ſeriali officio dicuntur preces, totum dicitur clara voce.

¶ Salutatio Angelica ſemper dicitur ante officiũ S. Mariæ, quãdo nõ dicit cũ officio Dñi, quia tũc ſufficit dixiſſe in principio cũ oratione Dominica.

De Symbolo Apoſtolorum, & Symbolo Athanaſij.

SYmbolum apoſtolorum ſemper dicitur ante Matutinum, & Primam, & finito Completorio, poſt orationem Angelicam totum ſecreto: etiã ſi ad Primam, & Completorium iterum dicendum ſit cum precibus. Quãdo vero dicitur cum precibus, ad Primam & Completoriũ clara voce profertur, Credo in Deum, & in fine Carnis reſurrectionem, reliquũ dicitur ſecreto, alias nunquam dicitur, niſi vt ſupra.

¶ Symbolum Athanaſij dicitur ad Primam poſt pſalmum Retribue, in omnibus Dominicis per annum, quando officium fit de Dominica, exceptis Dominicis infra octauas Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & Corporis Chriſti, ac Dominica Reſurrectionis, & Penteč. in quibus dicũtur tantum tres pſalmi, vt in feſtis. In Dominicis infra alias octauas, & in Dominica Trinitatis dicitur, alias nunquam, neque ſi aliquod feſtum duplex celebretur in Dominica.

De Precibus.

PReces ſunt aliquot verſus, qui aliquando dicuntur ante orationem incipientes à Kyrie eleiſon.

¶ Preces Dominicales, ad Primam, & Completorium, vt in Pſalterio dicuntur tantum quandocunque officium non eſt duplex, vel infra octauas: in duplicibus autem & infra octauas non dicuntur, etiam ſi infra octauam fiat de Dominica, vel alio feſto ſemiduplici, quia tunc ratione octauæ non dicuntur.

¶ Preces feriales ad Laudes, & Horas diſtinctæ vt in Pſalterio, dicuntur tãtum in ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, Quatuor temporum, & Vigiliarum, quæ ieiunantur: exceptis Vigilia Natiuitatis Domini, & Vigilia & Quatuor temporibus Pentecoſtes: & tunc dicuntur flexis genibus. In alijs ferijs per annum à prædictis nunquam dicuntur, niſi Dominicales, & in illis non flectuntur genua.

¶ In ferijs Aduentus, Quadrageſimæ, & Quatuor temporum dicuntur preces feriales ad Laudes, per Horas, & ad Veſpe. ſi non ſequatur feſtum: ad Completorium dicuntur conſuetæ de Dominica, ſed flexis genibus. Dicuntur autem preces flexis genibus ab hebdomadario vſque ad verſum, Dominus vobiſcum, ante orationem. A circunſtantibus autem vſque ad verſum, Benedicamus domino, poſt Orationem.

¶ In Vigilijs preces feriales dicuntur tantum ad Matutinum, & per horas. Ad Veſpe. vero ſequentes non dicuntur, quia inde fit de feſto. Pſalmus, Miſerere, non dicitur cũ precibus, niſi ad Veſperas, & pſalmus, De profundis, niſi ad Laudes: in alijs horis prædicti pſalmi non dicuntur. In officio Defunctorum dicuntur pſalmi, qui in eorum officio ſignantur.

De

Digitized by Google

De Commemorationibus Communibus, ſeu Suffragijs Sanctorum.

COmmemorationes communes, ſeu ſuffragia de Sanctis, quæ habentur in Pſalterio ad Veſperas Sabbathi, dicuntur in fine Veſperarum, & Laudum, ab octaua Epiphaniæ vſque ad Dominicam Paſſionis excluſiue, & ab octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum excluſiue, in Dominicis, Ferijs, & feſtis: niſi officium ſit duplex, vel infra octauas, & illis adiungitur commemoratio de Patrono, vel titulo Eccleſiæ, ante, vel poſt commemorationem de Apoſtolis, & de Sancta Maria, pro dignitate illius: ita tamen vt ſemper vltimo loco ponatur commemoratio de Pace. Et ante illas in feriali officio fit commemoratio de Cruce, quæ habetur in Pſalterio, poſt Laudes ſecundæ feriæ.

¶ Tempore paſchali fit alia commemoratio de Cruce, vt ibi ponitur ad Laudes feriæ ſecundæ poſt Dominicam in Albis: & ea ſolum tunc dicitur.

¶ Si facienda ſit commemoratio alicuius feſti occurrentis, commemoratio feſti ſemper fit ante ipſa Suffragia conſueta, etiam ante commemorationem de Cruce.

¶ Commemoratio de ſancta Maria non fit cum alijs quando dicitur eius officium paruum.

De Antiphonis Beatæ Mariæ in fine Officij.

ANtiphonæ beatæ Mariæ poſitæ in fine Pſalterij poſt Complet. ſingulę dicũtur pro temporis diuerſitate, vt ibi annotatur, præterquam in triduo maioris hebdomadæ ante Paſcha.

¶ Dicuntur autem extra Chorum tantum in fine Completorij, & in fine Matutini dictis Laudibus, ſi tunc terminandum ſit officium: alioquin, ſi alia ſubſequatur Hora, in fine vltimæ Horæ. In Choro autem ſemper dicantur, quandocunque terminta aliqua Hora, diſcedẽdum eſt à Choro.

¶ Nunquam vero dicitur poſt aliquam Horã quando ſubſequitur cum officio diei officium Defunctorum, vel Litaniæ, præterquam poſt Completorium, in quo ſemper dicitur, etiam ſi prædicta ſubſequantur: neque etiã dicitur quando poſt aliquam Horam ſubſequitur miſſa. Dicuntur autem ſemper flexis genibus, præterquam tempore paſchali, hebdomadario tamen ad orationem ſurgente.

De Officio paruo Beatę Mariæ, & alijs.

DE officio paruo beatæ Mariæ, de officio Defunctorum, de Septem Pſalmis pœnitentialibus, & Litanijs, & de pſalmis Gradualibus, quãdo & quomodo, tam in Choro, quam extra Chorum dicẽda ſint, habentur ſuis locis propriæ rubricæ circa finem Breuiarij.

Digitized by Google



Digitized by Google

PSALTERIVM DISPOSITVM PER HEBDOMADAM,

Cum ordinario Officij de Tempore.

DOMINICA.

Ad Matutinum, & omnes Horas, preterquã ad Completoriũ, dicitur ſecreto.

PAter nr̃, q es in celis: ſanctificet nomen tuũ. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in celo, & in terra. Panẽ noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationẽ, Sed libera nos a malo. Amẽ.

AUe Maria gratia plena: Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jeſus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtrę. Amen.

In principio Matutini, & Primę, ac in fine Completorij, dicit etiam Symbolum Apoſtolorũ.

CRedo in Deũ patrẽ omnipotentem, creatorẽ celi & terrę: Et in Jeſum Chriſtũ filium eius vnicum dominũ noſtrum. Qui cõceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine, Paſſus ſub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis: Aſcendit ad celos, ſedet ad dexteram Dei patris oĩpotẽtis: Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Credo in ſpiritũ ſanctũ, Sãctã Eccleſiã catholicã, Sãctorum Communionẽ, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam ęternã. Amẽ.

Deinde clara voce dicitur ℣.

DOmine labia ✠ mea aperies.
℟. Et os meũ annũciabit laudẽ tuã.

DEus in adiutorium meum intende. ✠ ſe ſignando. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. Gloria patri, & filio, & ſpiritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſecula ſeculorum. Amen. Halaluiah.

Sic dicitur Haleluiah ad cõm

nes horis per totū annū, preter quam a Dominica in Septuageſima vſq; ad feriam quintam in Cena Dñi. tunc enim dicitur Laus tibi dñe rex eterne glorie. Inuita. ſequēs dr ab oct. Epiph. vſq; ad Dñicam Septua. ⁊ ab octa. Pētec. vſq; ad Aduentū.

¶ Inuitatoriū. Adorem᷒ dñm, Qui fecit nos. Repetit Adore mus dñm, qui fecit nos. Psalm.

VEnite, exultemus domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: preoccupemus faciem eius in confeſſione, ⁊ in pſalmis iubilemus ei.

Adoremus dñm, qui fecit nos.

Quoniam Deus magnus dñs, ⁊ rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet dominus plebem ſuam, quia in manu eius ſunt oēs fines terre, ⁊ altitudines montiū ipſe conſpicit.

Qui fecit nos.

Quoniam ipſius eſt mare, ⁊ ipſe fecit illud, ⁊ aridā fundauerūt manus eius: venite, adoremus, ⁊ pcidamus ante Deū, ploremus coraz dño, qui fecit nos: quia ipſe eſt dñs Deus noſter, nos autem populus eius, ⁊ oues paſcue eius.

Adoremus dñm, qui fecit nos.

Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, ⁊ viderunt opera mea.

Qui fecit nos.

Quadraginta annis proxim᷒ fui generationi huic, ⁊ dixi, ſemp hi errāt corde: ipſi vero nō cognouerūt vias meas, qb᷒ iuraui in ira mea, ſi introibūt in requiē meā.

Adoremus dñm, qui fecit nos.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpūi ſctō. Sicut erat in principio, ⁊ nunc, ⁊ ſemp, ⁊ in ſcla ſeculoꝝ. Amē.

Qui fecit nos.

Adorem᷒ dñm, Qui fecit nos.

Sequēs hym. dr ab oct. Epip. vſq; ad Dñicam i. Quadra. ⁊ a dñica primiori Calēdis Octo. vſq; ad Aduentum. Hymnus.

PRimo dierum omnium,
Quo mūdus extat pditus,
Vel quo reſurgens conditor
Nos morte victa liberat,
Pulſis procul torporibus,
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte queramus pium
Sicut prophetam nouimus.
Noſtras preces vt audiat,
Suamq; dextram porrigat,
Et expiatos ſordibus
Reddat polorum ſedibus.
Vt quiq; ſacratiſſimo
Huius diei tempore
Horis quietis pſallimus,
Donis beatis muneret.
Iam nunc paterna claritas,
Te poſtulamus affatim,
Abſit libido ſordidans,
Omniſq; actus noxius.
Ne feda ſit vel lubrica
Compago noſtri corporis,
Per quam auerni ignibus
Ipſi crememur acrius,

Digitized by Google

O b hoc redemptor quęſumus,
Ut probra noſtra diluas,
Uitę perennis commoda
Nobis benigne conferas.
Q uo carnis actu exules,
Effecti ipſi cęlibes,
Ut pręſtolamur cernui,
Melos canamus glorię.
P ręſta pater piiſſime,
Patriqꝫ compar vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per oē ſęculū. Amē.

¶ Subſequēs hym. dr̄ ab octaua Pentecoſtes vſqꝫ ad Dñicā primiorē calēdis Octob. Hy.

N Octe ſurgentes vigilemus omnes,
Semper in pſalmis meditemur, atque
Uiribus totis dño canamus
Dulciter hymnos.
U t pio regi pariter canentes
Cum ſuis ſanctis mereamur aulam
Ingredi cęli, ſimul ⁊ beatam
Ducere vitam.
P ręſtet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterqꝫ ſacti
Spiritus, cuius reboat in oī
Gloria mundo. Amen.

Aliis tpib' a ſupradictis Inuit. ⁊ hym. dnr̄ quę habent i ꝓprio de Tempore, ꝓ officii varietate, quod ⁊ in Cap. ⁊ hym. ad Laudes, ⁊ in aliis ſimilib' ſeruatur.

IN I. NOCTVRNO.

In Aduē. An̄. Ueniet ecce rex.
Tpe Paſc. Añs. Hal. Lapis.
Per Annū. An̄. Seruire dño.

PSALMVS PRIMVS.



B Eatus vir, qui non abiit in ꝯſilio impiorum, ⁊ in via peccatorum nō ſtetit: ⁊ in cathedra peſtilentię non ſedit.
S ed in lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.
E t erit tanquā lignum, quod plātatū eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructū ſuum dabit in tempore ſuo.
E t folium eius nō defluet: ⁊ oīa quęcunqꝫ faciet proſperabūtur.
N on ſic impii, non ſic: ſed tanquā puluis, quem proiicit ventus a facie terrę.
I deo non reſurgunt impii in iudicio: neque peccatores in conſilio iuſtorum.
Q uoniā nouit dñs viā iuſtorum: ⁊ iter impiorum peribit.
G loria patri, ⁊ filio: ⁊ ſpūi ſctō.
S icut erat in principio, ⁊ nūc, ⁊ ſemp: ⁊ in ſęcula ſęculorū. Amē.
Hic V. Gloria patri dicitur in fine omnium pſalmorū. Ps. 2.

Q Uare fremuerunt gētes: ⁊ ppl'i meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terrę, ⁊ principes conuenerunt in vnum: aduerſus dominum, ⁊ aduerſus Chriſtum eius.

D irrumpamus vincula eorum: et proijciamus a nobis iugum ipſorum.
Q ui habitat in celis irridebit eos: et dominus ſubſannabit eos.
T unc loquetur ad eos in ira ſua: et in furore ſuo conturbabit eos.
E go autem cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion mōtē ſanctū eius: predicans preceptum eius.
D ñs dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.
P oſtula a me: et dabo tibi gētes hereditatem tuā: et poſſeſſionē tuam terminos terre.
R eges eos in virga ferrea: et tā quam vas figuli cōfringes eos.
E t nunc reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram.
S eruite domino in timore: et exultate ei cum tremore.
A pprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur dominus: et pereatis de via iuſta.
C um exarſerit in breui ira eius: beati oēs q cōfidunt in eo. ps. 3.
D Omine, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me.
M ulti dicunt anime mee: nō eſt ſalus ipſi in Deo eius.
T u aūt dñe ſuſceptor meus es: gloria mea, et exaltās caput meū.
V oce mea ad dñm clamaui: et exaudiuit me de mōte ſctō ſuo.
E go dormiui, et ſoporatus ſum, et exurrexi: qr dñs ſuſcepit me.
N ō timebo millia populi circūdantis me: exurge dñe, ſaluum me fac Deus meus.
Q uoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dē tes peccatorum contriuiſti.
D omini eſt ſalus: et ſup populū tuum benedictio tua. Pſalm 6.
D Omine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
M iſerere mei dñe, qm̄ infirmus ſum: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
E t anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?
C ōuertere domine, et eripe animam meā: ſaluū me fac propter miſericordiam tuam.
Q uoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
L aboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
T urbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
D iſcedite a me omnes qui operamini iniquitatē: quoniā exaudiuit dominus vocē fletus mei.
E xaudiuit dñs deprecationē meā: dñs orationē meā ſuſcepit.
E rubeſcāt et cōturbentur vehemē ter oēs inimici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter.

In Aduentu. Antiphona.
Veniet ecce rex excelſus cum poteſtate magna ad ſaluandas gen tes, haleluiah. Añs. Cōfortate.

Per Annum. Antiphona.
Seruite dño in timore: et exulta te ei cum tremore. Antiphona.
Deus iudex, iuſtus. Pſalm. 7.

Domine Deus meus in te ſperaui, ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, et libera me.
Nequando rapiat vt leo animã meã: dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.
Dñe Deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus animã meam, et comprehẽdat, et cõculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in puluerẽ deducat.
Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge domine Deus meus in pcepto quod mãdaſti: et ſynagoga populorũ circundabit te.
Et propter hanc in altũ regredere: dominus iudicat populos.
Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meam: et ſecundum innocentiam meam ſuper me.
Conſumetur nequitia peccatorum, et diriges iuſtum: ſcrutans corda, et renes Deus.
Iuſtum adiutorium meum a dño: q ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſtus fortis, et patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit, et parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniuſtitiã, cõcepit dolorẽ: et peperit iniquitatẽ.
Lacum aperuit, et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: et in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet.
Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: et pſallã nomini domini altiſſimi. Pſalmus. 8.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cęlos.
Ex ore infantiũ et lactentiũ pfeciſti laudẽ ꝓpter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorẽ.
Quoniã videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum: Lunã et Stellas quę tu fundaſti.
Quid eſt homo, ꝙ memor es eius? aut filius hominis, quoniã viſitas eum?
Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coronaſti eum, et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius: oues, et boues vniuerſas: inſuper et pecora campi.
Volucres cęli, et piſces maris: q perambulant ſemitas maris.
Domine dominus noſter: quã admi-

admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Pſalmus.9.

C Onfitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.

L etabor, ⁊ exultabo in te: pſallam nomini tuo altiſſime.

I n conuertendo inimicū meū retrorſum: infirmabuntur, ⁊ peribunt a facie tua.

Q uoniam feciſti iudiciū meū, ⁊ cauſam meā: sediſti ſuper throno, qui iudicas iuſtitiam.

I ncrepaſti gentes, ⁊ perijt impius: nomen eorū deleſti in eternum, ⁊ in ſeculum ſeculi.

I nimici defecerunt framee in finē: ⁊ ciuitates eorū deſtruxiſti.

P erijt memoria eorꝫ cū ſonitu: ⁊ dñs in eternum permanet.

P arauit in iudicio thronum ſuum, ⁊ ipſe iudicabit orbeꝫ terre in equitate: iudicabit populos in iuſtitia.

E t factus eſt dominus refugiū pauperi: adiutor ī opportunitatibus, in tribulatione.

E t ſperent in te, qui nouerunt nomen tuum: quoniā non dereliquiſti querentes te domine.

P ſallite domino, qui habitat in Sion: annunciate inter gentes ſtudia eius.

Q uoniam requirens ſanguinē eorū recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

M iſerere mei dñe: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Q ui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filie Siō.

E xultabo in ſalutari tuo: infixe ſunt gentes in interitu quem fecerunt.

I n laqueo iſto, quem abſcōderūt: cōprehenſus eſt pes eorum.

C ognoſcet dominus iudicia faciens: in operibus manuuꝫ ſuaruꝫ comprehenſus eſt peccator.

C ōuertantur peccatores in infernum: omnes gentes, que obliuiſcuntur Deum.

Q uoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

E xurge domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo.

C onſtitue domine legiſlatorem ſuper eos: vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt.

V tquid domine receſſiſti lōge: deſpicis in opportunitatibus in tribulatione:

D um ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſilijs quibus cogitant.

Q m̄ laudatur peccator in deſiderijs aie ſue: ⁊ iniquꝰ bñdicit.

E xacerbauit dominum peccator: ſecundum multitudineꝫ ire ſue non queret.

N on eſt Deus in cōſpectu eius: inquinate ſunt vie illius in omni tempore.

A uferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.

D ixit

Dixit enim in corde ſuo: non mouebor a generatione in generationem, ſine malo.

Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine & dolo: ſub lingua eius labor, & dolor.

Sedet in inſidijs cũ diuitib' in occultis: vt interficiat innocẽtẽ.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiatur vt rapiat pauperẽ: rapere pauperẽ, dũ attrahit eũ.

In laqueo ſuo humiliabit eũ: inclinabit ſe, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt Deus: auertit faciem ſuam ne videat in finem.

Exurge dñe Deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.

Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, non requiret.

Vides quoniam tu laborem, & dolorem conſideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quęretur peccatum illius, & non inuenietur.

Dominus regnabit in ęternum, & in ſęculum ſeculi: peribitis gẽtes de terra illius.

Deſiderium pauperum exaudiuit dominus: pręparationes cordis eorum audiuit auris tua.

Iudicare pupillo, & humili: vt nõ apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram. Pſal's. 10.

In dño confido, quomodo dicitis animę meę, trãſmigra in montẽ ſicut paſſer?

Quoniam ecce peccatores intẽderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniã quę perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?

Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cęlo ſedes eius.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogãt filios hominum.

Dominus interrogat iuſtum, & impiũ: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Pluet ſup peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Qm̃ iuſtus dñs, & iuſtitias dilexit: ęquitatem vidit vultus eius.

In Aduentu. Antiphona.

Cõfortate manus diſſolutas: cõfortamini, dicite, ecce Deus noſter veniet, & ſaluabit nos, hal'a.

Antiphona. Gaudete omnes.

Per Annum. Antiphona.

Deus iudex iuſtus, fortis & patiens, nunqd iraſcet' per ſingulos dies? Aña. Tu domine. ps. 11.

Saluũ me fac dñe, qm̃ defecit ſanctus: qm̃ diminutę ſunt veritates a filijs hominũ.

Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia dolo-

ſa in corde, ⁊ corde locuti ſunt.

Diſperdat dñs vniuerſa labia doloſa: ⁊ linguaꝫ magniloquaꝫ.

Qui dixerunt, linguam noſtraꝫ magnificabimus, labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter dñs eſt?

Propter miſeriam inopum, ⁊ gemituꝫ pauperum: nunc exurgam dicit dominus.

Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.

Eloquia dñi, eloquia caſta: argentum igne examinatum: probatum terrę, purgatū ſeptuplū.

Tu dñe ſeruabis nos, ⁊ cuſtodies nos: a generatione hac in ęternū.

In circuitu impij ambulāt: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominū. pš.12.

Uſquequo dñe obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam a me?

Quandiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Uſquequo exaltabit inimicus meus ſuper me? reſpice, ⁊ exaudi me domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meꝰ, prȩualui aduerſus eum.

Qui tribulant me exultabūt, ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallam nomini domini altiſſimi. Pſalmus.13.

Dixit inſipiēs in corde ſuo: non eſt Deus.

Corrupti ſunt ⁊ abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Dñs de cęlo proſpexit ſuper filios hominū: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

Oēs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.

Sepulcrū patens eſt guttur eorū, linguis ſuis doloſe agebant: venenū aſpidū ſub labijs eorꝫ.

Quorū os maledictione, ⁊ amaritudine plenū eſt: veloces pedes eorū ad effundendū ſanguinem.

Cōtritio, ⁊ infelicitas ī vijs eorꝫ, ⁊ viam pacis nō cognouerūt: nō eſt timor Dei ante oculos eorū.

Nonne cognoſcent omnes, qui operant̄ iniquitatē: qui deuorāt plebem meam ſicut eſcā panis?

Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Qm̄ dñs in generatione iuſta eſt: conſilium inopis cōfudiſtis, quoniam dominus ſpes eius eſt.

Quis dabit ex Siō ſalutare Iſrael? cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuę, exultabit Iacob, ⁊ lętabitur Iſrael. pš.14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam.

Digitized by Google

Qui loquitur veritatē in cordē ſuo: q nō egit dolū in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malū: & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilū deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, & nō decipit: qui pecuniam ſuam nō dedit ad vſurā: & munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hęc: non commouebitur in ęternū. In Aduētu. Aña. Gaudete omnes, & lętamini: ecce quia veniet dñs vltionis, adducet retributionē: ipſe veniet, & ſaluabit nos. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius. ℟. Deus noſter manifeſte veniet. Tempore Quadrag. ℣. Ipſe liberabit me de laqueo venantium. ℟. Et a verbo aſpero. Tempore Paſſionis. ℣. Erue a framea Deus animam meam. ℟. Et de manu canis vnicā meā. Tempore Paſchali. Aña. Halab. Lapis reuolutus eſt, haleluiah, ab oſtio monumenti, haleluiah, halab. ℣. Surrexit dñs de ſepulcro, halab. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah. Per Annū. Aña. Tu dñe ſeruabis nos, & cuſtodies nos. ℣. Memor fui nocte nominis tui dñe. ℟. Et cuſtodiui legem tuam. Poſt vñ. cuiuſlibet nocturni dr Paternoſter. Exaudi domine. Abſolutiones, & Benedictiones poſitę ſūt in i. Dñica Aduētus. Deinde legunt lectiones, cū ℟℟. vt in pprio de tpe aſſignantur.

IN II. NOCTVRNO.

In aduē. Aña Gaude & lętare.

Tempore Paſchali. Aña. Haleluiah. Quem quęris.

Per Annum. Antiphona. Bonorū meorū. Pſalmus. 15.

Conſerua me domine, quoniā ſperaui in te: dixi dño, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui in terra ſunt eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorū de ſanguinibus: nec memor ero nominū eorū per labia mea.

Dñs pars hęreditatis męę, & calicis mei: tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in pręclaris: etenim hęreditas mea pręclara eſt mihi.

Benedicā dñm, q tribuit mihi intellectū: inſuper & vſq ad noctē increpuerunt me renes mei.

Prouidebā dñm in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi ne commouear.

Propter hoc lętatū eſt cor meū & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.

Qm̄ non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionē.

N otas mihi feciſti vias vitę, ad īplebis me lętitia cuz vultu tuo: delectationes in dextera tua vſqz in finem. In Aduentu. Aña.
Gaude ꝛ lętare filia Jeruſalē, ecce rex tuus veniet tibi: Siō noli timere, qꝛ cito veniet ſalus tua.
Antiphona. Rex noſter.
Per Annum. Antiphona.
B onoꝛum meoꝛum nō indiges: in te ſperaui, ꝯſerua me domine.
Aña. P ꝛopter verba. ps.16.
E Xaudi dñe iuſtitiam meā: intēde deprecationē meā.
A uribus percipe oꝛationem meam: non in labijs doloſis.
D e vultu tuo iudiciū meū pꝛodeat: oculi tui videant ęquitatē.
P ꝛobaſti coꝛ meū, ꝛ viſitaſti nocte: igne me examinaſti, ꝛ nō eſt inuenta in me iniquitas.
V t nō loquatur os meuz opera hominū: propter verba labioꝛū tuoꝛū ego cuſtodiui vias duras.
P erfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.
E go clamaui, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuaz mihi, ꝛ exaudi verba mea.
M irifica miſericoꝛdias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.
A reſiſtentibus dexterę tuę: cuſtodi me vt pupillam oculi.
S ub vmbꝛa alarum tuarū pꝛotege me: a facie impioꝛū, qui me afflixerunt.
I nimici mei aīam meam circūdederunt, adipē ſuū cōcluſerūt: os eoꝛum locutū eſt ſuperbiam.
P ꝛoijcientes me nunc circūdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
S uſceperunt me, ſicut leo paratus ad pręda: ꝛ ſicut catulus leonis habitans in abditis.
E xurge domine, pręueni euz, ꝛ ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manus tuę.
D ñe a paucis de terra diuide eos in vita eoꝛuz: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eoꝛū.
S aturati ſunt filijs: ꝛ dimiſerūt reliquias ſuas paruulis ſuis.
E go autē in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiaboꝛ cum apparuerit gloria tua.
In Aduentu. Aña. Rex noſter adueniet Chꝛiſtus: quez Johannes pręđicauit agnuz eſſe venturū. Antipho. Ecce venio cito.
Per Annū. Aña. P ꝛopter verba labioꝛū tuoꝛū, ego cuſtodiui vias duras. Añ. D iligā te dñe.
Et nō reperit in pſalmo qn Añ. incipit a pꝛimo vſu pſal. ps.17.
D Iligam te domine foꝛtitudo mea: dominus firmamentum meum, ꝛ refugiū meū, ꝛ liberatoꝛ meus.
D eus meus adiutoꝛ meus: ꝛ ſperabo in eum.
P ꝛotectoꝛ meus, ꝛ coꝛnu ſalutis meę: ꝛ ſuſceptoꝛ meus.
L audans inuocabo dominū: ꝛ ab inimicis meis ſaluus ero.
C ircūdederūt me doloꝛes moꝛtis:

Digitized by Google

tis: ⁊ torrentes iniquitatis cō-
turbauerunt me.
Dolores inferni circundederūt
me: preoccupauerunt me laquei
mortis.
In tribulatione mea inuocaui
dn̄m: ⁊ ad Deum meū clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto
suo vocē meam: ⁊ clamor meus
in conspectu eius introiuit in au
res eius.
Commota est ⁊ cōtremuit ter-
ra: fundamenta montium cōtur
bata sunt, ⁊ commota sunt, quo-
niam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius: ⁊
ignis a facie eius exarsit: carbo-
nes succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos, ⁊ descendit: ⁊
caligo sub pedibus eius.
Et ascēdit sup Cherubim, ⁊ vo
lauit: volauit sup pēnas vētoꝝ.
Et posuit tenebras latibulum
suum: in circuitu eius taberna-
culum eius, tenebrosa aqua in
nubibus aeris.
Pre fulgore in conspectu eius
nubes trāsierunt: grando, ⁊ car-
bones ignis.
Et intonuit de celo dominus, ⁊
altissimus dedit vocē suam: grā
do, ⁊ carbones ignis.
Et misit sagittas suas, ⁊ dissipa
uit eos: fulgura multiplicauit, ⁊
conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aqua-
rum: ⁊ reuelata sunt fundamen
ta orbis terrarum.
Qui timent te videbũt me, & lętabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui.

Cognoui domine, quia ęquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.

Fiat miſericordia tua, vt ↄſolet me: ſm eloquiũ tuum ſeruo tuo.

Veniãt mihi miſerationes tuę, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.

Cõfundant ſuperbi, qr iniuſte iniquitaté fecerũt in me: ego autem exercebor in mãdatis tuis.

Conuertant mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

Fiat cor meũ imaculatũ in iuſtificationib' tuis: vt nõ cõfundar.

Aña. Hal. hal. hal. Tpe Paſc. ſcđm. vi. & ix. addit aliud Halle. Seq. Cap. & alia Cap. in aliis horis dñi i dñicis a ij. poſt Epiph. vſq3 ad Septua. & a iij. poſt Pẽteco. vſq3 ad Aeu. R. bre. & vſq3 ad Dnicã i. Quadrage. ſũt quę ſequunt in feriali Officio. Cap.

Jo. i. Deus charitas eſt: & q manet in charitate, i Deo manet, & De' in eo. R. bre Inclina cor meum Deus, In teſtimonia tua. Inclina cor. V. Auerte oculos meos ne videant vanitaté, in via tua viuifica me. In teſtimonia. Gloria. Inclina. V. Ego dixi, domine miſerere mei. R. Sana aiam meã, quia peccaui tibi.

In feriali Officio. Ana.

Deduc me domine in ſemitam mandatorum tuorum. Capłm.

Sana me dñe, & ſanabor: ſaluũ me fac, & ſaluus ero: qm̃ laus mea tu es. Jere. 17. R. bre. Sana aiam meam, Quia peccaui tibi. V. Ego dixi, domine miſerere mej. R. Quia peccaui tibi. V. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. R. Neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Quando ad Matutin. dictę ſunt preces, ad Tertiam, Sextam, & Nonam flexis genibus dicitur. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ. Pater noſter.

V. Et ne nos. R. Sed libera.

V. Dñe Deus virtutũ conuerte nos. R. Et oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.

V. Exurge Chriſte adiuua nos. R. Et libera nos pp nomẽ tuũ.

V. Dñe exaudi orationé meam. R. Et clamor me' ad te veniat.

V. Dñs vobiſcũ. R. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. Oro propria.

AD SEXTAM.

Pater noſter. Aue Maria.

V. Deus in adiutorium. Hym.

Rector potẽs, verax De', Qui temperas rerum vices,

Splen-

Splendoꝛe mane inſtruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer caloꝛem noxium,
Confer ſalutem coꝛpoꝛum,
Veramq; pacem coꝛdium.
Preſta pater piiſſime,
Patriq; compar vnice,
Cum ſpiritu paraclito,
Regnās per oē ſeculū. Amē.
Añ. Ital. Añ. Adiuua me. ꝯc.

Defecit in ſalutare tuū anima mea: ⁊ in verbum tuū ſuperſperaui.
Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: quando conſolaberis me?
Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Quot ſunt dies ſerui tui? quando facies de perſequentibus me iudicium?
Narrauerūt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.
Omnia mādata tua veritas: inique pſecuti ſunt me, adiuua me.
Paulominus conſummauerūt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum miſericoꝛdiam tuā viuifica me: ⁊ cuſtodiam teſtimonia oꝛis tui.
In eternum domine: verbum tuum permanet in celo.
In generatione, ⁊ generationē veritas tua: fundaſti terram, ⁊ permanet.
Oꝛdinatione tua pſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.
Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt: tunc foꝛte periiſſem in humilitate mea.
In eternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.
Tuus ſū ego, ſaluū me fac: qm̄ iuſtificationes tuas exquiſiui.
Me expectauerūt pctōꝛes, vt pderēt me: teſtimonia tua itellexi
Omnis conſummationis vidi finē: latū mandatū tuum nimis.
Quomodo dilexi legē tuā domine: tota die meditatio mea eſt.
Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: qꝛ in eternum mihi eſt.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.
Super ſenes intellexi: quia mādata tua queſiui.
Ab oī via mala ꝓhibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.
A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.
Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel oꝛi meo.
A mādatis tuis intellexi: ꝓpterea odiui oēm viam iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbū tuum: ⁊ lumen ſemitis meis.
Iuraui: ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitie tue.
Humiliatus ſum vſquequaq; dñe: viuifica me ſm̄ verbū tuū.
Voluntaria oꝛis mei bñplacita

ta fac dñe: ⁊ iudicia tua doce me.
Aĩa mea in manibus meis ſemper: ⁊ legē tuā nō ſum oblitus.
Poſuerūt pctōres laqueū mihi: ⁊ de mādatis tuis nō erraui.
Hereditate acquiſiui teſtimonia tua in ęternum: quia exultatio cordis mei ſunt.
Inclinaui cor meū ad faciendas iuſtificationes tuas in ęternum: propter retributionem.
Iniquos odio habui: ⁊ legem tuam dilexi.
Adiutor ⁊ ſuſceptor meus es tu; ⁊ in verbū tuū ſupſperaui.
Declinate a me maligni: ⁊ ſcrutabor mandata Dei mei.
Suſcipe me ſecundum eloquiū tuum, ⁊ viuam: ⁊ nō cōfundas me ab expectatione mea.
Adiuua me, ⁊ ſaluus ero: ⁊ meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.
Spreuiſti omnes diſcedentes a iudiciis tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.
Pręuaricantes reputaui omnes peccatores terrę: ideo dilexi teſtimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.
Feci iudicium ⁊ iuſtitiam: nō tradas me calumniantibus me.
Suſcipe ſeruum tuū in bonū: non calumnientur me ſuperbi.
Oculi mei defecerunt in ſalutare tuū: ⁊ in eloquiū iuſtitię tuę.
Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam: ⁊ iuſtificationes tuas doce me.
Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectū, vt ſciā teſtimonia tua.
Tempus faciendi domine, diſſipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mādata tua: ſuper aurum, ⁊ topazion.
Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquā odio habui. Añā. Halab, halab, halab. Capitulum.

Alter alterius onera portate: ⁊ ſic adimplebitis legē Chriſti. ℞. In ęternū dñe, Permanet ṽbū tuū. ℣. In ſclm ſcli veritas tua. Per. ℣. Dñs regit me, ⁊ nihil mihi deerit. ℞. In loco paſcuę ibi me collocauit. Gal. 6.

In feriali Officio. Añā. Adiuua me, ⁊ ſaluus ero dñe. Cap.

Alter alterius. ℞. bre. Benedicā dñm, In omni tpe. ℣. Semp laus eius in ore meo. In omni. ℣. Dñs regit. vt ſup.

AD NONAM.

Pater noſter. Aue Maria. ℣. Deus in adiutoriū. Hym.

Rerum Deus tenax vigor,
Immot⁹ in te permanens,
Lucis diurnę tpa
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quo vita nuſquam decidat,
Sed pręmium mortis ſacrę
Perennis inſtet gloria.
Pręſta pater piiſſime,
Patriq; compar vnice,

Cum

Digitized by Google

Cum ſpiritu paraclito,
Regnās per oē ſeculū. Amē.
Añ. Ps. Añ. Aſpice i me. ps.
Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.
Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat: ꝛ intellectū dat paruulis.
Os meū aperui, ꝛ attraxi ſpūꝫ: quia mandata tua deſiderabā.
Aſpice in me, ꝛ miſerere mei: ſecundum iudicium diligentiū nomen tuum.
Greſſus meos dirige ſecunduꝫ eloquium tuum: ꝛ non dominetur mei omnis iniuſtitia.
Redime me a calumnijs hominum: vt cuſtodiā mandata tua.
Faciem tuā illumina ſuper ſeruum tuum: ꝛ doce me iuſtificationes tuas.
Exitus aquaꝝ deduxerūt oculi mei: qꝛ nō cuſtodierūt legē tuā.
Iuſtus es domine, ꝛ rectuꝫ iudicium tuum.
Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: ꝛ veritatem tuam nimis.
Tabeſcere me fecit ʒelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
Ignitū eloquiū tuū vehementer: ꝛ ſeruus tuus dilexit illud.
Adoleſcentulus ſum ego, ꝛ cōtemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.
Iuſtitia tua, iuſtitia in eternū: ꝛ lex tua veritas.
Tribulatio, ꝛ anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.
Equitas teſtimonia tua in eternū: intellectum da mihi, ꝛ viuā.
Clamaui i toto corde meo, exaudi me domine: iuſtificationes tuas requiram.
Clamaui ad te, ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.
Preueni i maturitate, ꝛ clamaui: qa in verba tua ſupſperaui.
Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloqa tua.
Vocem meā audi ſecundū miſericordiam tuam dñe: ꝛ ſecundum iudiciū tuum viuifica me.
Appropinquauerūt pſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.
Prope es tu domine: ꝛ omnes vie tue veritas.
Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in eternū fundaſti ea.
Vide humilitatē meaꝫ, ꝛ eripe me: qꝛ legē tuā nō ſum oblitus.
Iudica iudicium meum, ꝛ redime me: propter eloquiuꝫ tuū viuifica me.
Longe a peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas nō exquiſierunt.
Miſericordie tue multe dñe: ſecundū iudiciū tuū viuifica me.
Multi qui perſequuntur me, ꝛ tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.
Vidi preuaricātes ꝛ tabeſcebā: qa eloquia tua nō cuſtodierūt.
Vide quoniam mādata tua dilexi domine: in miſericordia tua viui-

viuifica me.
P rincipium verborum tuorū veritas: in ęternum omnia iudicia iuſtitię tuę.
PRincipes perſecuti ſunt me gratis: ꝛ a verbis tuis formidauit coꝛ meum.
L ętaboꝛ ego ſup eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.
I niquitatem odio habui, ꝛ abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.
S epties in die laudeꝫ dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitię tuę.
P ax multa diligentibus legeꝫ tuam: ꝛ non eſt illis ſcandaluꝫ.
E xpectabam ſalutare tuuꝫ domine: ꝛ mandata tua dilexi.
C uſtodiuit aīa mea teſtimonia tua: ꝛ dilexit ea vehementer.
S eruaui mandata tua, ꝛ teſtimonia tua: quia omnes vię meę in conſpectu tuo.
A ppꝛopinquet depꝛecatio mea in conſpectu tuo dñe: iuxta eloquium tuuꝫ da mihi intellectū.
I ntret poſtulatio mea in cōſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me.
E ructabūt labia mea hymnū: cū docueris me iuſtificatiōes tuas
P ꝛonunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua ęquitas.
F iat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.
C oncupiui ſalutare tuuꝫ domine: ꝛ lex tua meditatio mea eſt.
U iuet anima mea, ꝛ laudabit te: ꝛ iudicia tua adiuuabūt me.
E rraui ſicut ouis, quę periit: quęre ſeruum tuū, quia mandata tua non ſum oblitus.
Añā. Halab, halab, hal. Cap. 1. Coꝛ. 6.
EMpti enim eſtis pcio magno: gloꝛificate, ꝛ poꝛtate Deū in coꝛpoꝛe veſtro. ℟. bꝛe. Clamaui in toto coꝛde meo, Exaudi me dñe. ℣. Juſtificationes tuas requirā. Exaudi. ℣. Ab occultis meis mūda me dñe. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo.
In feriali officio. Antiphona. Aſpice in me, ꝛ miſerere mei domine. Capitulum. EMpti eniꝫ eſtis. ℟. bꝛ. Redime me dñe. Et miſerere mei. ℣. Pes eniꝫ meꝰ ſtetit in via recta. ℟. Et. ℣. Ab occultis. vt ſ.
¶ Veſpę in dñica ꝛ in feriis habenſ infra poſt laudes ſabbathi.

FERIA SECVNDA.

Ad Matutinum.

P ater noſter. Aue Maria. Credo. ℣. D omine labia mea aperies. Inuitatoꝛium. Venite, Exultemus dño. ps. Jubilemus Deo ſalutari noſtro. Hymnus.

SOmno refectis artubus,
Spꝛeto cubili ſurgimus:
Nobis pr̄ canētibꝰ
Adeſſe te depoſcimus.
Te lingua pꝛimum concinat,
Te mentis ardoꝛ ambiat:
Ut actuum ſequentium
Tu ſancte ſis exoꝛdium.
Cedant

Cedant tenebrę lumini,
Et nox diurno ſideri:
Ut culpa, quam nox intulit,
Lucis labaſcat munere.
Precamur iidem ſupplices,
Noxas vt omnes amputes,
Et ore te canentium
Lauderis in perpetuum.
Preſta pater piiſſime. fol. 17.
Inuit. p ferias dicit in fer. officio ab oct. Epiph. vſq; ad Dñicā Paſſ. & ab oct. Pentec. vſq; ad Aduentū. Hym. vero tam ad Noc. q̄ ad laudes, & veſp. vſq; ad Dñicā i. Quadra. Añę autē noc. p totū annū vt infra. Aña. Dñs defenſor. Tpe Paſc. Aña. Alleluia. Sub qua vna Aña dicū oēs pſalmi nocturnorū. ps. 26.

Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quē timebo?
Dominus protector vitę meę: a quo trepidabo?
Dum appropiāt ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.
Si cōſiſtāt aduerſū me caſtra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me pręlium: in hoc ego ſperabo.
Unam petii a domino, hanc requiram: vt inhabitē in domo domini omnibus diebus vitę meę.
Ut videam voluntatem domini: & viſitem templum eius.
Quoniā abſcōdit me in tabernaculo ſuo: in die malorū protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui, & imolaui i tabernaculo eius hoſtiā vociferationis: cātabo, & pſalmū dicā dño.
Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meū, exq̄ſiuit te facies mea: faciē tuā dñe requirā.
Ne auertas faciem tuam a me: & ne declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.
Quoniā pr meus, & mr mea dereliquerūt me: dñs aūt aſſūpſit me.
Legē pone mihi domine in via tua: & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dominū, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Pſalmus. 27.

Ad te dñe clamabo, Deus meus, ne ſileas a me: nequādo taceas me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.
Exaudi dñe vocē deprecationis meę, dū oro ad te: dū extollo manus meas ad tēplū ſanctū tuū.
Ne ſimul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus ini-

quitatem ne perdas me.
Qui loquunt pacē cū proximo ſuo: mala autē in cordibus eorū.
Da illis ſm opera eorum: ꝛ ſm nequitiā adinuentionū ipſoruꝫ.
Secundum opera manuū eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis.
Qm̄ nō intellexerūt opera domini: ꝛ in opera manuū eius deſtrues illos, ꝛ nō ędificabis eos.
Benedictus dñs: quoniaꝫ exaudiuit vocem deprecationis meę.
Dominus adiutor meus, ꝛ ꝓtector me⁹: ꝛ in ipſo ſperauit cor meum, ꝛ adiutus ſum.
Et refloruit caro mea: ꝛ ex voluntate mea confitebor ei.
Dñs fortitudo plebis ſuę: ꝛ ꝓtector ſaluationum Chrī ſui eſt.
Saluū fac populū tuū dñe, ꝛ benedic hęreditati tuę: ꝛ rege eos, ꝛ extolle illos vſqꝫ in ęternum.
Aña. Dñs defenſor vitę meę.
Aña. Adorate. Pſalmus. 28.
Afferte dño filij Dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam ꝛ honorem, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.
Vox domini ſup aquas, Deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox dñi confringētis cedros: ꝛ cōfringet dñs cedros Libani.
Et comminuet eas tanquaꝫ vitulū Libani: ꝛ dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis deſertum, ꝛ commouebit dominus deſertum Cades.
Vox dñi pręparantis ceruos, ꝛ reuelabit condenſa: ꝛ in templo eius omnes dicent gloriam.
Dñs diluuiū inhabitare facit: ꝛ ſedebit dñs rex in ęternum.
Dominus virtutē populo ſuo dabit: dominus benedicet populo ſuo in pace. Pſalmus. 29.
Exaltabo te domine, qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.
Domine Deus meus clamaui ad te: ꝛ ſanaſti me.
Domine eduxiſti ab inferno animam meaꝫ: ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum.
Pſallite dño ſancti eius, ꝛ ꝯfitemini memorię ſanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: ꝛ vita in voluntate eius.
Ad veſperum demorabitur fletus: ꝛ ad matutinum lętitia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in ęternum.
Domine in voluntate tua: pręſtitiſti decori meo virtutem.
Auertiſti faciē tuam a me: ꝛ factus ſum conturbatus.
Ad te dñe clamabo: ꝛ ad Deū meum deprecabor.
Quę vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptioneꝫ:
Nunqd cōfitebitur tibi puluis:

aut

Digitized by Google

que annunciabit veritatem tuã?
Audiuit dñs, et miſert⁹ eſt mei:
dñs factus eſt adiutor meus.
Conuertiſti planctum meum in
gaudiũ mihi: conſcidiſti ſaccum
meũ, et circundediſti me lętitia.
Ut cantet tibi gloria mea, et nõ
compũgar: domine Deus meus
in ęternum confitebor tibi.
Aña. Adorate dñm in aula ſcã
ei⁹. Aña. In tua iuſtitia. ps. 30.
In te domine ſperaui, non
confundar in ęternũ: in iu
ſtitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuã: acce
lera vt eruas me.
Eſto mihi in Deum protecto-
rem et in domum refugij: vt ſal-
uum me facias.
Quoniã fortitudo mea, et refu-
giũ meum es tu: et propter nomẽ
tuũ deduces me, et enutries me.
Educes me de laqueo hoc, quẽ
abſcõderunt mihi: quoniam tu
es protector meus.
In manus tuas cõmendo ſpi-
ritum meũ: redemiſti me domi-
ne Deus veritatis.
Odiſti omnes obſeruantes va-
nitates: ſuperuacue.
Ego aũt in dño ſperaui: exulta-
bo, et lętabor i miſericordia tua.
Quoniam reſpexiſti humilita-
tem meam: ſaluaſti de neceſſita-
tibus animam meam.
Nec cõcluſiſti me in manibus
inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo
pedes meos.
Miſerere mei dñe, qm̃ tribulor:
conturbatus eſt in ira oculus
meus, anima mea, et vẽter meus.
Quoniam defecit in dolore vita
mea: et anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate virt⁹
mea: et oſſa mea cõturbata ſunt.
Super omnes inimicos meos fa
ctus ſum opprobriũ vicinis meis
valde: et timor notis meis.
Qui videbãt me, foras fugerũt
a me: obliuioni datus ſum tanq̃
mortuus a corde.
Factus ſum tanq̃ vas perditũ:
qm̃ audiui vituperationẽ mul-
torum cõmorantiũ in circuitu.
In eo dum conuenirent ſimul
aduerſum me: accipere animam
meam conſiliati ſunt.
Ego autẽ in te ſperaui dñe: di-
xi, Deus meus es tu: in mani-
bus tuis ſortes meę.
Eripe me de manu inimicorum
meorum: et a perſequentibus me.
Illuſtra faciẽ tuã ſuper ſeruum
tuum: ſaluũ me fac in miſericor-
dia tua: domine, nõ confundar:
quoniam inuocaui te.
Erubeſcãt impij, et deducant in
infernũ: muta fiãt labia doloſa.
Quę loquunt aduerſus iuſtum
iniq̃tatẽ: in ſup̃bia, et i abuſione.
Quã magna multitudo dulce-
dinis tuę domine: quam abſcon
diſti timentibus te.
Perfeciſti eis, q ſperãt in te: in
conſpectu filiorum hominum.
Abſcõdes eos in abſcõdito fa-
ciei tuę: a cõturbatione hominũ.
Proteges eos in tabernaculo

tuo: a contradictione linguarũ.

Benedictus dñs: qm̃ mirificauit misericordiã suam mihi in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meę: proiectus sum a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meę: dum clamarem ad te.

Diligite dñm oẽs sancti eius: qm̃ veritatem requiret dñs: ⁊ retribuet abundanter facientibus superbiam.

Viriliter agite, ⁊ confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino. Psalmus.31.

Beati quorum remissę sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Qm̃ tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Qm̃ die ac nocte grauata est super me manus tua: cõuersus sum in ęrũna mea, dũ cõfigitur spina.

Delictũ meũ cognitũ tibi feci: ⁊ iniustitiã meam non abscõdi.

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiã meã dño: ⁊ tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Verũtñ in diluuio aquarum multarũ: ad eũ nõ approximabunt.

Tu es refugium meũ a tribulatione quę circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.

Intellectũ tibi dabo, ⁊ instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus non est intellectus.

In camo ⁊ freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circundabit.

Lętamini in dño, ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde.

Aña. In tua iustitia libera me dñe. Aña. Rectos decet. ps.32.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticũ nouum: bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbum domini: ⁊ omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiã ⁊ iudiciũ: misericordia dñi plena est terra.

Verbo dñi cęli firmati sunt: ⁊ spũ oris eius oĩs virtus eorum.

Congregans sicut in vtre aquas maris: ponens in thesauris abyssos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniã ipse dixit, ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autẽ cogitatio-

nes populorum, & reprobat cõ
ſilia principum.
Conſiliũ autẽ dñi in ęternũ ma
net: cogitationes cordis eius
in generatione & generatione.
Beata gens, cuius eſt dominus
deus eius: populus quem ele
git in hęreditatem ſibi.
De cęlo reſpexit dominus: vi
dit omnes filios hominum.
De pręparato habitaculo ſuo:
reſpexit ſuper omnes qui habi
tant terram.
Qui finxit ſingilatim corda eo
rum: q intelligit oĩa opera eorũ.
Non ſaluatur rex per multã vir
tutem: & gigas nõ ſaluabitur in
multitudine virtutis ſuę.
Fallax equus ad ſalutẽ: in abũ
dantia autem virtutis ſuę non
ſaluabitur.
Ecce oculi domini ſup metuen
tes eũ: & in eis qui ſperant ſuper
miſericordia eius.
Ut eruat a morte animas eo
rum: & alat eos in fame.
Anima noſtra ſuſtinet dñm: qm̃
adiutor & protector noſter eſt.
Quia in eo lętabit cor noſtrũ: &
in noĩe ſancto eius ſperauimus.
Fiat miſericordia tua domine
ſuper nos: quemadmodum ſpe
rauimus in te. Pſalmus. 33.
BEnedicã dominum in om
ni tempore: ſemper laus ei
us in ore meo.
In dño laudabit anima mea:
audiant manſueti, & lętentur.
Magnificate dñm mecũ, & exal
temus nomen eius in idipſum.
Exquiſiui dominum, & exaudi
uit me: & ex omnibus tribulatio
nibus meis eripuit me.
Accedite ad eũ, & illuminami
ni: & facies veſtrę nõ cõfundent.
Iſte pauper clamauit, & domi
nus exaudiuit eũ: & de oĩbus tri
bulationibus eius ſaluauit eũ.
Immittit angelus dñi in circui
tu timentium eũ: & eripiet eos.
Guſtate & videte qm̃ ſuauis eſt
dñs: beatus vir qui ſperat in eo.
Timete dñm oẽs ſancti ei': qm̃
non eſt inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt & eſurierũt:
inquirentes autem dominum,
non minuentur omni bono.
Uenite filij, audite me: timorẽ
domini docebo vos.
Quis eſt homo, qui vult vitã:
diligit dies videre bonos?
Prohibe linguam tuã a malo:
& labia tua ne loquantur dolũ.
Diuerte a malo & fac bonũ: in
quire pacem, & perſequere eam.
Oculi domini ſuper iuſtos: &
aures eius in preces eorum.
Uultus autem dñi, ſuper faciẽ
tes mala: vt perdat de terra me
moriam eorum.
Clamauerunt iuſti: & dñs exau
diuit eos: & ex omnibus tribula
tionibus eorum liberauit eos.
Iuxta eſt dñs his, qui tribula
to ſunt corde: & humiles ſpiri
tu ſaluabit.
Multę tribulationes iuſtorũ: &
de oĩbus his liberauit eos dñs.

Digitized by Google

Cuſtódit dñs omnia oſſa eorũ: vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorum peſſima: ⁊ q oderunt iuſtum delinquent.
Redimet dñs animas ſeruorũ ſuorum: ⁊ non delinquent omnes qui ſperant in eo.
An. Rectos decet collaudatio.
Aña. Expugna. Pſalmus.34.
Iudica dñe nocẽtes me: expugna impugnantes me.
Apprehende arma, ⁊ ſcutum: ⁊ exurge in adiutorium mihi.
Effunde frameã, ⁊ cõclude aduerſus eos, qui pſequuntur me: dic aĩe meę, ſalus tua ego ſum.
Confundantur, ⁊ reuereantur: quęrentes animam meam.
Auertantur retrorſũ ⁊ cõfundantur: cogitantes mihi mala.
Fiant tanq̃ puluis ante faciẽ vẽti: ⁊ angel' dñi coarctãs eos.
Fiant vię illorum tenebrę ⁊ lubricum: ⁊ angelus dñi pſequẽs eos.
Qm̃ gratis abſcõderunt mihi interitũ laquei ſui: ſuperuacue exprobrauerunt animam meã.
Ueniat illi laqueus quẽ ignorat, ⁊ captio quam abſcõdit, apprehendat eum: ⁊ in laqueum cadat in idipſum.
Aĩa aũt mea exultabit in dño: ⁊ delectabitur ſup ſalutari ſuo.
Omnia oſſa mea dicẽt: domine quis ſimilis tibi?
Eripiens inopẽ de manu fortiorum eius: egenũ ⁊ pauperẽ a diripientibus eum.
Surgẽtes teſtes iniqui: q̃ ignorabam interrogabant me.
Retribuebãt mihi mala pro bonis: ſterilitatem anime meę.
Ego autem, cum mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.
Humiliabã in ieiunio animam meam: ⁊ oratio mea in ſinu meo conuertetur.
Quaſi proximũ, ⁊ quaſi fratrẽ noſtrũ ſic complacebã: quaſi lugẽs ⁊ contriſtatus ſic humiliabar.
Et aduerſũ me letati ſunt, ⁊ cõuenerunt: cõgregata ſunt ſuper me flagella, ⁊ ignoraui.
Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerũt me ſubſannatione: frenduerũt ſuper me dentibus ſuis.
Domine quãdo reſpicies: reſtitue animam meã a malignitate eorũ, a leonibus vnicã meam.
Confitebor tibi in eccleſia magna: i populo graui laudabo te.
Non ſupergaudeãt mihi q aduerſantur mihi inique: qui oderũt me gratis, ⁊ annuũt oculis.
Qm̃ mihi quidem pacifice loquebantur: ⁊ in iracũdia terrę loquentes, dolos cogitabant.
Et dilatauerunt ſuper me os ſuũ: dixerunt, euge, euge, viderunt oculi noſtri.
Uidiſti domine, ne ſileas: domine ne diſcedas a me.
Exurge, ⁊ intẽde iudicio meo: Deus meus ⁊ dominus meus in cauſam meam.
Iudica me ſecundum iuſtitiã tuam domine Deus meus: ⁊ nõ

Digitized by Google

ſupergaudeant mihi.
Non dicant in cordibus ſuis: euge, euge anime noſtre: nec dicant, deuorabimus eum.
Erubeſcant, et reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis.
Induantur cōfuſione et reuerentia: q maligna loquuntur ſup me.
Exultent et letentur qui volūt iuſtitiam meā: et dicant ſemper, magnificetur dominus, qui volunt pacem ſerui eius.
Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam. Pſalmus. 35.
Dixit iniuſtꝰ, vt delinquat in ſemetipſo: nō eſt timor dei ante oculos eius.
Quoniam doloſe egit in conſpectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas, et dolus: noluit intelligere, vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni vie non bone: malitiā autē non odiuit.
Dñe in celo miſericordia tua: et veritas tua vſqꝫ ad nubes.
Iuſtitia tua ſicut montes dei: iudicia tua abyſſus multa.
Homines et iumenta ſaluabis domine: quemadmodum multiplicaſti miſericordiā tuā deꝰ.
Filij autem hominū: in tegmine alarum tuarum ſperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos.
Quoniā apud te eſt fons vite: et in lumine tuo videbimꝰ lumē.
Pretende miſericordiam tuā ſcientibus te: et iuſtitiam tuā his qui recto ſunt corde.
Nō veniat mihi pes ſuperbie: et manus pctōris non moueat me.
Ibi ceciderunt q operantur iniq̄tatē: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Aña. Expugna impugnātes me. Aña. Reuela. pſal. 36.
Noli emulari in malignātibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.
Quoniam tanquā fenum velociter areſcent: et quemadmodū olera herbarum cito decident.
Spera in domino, et fac bonitatem, et inhabita terram, et paſceris in diuitijs eius.
Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.
Reuela domino viā tuā, et ſpera in eo: et ipſe faciet.
Et reducet quaſi lumen iuſtitiā tuā, et iudicium tuū tanꝗ̄ meridiē: ſubditus eſto dño, et ora eū.
Noli emulari in eo, qui proſperatur in via ſua: in homine facientē iniuſtitias.
Deſine ab ira, et derelinqꝫ furorē: noli emulari, vt maligneris.
Qm̄ qui malignantur exterminabuntur: ſuſtinentes autem dominum, ipſi hereditabunt terram.
Et adhuc puſillum, et non erit peccator: et queres locū eius, et non inuenies.
Manſueti autē hereditabūt terram:

ram: ⁊ delectabuntur in multi-
tudine pacis.
O bſeruabit peccator iuſtum: ⁊
ſtridebit ſup eum dentibus ſuis.
D ñs autē irridebit eum: qm̄
proſpicit quod veniet dies eius.
G ladium euaginauerunt pecca
tores: intenderunt arcum ſuū.
V t deciperēt pauperē, ⁊ inopē:
vt trucident rectos corde.
G ladius eorū intret i corda ipſo
rū: ⁊ arcus eorū confringatur.
M elius eſt modicū iuſto: ſuper
diuitias peccatorum multas.
Q m̄ brachia peccatorū conte
rentur: cōfirmat aūt iuſtos dñs.
N ouit dominus dies immacu-
latorum: ⁊ hereditas eorum in
ęternum erit.
N on confundentur in tempore
malo, ⁊ in diebus famis ſaturabū
tur: quia peccatores peribunt.
I nimici vero dñi mox vt hono
rificati fuerint, ⁊ exaltati: deficiē
tes quēadmodū fumus deficiēt.
M utuabit peccator, ⁊ nō ſoluet
iuſtus autē miſeret, ⁊ retribuet.
Q uia benedicentes ei heredi-
tabunt terram: maledicentes
autem ei diſperibunt.
A pud dominū greſſus homi-
nis dirigetur: ⁊ viā eius volet.
C um ceciderit non collidetur:
quia dñs ſupponit manū ſuā.
I unior fui, etenim ſenui: ⁊ nō
vidi iuſtum derelictū, nec ſemē
eius quęrens panem.
T ota die miſeret, ⁊ cōmodat: ⁊
ſemen illius i benedictione erit.

D eclina a malo, ⁊ fac bonum:
⁊ inhabita in ſeculum ſeculi.
Q uia dominus amat iudiciū:
⁊ non derelinquet ſanctos ſuos:
in ęternum conſeruabuntur.
I niuſti punientur: ⁊ ſemen im
piorum peribit.
I uſti autem hereditabunt ter-
ram: ⁊ inhabitabunt in ſeculū
ſeculi ſuper eam.
O s iuſti meditabitur ſapiētiā:
⁊ lingua eius loquetur iudiciū.
L ex dei eius in corde ipſius: ⁊
nō ſupplantabunt greſſus eius.
C onſiderat peccator iuſtum: ⁊
quęrit mortificare eum.
D ominus autem non derelin-
quet eum in manibus eius: nec
damnabit eū, cū iudicabit illi.
E xpecta dñm, ⁊ cuſtodi viam
eius: ⁊ exaltabit te, vt heredita-
te capias terram: cum perierint
peccatores videbis.
V idi impium ſuperexaltatū: ⁊
eleuatum ſicut cedros Libani.
E t trāſiui, ⁊ ecce nō erat: ꝗſiui
eū, ⁊ non eſt inuētus locus eius.
C uſtodi innocentiā, ⁊ vide ę-
quitatem: quoniam ſunt reli-
quię homini pacifico.
I niuſti autē diſperibunt: ſimul
reliquię impiorum interibunt.
Salus autem iuſtorum a domi
no: ⁊ protector eorum in tempo
re tribulationis.
E t adiuuabit eos dominus, ⁊ li
berabit eos: ⁊ eruet eos a pecca
toribus: ⁊ ſaluabit eos, quia ſpe
rauerunt in eo. Pſalmus. 37.

D omine

Digitized by Google

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus grave gravate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.
Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
Amici mei, et proximi mei: adversum me appropinquaverunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speravi: tu exaudies me domine Deus meus.
Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt super me: et multiplicati sunt, qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine Deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meum: domine Deus salutis mee.
Antiphona. Revela domino viam tuam.

Per Annum. ℣.
Domine in celo misericordia tua. ℟. Et veritas tua usque ad nubes.
Pro uno mart. ℣. Gloria et hon.
Pro plur. m. ℣. Letamini in do.
Pro confess. ℣. Amavit eum dominus.
Pro virginib. ℣. Specie tua.

In Adventu. ℣.
Ex Sion species decoris eius. ℟. Deus noster manifeste veniet.

In Quadragesima. ℣.
Ipse liberabit me de laqueo venantium. ℟. Et a verbo aspero.

Tempore

Digitized by Google

Tempore Passionis. ℣. Erue a framea Deus aīam meā. ℟. Erō manu canis vnicā meā. Tpe Pasc. Aña. Hal. hal. hal. Pro Sanctis. ℣. Sācti τ iuſti. Pro Feria. ℣. Surrexit dñs de ſepulcro. hal. ℟. Qui ꝑ nobis pependit in ligno, halleluiah.

AD LAVDES.

℣. Deus in adiutorium meū. Tpe Paſch. dicūt pſal. cum añis de Dñica: cap. vero hymn. verſic. τ Aña ad Benedictus, vt in proprio de tpe. Alio tpe ꝑ annū, qñ non aſſignantur propriȩ añȩ dr Aña. Miſerere. Pſalm. 50.

Miſerere mei Deus: ſcḋm magnā miſericordiam tuam.

Et ſcḋm multitudinem miſerationum tuarum: dele iniquitatem meā.

Amplius laua me ab iniqtate mea: τ a peccato meo mūda me.

Quoniam iniquitatē meā ego cognoſco: τ peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccaui, τ malum corā te feci: vt iuſtificeris i ſermonibus tuis, τ vincas cū iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum: τ in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, τ occulta ſapientiȩ tuȩ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me domine hyſſopo, τ mūdabor: lauabis me, τ ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium, τ lȩtitiam: τ exultabunt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuā a peccatis meis: τ oēs iniqtates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: τ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne ꝓijcias me a facie tua: τ ſpiritū ſanctū tuū ne auferas a me.

Redde mihi lȩtitiā ſalutaris tui τ ſpiritu principali cōfirma me.

Docebo iniquos vias tuas: τ impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinib' Deus Deus ſalutis meȩ: τ exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: τ os meū annunciabit laudē tuam.

Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū, dediſſem vtiq3: holocauſtis nō delectaberis.

Sacrificiū Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum τ humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Siō: vt ȩdificentur muri Ieruſalem.

Tūc acceptabis ſacrificiū iuſtitiȩ, oblationes, τ holocauſta: tūc īponent ſuꝑ altare tuū vitulos.

Aña. Miſerere mei Deus.

Aña. Intellige. Pſalmus. 5.

Verba mea auribus ꝑcipe dñe: itellige clamorē meū.

Intende voci orationis meȩ: rex meus τ Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane

Mane aſtabo tibi: ⁊ videbo, qm̄ nõ Deus volens iniqtatē tu es.

Neque habitabit iuxta te mali/gnus: neq permanebũt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes, qui operãtur ini quitatem: perdes omnes qui lo quuntur mendacium.

Virũ ſanguinũ, ⁊ doloſum abo minabitur dominus: ego autē in multitudine miſericordię tuę.

Introibo in domum tuã: ado/rabo ad templum ſanctũ tuum in timore tuo.

Dñe deduc me in iuſtitia tua ꝓpter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorũ veritas: cor eorum vanum eſt.

Sepulcrũ patẽs eſt guttur eo/rum: linguis ſuis doloſe agebãt, iudica illos Deus.

Decidãt a cogitationibus ſuis, ſm multitudinem impietatũ eo rum expelle eos: quoniam irrita uerunt te domine.

Et lętentur omnes, qui ſperãt in te: in ęternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis.

Et gloriabũtur in te omnes, q diligunt nomen tuum: quoniã tu benedices iuſto.

Dñe vt ſcuto bonę voluntatis tuę coronaſti nos. añ. Intellige clamorē meũ dñe. Aña. Deus Deus meus ad te de luce vigilo. pſ. idē. 8. Aña. Cõuerſus eſt.

Canticũ Iſaię prophetę.

Confitebor tibi dñe, qm̄ iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, ⁊ conſolatus es me.

Ecce Deus ſaluator meus: fi/ducialiter agam, ⁊ non timebo.

Quia fortitudo mea, ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus eſt mihi in ſalutē.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die, cõfitemini domino, ⁊ in uocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuẽ tiones eius: mementote quoniã excelſum eſt nomen eius.

Cãtate dño, qm̄ magnifice fecit annũciate hoc in vniuerſa terra.

Exulta, ⁊ lauda habitatio Si/on: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.

Aña. Cõuerſus eſt furor tuus dñe: ⁊ conſolatus es me. Aña. Laudate dñm de cęlis. pſal. idē. Cap. ſequens ſemp dr in feriali officio ab octa. Penteco. vſque ad Aduen. ⁊ ab octa. Epipha. vſq ad Dñicam i. Quadrage. Alio tēpore habentur propria.

Nox pręceſſit: dies autē ap propinquauit: abijciamus Ro. 13.
ergo opa tenebrarũ, ⁊ induamur arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Hymnus.

Splendor paternę glorię,
De luce lucē proferens,
Lux lucis, ⁊ fons luminis,
Dies diem illuminans.
Verusq Sol illabere,
Micans nitore perpeti:
Iubarq ſancti Spiritus
Infunde noſtris ſenſibus.

Votis

Digitized by Google

Ut oēs vocemus te patrem,
Patrem perennis glorię:
Pater potentis gratię
Culpam releget lubricam.
Informet actus strenuos,
Dentes retundat inuidi,
Casus secundet aſperos,
Donet gerendi gratiam.
Mentem gubernet, ꝛ regat,
Casto, fideli corpore,
Fides calore ferueat,
Fraudis venena neſciat.
Christusq; nobis ſit cibus,
Potusq; noster ſit fides,
Leti bibamus ſobriam
Ebrietatem ſpiritus.
Letus dies hic tranſeat,
Pudor ſit vt diluculum,
Fides velut meridies,
Crepuſculum mens neſciat.
Aurora curſus prouehit,
Aurora totus prodeat
In patre totus filius,
Et totus in verbo pater.
Deo patri ſit gloria. fol. 10.
In Aduentu. ℣. Vox clamātis in deſerto, Parate viā domini. ℟. Rectas facite ſemitas eius.
In Quadrag. ℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in oībus vijs tuis.
Tpe Paſſi. ℣. Eripe me de inimicis meis De' me'. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera me.
Tpe Paſc. ℣. In reſurrectione tua Chriſte, hal. ℟. Celi ꝛ terra letentur, hal. hal. Per Annū. ℣. Repleti ſum' mane miſericordia tua. ℟. Exultauim', ꝛ delectati ſumus. ℣. p̄dicti dr̄r etiā in ſeq. ferijs ad Laud. Ad Bñs. Aña. Benedictus dñs Deus Iſrael. In Aduē. Quad. iiij. tpib': ꝛ vigilijs q̄ ieiunant, excepta vigilia Nati. Dñi, ꝛ vigi. ꝛ iiij. tpibus Pētec. poſt Añaƺ ad Benedictus, ꝛ in veſperis ad Magni. dñr flexis genibus ſequen. preces: alijs tpibus non dicuntur.

Kyrie el. Chriſte ele. Kyrie eleiſon. Pater noſter. totum dicitur clara voce.

℣. Et ne nos inducas in tētatio.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Ego dixi, dñe miſerere mei.
℟. Sana animam meaƺ, quia peccaui tibi.
℣. Conuertere dñe vſquequo.
℟. Et deprecabilis esto ſup ſeruos tuos. ℣. Fiat miſericordia tua domine ſup nos. ℟. Quēadmodum ſperauimus in te.
℣. Sacerdotes tui induātur iuſtitiā. ℟. Et ſancti tui exultēt.
℣. Domine ſaluum fac regem.
℟. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.
℣. Saluū fac populū tuū dñe, ꝛ bn̄dic hereditati tuę. ℟. Et rege eos, ꝛ extolle illos vſq; in ęter.
℣. Memēto cōgregationis tuę.
℟. Quaƺ poſſediſti ab initio.
℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem ęternā dona eis dñe, ꝛ lux ppetua luceat eis.
℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amē.

℣. Pro fratribus nostris absenti bus. ℟. Saluos fac seruos tuos Deus meus sperantes in te.
℣. Pro afflictis, & captiuis. ℟. Libera eos Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.
℣. Mitte eis domine auxiliũ de sancto. ℟. Et de Siõ tuere eos.
℣. Domine exaudi orationẽ meam. ℟. Et clamor meus ad te veni.
Deinde dr̃ ps. De profundis. &c. q infra habet in Vesp. ferie quartę. in fine. Gloria patri, &c. &c.
In Vespe. eius loco dr̃ psal. Miserere. 23. finito psalmo dr̃
℣. Domine Deus virtutũ cõuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam, & salui erimus.
℣. Exurge Dñe adiuua nos. ℟. Et libera nos pp nomẽ tuũ.
℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veni.
℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spũ tuo.
Deinde dr̃ oratio propria, & qñ fiũt cõm. de s. Ma. de Aplis, & de Pace, ante eas fit sequẽs cõ. de cruce. Aña. Per signũ crucis de inimicis nr̃is libera nos Deus nr̃. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmũ dicat nomini tuo dñe. Oro.

Perpetua nos, q̃s dñe, pace custodi: quos p lignũ sanctę crucis redimere dignatus es.
Quę cõm. de cruce fi et, qñ nõ dñr pces: in feriali tm̃ offõ. Tpe Pas. fit alia cõm. de cruce, omissis alijs cõmemorationib', vt infra i feria y. post dñicã in Albis.

B.N.R.

FERIA TERTIA.
Ad Mat. Inuit. Jubilem' deo, Salutari nr̃o. ps. Venite. Hy.

Consors pat̃ni luminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctẽ canendo rumpimus,
Assiste postulantibus.
Aufer tenebras mentium,
Fuga cateruas dęmonum,
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.
Sic Christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus,
Vt prosit exorantibus
Quod pręcinentes psallimus.
Presta pater pijssime.

Antiphona. Vt non delinquã. Tpe Pasc. Aña. Alleluia. ps. 38.

Dixi, custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiã: cũ consisteret peccator aduersum me.
Obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meũ intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sũ in lingua mea: notum fac mihi dñe finem meum.
Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam, qd desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.
Verumtamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.

Verūtamē in imagine ptrāſit homo: ſed ꝛ fruſtra ꝯturbatur.
Theſaurizat: ꝛ ignorat cui cōgregabit ea.
Et nunc q̄ eſt expectatio mea? nōne dominus? ꝛ ſubſtātia mea apud te eſt.
Ab omnibus iniqtatibus meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.
Obmutui, ꝛ nō aperui os meū, quoniam tu feciſti: amoue a me plagas tuas.
A fortitudine man' tuę ego defeci in increpationib': ꝓpter iniquitatem corripuiſti hominē.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneā animā eius: veruntamē vane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam dn̄e, ꝛ deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.
Ne ſileas quoniam aduena ego ſum apud te ꝛ peregrinus: ſicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer, priuſquam abeam: ꝛ amplius non ero. Pſalmus 39.

Expectās expectaui dominum: ꝛ intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: ꝛ eduxit me de lacu miſerię, ꝛ de luto fecis.
Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: ꝛ direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticū nouū: carmen Deo noſtro.
Videbunt multi, ꝛ timebunt: ꝛ ſperabunt in domino.
Beatus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius: ꝛ non reſpexit in vanitates, ꝛ inſanias falſas.
Multa feciſti tu dn̄e De' meus mirabilia tua: ꝛ cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui, ꝛ locutus ſum: multiplicati ſunt ſup numerū.
Sacrificiū, ꝛ oblationē noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtū ꝛ pro peccato nō poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem volūtatem tuā: Deus meus volui, ꝛ legem tuā in medio cordis mei.
Annunciaui iuſtitiā tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea nō prohibebo, domine tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, ꝛ ſalutare tuum dixi.
Non abſcōdi miſericordiā tuā, ꝛ veritatē tuā: a cōcilio multo.
Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas a me: miſericordia tua ꝛ veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
Qm̄ circundederunt me mala, quoꝝ non eſt numerus: cōprehenderunt me iniquitates meę, ꝛ non potui, vt viderem.
Multiplicatę ſunt ſuper capillos capitis mei: ꝛ cor meum dereliquit me.
Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuādum me reſpice.
Confundantur, ꝛ reuereantur ſimul: qui quęrūt animam meā

Digitized by Google

ut auferant eam.
Conuertantur retrorſum, ⁊ reuereantur: q̃ volũt mihi mala.
Ferant confeſtim confuſionẽ ſuam: q̃ dicũt mihi, euge, euge.
Exultent, ⁊ lętentur ſuper te omnes quęrentes te: ⁊ dicant ſemper magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum.
Ego autẽ mẽdicus ſum, ⁊ pauper: dominus ſolicitus eſt mei.
Adiutor meus ⁊ protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
Añ. Ut nõ delinquã in lingua mea. Añ. Sana. Pſal. 40.
Beatus q̃ intelligit ſup egenum, ⁊ pauperẽ: in die mala liberabit eum dominus.
Dominus conſeruet eum, ⁊ viuificet eum: ⁊ beatum faciat eũ in terra, ⁊ nõ tradat eum in animam inimicorum eius.
Dñs opẽ ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi, dñe miſerere mei: ſana animã meã quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerũt mala mihi: quando morietur, ⁊ peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.
Egrediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum cõſtituerũt aduerſum me: nunquid qui dormit, non adijciet vt reſurgat?
Etenim homo pacis meę in quo ſperaui: qui edebat panes meos: magnificauit ſuper me ſupplantationem.
Tu autẽ domine miſerere mei, ⁊ reſuſcita me: ⁊ retribuam eis.
In hoc cognoui, quoniã voluiſti me: quoniã non gaudebit inimicus meus ſuper me.
Me autem propter innocentiã ſuſcepiſti: ⁊ confirmaſti me in conſpectu tuo in ęternum.
Benedictus dñs Deus Iſrael a ſeculo, ⁊ vſque in ſeculum: fiat, fiat. Pſalmus 41.
Quẽadmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum: quando veniam, ⁊ apparebo ante faciem Dei?
Fuerũt mihi lacrymę meę panes die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus?
Hęc recordatus ſum, ⁊ effudi in me animam meam: qm̃ tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſq; ad domum Dei.
In voce exultationis, ⁊ confeſſionis: ſonus epulantis.
Quare triſtis es anima mea? ⁊ quare conturbas me?
Spera in Deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, ⁊ Deus meus.
Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: ꝓpterea memor ero

Digitized by Google

nij de terra Jordanis & Hermo
nij a monte modico.
Abyſſus abyſſum inuocat: in
voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua, & fluctus
tui: ſuper me tranſierunt.
In die mandauit dñs miſericor
diam ſuam: & nocte canticũ eius.
Apud me orõ Deo vitę meę:
dicam Deo ſuſceptor meus es.
Quare oblitus es mei? & quare
contriſtatus incedo, dum affli
git me inimicus?
Dum confringuntur oſſa mea:
exprobrauerunt mihi qui tribu
lant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per ſingulos
dies: vbi eſt Deus tuus? quare
triſtis es anima mea, & quare
conturbas me?
Spera in Deo: quoniã adhuc
cõfitebor illi: ſalutare vult' mei
& Deus meus. Aña. Sana do
mine aiam meam: quia peccaui
tibi. Aña. Eructauit. pſal. 43.

DEus auribus noſtris au
diuimus: patres noſtri an
nunciauerunt nobis.
Opus, quod operatus es in die
bus eorũ: & in diebus antiquis.
Manus tua gẽtes diſperdidit,
& plãtaſti eos: afflixiſti populos,
& expuliſti eos.
Nec enim in gladio ſuo poſſede
runt terram: & brachium eorũ
non ſaluauit eos.
Sed dextera tua, & brachiũ tuũ,
& illuminatio vultus tui: quo
niam complacuiſti in eis.
Tu es ipſe rex meus, & Deus
meus: qui mãdas ſalutes Jacob.
In te inimicos noſtros ventila
bimus cornu: & in noĩe tuo ſper
nemus inſurgentes in nobis.
Non enim in arcu meo ſperabo:
& gladius meus nõ ſaluabit me.
Saluaſti enim nos de affligẽtib'
nos: & odientes nos confudiſti.
In Deo laudabimur tota die: &
in noĩe tuo cõfitebimur in ſęculũ.
Nunc autẽ repuliſti, & confudi
ſti nos: & non egredieris Deus
in virtutibus noſtris.
Auertiſti nos retrorſum poſt
inimicos noſtros: & qui oderũt
nos diripiebant ſibi.
Dediſti nos tanquam oues eſca
rũ: & in gẽtibus diſperſiſti nos.
Vendidiſti populum tuũ ſine
precio: & non fuit multitudo in
commutationibus eorum.
Poſuiſti nos opprobriũ vicinis
noſtris ſubſannationẽ, & deriſo
bus, qui ſunt in circuitu noſtro.
Poſuiſti nos in ſimilitudinem
gentibus: commotionẽ capitis
in populis.
Tota die verecundia mea cõtra
me eſt: & confuſio faciei meę co
operuit me.
A voce exprobrãtis, & obloquẽ
tis: a facie inimici, & pſequẽtis.
Hęc omnia venerunt ſup nos,
nec obliti ſumus te: & inique nõ
egimus in teſtamento tuo.
Et nõ receſſit retro cor noſtrũ:
& declinaſti ſemitas noſtras a
via tua.

Quoniam

Quoniam humiliaſti nos in lo
co afflictionis: ⁊ cooperuit nos
vmbra mortis.
Si obliti ſumus nomē Dei no
ſtri: ⁊ ſi expandimus manus no
ſtras ad Deum alienum.
Nonne Deus requiret iſta: ipſe e
nim nouit abſcondita cordis.
Quoniam propter te mortifica
mur tota die: eſtimati ſumus ſi
cut oues occiſionis.
Exurge, quare obdormis dñe?
exurge, ⁊ ne repellas in finem.
Quare faciem tuam auertis: ⁊
obliuiſceris inopię noſtrę, ⁊ tri
bulationis noſtrę?
Quoniam humiliata eſt in pul
uere anima noſtra: cōglutinatus
eſt in terra venter noſter.
Exurge domine, adiuua nos: ⁊
redime nos propter nomen
tuum. Pſalmus. 44.
Eructauit cor meum ver
bum bonum: dico ego ope
ra mea regi.
Lingua mea calamus ſcribę
velociter ſcribentis.
Speciosus forma prę filijs ho
minū: diffuſa eſt gratia in labijs
tuis, propterea benedixit te De
us in eternum.
Accingere gladio tuo ſuper fe
mur tuum potentiſſime.
Spē tua, ⁊ pulchritudine tua:
intēde, proſpere ꝓcede, ⁊ regna.
Propter veritatem ⁊ manſue
tudinem, ⁊ iuſtitiā, ⁊ deducet te
mirabiliter dextera tua.
Sagittę tuę acutę (populi ſub
te) cadēt ī corda inimicoꝝ regis.
Sedes tua Deus in ſeculum
ſeculi: virga directionis virgā
regni tui.
Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti ini
quitatē: propterea vnxit te De
us Deus tuus oleo letitię prę
conſortibus tuis.
Myrrha, ⁊ gutta, ⁊ caſia a veſti
mētis tuis, a domibus eburneis:
ex quibus delectauerunt te filię
regum in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis, in
veſtitu deaurato: circundata va
rietate.
Audi filia ⁊ vide, ⁊ inclina au
rem tuam: ⁊ obliuiſcere populū
tuum, ⁊ domum patris tui.
Et concupiſcet rex decorē tuū:
quoniam ipſe eſt dominus De
us tuus, ⁊ adorabunt eum.
Et filię Tyri in muneribus: vul
tum tuum deprecabuntur om
nes diuites plebis.
Omnis gloria eius, filię regis
ab intus: in fimbrijs aureis, cir
cumamicta varietatibus.
Adducētur regi virgines poſt
eā: proximę eius afferētur tibi.
Afferent̄ in letitia, ⁊ exultatio
ne: adducētur in templū regis.
Pro patribus tuis nati ſunt ti
bi filij: conſtitues eos principes
ſuper omnem terram.
Memores erunt nōis tui dñe in
oī generatione, ⁊ generationē.
Propterea ppłi ꝯfitebunt̄ tibi
in eternum: ⁊ in ſeculum ſeculi.
Alia. Eructauit cor meū verbū

bonum. Aña. Adiutor. ps. 45.

DEus noster, refugiũ ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus, q̄ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dũ turbabitur terra: ⁊ transferẽtur montes in cor maris.

Sonuerũt, ⁊ turbatę sunt aquę eorum: cõturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius nõ cõmouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Cõturbatę sunt gentes, ⁊ inclinata sunt regna: dedit vocẽ suã, ⁊ mota est terra.

Dominus virtutũ nobiscũ: susceptor noster Deus Jacob.

Uenite, ⁊ videte opera dñi, q̄ posuit prodigia super terrã: auferens bella vsq₃ ad fines terrę.

Arcum cõteret ⁊ confringet arma: ⁊ scuta comburet igni.

Uacate, ⁊ videte, quoniã ego sum Deus: exaltabor in gẽtibus, ⁊ exaltabor in terra.

Dñs virtutũ nobiscũ: susceptor noster Deus Jacob. Psalm. 46.

OMnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.

Quõ dñs excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis: ⁊ gẽtes sub pedibus nostris.

Elegit nobis hereditatẽ suã: speciem Jacob quem dilexit.

Ascendit Deus in iubilo: ⁊ dominus in voce tubę.

Psallite Deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite.

Quoniã rex omnis terrę Deus: psallite sapienter.

Regnabit Deus super gentes: Deus sedet sup sedẽ sanctã suã.

Principes populorũ cõgregati sunt cũ Deo Abrahã: qñ dij fortes terrę vehemẽter eleuati sunt.

Aña. Adiutor in tribulatiõib⁹.

Aña. Magnus dñs. psalm. 47.

MAgnus dominus, ⁊ laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in mõte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuersę terrę mõs Sion: latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quõ ecce reges terrę cõgregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi vidẽtes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in eternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio tẽpli tui.

Secundum nomen tuũ Deus sic ⁊ laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua.

Letetur

Letetur mōs Siō, ⁊ exultēt fi-
lie Jude: ꝑpter iudicia tua dñe.
Circundate Siō, ⁊ cōplectimi-
ni eā: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute
eius, ⁊ distribuite domos eius: vt
enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est Deus Deus
noster in eternū, ⁊ in seculū secu
li: ipse reget nos ī secula. ps. 48.

Audite hec omnes gentes:
auribus percipite omnes
qui habitatis orbem.
Quiqз terrigene, ⁊ filii hominū:
simul in vnū diues ⁊ pauper.
Os meū loquetur sapientiā: ⁊
meditatio cordis mei prudētiā.
Inclinabo in parabolam aurē
meā: aperiam in psalterio pro-
positionem meam.
Cur timebo in die mala: iniqui
tas calcanei mei circūdabit me:
Qui confidunt in virtute sua: ⁊
in multitudine diuitiarum sua-
rum gloriantur.
Frater non redimit, redimet
homo: ⁊ non dabit Deo placa-
tionem suam.
Et preciū redēptionis anime
sue: ⁊ laborabit in eternū, ⁊ vi-
uet adhuc in finem.
Non videbit interitum, cū vi-
derit sapiētes morientes: simul
insipiens, ⁊ stultus peribunt.
Et relinquent alienis diuitias
suas: ⁊ sepulcra eorum domus
illorum in eternum.
Tabernacula eorum in proge-
nie, ⁊ progenie: vocauerunt no-
mina sua in terris suis.
Homo cū in honore esset, non
intellexit: comparatus est iu-
mentis insipientibus, ⁊ similis
factus est illis.
Hec via illorū scandalū ipsis: ⁊
postea in ore suo complacebūt.
Sicut oues in inferno positi sūt:
mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti
in matutino: ⁊ auxiliū eorū vete
rascet in inferno a gloria eorum.
Uerumtamē Deus redimet ani-
mam meam de manu inferi: cū
acceperit me.
Ne timueris cum diues factus
fuerit homo: ⁊ cū multiplicata
fuerit gloria domus eius.
Quoniā cū interierit nō sumet oia:
neqз descēdet cū eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius
benedicetur: cōfitebitur tibi cum
benefeceris ei.
Introibit vsqз in ꝓgenies pa-
trum suorum: ⁊ vsqз in eternū
non videbit lumen.
Homo cū in honore esset non
intellexit: cōparatus est iumen-
tis insipientibus, ⁊ similis fa-
ctus est illis. Aña. Magnus
dñs, ⁊ laudabilis nimis. Aña.
Deus deorum. Psalmus. 49.

Deus deorum dominus lo-
cutus est: ⁊ vocauit terrā.
A solis ortu vsqз ad occasū: ex
Sion species decoris eius.
Deus manifeste veniet: Deus
noster, ⁊ non silebit.
Ignis in cōspectu ei⁹ exardescet:

⁊ in circuitu ei' tēpeſtas valida.
Aduocauit celū deſurſu⁊, ⁊ ter
ram diſcernere populum ſuum.
Cōgregate illi ſctōs eius: q ordi
nāt teſtamētū ei' ſup ſacrificia.
Et annunciabunt celi iuſtitias
eius: quonia⁊ Deus iudex eſt.
Audi populus meus, ⁊ loquar
Iſrael, ⁊ teſtificabor tibi: Deus,
Deus tuus ego ſum.
Non in ſacrificijs tuis arguam
te: holocauſta autem tua in cō
ſpectu meo ſunt ſemper.
Non accipiam de domo tua vi
tulos: neque de gregibus tuis
hircos.
Quoniam meę ſunt oēs ferę ſyluarū:
iūmenta in montibus, ⁊ boues.
Cognoui omnia volatilia celi:
⁊ pulchritudo agri mecum eſt.
Si eſuriero nō dicā tibi: me' eſt
eni⁊ orbis terrę, ⁊ plenitudo ei'.
Nunquid manducabo carnes
taurorum: aut ſanguinem hir
corum potabo?
Immola Deo ſacrificium lau
dis: ⁊ redde altiſſimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulatio
nis: eruā te, ⁊ honorificabis me.
Peccatori aūt dixit Deus: qua
re tu enarras iuſtitias meas: ⁊ aſ
ſumis teſtamētū meū p os tuū?
Tu vero odiſti diſciplinā: ⁊ pie
ciſti ſermones meos retrorſum.
Si videbas furē currebas cum
eo, ⁊ cum adulteris portionem
tuam ponebas.
Os tuum abundauit malitia: ⁊
lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduerſus fratrem tuum
loquebaris, ⁊ aduerſus filiū ma
tris tuę ponebas ſcandalū: hęc
feciſti, ⁊ tacui.
Exiſtimaſti inique qd ero tui ſi
milis: arguam te, ⁊ ſtatuam con
tra faciem tuam.
Intelligite hęc, q obliuiſcimini
Deum: nequando rapiat ⁊ nō
ſit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorifica
bit me: ⁊ illic iter quo oſtendā il
li ſalutare Dei. Pſalmus. li.
Quid gloriaris in malitia:
qui potens es in iniqui
tate?
Tota die iniuſtitiam cogitauit
lingua tua: ſicut nouacula acu
ta feciſti dolum.
Dilexiſti malitiam ſuper beni
gnitatem: iniquitatē magis, quā
loqui ęquitatem.
Dilexiſti omnia verba pręcipi
tationis: lingua doloſa.
Propterea Deus deſtruet te in
finē, euellet te ⁊ emigrabit te de
tabernaculo tuo, ⁊ radicem tuā
de terra viuentium.
Videbunt iuſti, ⁊ timebunt, ⁊
ſuper eum ridebunt, ⁊ dicent ec
ce homo qui non poſuit Deum
adiutorem ſuum.
Sed ſperauit in multitudine di
uitiarum ſuarum: ⁊ pręualuit
in vanitate ſua.
Ego autē ſicut oliua fructifera
in domo Dei: ſperaui in miſeri
cordia dei in eternum, ⁊ in ſę
culum ſeculi.

Conſi

Digitized by Google

Confitebor tibi in ſeculū, quia feciſti: ⁊ expectabo nomen tuū, quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorū tuorū. Aña. Deus deorum dominus locutus eſt.

Per Annum. ℣.

Immola Deo ſacrificiū laudis.
℟. Et redde altiſſimo vota tua.
Pro vno mar. ℣. Poſuiſti dñe.
Pro plur. m. ℣. Exultent iuſti.
Pro ꝯfeſ. pōt. ℣. Elegit eū dñs.
Pro ꝯfe. ſimp. ℣. Os iuſti med.
Pro virgine. ℣. Adiuuabit eā.
In Aduentu. ℣. Emitte agnū dñe dñatorē terrę. ℟. De petra deſerti ad montem filię Sion.

In Quadrageſima. ℣.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi.
℟. Et ſub pēnis eius ſperabis.
Tpe Paſſiōis. ℣. De ore leonis libera me dñe. ℟. Et a cornib⁹ vnicornium humilitatem meā.
Tpe Paſc. Aña. hal. hal. hal.
Pro Sāctis, ℣. Lux perpetua.

Pro Feria. ℣.

Surrexit dñs vere, halleluiah.
℟. Et apparuit Simoni, halla.

AD LAVDES.

Aña. Dele domine iniquitatē meam. pſal. Miſerere mei. 23.
Aña. Salutare. Pſalmus. 41.

Iudica me deus, ⁊ diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo, ⁊ doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, ⁊ quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, ⁊ veritatē tuā: ipſa me deduxerunt, ⁊ adduxerunt in montē ſanctū tuū: ⁊ in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deū q̄ letificat iuuentutē meā.

Cōfitebor tibi in cithara De⁹, Deus meus: quare triſtis es anima mea, ⁊ quare cōturbas me?

Spera in Deo, qm̄ adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, ⁊ deus meus. Antipho. Salutare vultus mei, ⁊ Deus meus,

Antiphona. Ad te de luce vigilo Deus. Pſal. Deus Deus meus. 8. Aña. Cūctis diebus.

Canticum Ezechię.

Ego dixi in dimidio dierū meorū: vadā ad portas īferi. Eſa. 38

Quęſiui reſiduū annorū meorum: dixi, non videbo dominum Deum in terra viuentium.

Non aſpiciam hominem vltra: ⁊ habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, ⁊ cōuoluta eſt a me: quaſi tabernacula paſtorum.

Precisa eſt velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſq; ad veſperā finies me.

Sperabā vſque ad mane: quaſi leo ſic cōtriuit omnia oſſa mea.

De mane vſq; ad veſperā finies me: ſicut pullus hirūdinis ſic clamabo: meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.

Vſe

D ñe vim patior, reſponde pro me: quid dicā? aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit?
R ecogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine animę meę.
D omine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
T u autem eruiſti animā meā, vt nō periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Q uia nō infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.
Viuēs viuēs ipſe cōfitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.
D ñe ſaluū me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vite nr̄ę in domo domini.
Añ. Cūctis diebus vitę noſtrę ſaluos nos fac dñe. Añ. Oēs angeli eius laudate dñm de celis.
ps. Laudate dñm de cęlis. fo. g.
Cap. Nox pceſſit. fol. 24. Hymn.

A les diei nuncius.
Lucē propinquā pcinit,
Nos excitator mentium
Iam Chriſtus ad vitā vocat.
A uferte clamat lectulos
Aegros ſopore deſides:
Caſteq; recte, ac ſobrie
Vigilate, iam ſum proximus.
I eſum ciamus vocibus,
Flentes precantes ſobrie:
Intenta ſupplicatio
Dormire cor mundum vetat.
T u Chriſte ſomnum diſcute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu ſolue peccatum vetus,
Nouumq; lumen ingere.
D eo patri ſit gloria. V. Repleti ſumus mane miſericordia tua.
R. Exultauim', & delectati ſu.
Ad Benedictus. Antiphona.
Erexit nobis dominus cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui.
Preces qn̄ dicūr. hñr ſu. in ij. fe. 24.

FERIA QVARTA

Ad Matutinum.

Inuita. In manu tua dñe, Oēs fines terrę. ps. Venite. Hymn.

R Erum creator optime,
Rectorque noſter aſpice,
Nos a quiete noxia
Merſos ſopore libera.
T e ſancte Chriſte poſcimus,
Ignoſce tu criminibus:
Ad confitendum ſurgimus,
Moraſq; noctis rumpimus.
M entes manuſq; tollimus,
Propheta ſicut noctibus
Nobis gerendum pręcipit,
Paulusq; geſtis cenſuit.
V ides malum quod geſſimus,
Occulta noſtra pandimus,
Preces gementes fundimus,
Dimitte quod peccauimus,
P ręſta pater piiſſime.
Antiphona. Auertit dominus.
Tpe Paſc. Añ. Alleluia. ps. 52.

D Ixit inſipiēs in corde ſuo: non eſt Deus.
C orrupti ſunt, & abominabiles facti

facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.

Dñs de celo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deū.

Oēs declinauerūt, ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatē: qui deuorant plebem meam, vt cibum panis?

Dñm non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniā Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.

Quis dabit ex Siō ſalutare Iſrael: cum conuerterit dominus captiuitatē plebis ſue, exultabit Jacob, & letabitur Iſrael. ps. 54.

Exaudi deus orōnē meā, & ne deſpexeris deprecationē meā: intende mihi, & exaudi me.

Contriſtatus ſū in exercitatione mea: & cōturbatus ſuz a voce inimici, & a tribulatiōe peccatoris.

Quoniā declinauerūt in me iniquitates: & in ira moleſti erant mihi.

Cor meū cōturbatū eſt in me: & formido mortis cecidit ſup me.

Timor & tremor venerūt ſuper me: & contexerunt me tenebre.

Et dixi, qs dabit mihi pēnas ſicut columbe: & volabo, & requieſcā?

Ecce elongaui fugiens: & māſi in ſolitudine.

Expectabam eum, qui ſaluum me fecit: a puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.

Precipita dñe, diuide linguas eorū: quoniam vidi iniquitatē, & contradictionem in ciuitate.

Die ac nocte circundabit eā ſuper muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniuſtitia.

Et non defecit de plateis eius: vſura & dolus.

Quoniā ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtique.

Et ſi is q oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcōdiſſem me forſitan ab eo.

Tu vero homo vnanimis: dux meus, & notus meus.

Qui ſimul mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cum conſenſu.

Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viuentes.

Quoniaz nequitie in habitaculis eorum in medio eorum.

Ego autem ad Deū clamaui: & dominus ſaluauit me.

Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo: & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meā ab his qui appropinquāt mihi: qm̄ inter multos erāt mecum.

Exaudiet Deus, & humiliabit illos: qui eſt ante ſecula.

Non eniz eſt illis commutatio, & non timuerunt Deū: extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminauerūt teſtamentū eius, diuiſi ſunt ab ira vult9 ei9: & appropinquauit cor illius.

Molliti

Digitized by Google

Molliti sunt sermones eius super oleum: ⁊ ipsi sunt iacula.

Iacta super dominum curam tuam, ⁊ ipse te enutriet: ⁊ non dabit in eternum fluctuationem iusto.

Tu vero Deus deduces eos: in puteum interitus.

Viri sanguinum, ⁊ dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te domine.

Aña. Redemit dñs captiuitatem plebis sue. Aña. Miserere. ps. 55.

Miserere mei Deus, qm̃ cõculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniá multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego vero in te sperabo.

In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt, ⁊ abscondẽt: ipsi calcaneum meũ obseruabũt.

Sicut sustinuerunt aĩam meã pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus vitã meam annunciaui tibi: posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut ⁊ in promissione tua: tunc cõuertentur inimici mei retrorsũ.

In quacũq; die inuocauero te: ecce cognoui, qm̃ De⁹ meus es.

In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua: q̃ reddam laudationes tibi.

Quoniá eripuisti animã meã de morte, ⁊ pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Psalmus. 56.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniã in te cõfidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarũ sperabo: donec transeat iniquitas.

Clamabo ad Deũ altissimũ: Deum qui benefecit mihi.

Misit de celo, ⁊ liberauit me: dedit in opprobriũ cõculcãtes me.

Misit Deus misericordiã suã, ⁊ veritatem suã: ⁊ eripuit aĩam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.

Filij hominum dentes eorum arma, ⁊ sagitte: ⁊ lingua eorũ gladius acutus.

Exaltare super celos Deus: ⁊ in omni terra gloria tua.

Laqueuz parauerunt pedibus meis: ⁊ incuruauerũt aĩaz meã.

Foderunt ante faciem meã foueam: ⁊ inciderunt in eam.

Paratum cor meũ Deus, paratum cor meũ: cantabo ⁊ psalmum dicam domino.

Exurge gloria mea, exurge psalterium ⁊ cithara: exurgam diluculo.

Cõfitebor tibi in populis dñe: ⁊ psalmũ dicã tibi in gentibus.

Quo-

Digitized by Google

Quoniaz magnificata est vsqz ad celos misericordia tua: ⁊ vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos Deus: ⁊ super omnez terram gloria tua.

Añ. Michi vere cõfidit aĩa mea.

Aña. Juste iudicate. psal̃s. 57.

Si vere vtique iustitiam loquimini: recte iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniustitias manus vestre concinnant.

Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpẽtis: sicut aspidis surde, ⁊ obturantis aures suas.

Que nõ exaudiet vocẽ incantãtiũ: ⁊ venefici incãtãtis sapiẽter.

Deus conteret dẽtes eorũ in ore ipsorum: molas leonũ confringet dominus.

Ad nihilum deuenient tanquã aqua decurrens: intendit arcuz suum donec infirmentur.

Sicut cera, q̃ fluit, auferentur: supercecidit ignis, ⁊ non viderunt solem.

Priusquã intelligerẽt spine vestre rhamnum: sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

Letabitur iust' cũ viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo, si vtiqz est fructus iusto: vtiqz est De' iudicãs eos in terra. Psalmus. 58.

Eripe me de inimicis meis Deus meus: ⁊ ab insurgẽtibus in me libera me.

Eripe me de operantibus iniquitatem: ⁊ de viris sanguinuz salua me.

Quia ecce ceperũt aĩam meã: irruerunt in me fortes.

Neqz iniquitas mea, neqz peccatum meũ domine: sine iniquitate cucurri ⁊ direxi.

Exurge in occursum meum, ⁊ vide: ⁊ tu dñe Deus virtutum deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: ⁊ nõ miserearis omnib' qui operantur iniquitatem.

Conuertentur ad vesperã: ⁊ famem patient vt canes: ⁊ circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore suo, ⁊ gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

Et tu dñe deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia eius preueniet me.

Deus ostẽdit mihi sup inimicos meos, ne occidas eos: nequãdo obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector meus dñe.

Delictum oris eorum, sermonẽ labiorum ipsorum: ⁊ comprehẽdantur in superbia sua.

Et de execratione ⁊ mendacio annũciabunt in consũmatione:

Digitized by Google

in ira cōsummationis, ⁊ nō erūt.

Et scient, quia Deus dominabitur Jacob: ⁊ finium terrę.

Convertentur ad vesperā, ⁊ famem patientur ut canes: ⁊ circuibunt civitatem.

Ipsi dispergentur ad manducandum: si vero non fuerint saturati, ⁊ murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: ⁊ exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus: ⁊ refugium meum in die tribulationis meę.

Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

Aña. Iuste iudicate filii hominū.

Aña. Da nobis. Psal's 59.

Deus repulisti nos, ⁊ destruxisti nos: iratus es, ⁊ misertus es nobis.

Commovisti terram, ⁊ conturbasti eam: sana cōtritiones eius, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiāt a facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui: salvū fac dextera tua, ⁊ exaudi me.

Deus locutus est in scō suo: lętabor, ⁊ partibor Sichimā, ⁊ cōvallē tabernaculoꝝ metibor.

Meus est Galaad, ⁊ meus est Manasses: ⁊ Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus: Moab olla spei meę.

In Idumęam extendam calciamentum meum: mihi alienigenę subditi sunt.

Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumęam?

Nonne tu Deus qui repulisti nos: ⁊ non egredieris Deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

In Deo faciemus virtutem: ⁊ ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Psalmus 60.

Exaudi De⁹ deprecationē meā: intēde orationi meę.

A finibus terrę ad te clamavi dum anxiaretur cor meum: in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo ī tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniā tu Deus meus exaudisti orationem meā: dedisti hęreditatem timentibus nomen tuū.

Dies super dies regis adiicies: annos eius usq; in diem generationis, ⁊ generationis.

Permanet in ęternū in conspectu Dei: misericordiam ⁊ veritatem eius quis requiret?

Sic psalmū dicā nomini tuo in seculū seculi: ut reddā vota mea de die in diem. Aña. Da nobis dñe auxilium de tribulatione.

Aña.

Digitized by Google

Añ. Nonne Deo. Pſal. 61.

Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.

Nam ⁊ ipſe Deus meus, ⁊ ſalutaris meus: ſuſceptor meus, nõ mouebor amplius.

Quouſqꝫ irruitis in hoiem? interficitis vniuerſi vos, tãquã parieti iclinato, ⁊ maceriȩ ĩpulſȩ?

Uerumtamen preciũ meũ cogitauerunt repellere: cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebãt, ⁊ corde ſuo maledicebant.

Uerũtamen Deo ſubiecta eſto anima mea: quoniã ab ipſo patientia mea.

Quia ipſe Deus meus, ⁊ Saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.

In Deo ſalutare meum, ⁊ gloria mea: Deus auxilij mei, ⁊ ſpes mea in Deo eſt.

Sperate in eo omnis ꝯgregatio ppli: effundite corã illo corda vr̃a: Deus adiutor nr̃ in ȩternũ.

Uerumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.

Nolite ſperare in iniq̃tate, ⁊ rapinas nolite ꝯcupiſcere: diuitiȩ ſi affluãt, nolite cor apponere.

Semel locut' eſt deus, duo hec audiui: qꝛ poteſtas dei eſt, ⁊ tibi dñe miſericordia: qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. ps. 63.

Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexiſti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerũt, vt gladiũ linguas ſuas: intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent in occultis immaculatum.

Subito ſagittabunt eum, ⁊ nõ timebunt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.

Narrauerũt, vt abſcõderẽt laqueos: dixerũt, qs videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur Deus.

Sagittȩ paruulorũ factȩ ſunt plagȩ eoꝝ: ⁊ infirmatȩ ſunt cõtra eos linguȩ eorum.

Conturbati ſunt oẽs qui videbãt eos: ⁊ timuit omnis homo.

Et annunciauerunt opera dei: ⁊ facta eius intellexerunt.

Letabitur iuſtus in dño, ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti corde. Añ. Nonne Deo ſubiecta erit anima mea.

Añ. Benedicite. Pſal. 65.

Iubilate Deo omnis terra, pſalmuꝫ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quã terribilia ſunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuȩ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, ⁊ pſallat tibi: pſalmuꝫ dicat nomini tuo.

Uenite, ⁊ videte opera Dei: terri-

terri-

Digitized by Google

terribilis in conſilijs ſuper filios hominum.

Qui cõuertit mare in aridã: in flumine pertranſibunt pede: ibi letabimur in ipſo.

Qui dominatur in virtute ſua in eternũ: oculi eius ſuper gẽtes reſpiciũt: qui exaſperãt nõ exaltentur in ſemetipſis.

Benedicite gẽtes Deũ noſtrũ: ⁊ auditã facite vocẽ laudis ei⁹.

Qui poſuit animã meã ad vitam: ⁊ non dedit in commotionem pedes meos.

Quoniã probaſti nos Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.

Induxiſti nos in laqueũ, poſuiſti tribulatiões in dorſo noſtro: īpoſuiſti hoīes ſup capita nr̃a.

Tranſiuimus per ignẽ ⁊ aquã: ⁊ eduxiſti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuã in holocauſtis: reddam tibi vota meã que diſtinxerunt labia mea.

Et locutum eſt os meũ: in tribulatione mea.

Holocauſtã medullata offerã tibi cũ inceſo arietũ: offerã tibi boues cum hircis.

Venite, ⁊ audite ⁊ narrabo, omnes qui timetis Deũ: quãta fecit anime mee.

Ad ipſum ore meo clamaui: ⁊ exultaui ſub lingua mea.

Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet dominus.

Propterea exaudiuit Deus: ⁊ attẽdit voci deprecationis mee.

Benedictus Deus, q nõ amouit orationem meã, ⁊ miſericordiam ſuã a me. Pſalmus. 67.

Exurgat Deus, ⁊ diſſipentur inimici eius: ⁊ fugiant, qui oderunt eum, a facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei.

Et iuſti epulentur, ⁊ exultent in conſpectu Dei: ⁊ delectentur in letitia.

Cantate Deo, pſalmum dicite nomini eius: iter facite ei q aſcẽdit ſup occaſum, dñs nomen illi.

Exultate in cõſpectu eius, turbabuntur a facie eius patris orphanorum, ⁊ iudicis viduarũ.

Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos, qui exaſperãt qui habitant in ſepulcris.

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui: cum pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt, etenim celi diſtillauerunt a facie Dei Sinai: a facie Dei Iſrael.

Pluuiã voluntariam ſegregabis De⁹ hereditati tue, ⁊ infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei

Digitized by Google

ſpeciei domus diuidere ſpolia.
Si dormiatis inter medios cle/
ros, pennę columbę deargentatę:
t poſteriora dorſi eius in pal
lore auri.
Dum diſcernit cęleſtis reges ſup
eam, niue dealbabuntur in Sel/
mon: mons Dei mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pin/
guis: vt quid ſuſpicamini mõtes
coagulatos?
Mons, in quo beneplacitum eſt
Deo habitare in eo: etenim do/
minus habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus
multiplex millia lętantium: do/
minus in eis in Sinai in ſancto.
Aſcendiſti in altũ, cepiſti capti
uitatẽ: accepiſti dona in hoibus.
Etenim non credentes: inhabi
tare dominum Deum.
Benedictus dominus die quo/
tidie: proſperum iter faciet nobis
Deus ſalutarium noſtrorum.
Deus noſter De' ſaluos faciẽ/
di: t dñi domini exitus mortis.
Uerumtamen Deus confringet
capita inimicorum ſuorum: ver
ticem capilli perambulantium
in delictis ſuis.
Dixit dñs ex Baſan conuertã:
conuertam in profundũ maris.
Ut intingatur pes tuus in ſan/
guine: lingua canum tuorũ ex
inimicis ab ipſo.
Uiderunt ingreſſus tuos De/
us: ingreſſus Dei mei, regis mei,
qui eſt in ſancto.
Preuenerunt principes cõiun

cti pſallentibus, in medio iuue/
cularum tympaniſtriarum.
In eccleſiis benedicite Deo do
mino: de fontibus Iſrael.
Ibi Beniamin adoleſcentulus:
in mentis exceſſu.
Principes Iuda, duces eorũ: t
principes Zabulon, t principes
Nephtalim.
Manda Deus virtuti tuę: con/
firma hoc Deus quod operatus
es in nobis.
A templo tuo in Ieruſalem: ti/
bi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis, con/
gregatio taurorum in vaccis po
pulorum: vt excludant eos, qui
probati ſunt argento.
Diſſipa gẽtes, q̃ bella volũt: ve
niẽt legati ex Aegypto: Aethio
pia preueniet manus eius Deo.
Regna terrę cantate Deo: pſal
lite domino.
Pſallite Deo, qui aſcẽdit ſuper
cęlum cęli: ad orientem.
Ecce dabit voci ſuę vocẽ virtu
tis, date gloriam Deo ſuper Iſ
rael: magnificentia eius, t vir/
tus eius in nubibus.
Mirabilis Deus in ſanctis ſuis,
Deus Iſrael, ipſe dabit virtutẽ
t fortitudinem plebi ſuę: bene
dictus De'. Aña. Benedicite
gẽtes Deũ noſtrũ. Per annũ.
℣. Deus vitam meam annun/
ciaui tibi. ℟. Poſuiſti lacry/
mas meas in conſpectu tuo.
Pro vno ℟. ℣. Magna eſt glia.
Pro pluribus. ℣. Iuſti autem.

Digitized by Google

Pro pſ. hoc. ℣. Tu es ſacerdos.
Pro pſ. ſemp. ℣. Lex Dei eius.
Pro virg. ℣. Elegit eã Deus.
In Aduētu. ℣. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet vt ſaluet populũ ſuum.
In Quadrag. ℣. Scuto circũdabit te veritas eius. ℟. Nõ timebis a timore nocturno.
Tpe Paſſ. ℣. Ne perdas cũ impijs Deus animã meã. ℟. Et cũ viris ſanguinum vitã meã.
T. pe Paſc. Aña. Alleluya. alle. alle.
Pro Sãctis. ℣. Letitia ſempi.
Pro Feria. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, alle. ℟. Viſo dño, allel.

AD LAVDES.

Aña Amplius laua me dñe ab iniuſtitia mea. Pſ. Miſerere. 23.
Aña. Te decet. Pſalmus 64.

TE decet hymn' Deus in Siõ: & tibi reddet votum in Jeruſalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorũ preualuerũt ſup nos: & impietatibus noſtris tu propitiaberis.
Beatus quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tue: ſanctum eſt templum tuũ, mirabile in equitate tua.
Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terre, & in mari longe.
Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui cõturbas profundũ maris ſonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes: & timebunt, qui habitant terminos a ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectabis.
Viſitaſti terrã, & inebriaſti eã: multiplicaſti locupletare eam.
Flumẽ Dei repletũ eſt aquis: paraſti cibum illorum, quoniã ita eſt preparatio eius.
Riuos eius inebriãs, multiplicã genimina eius: in ſtillicidijs eius letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis tue: & campi tui replebuntur vbertate.
Pinguēſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.
Induti ſunt arietes ouiũ, & valles abũdabũt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.
Aña. Te decet hymnus Deus in Sion. Aña. Labia mea laudabunt te in vita mea Deus meus. Pſ. Deus deus meus. 8.
Antipho. Dominus iudicabit.

Canticum Anne.

EXultauit cor meũ in domino: & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo. 1. Regũ. 2.
Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia letata ſum in ſalutari tuo.
Nõ eſt ſanctus, vt eſt dñs, neq; enim eſt alius extra te: & nõ eſt fortis ſicut Deus noſter.
Nolite multiplicare loqui ſublimia: glorian tes.
Recedant vetera de ore veſtro, quia

q2 Deus ſcientiarum dñs eſt: ⁊ ipſi preparantur cogitationes.
Arcus fortium ſuperatus eſt: ⁊ infirmi accincti ſunt robore.
Repleti prius, ꝓ panib' ſe locauerunt: ⁊ famelici ſaturati ſunt.
Donec ſterilis peperit plurimos: ⁊ que multos habebat filios infirmata eſt.
Dominus mortificat, ⁊ viuificat: deducit ad īferos, ⁊ reducit.
Dominus pauperem facit, ⁊ ditat: humiliat, ⁊ ſubleuat.
Suſcitans de puluere egenum: ⁊ de ſtercore erigens pauperē.
Ut ſedeat cum principibus: ⁊ ſolium glorię teneat.
Domini enim ſunt cardines terrę: ⁊ poſuit ſuper eos orbem.
Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, ⁊ impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.
Dñm formidabunt aduerſarij eius: ⁊ ſup ipſos ī cęlis tonabit.
Dominus iudicabit fines terrę, ⁊ dabit imperium regi ſuo, ⁊ ſublimabit cornu Chriſti ſui.
Añ. Dñs iudicabit fines terrę.
Añ. Cęli cęloꝝ laudate Deū.
ps Laudate dñm de cęlis. fo. 9.
Cap. Nox precesſit. 24. Hym.

Nox ⁊ tenebrę, ⁊ nubila,
Cōfuſa mundi ⁊ turbida:
Lux intrat, albeſcit polus,
Chriſtus venit, diſcedite.
Caligo terrę ſcinditur,
Percuſſa ſolis ſpiculo,
Rebuſq3 iam color redit
Uultu nitentis ſideris.
Te Chriſte ſolum nouimus,
Te mente pura ⁊ ſimplici
Flendo, ⁊ canēdo, queſumus:
Intende noſtris ſenſibus.
Sunt multa fucis illita,
Que luce purgentur tua,
Tu lux eoi ſideris,
Uultu ſereno illumina.
Deo patri ſit gloria. ℣ Repleti ſum' mane miſericordia tua. ℟. Exultauim' ⁊ delectati ſumus. Ad Bñs. Añ. De manu oium qui oderūt nos libera nos dñe. Preces qñ dicūt vt ſu. in ij. fe. 24.

FERIA QVINTA.
Ad Matutinum. Inuitatoriū.
Dominū3 qui fecit nos, Uenite adoremus. ps. Uenite. Hym.

Nox atra rer ꝯtegit
Terrę colores omnium:
Nos cōfitentes poſcimus
Te iuſte iudex cordium.
Ut auferas piacula,
Sordesq3 mentis abluas,
Donesq3 Chriſte gratiam,
Ut arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia,
Quam culpa mordet noxia,
Obſcura geſtit tollere,
Et te redemptor quęrere.
Repelle tu caliginem
Intrinſecus quam maxime,
Ut in beato gaudeat
Se collocari lumine.
Preſta pater pijſſime. fo. 2.
Antiphona. Domine Deus.

Tpe Pasc. Ali. Psalab. ps̄.68.

SAluum me fac Deus: quo⸗ niaꝫ intrauerūt aquę vſqꝫ ad animam meam.

Infixus ſuꝫ in limo profundi: ꝛ non eſt ſubſtantia.

Ueni in altitudinem maris: ꝛ tempeſtas demerſit me.

Laboraui clamans, raucę factę ſunt fauces meę: defecerūt oculi mei, dum ſpero in Deuꝫ meum.

Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei: q oderūt me gratis.

Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: quę non rapui tunc exoluebam.

Deus tu ſcis inſipientiam me⸗ am: ꝛ delicta mea a te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcant in me qui ex⸗ pectant te dn̄e: domine virtutū.

Non confundantur ſuper me: qui quęrunt te Deus Iſrael.

Qm̄ propter te ſuſtinui oppro⸗ briū: operuit cōfuſio faciē meā.

Extraneus factus ſum fratri⸗ bus meis: ꝛ peregrinus filiys matris meę.

Quoniaꝫ zelus domus tuę co⸗ medit me: ꝛ opprobria exprobrā tium tibi ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio aīam meā: ꝛ factū eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimētum meū cili⸗ ciū: ꝛ factus ſuꝫ illis in parabolā.

Aduerſum me loquebant qui ſedebant in porta, ꝛ in me pſalle bant qui bibebant vinum.

Ego vero orationeꝫ meā ad te dn̄e: tēpus beneplaciti Deus.

In multitudine mīſicordię tuę exaudi me: ī veritate ſalutis tuę.

Eripe me de luto; vt nō īfigar: libera me ab his q oderunt me, ꝛ de profundis aquarum.

Non me demergat tempeſtas aquę, neqꝫ abſorbeat me profun dum: neque vrgeat ſuper me pu teus os ſuum.

Exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ꝛ ſecundū multitudinē miſeratio⸗ num tuarum reſpice in me.

Et ne auertas faciē tuā a pue⸗ ro tuo: quoniam tribulor, velo⸗ citer exaudi me.

Intēde aīę meę, ꝛ libera eam: ꝑpter inimicos meos eripe me.

Tu ſcis improperiū meū ꝛ cō⸗ fuſionē meā: ꝛ reuerentiā meaꝫ.

In cōſpectu tuo ſunt oēs q tri⸗ bulāt me: improperiū expecta⸗ uit cor meum ꝛ miſeriam.

Et ſuſtinui qui ſimul cōtriſta⸗ retur, ꝛ non fuit: ꝛ qui conſola⸗ retur, ꝛ non inueni.

Et dederūt in eſcā meam fel: ꝛ in ſiti mea potauerūt me aceto.

Fiat menſa eoruꝫ coram ipſis in laqueum: ꝛ in retributiones, ꝛ in ſcandalum.

Obſcurent oculi eorū ne vide⸗ ant: ꝛ dorſū eoꝝ ſemp incurua.

Effunde ſuper eos irā tuam: ꝛ furor irę tuę comprehēdat eos.

Fiat habitatio eorum deſerta: ꝛ in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.

Quo⸗

Digitized by Google

Q uī quem tu percuſſiſti perſecuti ſunt: ⁊ ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.

A ppone iniquitatē ſuper iniquitatem eorum: ⁊ non intrent in iuſticiam tuam.

D eleantur de libro viuentiū: ⁊ cum iuſtis non ſcribantur.

E go ſum pauper ⁊ dolēs: ſalus tua Deus ſuſcepit me.

L audabo nomē Dei cū cantico: ⁊ magnificabo eū in laude.

E t placebit Deo ſuper vitulū nouellum: cornua producētem ⁊ vngulas.

V ideāt pauperes, ⁊ lętent̄: quęrite Deū, ⁊ viuet anima veſtra.

Q uoniam exaudiuit pauperes dn̄s: ⁊ vinctos ſuos nō deſpexit.

L audēt illum cęli ⁊ terra: mare, ⁊ omnia reptilia in eis.

Q uī Deus ſaluā faciet Sion: ⁊ ędificabūtur ciuitates Iudę.

E t inhabitabunt ibi: ⁊ hęreditate acquirent eam.

E t ſemen ſeruorū eius poſſidebit eā: ⁊ qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. ps. 69.

D Eus in adiutoriū meum intende: domine ad adiuuandum me feſtina.

C onfundantur, ⁊ reuereantur qui quęrunt animam meam.

A uertantur retrorſū ⁊ erubeſcant: qui volunt mihi mala.

A uertant̄ ſtatiȝ erubeſcentes: qui dicunt mihi, euge, euge.

E xultēt ⁊ lętent̄ ī te oēs q quęrūt te: ⁊ dicant ſemꝑ magnificet̄ dn̄s, qui diligunt ſalutare tuū.

E go vero egenus ⁊ pauper ſū: Deus adiuua me.

A diutor meus, ⁊ liberator meus es tu: domine ne moreris. Añ. Domine Deus in adiutorium meū intende. Añ. Eſto mihi. Pſalmus. 70.

I N te dn̄e ſperaui, non confundar in ęternum: in iuſtitia tua libera me, ⁊ eripe me.

I nclina ad me aurem tuam: ⁊ ſalua me.

E ſto mihi in Deum protectorem ⁊ in locum munitū: vt ſaluum me facias.

Q uoniam firmamentum meū: ⁊ refugium meum es tu.

D eus meus eripe me de manu peccatoris: ⁊ de manu cōtra legem agentis ⁊ iniqui.

Q uī tu es patientia mea dn̄e: dn̄e ſpes mea a iuuentute mea.

I n te cōfirmatus ſū ex vtero: de ventre matris meę, tu es protector meus.

I n te cantatio mea ſemꝑ: tanquam prodigiū factus ſum multis, ⁊ tu adiutor fortis.

R epleatur os meū laude, vt cātem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.

N e proijcias me in tempore ſenectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.

Q uia dixerunt inimici mei mihi: ⁊ qui cuſtodiebant animam meam, conſiliū fecerunt in vnū.

D icentes Deus dereliquit eū: ⁊

Digitized by Google

perſequimini, ⁊ comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxilium meũ reſpice.

Cõfundant̃ ⁊ deficiãt detrahẽtes aĩe meȩ: operiant̃ ꝯfuſione ⁊ pudore q̃ querũt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo: ⁊ adyciam ſup oẽm laudem tuã.

Os meum annunciabit iuſtitiã tuam: tota die ſalutare tuum.

Q̃m non cognoui literaturam, introibo in potentias dñi: dñe memorabor iuſtitiȩ tuȩ ſolius.

Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſq; nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et vſq; in ſenectam ⁊ ſenium: Deus ne derelinquas me.

Donec annunciẽ brachiũ tuũ: generationi omni q̃ ventura eſt.

Potẽtiã tuã, ⁊ iuſtitiã tuã deus vſq; in altiſſima quȩ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas ⁊ malas, ⁊ conuerſus viuificaſti me: ⁊ de abyſſis terrȩ iterum reduxiſti me:

Multiplicaſti magnificentiam tuã: ⁊ ꝯuerſus ꝯſolatus es me:

Nam ⁊ ego cõfitebor tibi in vaſis pſalmi veritatẽ tuam Deus: pſallam tibi in cithara ſanctus Iſrael.

Exultabunt labia mea, cũ cantauero tibi: ⁊ anima mea quam redemiſti.

Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iuſtitiã tuam: cũ confuſi ⁊ reuẽriti fuerint qui quȩrunt mala mihi. Pſalmus 71.

DEus iudiciũ tuũ regi da: ⁊ iuſtitiã tuã filio regis.

Iudicare populũ tuũ in iuſtitia: ⁊ pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: ⁊ colles iuſtitiam.

Iudicabit pauperes populi, ⁊ ſaluos faciet filios pauperum: ⁊ humiliabit calumniatorem.

Et ꝑmanebit cũ ſole ⁊ ante lunã: in generatione ⁊ gñrationẽ.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſtitia, ⁊ abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur a mari vſque ad mare: ⁊ a flumine vſq; ad terminos orbis terrarum.

Corã illo procidẽt Aethiopes: ⁊ inimici eius terram lingent.

Reges Tharſis, ⁊ inſulȩ munera offerent: reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent.

Et adorabunt eũ omnes reges terrȩ: omnes gentes ſeruient ei.

Quia liberabit pauperẽ a potente: ⁊ pauperem cui non erat adiutor.

Parcet pauperi ⁊ inopi: ⁊ animas pauperum ſaluas faciet.

Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet, ⁊ dabitur ei de auro Arabiȩ: ⁊ adorabũt de ipſo ſemper:

Digitized by Google

per: tota die benedicent ei.
Erit firmamētū in terra in ſum
mis montiū, ſuper extolletur ſu-
per Libanū fructus eius: ⁊ flore
būt de ciuitate ſicut fenū terrę.
Sit nomē eius bñdictū in ſclã:
ante ſolē permanet nomē eius.
Et benedicētur in ipſo oēs tri-
bus terrę: omnes gētes magni-
ficabunt eum.
Benedictus dñs Deus Iſrael:
qui facit mirabilia ſolus.
Et benedictū nomē maieſtatis
eius in ęternū: ⁊ replebitur ma-
ieſtate eius omnis terra, fiat, fiat.
Antiphona. Eſto mihi domi-
ne in Deum protectorē. Aña.
Liberaſti virgam. Pſalm. 72.
Quā bonus Iſrael Deus:
his qui recto ſunt corde.
Mei autē pene moti ſunt pedes:
pene effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui ſuper iniquos: pa-
cem peccatorum videns.
Quia nō eſt reſpectus morti eo-
rū: ⁊ firmamentū in plaga eoꝝ.
In labore hominū non ſunt: ⁊
cū hominibus nō flagellabunt.
Ideo tenuit eos ſup̄bia: operti
ſunt iniquitate, ⁊ impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniqtas
eoꝝ: trāſierūt in affectū cordis.
Cogitauerūt, ⁊ locuti ſunt ne-
quitiam: iniquitatem in excel-
ſo locuti ſunt.
Poſuerunt in cęlum os ſuum:
⁊ lingua eoꝝ tranſiuit in terra.
Ideo cōuertet populus meus
hic: ⁊ dies pleni inuenient in eis.
Et dixerūt, quōmodo ſcit deus?
⁊ ſi eſt ſcientia in excelſo.
Ecce ipſi peccatores ⁊ abundā-
tes in ſclo: obtinuerūt diuitias.
Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtifi-
caui cor meum: ⁊ laui inter in-
nocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: ⁊ ca-
ſtigatio mea in matutinis.
Si dicebā, narrabo ſic: ecce na-
tionem filiorū tuoꝝ reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerē
hoc: labor eſt ante me.
Donec intrē in ſanctuariū dei:
⁊ intelligā in nouiſſimis eorū.
Verumtamen propter dolos po-
ſuiſti eis: deieciſti eos dum alle-
uarentur.
Quomodo facti ſunt in deſola-
tionem, ſubito defecerunt: perie-
runt propter iniquitatem ſuā.
Velut ſomnium ſurgentiū do-
mine: in ciuitate tua imaginem
ipſorum ad nihilum rediges.
Quia inflāmatū eſt cor meū, ⁊
renes mei cōmutati ſunt: ⁊ ego
ad nihilū redact' ſum, ⁊ neſciui.
Vt iumētum factus ſum apud
te: ⁊ ego ſemper tecum.
Tenuiſti manū dexterā meā:
⁊ in voluntate tua deduxiſti me:
⁊ cum gloria ſuſcepiſti me.
Quid enim mihi eſt in cęlo? ⁊ a
te quid volui ſuper terram?
Defecit caro mea, ⁊ cor meum:
Deus cordis mei, ⁊ pars mea
Deus in ęternum.
Quia ecce, qui elongant ſe a te
peribunt: perdidiſti omnes, qui

Digitized by Google

fornicantur abs te.
M ihi autem adhęrere Deo bonum eſt: ponere in domino deo ſpem meam.
V t annunciē oēs prędicatiōes tuas: in portis filię Sion. ps 73.
V T quid Deus repuliſti in finē? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuę tuę?
M emor eſto ꝯgregationis tuę: quam poſſediſti ab initio.
R edemiſti virgam hęreditatis tuę: mons Sion in quo habitaſti in eo.
L eua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quāta malignatus eſt inimicus in ſancto?
E t gloriati ſunt qui oderūt te: in medio ſolennitatis tuę.
P oſuerunt ſigna ſua, ſigna: ⁊ non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum.
Q uaſi in ſilua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri ⁊ aſcia deiecerunt eam.
I ncenderunt igni ſanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.
D ixerunt in corde ſuo cognatio eoꝝ ſimul: quieſcere faciamꝰ omnes dies feſtos Dei a terra.
S igna noſtra nō vidimus, iam non eſt propheta: ⁊ nos non cognoſcet amplius.
V ſquequo, Deus, improperabit inimicus? irritat aduerſarius nomen tuum in finem?
V t quid auertis manum tuā, ⁊ dexteram tuam: de medio ſinu tuo in finem?
D eus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terrę.
T u confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.
T u ꝯfregiſti capita draconis: dediſti eū eſcā pplis Aethiopum.
T u dirupiſti fontes, ⁊ torrentes: tu ſiccaſti fluuios Ethan.
T uus eſt dies, ⁊ tua eſt nox: tu fabricatus es auroram, ⁊ ſolem.
T u feciſti omnes terminos terrę: ęſtatem ⁊ ver tu plaſmaſti ea.
M emor eſto huius, inimicus improperauit dño: ⁊ populus inſipiens incitauit nomen tuū.
N e tradas beſtijs animas cōfitentes tibi: ⁊ animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finē.
R eſpice in teſtamentum tuum: quia repleti ſunt qui obſcurati ſunt terrę domibus iniquitatū.
N e auertatur humilis factus cōfuſus: pauper ⁊ inops laudabunt nomen tuum.
E xurge Deus, iudica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quę ab inſipiente ſunt tota die.
N e obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcēdit ſemper.
Añ. Liberaſti vgā hęreditatis tuę. Añ. Et inuocabimꝰ. ps 74.
C Onfitebimur tibi Deus: confitebimur, ⁊ inuocabimus

...mus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cũ accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.

Liquefacta eſt terra, ⁊ omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, nolite inique agere: ⁊ delinquẽtibus, nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.

Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; a deſertis mõtibus: quoniam Deus iudex eſt.

Hunc humiliat, ⁊ hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus miſto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, verũtamẽ fex eius nõ eſt exinanita: bibent oẽs peccatores terrę.

Ego autem annunciabo in ſeculum: cantabo Deo Jacob.

Et omnia cornua peccatorum cõfringam: ⁊ exaltabuntur cornua iuſti. Pſalmus 75.

Notus in Judęa Deus: in Iſrael magnũ nomẽ eius.

Et factꝰ eſt in pace locus eius: ⁊ habitatio eius in Sion.

Ibi confregit potentias: arcuum, ſcutum, gladium, ⁊ bellum.

Illuminãs tu mirabiliter a mõtibus ęternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.

Dormierunt ſomnum ſuum: ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

Ab increpatione tua deus Jacob: dormitauerunt qui aſcenderunt equos.

Tu terribilis es, ⁊ quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.

De cęlo auditũ feciſti iudiciũ: terra tremuit, ⁊ quieuit.

Cũ exurgeret in iudiciũ deus: vt ſaluos faceret omnes mãſuetos terrę.

Qm̃ cogitatio hominis confitebitur tibi: ⁊ reliquię cogitationis diem feſtum agent tibi.

Vouete, ⁊ reddite domino deo veſtro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.

Terribili, ⁊ ei qui aufert ſpiritum principum: terribili apud reges terrę. Ant. Et inuocabimus nomen tuum domine.

Ant. Tu es Deus. Pſal. 76.

Voce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad Deũ, ⁊ intendit mihi.

In die tribulationis meę Deũ exquiſiui, manibꝰ meis nocte cõtra eum: ⁊ non ſum deceptus.

Renuit conſolari anima mea: memor fui dei ⁊ delectatus ſũ, ⁊ exercitatus ſum, ⁊ defecit ſpiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, ⁊ non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos: ⁊ annos ęternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo: ⁊ exercitabar: ⁊ ſcopebam ſpiritum meum.

Nunquid

Nunquid in eternum proijciet Deus: aut non apponet, vt com placitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiã suã abscidet: a generatione in gene rationem?
Aut obliuiscet misereri Deus: aut continebit in ira sua miseri cordias suas?
Et dixi, nunc cepi: hęc mutatio dextere ęxcelsi.
Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mira bilium tuorum.
Et meditabor in omnibus ope ribus tuis: ꝛ in adinuentioni bus tuis exercebor.
Deus in sctõ in via tua, qs Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus, qui facis mirabilia.
Notã fecisti in populis virtutẽ tuã: redemisti in brachio tuo po pulũ tuũ filios Jacob ꝛ Joseph.
Viderũt te aquę Deus, vide runt te aquę, ꝛ timuerunt: ꝛ tur batę sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarũ: vo cem dederunt nubes.
Etenim sagittę tuę transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę: commota est, ꝛ con tremuit terra.
In mari via tua, ꝛ semitę tuę in aquis multis: ꝛ vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues popu lum tuum: in manu Moysi, ꝛ Aaron. Psalmus 77.

Attendite popule meus le gem meam: inclinate aurẽ vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meũ: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus, ꝛ cogno uimus ea: ꝛ patres nostri narra uerunt nobis.
Non sunt occultata a filijs eorũ in generatione altera.
Narrãtes laudes dñi, ꝛ virtutes eius: ꝛ mirabilia eius quę fecit.
Et suscitauit testimoniũ in Ja cob: ꝛ legem posuit in Israel.
Quanta mãdauit patribus no stris, nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur, ꝛ exurgẽt: ꝛ narrabunt filijs suis.
Vt ponant in Deo spem suã, ꝛ non obliuiscantur operum do mini: ꝛ mandata eius exquirãt.
Ne fiant sicut patres eorum: ge neratio praua ꝛ exasperans.
Generatio quę non direxit cor suum: ꝛ non est creditus cum Deo spiritus eius.
Filij Ephrem intendentes, ꝛ mittentes arcum conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentũ Dei: ꝛ in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt bñfactorũ eius: ꝛ mirabiliũ eius, quę ostendit eis.
Coram patribus eorũ fecit mi rabilia in terra Aegypti: in cam po Taneos.
Interrupit mare, ꝛ pduxit eos: ꝛ sta

Digitized by Google

⁊ ſtatuit aquas quaſi in vtre.
E t deduxit eos ī nube diei: ⁊ to
ta nocte in illuminatione ignis.
I nterrupit petram in eremo:
⁊ adaquauit eos velut in abyſ/
ſo multa.
E t eduxit aquā de petra: ⁊ de/
duxit tanquam flumina aquas.
E t appoſuerunt adhuc pecca/
re ei: in iram excitauerunt ex/
celſum in inaquoſo.
E t tentauerūt Deū in cordibus
ſuis: vt peterēt eſcas aīabus ſuis.
E t male locuti ſunt de Deo: di/
xerunt, nunquid poterit Deus
parare menſam in deſerto?
Q m percuſſit petrā, ⁊ fluxerunt
aque, ⁊ torrentes inundauerūt.
N unquid ⁊ panē poterit dare:
aut parare menſam populo ſuo?
I deo audiuit dñs, ⁊ diſtulit: ⁊
ignis accenſus eſt in Jacob, ⁊
ira aſcendit in Iſrael.
Q uia non crediderūt in Deo,
nec ſperauerūt in ſalutari eius.
E t mādauit nubibus deſuper:
⁊ ianuas celi aperuit.
E t pluit illis manna ad mādu
candū: ⁊ panem celi dedit eis.
P anē angelorū mādu cauit hō:
cibaria miſit eis in abūdantia.
T ranſtulit Auſtrum de celo: ⁊
induxit in virtute ſua Africū.
E t pluit ſuper eos ſicut pulue/
rem carnes: ⁊ ſicut arenam ma/
ris volatilia pennata.
E t ceciderūt in medio caſtrorū
eorū: circa tabernacula eorum.
E t manducauerunt, ⁊ ſaturati
ſunt nimis: ⁊ deſiderium eorū
attulit eis: non ſunt fraudati a
deſiderio ſuo.
A dhuc eſce eorū erāt ī ore ipſo/
rū: ⁊ ira Dei aſcendit ſuper eos.
E t occidit pingues eorum: ⁊
electos Iſrael impediuit.
I n omnibus his peccauerunt
adhuc: ⁊ non crediderūt in mi/
rabilibus eius.
E t defecerūt in vanitate dies eo
rum: ⁊ anni eorū cū feſtinatione.
C um occideret eos, querebant
eum: ⁊ reuertebantur: ⁊ dilucu/
lo veniebant ad eum.
E t rememorati ſunt quia Deus
adiutor eſt eorū: ⁊ Deus excel
ſus redemptor eorum eſt.
E t dilexerunt eum in ore ſuo: ⁊
lingua ſua mentiti ſunt ei.
C or autem eorum non erat re/
ctum cum eo: nec fideles habiti
ſunt in teſtamento eius.
I pſe autem eſt miſericors, ⁊
propitius fiet peccatis eorum: ⁊
non diſperdet eos.
E t abūdauit, vt auerteret irā
ſuā: ⁊ nō accendit oēm irā ſuā.
E t recordatus eſt qꝛ caro ſunt:
ſpiritus vadens, ⁊ non rediens.
Q uoties exacerbauerunt eum
in deſerto: in iram concitauerūt
eum in inaquoſo?
E t conuerſi ſunt ⁊ tentauerūt
Deum: ⁊ ſanctū Iſrael exacer
bauerunt.
N on ſunt recordati manus ei/
us: die qua redemit eos de ma/
nu tribulantis.

Digitized by Google

Sicut poſuit in Aegypto ſigna
ſua: ⁊ prodigia ſua in campo
Taneos.
Et cõuertit in ſanguinẽ flumina
eoꝝ: ⁊ imbres eoꝝ ne biberẽt.
Miſit in eos cynomyã, ⁊ come-
dit eos: ranã, ⁊ diſperdidit eos.
Et dedit ęrugini fructus eoꝝ:
⁊ labores eorum locuſtę.
Et occidit in grandine vineas
eorum: ⁊ moros eoꝝ in pruina.
Et tradidit grãdini iumẽta eo-
rũm: ⁊ poſſeſſiones eoꝝ igni.
Miſit in eos irã indignationis
ſuę: indignationem, ⁊ iram, ⁊
tribulationem: immiſſiones per
angelos malos.
Viam fecit ſemitę irę ſuę, ⁊ nõ
pepercit a morte aĩabus eoꝝ, ⁊
iumẽta eoꝝ in morte concluſit.
Et pcuſſit oẽ primogenitũ in
terra Aegypti: pmitias oĩs labo
ris eoꝝ in tabernaculis Cham.
Et abſtulit ſicut oues populũ
ſuũ: ⁊ perduxit eos tanquam
gregem in deſerto.
Et eduxit eos in ſpe, ⁊ non ti-
muerunt: ⁊ inimicos eoꝝ ope-
ruit mare.
Et induxit eos in montem ſan
ctificationis ſuę: montem quem
acquiſiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gentes:
⁊ ſorte diuiſit eis terram in funi
culo diſtributionis.
Et habitare fecit in tabernacu
lis eorum: tribus Iſrael.
Et tentauerunt, ⁊ exacerbaue-
runt Deũ excelſum: ⁊ teſtimo-
nia eius non cuſtodierunt.
Et auerterũt ſe, ⁊ non ſeruaue-
rũt pactũ: quẽadmodũ prẽs eoꝝ
conuerſi ſunt in arcum prauũ.
In irã cõcitauerũt eum in col-
libus ſuis: ⁊ in ſculptilibus ſuis
ad ęmulationẽ eũ puocauerũt.
Audiuit Deus, ⁊ ſpreuit: ⁊ ad
nihilum redegit valde Iſrael.
Et repulit tabernaculũ Silo:
tabernaculum ſuum vbi habita
uit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatẽ vir-
tutem eorum: ⁊ pulchritudinẽ
eorum in manus inimici.
Et concluſit in gladio populũ
ſuum: ⁊ hęreditatẽ ſuã ſpreuit.
Iuuenes eoꝝ comedit ignis: ⁊
virgines eoꝝ nõ ſunt lamẽtatę.
Sacerdotes eoꝝ i gladio cecide
rũt: ⁊ viduę eoꝝ nõ plorabant.
Et excitatus eſt tanquã dor-
miens dominus: ⁊ tãquam po-
tens crapulatus a vino.
Et percuſſit inimicos ſuos in
poſteriora: opprobrium ſempi-
ternum dedit illis.
Et repulit tabernaculũ ioſeph:
⁊ tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda: mon-
tem Sion quem dilexit.
Et ędificauit ſicut vnicorniũ
ſanctificium ſuum in terra: quã
fundauit in ſecula.
Et elegit Dauid ſeruũ ſuum,
⁊ ſuſtulit eũ de gregibus ouiũ:
de poſt fętantes accepit eum.
Paſcere Jacob ſeruũ ſuum: ⁊
Iſrael hęreditatem ſuam.

Digitized by Google

Et pavit eos in innocentia cordis ſui: ⁊ in intellectibus manuũ ſuarũ deduxit eos. Aña. Tu es Deus q facis mirabilia. Aña. Propitius eſto. Pſalmus 78.

DEus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã, polluerũt tẽplũ ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalẽ in pomorũ cuſtodiam.
Poſuerunt morticinia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilib' celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę.
Effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu Jeruſalem: ⁊ non erat, qui ſepeliret.
Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſanatio ⁊ illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.
Uſquequo dñe iraſceris i finẽ? accẽdet velut ignis zelus tuus?
Effunde irã tuã in gẽtes quę te nõ nouerunt: ⁊ in regna, quę nomen tuum non inuocauerunt.
Quia comederunt Jacob: ⁊ locum eius deſolauerunt.
Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordię tuę, qꝛ pauperes facti ſumus nimis.
Adiuua nos De' ſalutaris noſter, ⁊ ꝓpter gloriã nois tui dñe libera nos: ⁊ ꝓpitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum.
Ne forte dicant in gẽtibus: vbi eſt Deus eorum? ⁊ innoteſcãt in nationibus corã oculis noſtris.
Ultio ſanguinis ſeruorũ tuorũ q effuſus eſt: introeat in cõſpectu tuo gemitus compeditorũ.
Secũdũ magnitudinẽ brachij tui: poſſide filios mortificatorũ.
Et redde vicinis nrĩs ſeptuplũ in ſinu eorũ: improperiũ ipſorũ quod exprobrauerunt tibi dñe.
Nos autem populus tuus, ⁊ oues paſcuę tuę: confitebimur tibi in ſeculum.
In generatione ⁊ generationem: annunciabimus laudem tuam. Pſalmus. 79.

QUi regis Jſrael, intende: qui deducis velut ouem Joſeph.
Qui ſedes ſup Cherubim: manifeſtare coram Ephraim, Beniamin, ⁊ Manaſſe.
Excita potentiam tuam, ⁊ veni: vt ſaluos facias nos.
Deus conuerte nos: ⁊ oſtende faciem tuam, ⁊ ſalui erimus.
Dñe De' virtutũ: quouſqꝫ iraſceris ſuper orationem ſerui tui?
Cibabis nos pane lacrymarũ: ⁊ potum dabis nobis in lacrymis in menſura.
Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: ⁊ inimici noſtri ſubſannauerunt nos.
Deus virtutũ conuerte nos: ⁊ oſtẽde faciẽ tuã, ⁊ ſalui erimus.
Uineã de Aegypto trãſtuliſti: eiecisti gentes, ⁊ plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in cõſpectu eius, ⁊ plantaſti radices eius: ⁊ impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius: ⁊ arbuſta eius cedros Dei.
Extẽdit palmites ſuos vſqꝫ ad mare

mare: ⁊ vſque ad flumen propa
gines eius.
Ut quid deſtruxiſti maceriam
eius: ⁊ vindemiant eam omnes
qui pretergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de ſyl
ua: ⁊ ſingularis ferus depaſtus
eſt eam.
Deus virtutum conuertere:
reſpice de celo, ⁊ vide, ⁊ viſita
vineam iſtam.
Et perfice eã, quam plantauit
dextera tua: ⁊ ſuper filium homi
nis quem confirmaſti tibi.
Incẽſa igni, ⁊ ſuffoſſa: ab incre
patione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua ſuper virũ dex
tere tue: ⁊ ſuper filium hominis
quem confirmaſti tibi.
Et nõ diſcedimus a te: viuifica
bis nos, ⁊ nomẽ tuũ inuocabimus.
Domine Deus virtutum con
uerte nos: ⁊ oſtende faciem tuã:
⁊ ſalui erimus. Aña. Propiti⁹
eſto peccatis noſtris domine.
Per Annũ. ℣. Gaudebunt la
bia mea cũ cantauero tibi. ℟.
Et anima mea quam redemiſti.
Pro vno mar. ℣. Gloria, ⁊ ho.
Pro plur. mar. ℣. Letamini in.
Pro cõfeſſo. ℣. Amauit eum.
Pro virginibus. ℣. Specie tua.
In Aduẽtu. ℣. Ex Siõ ſpecies
decoris eius. ℟. Deus nr̃ mani
feſte veniet. In Quadrage. ℣.
Ipſe liberabit me de laqueo ve
nantiũ. ℟. Et a verbo aſpero.
Tp̃e Paſſio. ℣. Erue a framea
Deus animam meã. ℟. Et de
manu canis vnicam meam.
Tp̃e Paſc. Aña. Hal. hal. hal.
Pro Sãctis. ℣. Sancti ⁊ iuſti.
Pro Feria. ℣. Surrexit dñs de
ſepulcro, hal. ℟. Qui pro no
bis pependit in ligno, haleluiah.

AD LAVDES.

Aña. Tibi ſoli peccaui domine:
miſerere mei. Pſ. Miſerere. 23.
Aña. Domine. Pſalmus 89.

Domine refugiũ fa
ctus es nobis: a ge
neratione in gene
rationem.
Priuſquam mon
tes fierent, aut formaretur terra
⁊ orbis: a ſeculo ⁊ vſque in ſecu
lum tu es Deus.
Ne auertas hominem in humi
litatem: ⁊ dixiſti, conuertimini
filij hominum.
Quoniam mille anni ante ocu
los tuos: tanquam dies heſter
na, que preterijt.
Et cuſtodia in nocte: que ꝓ ni
hilo habent, eorum anni erunt.
Mane ſicut herba tranſeat, ma
ne floreat, ⁊ tranſeat: veſpere de
cidat, induret, ⁊ areſcat.
Quia defecimus in ira tua: ⁊ in
furore tuo turbati ſumus.
Poſuiſti iniquitates noſtras in
conſpectu tuo: ſeculum noſtrũ
in illuminatione vultus tui.
Quoniã omnes dies noſtri de
fecerũt: ⁊ in ira tua defecimus.
Anni noſtri ſicut aranea medi
tabuntur: dies annorum noſtro
rum in ipſis ſeptuaginta anni.

Digitized by Google

Si autem in potentatibus octo/ginta anni: ⁊ amplius eorum labor ⁊ dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: ⁊ corripiemur.

Quis nouit potestatem irę tuę? ⁊ prę timore tuo iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic notam fac: ⁊ eruditos corde in sapientia.

Conuertere domine vsquequo: ⁊ deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: exultauimus, ⁊ delectati sumus omnibus diebus nostris.

Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: annis quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos, ⁊ in opera tua: ⁊ dirige filios eorum.

Et sit splendor dñi Dei nrĩ super nos, ⁊ opera manuũ nostrarum dirige super nos: ⁊ opus manuum nostrarum dirige. Aña. Dñe refugium factus es nobis.

Añ. In matutinis meditabor in te. ps. Deus Deus meus ad te. 8.

Canticum Moysi.

Exo. 15. Cantem⁹ dño: gloriose enim magnificatus est: equũ ⁊ ascensorem proiecit in mare.

Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs: ⁊ factus est mihi in salutem.

Iste de⁹ me⁹, ⁊ glorificabo eũ: Deus patris mei, ⁊ exaltabo eũ.

Dñs quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currus Pharaonis, ⁊ exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerũt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua dñe pcussit inimicum: ⁊ in multitudine glorię tuę deposuisti aduersarios tuos.

Misisti irã tuam, quę deuorauit eos sicut stipulas: ⁊ in spiritu furoris tui congregatę sunt aquę.

Stetit vnda fluens: cõgregatę sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, persequar, ⁊ cõprehendam: diuidam spolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladiũ meũ: interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, ⁊ operuit eos mare: submersi sunt quasi plũbũ in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus domine? qs similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, atq₃ laudabilis, ⁊ faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, ⁊ deuorauit eos terra: dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculũ sanctum tuũ.

Ascenderunt populi, ⁊ irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philisthym.

Tũc cõturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores

bitatores Chanaan.
Irruat ſuper eos formido et pa
uor: i magnitudine brachij tui.
Fiant immobiles quaſi lapis,
donec pertrãſeat populus tuus
domine: donec pertrãſeat popu
lus tuus iſte, quem poſſediſti.
Introduces eos, et plantabis
in mõte hereditatis tue: firmiſ/
ſimo habitaculo tuo quod ope/
ratus es domine.
Sanctuarium tuum dñe, quod
firmauerunt manus tue: domi/
nus regnabit in eternũ et vltra.
Ingreſſus eſt enim eques Pha
rao cum curribus et equitibus
eius in mare: et reduxit ſuper
eos dominus aquas maris.
Filij autem Iſrael ambulaue/
runt per ſiccum: in medio eius.
Aña. Cantemus dño glorioſe.
Aña. In ſanctis eius laudate
Deum. ps. Laudate dñm de ce
lis. Cap. Nox pceſſit. 24. Hym.
Lux ecce ſurgit aurea:
Pallens fatiſcat cecitas,
Que noſmet in preceps diu
Errore traxit deuio.
Hec lux ſerenum conferat,
Puroſqz nos preſtet ſibi:
Nihil loquamur ſubdolum:
Voluamus obſcurum nihil.
Sic tota decurrat dies,
Nec lingua mẽdax, nec man⁹,
Oculi nec peccent lubrici,
Nec noxa corpus inquinet.
Speculator aſtat deſuper,
Qui nos diebus omnibus
Actuſqz noſtros proſpicit
A luce prima in veſperum.
Deo patri ſit gloria.
℣. Repleti ſumus mane miſeri/
cordia tua. ℟. Exultauimus et
delectati ſum⁹. Ad Bñs. Añ.
In ſanctitate ſeruiamus dño, et
liberabit nos ab inimicis nr̃is.
Preces qñ dñr, vt ſu. in v. fe.

FERIA SEXTA

Ad Matutinũ. Inuitatoriũ.
Adoremus dñm, Quoniã ipſe
fecit nos. ps. Venite. Hymnus.
Trinitatis vni/
tas,
Orbẽ potenter qui
regis,
Attende laudum
cantica,
Que excubantes pſallimus.
Nam lectulo conſurgimus,
Noctis quieto tempore,
Ut flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.
Quo fraude quicquid demonum
In noctibus deliquimus,
Abſtergat illud celitus
Tue poteſtas glorie.
Ne corpus adſtet ſordidum,
Nec torpor inſtet cordium,
Nec criminis contagio
Tepeſcat ardor ſpiritus.
Ob hoc redemptor queſumus,
Reple tuo nos lumine:
Per quod dierum circulis,
Nullis ruamur actibus.
Preſta pater piiſſime. fol. 2.
Antiphona. Exultate Deo.
Tempore Paſch. Antiphona.
Halleluiah. Pſalmus 80.

Exultate

EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob.
Sumite psalmum, et date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.
Buccinate in Neomenia, tuba: in insigni die solennitatis vestre.
Quia preceptum in Israel est: et iudicium Deo Jacob.
Testimonium in Joseph posuit illud cum exiret de terra Aegypti: linguam quam non noverat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in copbino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me, et liberaui te: exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te apud aquam contradictionis.
Audi populus meus, et contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, et implebo illud.
Et non audiuit populus meus vocem meam: et Israel non intendit mihi.
Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me: Israel si in vijs meis ambulasset.
Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.
Et cibauit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturauit eos. Psalmus 81.

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.
Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate.
Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.
Uos autem sicut homines moriemini: et sicut vnus de principibus cadetis.
Surge Deus, iudica terram: quia tu hereditabis in omnibus gentibus.
Ana. Exultate Deo adiutori nostro. Ana. Tu solus. psal. 82.

DEus quis similis erit tibi: ne taceas, neque compescaris Deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te, extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt consilium: et cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt, venite, disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen Israel vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum et Ismahelite.

Moab, ⁊ Agareni, Gebal, ⁊ Ammon, ⁊ Amalec: alienigenę cum habitantibus Tyrum.
Etenim Aſſur venit cũ illis: facti ſunt in adiutoriũ filijs Lot.
Fac illis ſicut Madian ⁊ Siſarę: ſicut Jabin ĩ torrẽte Ciſſon.
Diſperierunt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terrę.
Pone principes eorum, ſicut Oreb, ⁊ Zeb, ⁊ Zebee, ⁊ Salmana.
Omnes principes eoꝝ, qui dixerunt: hereditate poſſideamus ſanctuarium Dei.
Deus meus pone illos vt rotã: ⁊ ſicut ſtipulã ante faciem vẽti.
Sicut ignis, qui cõburit ſyluã: ⁊ ſicut flãma cõburens mõtes.
Ita pſequeris illos in tẽpeſtate tua: ⁊ in ira tua turbabis eos.
Imple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querent nomen tuũ domine.
Erubeſcãt, ⁊ ꝯturbent̃ in ſclm̃ ſeculi: ⁊ cõfundantur ⁊ pereãt.
Et cognoſcant quia nomen tibi dominus: tu ſolus altiſſimus in omni terra. Pſalmus 83.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: concupiſcit ⁊ deficit aĩa mea in atria dñi.
Cor meum ⁊ caro mea: exultauerunt in Deum viuum.
Etenim paſſer inuenit ſibi domum: ⁊ turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos.
Altaria tua domine virtutũ: rex meus ⁊ Deus meus.
Beati qui habitãt in domo tua dñe: in ſcła ſcłoꝝ laudabunt te.
Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.
Etenĩ bñdictionẽ dabit legiſlator: ibũt de virtute in virtutẽ: videbitur Deus deoꝝ in Sion.
Domine Deus virtutũ exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.
Protector noſter aſpice Deus: ⁊ reſpice in faciem Chriſti tui.
Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia.
Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia miſericordiam ⁊ veritatem diligit Deus: gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos q̃ ambulãt in innocẽtia: dñe virtutũ, beatus homo qui ſperat in te.
Aña. Tu ſolus altiſſimus ſuper omnem terram. Aña. Benedixiſti. Pſalmus 84.

Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.
Remiſiſti iniquitatem plebis tuę: operuiſti oĩa peccata eorũ.
Mitigaſti oẽm iram tuã: auertiſti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos Deus ſalutaris noſter: ⁊ auerte irã tuã a nobis.
Nunquid in ęternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationes?

Digitized by Google

Deus tu conuerſus viuificabis nos: ꝛ plebs tua letabitur in te.
Oſtende nobis dñe miſericordiã tuã: ꝛ ſalutare tuũ da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.
Et ſuper ſanctos ſuos: ꝛ in eos qui conuertuntur ad cor.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia ꝛ veritas obuiauerunt ſibi: iuſtitia ꝛ pax oſculate ſunt.
Veritas de terra orta eſt: ꝛ iuſtitia de celo proſpexit.
Etenim dñs dabit benignitatẽ: ꝛ terra nr̃a dabit fructũ ſuũ.
Iuſtitia ante euꝫ ambulabit: ꝛ ponet in via greſſus ſuos. ps 85.
Inclina domine aurẽ tuaꝫ ꝛ exaudi me: qm̃ inops, ꝛ pauper ſum ego.
Cuſtodi animam meã, quoniã ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruum tuũ Deus meus ſperantẽ in te.
Miſerere mei domine, quoniaꝫ ad te clamaui tota die: letifica animã ſerui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniam tu domine ſuauis ꝛ mitis: ꝛ multe miſericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orõnẽ meaꝫ: intẽde voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in diis dñe: ꝛ non eſt ſecundum opera tua.
Oẽs gẽtes quaſcũqꝫ feciſti venient, ꝛ adorabunt corã te dñe: ꝛ glorificabunt nomen tuum.
Qm̃ magnus es tu, ꝛ faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.
Deduc me dñe in via tua, ꝛ ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ, vt timeat nomen tuuꝫ.
Confitebor tibi dñe Deus meus in toto corde meo: ꝛ glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: ꝛ eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me, ꝛ ſynagoga potentium queſierunt aĩam meã: ꝛ nõ propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu domine Deus miſerator ꝛ miſericors: patiens, ꝛ multe miſericordie, ꝛ verax.
Reſpice in me, ꝛ miſerere mei: da imperium tuum puero tuo: ꝛ ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bonuꝫ, vt videãt qui oderũt me, ꝛ confundãtur: quoniam tu domine adiuuiſti me, ꝛ cõſolatus es me.
Añа. Benedixiſti dñe terrã tuã.
Añа. Fundamenta eius. ps 86.
Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.
Glorioſa dicta ſunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Raab, ꝛ Babylonis: ſcientium me.

Ecce alienigene, ꝛ Tyrus, ꝛ popul' Aethiopū: hi fuerunt illic.

Nunquid Sion dicet homo, ꝛ homo natus eſt in ea: ꝛ ipſe fundauit eam altiſſimus?

Dominus narrabit in ſcripturis populorum: ꝛ principū horum qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium: habitatio eſt in te. Pſalmus 87.

Domine deus ſalutis mee: in die clamaui ꝛ nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: ꝛ vita mea inferno appropinquauit.

Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in ſepulcris quorum non es memor amplius: ꝛ ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerūt me i lacu iferiori: in tenebroſis, ꝛ in vmbra mortis.

Sup me confirmatus eſt furor tuus: ꝛ omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos a me: poſuerunt me abominationem ſibi.

Traditus ſū, ꝛ nō egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia.

Clamaui ad te domine: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia? aut medici ſuſcitabunt, ꝛ confitebuntur tibi?

Nunqd narrabit aliquis in ſepulcro miſericordiā tuā: ꝛ veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: ꝛ iuſtitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te domine clamaui: ꝛ mane oratio mea preueniet te.

Ut quid dñe repellis orationē meam: auertis faciē tuam a me?

Pauper ſum ego, ꝛ in laboribus a iuuentute mea: exaltatus aūt humiliatus ſum, ꝛ cōturbatus.

In me trāſierunt ire tue: ꝛ terrores tui conturbauerunt me.

Circundederunt me ſicut aqua tota die: circūdederūt me ſimul.

Elongaſti a me amicum, ꝛ proximum: ꝛ notos meos a miſeria.

Antiphona. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Antipho. Benedictus. Pſalmus 88.

Miſericordias domini: in eternum cantabo.

In gñratiōe, ꝛ generationē annūciabo veritatē tuā i ore meo.

Quō dixiſti in eternū miſericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.

Diſpoſui teſtamentum electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo: vſqꝫ i eternū ꝑparabo ſemē tuū.

Et edificabo in generatione ꝛ generationem ſedem tuam.

Confitebuntur celi mirabilia tua dñe: etenim veritatem tuā

in

Digitized by Google

in Ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus equabitur domino? similis erit Deo in filiis Dei?

Deus q glorificatur in cõcilio sanctorũ: magnus ꝛ terribilis sup omnes q in circuitu eius sunt.

Domine Deus virtutũ, quis similis tibi? potens es domine, ꝛ veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratũ, superbũ: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt celi, ꝛ tua est terra: orbem terre, ꝛ plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem, ꝛ mare tu creasti.

Tabor ꝛ Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachiũ cum potentia.

Firmetur manus tua, ꝛ exaltetur dextera tua: iustitia ꝛ iudicium preparatio sedis tue.

Misericordia ꝛ veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.

O sic in lumine vultus tui ambulabunt: ꝛ in nomine tuo exultabunt tota die, ꝛ in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorũ tu es: ꝛ in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia domini est assumptio nostra: ꝛ sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis, ꝛ dixisti: posui adiutorium in potente, ꝛ exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabit ei: ꝛ brachiũ meũ confortabit eũ.

Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniquitatis nõ apponet nocere ei.

Et concidam a facie ipsius inimicos eius: ꝛ odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea, ꝛ misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponã in mari manũ eius: ꝛ in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocabit me, pater meus es tu: Deus meus, ꝛ susceptor salutis mee.

Et ego primogenitũ ponã illũ: excelsum pre regibus terre.

In eternum seruabo illi misericordiam meam: ꝛ testamentum meum fidele ipsi.

Et ponã in seculũ seculi semen eius: ꝛ thronũ eius sicut dies celi.

Si autẽ dereliquerint filii eius legem meam: ꝛ in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iustitias meas ꝓfanauerint: ꝛ mãdata mea nõ custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum: ꝛ in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autẽ meaꝫ non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neqȝ profanabo teſtamentum meum: ꝛ quę procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius in ęternum manebit.

Et thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo: ꝛ ſicut luna ꝑfecta in ęternū, ꝛ teſtis in cęlo fidelis.

Tu vero repuliſti ꝛ deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum.

Auertiſti teſtamentū ſerui tui: ꝓfanaſti in terra ſāctuariū eius.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexterā deprimentiū eū: lętificaſti oēs inimicos eius.

Auertiſti adiutoriū gladij ei⁹: ꝛ non es auxiliatus ei in bello.

Deſtruxiſti eū ab emūdatione: ꝛ ſedem eius in terra colliſiſti.

Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.

Uſquequo dn̄e auertis in finē? exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memorare quę mea ſubſtātia: nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum?

Quis eſt homo, qui viuet, ꝛ nō videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferi?

Ubi ſunt miſericordię tuę antiquę domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

Memor eſto dn̄e opprobrij ſeruorum tuorum: quod continui in ſinu meo multarum gentiū?

Quod exprobrauerūt inimici tui domine: quod exprobrauerunt cōmutationē Chriſti tui.

Benedictus dominus in ęternum: fiat, fiat. Pſalmus 93.

Deus vltionū dn̄s: Deus vltionum libere egit.

Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis.

Uſquequo peccatores dn̄e: vſquequo pctōres gloriabuntur?

Effabūtur, ꝛ loquētur iniquitatē: loquentur omnes qui operantur iniuſtitiam?

Populū tuum dn̄e humiliauerūt: ꝛ hęreditatē tuā vexauerūt.

Uiduam, ꝛ aduenam interfecerunt: ꝛ pupillos occiderunt.

Et dixerunt, non videbit dominus: nec intelliget Deus Jacob.

Intelligite inſipiētes in populo: ꝛ ſtulti aliquando ſapite.

Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?

Qui corripit gētes, nō arguet? qui docet hominem ſcientiam?

Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanę ſunt.

Beatus homo, quem tu erudieris domine: ꝛ de lege tua docueris eum.

Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.

Quia nō repellet dominus plebem ſuam: ꝛ hęreditatem ſuam non derelinquet.

Quoad/

Digitized by Google

Quoadusq; iuſtitia conuertatur in iudicium: ⁊ qui iuxta illam, omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi aduerſus malignãtes? aut qs ſtabit mecũ aduerſus operantes iniquitatẽ?

Niſi quia dominus adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea.

Si dicebã motus eſt pes meus: miſericordia tua domine adiuuabat me.

Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo: conſolationes tuę lętificauerũt aĩam meã.

Nunquid adhęret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto?

Captabunt in aĩam iuſti: ⁊ ſanguinẽ innocentẽ cõdemnabũt.

Et factus eſt mihi dominus in refugium: ⁊ Deus meus in adiutorium ſpei meę.

Et reddet illis iniquitatem ipſorum, ⁊ in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet illos dominus Deus noſter.

Aña. Bñdictus dñs in ęternũ.

Aña. Cantate domino. Ps 95.

CAntate dño canticũ nouũ: cantate dño omnis terra.

Cantate domino, ⁊ benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gẽtes gloriã eius: in oĩb' pplis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniam oẽs dij gentium dęmonia: dñs autem cęlos fecit.

Confeſſio ⁊ pulchritudo in cõſpectu eius: ſanctimonia, ⁊ magnificẽtia in ſãctificatione eius.

Afferte dño patrię gentiũ, afferte dño gloriã ⁊ honorẽ: afferte domino gloriã nomini eius.

Tollite hoſtias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Cõmoueatur a facie eius uniuerſa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terrę, qui nõ commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.

Lętentur cęli, ⁊ exultet terra: cõmoueatur mare, ⁊ plenitudo eius: gaudebunt campi, ⁊ omnia quę in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarũ a facie dñi, quia venit: quoniam venit iudicare terrã.

Iudicabit orbẽ terrę in ęqtate: ⁊ pplos in veritate ſua. Ps 96.

DOminus regnauit, exultet terra: lętentur inſulę multę.

Nubes ⁊ caligo in circuitu ei': iuſtitia, ⁊ iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum pręcedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terrę: vidit ⁊ cõmota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.

Digitized by Google

Annunciauerunt celi iuſtitiã eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate eum oēs angeli eius: audiuit, ⁊ letata eſt Sion.

Et exultauerunt filię Judę: propter iudicia tua domine.

Quõ tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis dominum odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde lętitia.

Lętamini iuſti in domino: ⁊ confitemini memorię ſanctificationis eius. Aña. Cantate domino, ⁊ benedicite nomini eius.

Per Annū. ℣. Intret orō mea in cōſpectu tuo dñe. ℟. Inclina aurem tuam ad precez meā.

Pro vno mar. ℣. Poſuiſti dñe.

Pro plur. m̄. ℣. Exultēt iuſti.

Pro ꝯfeſ. pōti. ℣. Elegit eū dñs.

Pro ꝯfe. ſimp. ℣. Os iuſti med.

Pro virgine. ℣. Adiuuabit eā.

In Aduentu. ℣. Emitte agnū dñe dñatorez terrę. ℟. De petra deſerti ad montē filię Sion.

In Quadrageſima. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. ℟. Et ſub pēnis eius ſperabis.

Tpe Paſſio. ℣. De ore leonis libera me dñe. ℟. Et a cornib⁹ vnicornium humilitatem meā.

Tpe Paſc. Aña. Hal. hal. hal.

Pro Sāctis. ℣. Lux perpetua.

Pro feria. ℣. Surrexit dominus vere, halleluiah. ℟. Et apparuit Simoni, halleluiah.

AD LAVDES.

Aña. Spū principali cōfirma cor meū Deus. pſa. Miſerere. 23.

Aña. In veritate tua. pſa. 142.

Domine exaudi orationem meā, auribus percipe obſecrationē meaz: in veritate tua exaudi me, in tua iuſtitia.

Et non intres in iudiciū cū ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuēs.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſęculi: ⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierū antiquorū, meditat⁹ ſum in oīb⁹ opib⁹ tuis: ⁊ in factis manuū tuarū meditabar.

Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciē tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcēdentibus in lacū.

Auditam fac mihi mane miſericordiā tuā: quia in te ſperaui.

Notā fac mihi viaz in qua ambulē: qa ad te leuaui aīam meā.

Eripe me de inimicis meis dñe: ad

Digitized by Google

ad te confugi: doce me facere vo/
luntaté tuá: qa deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam: ꝑpter no/
men tuum domine viuificabis
me in equitate tua.
Educes de tribulatione aiam
meam: ⁊ in miſericordia tua diſ/
perdes omnes inimicos meos.
Et pdes oés, qui tribulát aiam
meã: qm̃ ego ſeruus tuus ſum.
Añ. In veritate tua exaudi me
dñe. Aña. Illumina dñe vultũ
tuũ ſup nos. ps. Deus deus. 8.

Canticum Abacuc.

ca. 3. Domine audiui auditioné
tuam: ⁊ timui.
Domine opus tuum: in medio
annorum viuifica illud.
In medio annorum notum fa/
cies: cum iratus fueris, miſeri/
cordie recordaberis.
Deus ab Auſtro veniet: ⁊ ſan/
ctus de monte Pharan.
Operuit celos gloria eius: ⁊
laudis eius plena eſt terra.
Splendor eius vt lux erit: cor/
nua in manibus eius.
Ibi abſcódita eſt fortitudo ei⁹:
ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pe/
des eius: ſtetit ⁊ méſus eſt terrá.
Aſpexit ⁊ diſſoluit gentes: ⁊
contriti ſunt montes ſeculi.
Incuruati ſunt colles mundi:
ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria
Ethiopie: turbabuntur pelles
terre Madian.
Nunquid in fluminibus iratus
es dñe: aut in fluminibus furor
tuus, vel in mari idignatio tua.
Qui aſcendis ſuper equos tuos:
⁊ quadrige tue ſaluatio.
Suſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ:
iuraméta tribub⁹ q̃ locutus es.
Fluuios ſcindes terre, viderũt
te ⁊ doluerunt montes: gurges
aquarum tranſijt.
Dedit abyſſus vocé ſuam: alti/
tudo manus ſuas leuauit.
Sol, ⁊ Luna ſteterunt in habi/
taculo ſuo: in luce ſagittarum
tuarum ibunt, in ſplendore ful/
gurantis haſte tue.
In fremitu conculcabis terrã:
⁊ in furore obſtupefacies gétes.
Egreſſus es in ſalutem populi
tui: in ſalute cum Chriſto tuo.
Percuſſiſti caput de domo im/
pij: denudaſti fundamentũ eius
vſque ad collum.
Maledixiſti ſceptris eius, capi/
ti bellatorum eius: venientibus
vt turbo ad diſpergendum me.
Exultatio eorũ, ſicut eius qui
deuorat pauperé in abſcódito.
Viam feciſti in mari equis tuis:
in luto aquarum multarum.
Audiui, ⁊ conturbatus eſt ven/
ter meus: a voce contremuerũt
labia mea.
Ingrediatur putredo in oſſi/
bus meis: ⁊ ſubter me ſcateat.
Vt requieſcam in die tribula/
tionis: ⁊ aſcendam ad populũ
accinctum noſtrum.
Ficus enim non florebit: ⁊ nó

erit

erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuę: ⁊ arua non afferent cibum.
Abſcindetur de ouili pecus: ⁊ nō erit armētū in pręſepibus.
Ego autem in domino gaudebo: ⁊ exultabo in deo Jeſu meo.
Deus dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quaſi ceruorū.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentem.
Añ. Domine audiui auditū tuum, ⁊ timui. Aña. In tympano, ⁊ choro, in chordis, ⁊ organo laudate Deū. Ps. Laudate dominum de celis. 9. Cap. Nox precessit. 24. Hymnus.

Aeterna cęli gloria,
Beata ſpes mortalium,
Celſi tonantis vnice,
Caſtęq; proles virginis,
Da dexteram ſurgentibus,
Exurgat ⁊ mens ſobria,
Flagranſq; in laudem Dei,
Grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer,
Sparſamq; lucem nunciat,
Cadit caligo noctium:
Lux ſancta nos illuminet.
Manenſq; noſtris ſenſibus,
Noctem repellat ſeculi,
Omnique fine diei
Purgata ſeruet pectora.
Quęſita iam primum fides
Radicet altis ſenſibus,
Secunda ſpes congaudeat,
Quo maior extat charitas.
Deo patri ſit gloria.

V. Repleti ſumus mane miſericordia tua. R. Exultauimus et delectati ſumus. Ad bñs. Aña. Per viſcera miſericordię dei noſtri, viſitauit nos oriens ex alto. Preces q̄ dñr vt ſup. fo.24.

SABBATHO

Ad Matutinum. Inuitatoriū. Dñm Deum noſtrum, Venite adoremus. ꝑ. Venite. i. Hym.

Summę Deus clementię,
Mundique factor machinę,
Unus potētialiter,
Trinuſque perſonaliter:
Noſtros pius cum canticis
Fletus benigne ſuſcipe:
Quo corde puro ſordibus
Te perfruamur largius.
Lumbos iecurq; morbidum
Adure igni congruo:
Accincti vt ſint perpetim,
Luxu remoto peſſimo.
Ut quique horas noctium
Nunc concinendo rumpimus,
Donis beatę patrię
Ditemur omnes affatim.
Preſta pater pijſſime. fol.2.

Antiphona. Quia mirabilia.
Tpe Paſc. Aña. Alla. Ps. 97.

Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordię ſuę: ⁊ veritatis ſuę domui Iſrael.

Uide-

Digitized by Google

V iderūt omnes termini terrę: ſalutare Dei noſtri.
I ubilate Deo omnis terra: cā tate, & exultate, & pſallite.
P ſallite Dño in cithara, in cithara, & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubę cornee.
I ubilate in cōſpectu regis domini: moueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & q habitant in eo.
F lumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt a conſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
I udicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in ęquitate. Pſalmus 98.

D Ominus regnauit, iraſcantur populi: qui ſedes ſuper Cherubim moueatur terra.
D ñs in Sion magnus: & excelſus ſuper omnes populos.
C ōfiteantur nomini tuo magno: qm̄ terribile, & ſanctū eſt: & honor regis iudicium diligit.
T u paraſti directiones: iudiciū & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.
E xaltate dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellū pedū eius: quoniam ſanctum eſt.
M oyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.
I nuocabant Dñm, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
C uſtodiebant teſtimonia eius: & pręceptum quod dedit illis.
D omine Deus noſter tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.
E xaltate dñm Deū nrm̄, & adorate in monte ſancto eius: qm̄ ſanctus dominus Deus noſter.
Añ. Quia mirabilia fecit dñs. Sequens Añ. & ps. Iubilate. hic prętermittitur qn̄ dr̄ in Laudibus: (qđ accidit in Officio Btē Marię) & ei' loco dr̄ Añ. & ps. Bonum eſt cōfiteri dño. fol. 53. vt infra in Laud. Pſalmus 99.

I Ubilate Deo oīs terra: ſeruite domino in lętitia.
I ntroite in conſpectu eius: in exultatione.
S citote qm̄ dñs ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.
P opulus eius, & oues paſcuę eius, introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.
L audate nomē eius, qm̄ ſuauis eſt dñs: in ęternū miſericordia eius: & vſq; in generationē & generationē veritas eius. ps 100.

M Iſericordiam & iudiciū: cantabo tibi domine.
P ſallam, & intelligā in via immaculata: quādo venies ad me.
P erambulabā in innocētia cordis mei: in medio domus meę.
N on proponebam ante oculos meos rem iniuſtā: facientes pręuaricationes odiui.
N on adheſit mihi cor prauū: declinantem a me malignū non

cogno-

Digitized by Google

cognoſcebam.
Detrahentem ſecreto proximo ſuo: hunc perſequebar.
Superbo oculo, ⁊ inſatiabili corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terrę, vt ſedeāt mecū: ambulās in via immaculata hic mihi miniſtrabat.
Nō habitabit in medio domus meę q̄ facit ſuperbiā: qui loquitur iniqua, nō direxit in conſpectu oculorum meorum.
In matutino interficiebaꝫ oēs peccatores terrę: vt diſperderē de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Antipho.
Añ. Jubilate deo omnis terra. Aña.
Bonū eſt confiteri dñō. Clamor meus. Pſalmus 101.
Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuā a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū aruerunt.
Percuſſus ſum, vt fenū, ⁊ aruit cor meum: quia oblitus ſuꝫ comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adheſit os meum carni meę.
Similis factus ſuꝫ pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, ⁊ factus ſuꝫ ſicut paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: ⁊ qui laudabāt me aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanquaꝫ panem manducabam: ⁊ potum meum cum fletu miſcebam.
A facie irę indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego ſicut fenum arui.
Tu autem dñe in eternum permanes: ⁊ memoriale tuum in generatione ⁊ generatione.
Tu exurgēs miſereberis Siō: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerūt ſeruis tuis lapides eius: ⁊ terrę eius miſerebuntur.
Et timebunt gentes nomē tuū domine: ⁊ omnes reges terrę gloriam tuam.
Quia edificauit dñs Sion: ⁊ videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationē humiliū: ⁊ non ſpreuit preces eorum.
Scribantur hęc in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de cęlo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Vt annuncient in Sion nomē dñi: ⁊ laudem eius in Jeruſaleꝫ.
In conueniendo populos in vnum: ⁊ reges vt ſeruiant dño.
Reſpon-

R eſpondit ei in via virtutis
ſue: paucitatem dierum meorum
nuncia mihi.
N e reuoces me in dimidio die-
rum meorum: in generatione et
generationem anni tui.
I nitio tu dñe terrá fundaſti: et
opera manuum tuarú ſunt celi.
I pſi peribunt, tu autem perma
nes: et omnes ſicut veſtimentum
veteraſcent.
E t ſicut opertorium mutabis
eos, et mutabuntur: tu autem idem
ipſe es: et anni tui non deficient.
F ilij ſeruorum tuorum habita-
bunt: et ſemen eorum in ſeculum
dirigetur. Pſalmus 102.
B Enedic anima mea domi-
no: et omnia que intra me
ſunt, nomini ſancto eius.
B enedic aia mea dño: et noli
obliuiſci oés retributiones ei⁹.
Q ui propitiatur omnibus ini-
quitatibus tuis: qui ſanat om-
nes infirmitates tuas.
Q ui redimit de interitu vitam
tuá: qui coronat te in miſericor-
dia, et miſerationibus.
Q ui replet in bonis deſiderium
tuum: renouabitur vt aquile iu
uentus tua.
F aciens miſericordias domi-
nus: et iudicium omnibus iniu-
riam patientibus.
N otas fecit vias ſuas Moyſi:
filijs Iſrael voluntates ſuas.
M iſerator et miſericors dñs: lon
ganimis, et multum miſericors.
N ó in perpetuum iraſcetur: ne-
que in eternum comminabitur.
N on ſecundum peccata noſtra
fecit nobis: neqꝫ ſecundú iniqui
tates noſtras retribuit nobis.
Q uoniá ſecundú altitudinem
celi a terra: corroborauit miſeri-
cordiam ſuá ſuper timentes ſe.
Q uantum diſtat ortus ab occi
dente: longe fecit a nobis iniqui
tates noſtras.
Q uomodo miſeretur pater fi-
liorum, miſertus eſt dominus ti
mentibus ſe: quoniá ipſe cogno
uit figmentum noſtrum.
R ecordatus eſt qñ puluis ſu-
mus: homo ſicut fenú: dies eius
tanquam flos agri ſic efflorebit.
Q uoniam ſpiritus pertráſibit
in illo, et non ſubſiſtet: et non co-
gnoſcet amplius locum ſuum.
M iſericordia autem domini ab
eterno: et vſqꝫ in eternum ſuper
timentes eum.
E t iuſtitia illius in filios filiorum:
his qui ſeruant teſtamentú eius.
E t memores ſunt mandatorú
ipſius: ad faciendum ea.
D ominus in celo parauit ſedé
ſuam: et regnum ipſius omni-
bus dominabitur.
B enedicite domino omnes an-
geli eius potétes virtute: facien
tes verbum illius ad audiendam
vocem ſermonum eius.
B enedicite domino omnes vir
tutes eius: miniſtri eius q faciũt
voluntatem eius.
B enedicite dño oía opera eius:
in omni loco dominationis eius
benedic

Digitized by Google

benedic anima mea domino.
Aña. Clamoꝛ me' ad te veniat
Deus. Aña. Benedic. ps 103.
B Enedic anima mea domi-
no: dñe Deus meus ma-
gnificatus es vehementer.
Confeſſioné ꝛ decoꝛé induiſti:
amictus lumine ſicut veſtiméto.
Extédens cęlum ſicut pellem:
qui tegis aquis ſuperioꝛa eius.
Qui ponis nubé aſcéſuꝫ tuuꝫ:
qui ambulas ſup pénas vétoꝝ.
Qui facis angelos tuos ſpūs: ꝛ
miniſtros tuos igné vrentem.
Qui fundaſti terram ſuper ſta-
bilitatem ſuaꝫ: non inclinabitur
in ſęculum ſęculi.
Abyſſus ſicut veſtimentum a-
mictus eius: ſuper montes ſta-
bunt aquę.
Ab increpatione tua fugiét: a
voce tonitrui tui foꝛmidabunt.
Aſcédunt mótes, ꝛ deſcendút
cápi: in locum qué fundaſti eis.
Terminuꝫ poſuiſti, quem non
tranſgredientur: neqꝫ cóuerten
tur operire terram.
Qui emittis fontes in cóualli-
bus: inter medium montiū per-
tranſibunt aquę.
Potabunt omnes beſtię agri:
expectabunt onagri in ſiti ſua.
Super ea volucres cęli habita-
bunt: de medio petrarum da-
bunt voces.
Rigans montes de ſuperioꝛi-
bus ſuis: de fructu operum tuo-
rum ſatiabitur terra.
Producens fęnum iumentis: ꝛ
herbam ſeruituti hominum.
Vt educas panem de terra: ꝛ vi
num lętificet coꝛ hominis.
Vt exhilaret faciem in oleo: ꝛ
panis coꝛ hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, ꝛ ce-
dri Libani quas plantauit: illic
paſſeres nidificabunt.
Herodii domus dux eſt eoꝛum: ꝛ
montes excelſi ceruis: petra re-
fugium herinaciis.
Fecit lunam in tempoꝛa: ſol co-
gnouit occaſum ſuum.
Poſuiſti tenebras, ꝛ facta eſt
nox: in ipſa pertranſibunt oēs
beſtię ſyluę.
Catuli leonum rugientes vt ra-
piant: ꝛ quęrát a Deo eſcá ſibi.
Oꝛtus eſt ſol ꝛ ꝯgregati ſunt: ꝛ
in cubilibus ſuis collocabuntur.
Exibit homo ad opus ſuū: ꝛ ad
operationé ſuá vſqꝫ ad veſperá.
Quam magnificata ſunt opera
tua dñe: oīa in ſapiétia feciſti, im
pleta eſt terra poſſeſſione tua.
Hoc mare magnū, ꝛ ſpatioſum
manibus: illic reptilia, quoꝛum
non eſt numerus.
Animalia puſilla cum magnis:
illic naues pertranſibunt.
Draco iſte quem foꝛmaſti ad il-
ludendum ei: oīa a te expectant
vt des illis eſcam in tempoꝛe.
Dante te illis, colligét: aperien-
te té manum tuam, omnia imple
buntur bonitate.
Auertente aūt te faciē turbabū-
tur: auferes ſpūm eoꝝ, ꝛ deficiét,
ꝛ in puluerem ſuū reuertentur.
Emitte

Digitized by Google

Emitte ſpiritum tuũ, ⁊ creabũtur: ⁊ renouabis faciem terrȩ.
Sit gloria dñi in ſeculũ: lętabitur dominus in operibus ſuis.
Qui reſpicit terram, ⁊ facit eam tremere: qui tangit montes, ⁊ fumigant.
Cantabo domino in vita mea: pſallam Deo meo quandiu ſum.
Iucundũ ſit ei eloquium meum: ego vero delectabor in domino.
Deficiant peccatores a terra, ⁊ iniqui ita vt nõ ſint: benedic anima mea domino. Pſalmus 104.

Confitemini domino, ⁊ inuocate nomen eius, annũciate inter gentes opera eius.
Cantate ei, ⁊ pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine ſancto eius: lętetur cor quęrẽtiũ dñm.
Quęrite dñm, ⁊ confirmamini: quęrite faciem eius ſemper.
Memores mirabilium eius quę fecit: prodigia eius, ⁊ iudicia oris eius.
Semen Abraham ſerui eius: filij Iacob electi eius.
Ipſe dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſeculũ teſtamẽti ſui: verbi quod mãdauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad Abraham: ⁊ iuramenti ſui ad Iſaac.
Et ſtatuit illud Iacob in pręceptũ: ⁊ Iſrael i teſtamẽtũ ęternũ.
Dicẽs, tibi dabo terram Chanaã: funiculũ hęreditatis veſtrę.
Cum eſſent numero breui: pauciſſimi ⁊ incolę eius.
Et pertrãſierũt de gẽte in gẽtem: ⁊ de regno ad populum alterũ:
Non reliquit hoiem nocere eis: ⁊ corripuit pro eis reges.
Nolite tãgere Chriſtos meos: ⁊ in pphetis nolite malignari.
Et vocauit famẽ ſup terram: ⁊ oẽ firmamentũ panis contriuit.
Miſit ante eos virum: in ſeruũ venundatus eſt Ioſeph.
Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius: ferrũ pertranſijt animam eius, donec veniret verbũ eius.
Eloquiũ dñi inflammauit eum: miſit rex ⁊ ſoluit eum: princeps populorum, ⁊ dimiſit eum.
Conſtituit eũ dñm domus ſuę: ⁊ principem oĩs poſſeſſionis ſuę.
Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: ⁊ ſenes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Iſrael in Aegyptum: ⁊ Iacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum ſuum vehementer, ⁊ firmauit eum ſuper inimicos eius.
Conuertit cor eorum: vt odirẽt populum eius: ⁊ dolum facerẽt in ſeruos eius.
Miſit Moyſen ſeruũ ſuũ: Aaron, quem elegit ipſum.
Poſuit in eis verba ſignorum ſuorũ: ⁊ prodigiorum in terra Chã.
Miſit tenebras, ⁊ obſcurauit: ⁊ non exacerbauit ſermones ſuos.
Conuertit aquas eorum in ſanguinem:

Digitized by Google

guinem: ⁊ occidit piſces eoꝝ.
Et dedit terra eorum ranas: in
penetralibus regum ipſorum.
Dixit, ⁊ venit cynomya, ⁊ cyni
fes: in omnibus finibus eorum.
Poſuit pluuias eoꝝ grandinē:
ignē cōburentē in terra ipſoꝝ.
Et percuſſit vineas eorum ⁊ fi
culneas eorum: ⁊ contriuit li
gnum finium eorum.
Dixit, ⁊ venit locuſta ⁊ bru
chus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum in ter
ra eorum: ⁊ comedit omnem fru
ctum terre eorum.
Et percuſſit omne primogeni
tum in terra eorum: primitias
omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento, ⁊
auro: ⁊ non erat in tribubus eo
rum infirmus.
Letata eſt Aegyptus in profe
ctione eorum: quia incubuit ti
mor eorum ſuper eos.
Expandit nubem in protectio
nem eorum: ⁊ ignem vt luceret
eis per noctem.
Petierunt ⁊ venit coturnix: ⁊
pane celi ſaturauit eos.
Dirupit petram, ⁊ fluxerunt
aque: abierūt in ſicco flumina.
Quoniā memor fuit verbi ſan
cti ſui: quod habuit ad Abra
ham puerum ſuum.
Et eduxit populū ſuū in exul
tatione: ⁊ electos ſuos in letitia.
Et dedit illis regiones gentiū:
⁊ labores populoꝝ poſſederūt.
Vt cuſtodiant iuſtificationes
eius: ⁊ legem eius requirant.
An. Benedic anima mea dño.
Aña. Viſita nos. Psal. 105.
Confitemini domino, quo
niam bonus: quoniam in
ſeculum miſericordia eius.
Quis loquet potētias dñi: au
ditas faciet oēs laudes eius?
Beati qui cuſtodiunt iudiciū:
⁊ faciūt iuſtitiā in omni tēpore.
Memento noſtri domine in be
neplacito populi tui: viſita nos
in ſalutari tuo.
Ad videndum in bonitate ele
ctorum tuorum: ad letandum
in letitia gentis tue: vt lauderis
cum hereditate tua.
Peccauimus cū patrib' nr̄is: in
iuſte egimus, iniqtatē fecimus.
Patres noſtri in Aegypto nō
intellexerunt mirabilia tua: nō
fuerunt memores multitudinis
miſericordie tue.
Et irritauerunt aſcendentes in
mare: mare rubrum.
Et ſaluauit eos propter nomē
ſuū: vt notā faceret potētiā ſuā.
Et increpuit mare rubrum, ⁊
exiccatum eſt: ⁊ deduxit eos in
abyſſis ſicut in deſerto.
Et ſaluauit eos de manu odien
tium: ⁊ redemit eos de manu
inimici.
Et operuit aqua tribulantes
eos: vnus ex eis non remanſit.
Et crediderunt verbis eius: ⁊
laudauerunt laudem eius.
Cito fecerūt, obliti ſunt operū
eius: ⁊ nō ſuſtinuerūt cōſiliū eius.
Et

Digitized by Google

Et concupierunt cōcupiſcen-
tiam in deſerto: ⁊ tentauerunt
deum in inaquoſo.
Et dedit eis petitiones ipſorū:
⁊ miſit ſaturitatem in aīas eorum.
Et irritauerunt Moyſen in ca
ſtris: ⁊ Aaron ſanctum domini.
Aperta eſt terra, ⁊ deglutiuit
Dathan: ⁊ operuit ſuper cōgre
gationem Abiron.
Et exarſit ignis in ſynagoga eo
rum: flāma cōbuſſit peccatores.
Et fecerūt vitulum in Horeb:
⁊ adorauerūt ſculptile.
Et mutauerūt gloriā ſuā: i ſimi
litudinē vituli comedētis fenū.
Obliti ſunt deum, qui ſaluauit
eos: qui fecit magnalia in Aegy
pto, mirabilia in terra Chā, ter-
ribilia in mari rubro.
Et dixit, vt diſperderet eos: ſi
nō Moyſes electus eius ſtetiſſet
in cōfractione in cōſpectu eius.
Et auerteret irā eius, ne diſp-
deret eos: ⁊ pro nihilo habue-
runt terram deſiderabilem.
Non crediderūt verbo eius, ⁊
murmurauerūt in tabernaculis
ſuis: nō exaudierunt vocem dñi.
Et eleuauit manū ſuam ſuper
eos: vt pſterneret eos in deſerto.
Et vt deijceret ſemen eorum in
nationibus: ⁊ diſperderet eos
in regionibus.
Et initiati ſunt Beelphegor: ⁊
comederūt ſacrificia mortuorū.
Et irritauerunt eum in adinuē
tionibus ſuis: ⁊ multiplicata eſt
in eis ruina.

Et ſtetit Phinees, ⁊ placauit:
⁊ ceſſauit quaſſatio.
Et reputatū eſt ei in iuſtitiā: in
generationē ⁊ generationem vſ
que in ſempiternum.
Et irritauerunt eū ad aquas cō
tradictionis: ⁊ vexatus eſt Moy
ſes propter eos: quia exacerba-
uerunt ſpiritum eius.
Et diſtinxit in labijs ſuis: non
diſperdiderunt gentes quas di-
xit dominus illis.
Et commiſti ſunt inter gentes:
⁊ didicerunt opera eorum, ⁊ ſer-
uierunt ſculptilibus eorum: ⁊ fa-
ctum eſt illis in ſcandalum.
Et immolauerunt filios ſuos: ⁊
filias ſuas demonijs.
Et effuderunt ſanguinē inno-
cētem, ſanguinem filiorum ſuorū,
⁊ filiarum ſuarū: quas ſacrifica
uerunt ſculptilibus Chanaan.
Et infecta eſt terra in ſanguini
bus, ⁊ contaminata eſt in operi
bus eorū: ⁊ fornicati ſunt in ad-
inuentionibus ſuis.
Et iratus eſt furore dominus
in populū ſuum: ⁊ abominatus
eſt hereditatem ſuam.
Et tradidit eos in man' gētiū:
⁊ dñati ſunt eorū qui oderūt eos.
Et tribulauerunt eos inimici
eorum, ⁊ humiliati ſunt ſub mani
bus eorum: ſepe liberauit eos.
Ipſi autē exacerbauerunt eum
in conſilio ſuo: ⁊ humiliati ſunt
in iniquitatibus ſuis.
Et vidit cum tribularentur: ⁊
audiuit orationem eorum.

Digitized by Google

Et memor fuit teſtamenti ſui, ꝛ penituit eum ſecundum multitudinem miſericordię ſuę.

Et dedit eos in miſericordias: in ꝯſpectu oīum q̄ ceperāt eos.

Saluos nos fac dn̄e Deus nr̄: ꝛ congrega nos de nationibus.

Ut cōfiteamur nomini ſancto tuo: ꝛ glorìemur in laude tua.

Benedictus dn̄s deus Iſrael a ſeculo ꝛ vſq; in ſeculum: ꝛ dicet omnis populus, fiat, fiat. ps 106.

Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Dicant qui redēpti ſunt a dn̄o, quos redemit de manu inimici: ꝛ de regionibus ꝯgregauit eos.

A ſolis ortu, ꝛ occaſu: ab Aquilone, ꝛ mari.

Errauerūt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Eſurientes ꝛ ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ꝛ de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

Et eduxit eos in viā rectā: vt irent in ciuitatem habitationis.

Cōfiteanť dn̄o miſericordię eius: ꝛ mirabilia eius filijs hominū.

Quia ſatiauit animā inanē: ꝛ aīam eſurientem ſatiauit bonis.

Sedentes in tenebris ꝛ vmbra mortis: vinctos in mendicitate ꝛ ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: ꝛ conſilium altiſſimi irritauerunt.

Et humiliatū eſt in laboribus cor eorum: ꝛ infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ꝛ de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris, ꝛ vmbra mortis: ꝛ vincula eorum diſrupit.

Confiteantur dn̄o miſericordię eius: ꝛ mirabilia ei⁹ filijs hoīm.

Quia contriuit portas ęreas, ꝛ vectes ferreos confregit.

Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: ꝛ appropinquauerunt vſq; ad portas mortis.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ꝛ de neceſſitatibus eorum liberauit eos.

Miſit verbum ſuum, ꝛ ſanauit eos: ꝛ eripuit eos de interitionibus eorum.

Cōfiteanť dn̄o miſericordię ei⁹: ꝛ mirabilia eius filijs hominū.

Et ſacrificent ſacrificium laudis: ꝛ annuncient opera eius in exultatione.

Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.

Ipſi viderunt opera domini: ꝛ mirabilia eius in profundo.

Dixit, ꝛ ſtetit ſpiritus procellę: ꝛ exaltati ſunt fluctus eius.

Aſcendūt vſq; ad cęlos, ꝛ deſcendunt

Digitized by Google

ſcendunt vſqꝫ ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.

Turbati ſunt, ⁊ moti ſunt ſicut ebrius: ⁊ omnis ſapientia eorū deuorata eſt.

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, ⁊ de neceſſitatibus eorum eduxit eos.

Et ſtatuit procellam eius in auram: ⁊ ſiluerunt fluctus eius.

Et letati ſunt, qa ſiluerūt: ⁊ deduxit eos i portū volūtatis eorū.

Confiteātur dño miſericordię ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hoīum.

Et exaltēt eū in eccleſia plebis: ⁊ in cathedra ſenioꝝ laudēt eū.

Poſuit flumina in deſertum: ⁊ exitus aquarum in ſitim.

Terrā fructiferā in ſalſuginē: a malitia inhabitantium in ea.

Poſuit deſertū in ſtagna aquarum: ⁊ terram ſine aqua in exitus aquarum.

Et collocauit illic eſurientes: ⁊ cōſtituerūt ciuitatē habitationis.

Et ſeminauerunt agros, ⁊ plātauerunt vineas, ⁊ fecerunt fructum natiuitatis.

Et benedixit eis, ⁊ multiplicati ſunt nimis: ⁊ iumenta eorum nō minorauit.

Et pauci facti ſūt, ⁊ vexati ſunt a tribulatione malorū, ⁊ dolore.

Effuſa eſt cōtentio ſuper principes: ⁊ errare fecit eos in inuio, ⁊ non in via.

Et adiuuit pauperem de inopia: ⁊ poſuit ſicut oues familias.

Videbunt recti, ⁊ letabūtur: ⁊ oīs iniquitas oppilabit os ſuū.

Quis ſapiens, ⁊ cuſtodiet hec: ⁊ intelliget miſericordias dñi?

aīi Viſita nos dñe i ſalutari tuo.

Aña Confitebor dño. pſ 107.

Paratum cor Deū meus, paratū cor meum: cantabo ⁊ pſallam in gloria mea.

Exurge gloria mea, exurge pſalterium, ⁊ cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis dñe: ⁊ pſallam tibi in nationibus.

Quia magna eſt ſuper celos miſericordia tua: ⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua.

Exaltare ſuper celos Deus, ⁊ ſuper omnem terraꝫ gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Saluū fac dextera tua, ⁊ exaudi me: Deus locutus eſt in ſctō ſuo.

Exultabo, ⁊ diuidā Sichimā: ⁊ conuallem tabernaculorum dimetiar.

Meus eſt Galaad, ⁊ meus eſt Manaſſes: ⁊ Ephraiꝫ ſuſceptio capitis mei.

Iuda rex meus: Moab lebes ſpei meę.

In Idumeam extendā calciamentum meuꝫ: mihi alienigenę amici facti ſunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſqꝫ in Idumeam?

Nonne tu Deus, qui repuliſti nos? ⁊ non exibis deus in virtutibus noſtris?

Da nobis auxilium de tribula-

tione quia vana ſalus hominis.
In deo faciemus virtutem: ⁊ ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Pſalmus 108.
DEus laudē meā ne tacueris: q2 os peccatoris ⁊ os doloſi ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, ⁊ ſermonibus odij circundederūt me: ⁊ expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detrahebāt mihi ego autem orabam.
Et poſuerunt aduerſuʒ me mala pro bonis: ⁊ odium pro dilectione mea.
Cōſtitue ſuper eum peccatorē: ⁊ diabolus ſtet a dextris eius.
Cū iudicat, exeat cōdemnatus: ⁊ oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: ⁊ epiſcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: ⁊ vxor eius vidua.
Nutātes trāſferantur filij eius, ⁊ mendicent: ⁊ eijciantur de habitationibus ſuis.
Scrutetur fęnerator oēm ſubſtantiam eius: ⁊ diripiant alieni labores eius.
Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interituʒ: in generatione vna deleat nomē eius.
In memoriā redeat iniquitas patrū ei⁹ in ↄſpectu dñi: ⁊ peccatum matris eius non deleatur.
Fiant contra dominū ſemper, ⁊ diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam.
Et perſecutus eſt hominē inopem ⁊ mendicuʒ: ⁊ compunctū corde mortificare.
Et dilexit maledictionem, ⁊ veniet ei: ⁊ noluit benedictionem, ⁊ elongabitur ab eo.
Et induit maledictioneʒ ſicut veſtimētū: ⁊ intrauit ſicut aqua in interiora eius, ⁊ ſicut oleum in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: ⁊ ſicut zona qua ſemper pręcingitur.
Hoc opus eorum q detrahunt mihi apud dñm: ⁊ q loquūtur mala aduerſus animam meam.
Et tu domine, domine fac mecum propter nomen tuuʒ: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egenus, ⁊ pauper ego ſum, ⁊ cor meū conturbatum eſt intra me.
Sicut vmbra cū declinat, ablat⁹ ſū: ⁊ excuſſus ſum ſicut locuſtę.
Genua mea infirmata ſunt a ieiunio: ⁊ caro mea immutata eſt propter oleum.
Et ego factus ſum opprobriū illis: viderunt me, ⁊ mouerunt capita ſua.
Adiuua me dñe deus meus: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.
Et ſciant quia manus tua hęc: ⁊ tu domine feciſti eam.
Maledicent illi, ⁊ tu benedices: q inſurgūt in me cōfundantur:
ſeruus

Digitized by Google

ſeruus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahũt mihi pudore: et operiant ſicut diploide confuſione ſua.
Confitebor domino nimis in ore meo: et in medio multorum laudabo eum.
Quia aſtitit a dextris pauperis: ut ſaluam faceret a perſequentibus animam mea3. Aña. Confitebor dño nimis in ore meo.
Per Annũ. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Pro Beata virgine. ℣. Diffuſa eſt gratia.
In Aduẽtu. ℣. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo. ℟. Veniet, vt ſaluet populũ ſuum,
In Quadrag. ℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Non timebis a timore nocturno.
Tpe Paſſio. ℣. Ne perdas cũ impijs Deus aĩam meã. ℟. Et cũ viris ſanguinũ vita3 meam.
Tpe Paſc. Aña. hal. hal. hal. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, halab. ℟. Viſo domino, haleluiah.

AD LAVDES.

Aña. Benigne fac in bona volũtate tua dñe. ps. Miſerere. fo. 23.
Aña. Bonum. Pſalmus 91.

Bonum eſt confiteri dño: et pſallere nomini tuo altiſſime.
Ad annũciandu3 mane miſericordiã tuam: et veritatẽ tuã, per noctẽ.
In decachordo pſalterio: cum cantico in cithara.
Quia delectaſti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata ſunt opera tua domine: nimis profunde facte ſunt cogitationes tue.
Vir inſipiens nõ cognoſcet: et ſtultus non intelliget hec.
Cum exorti fuerint peccatores ſicut fenũ: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.
Vt intereant in ſeculum ſeculi: tu aũt altiſſimus in eternũ dñe.
Qm ecce inimici tui dñe, qm ecce inimici tui peribunt: et diſpergẽtur oẽs q operantur iniquitatẽ.
Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: et ſenectus mea in miſericordia vberi.
Et deſpexit oculus meus inimicos meos: et inſurgẽtibus in me malignãtibus, audiet auris mea.
Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur.
Plantati in domo dñi: in atrijs domus Dei noſtri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: et bene patientes erunt vt annuncient.
Quoniam rectus dñs Deus noſter: et non eſt iniquitas in eo.
Aña. Bonu3 eſt confiteri dño.
Aña. Metuãt oñ3 oẽs fines terre.
ps. Deus Deus meus ad te. 8.
Aña. Date magnitudinem.

Canticum Moyſi.

Audite celi que loquor: audiat terra verba oris mei. c. 32
Concreſcat vt pluuia doctrina mea:

Digitized by Google

mea: fluat vt ros eloquiū meū.

Quaſi imber ſuper herbam, ⁊ quaſi ſtille ſuper gramina: quia nomen domini inuocabo.

Date magnificentiā Deo noſtro: Dei perfecta ſunt opera, ⁊ omnes vię eius iudicia.

Deus fidelis, ⁊ abſq; vlla iniquitate, iuſtus ⁊ rectus: peccauerūt ei, ⁊ non filij eius in ſordibus.

Generatio praua atq; peruerſa: hęccine reddis domino popule ſtulte ⁊ inſipiens?

Nūqd nō ipſe eſt pater tuus, q poſſedit te: ⁊ fecit, ⁊ creauit te?

Memento dierum antiquorū: cogita generationes ſingulas.

Interroga patrem tuum, ⁊ annunciabit tibi: maiores tuos, ⁊ dicent tibi.

Quando diuidebat altiſſimus gentes: quando ſeparabat filios Adam.

Cōſtituit terminos populorū: iuxta numerum filiorū Iſrael.

Pars autem dñi populus eius: Iacob funicul' hereditatis eius.

Inuenit eū in terra dſerta: in loco horroris, ⁊ vaſtę ſolitudinis.

Circunduxit eū, ⁊ docuit: ⁊ cuſtodiuit quaſi pupillā oculi ſui.

Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos: ⁊ ſuper eos volitans.

Expādit alas ſuas, ⁊ aſſumpſit eū, atq; portauit i humeris ſuis.

Dominus ſolus dux eius fuit: ⁊ non erat cū eo Deus alienus.

Conſtituit eū ſup excelſam terrā: vt comederet fructus agrorū.

Vt ſugeret mel de petra, oleūque de ſaxo duriſſimo.

Butyrum de armento ⁊ lac de ouibus: cū adipe agnorū ⁊ arietum filiorum Baſan.

Et hircos cum medulla tritici: ⁊ ſanguinem vuę biberent meraciſſimum.

Incraſſatus eſt dilectus, ⁊ recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus.

Dereliquit Deū factorē ſuū: ⁊ receſſit a Deo ſalutari ſuo.

Prouocauerunt eū in dijs alienis: ⁊ in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerūt demonijs ⁊ nō Deo: dijs quos ignorabant.

Noui recētesq; venerūt: quos non coluerunt patres eorum.

Deū q te genuit dereliquiſti: ⁊ oblitus es domini creatoris tui.

Vidit dominus, ⁊ ad iracūdiā concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filij ſui, ⁊ filię.

Et ait, abſcōdā faciem meā ab eis: ⁊ ɔſiderabo nouiſſima eorū.

Generatio enim peruerſa eſt: ⁊ infideles filij.

Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus: ⁊ irritauerunt in vanitatibus ſuis.

Et ego prouocabo eos in eo, q non eſt populus: ⁊ in gente ſtulta irritabo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furore meo: ⁊ ardebit vſque ad inferni nouiſſima.

Deuora

Digitized by Google

Deuorabitq; terram cum germine ſuo: ⁊ montium fundamēta combureret.

Congregabo ſuper eos mala: ⁊ ſagittas meas complebo in eis.

Cōſumentur fame: ⁊ deuorabūt eos aues morſu amariſſimo.

Dentes beſtiarum immittā in eos: cum furore trahentiū ſuper terram, atque ſerpentium.

Foris vaſtabit eos gladius, ⁊ intus pauor: iuuenē ſimul ac virginem, lactentem cū hoīe ſene.

Et dixi, vbinam ſunt? ceſſare faciā ex hoībus memoriā eorū.

Sed ꝓpter irā inimicoꝝ diſtuli: ne forte ſuperbirent hoſtes eoꝝ.

Et dicerēt manus noſtra excelſa: ⁊ non dñs, fecit hęc omnia.

Gens abſq; conſilio eſt, ⁊ ſine prudentia: vtinam ſaperent, ⁊ intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.

Quomodo perſequebatur vnus mille: ⁊ duo fugarent decem millia.

Nōne ideo qꝛ Deus ſuus vendidit eos: ⁊ dñs concluſit illos?

Non enim eſt Deus noſter, vt dij eorum: ⁊ inimici noſtri ſunt iudices.

De vinea Sodomorum vinea eorum, ⁊ de ſuburbanis Gomorrhę.

Vua eorum vua fellis, ⁊ botrus amariſſimus.

Fel draconum vinū eorum: ⁊ venenum aſpidum inſanabile.

Nonne hęc condita ſunt apud me: ⁊ ſignata in theſauris meis?

Mea eſt vltio, ⁊ ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.

Iuxta eſt dies perditionis: ⁊ adeſſe feſtinant tempora.

Iudicabit dñs populum ſuū: ⁊ in ſeruis ſuis miſerebitur.

Videbit qꝫ infirmata ſit man⁹, ⁊ clauſi quoque defecerunt: reſiduique conſumpti ſunt.

Et dicent, vbi ſunt dij eorū: in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipes: ⁊ bibebant vinum libaminum?

Surgant, ⁊ opitulentur vobis: ⁊ in neceſſitate vos protegant.

Videte qꝫ ego ſim ſolus: ⁊ non ſit alius Deus pręter me.

Ego occidam, ⁊ ego viuere faciam: percutiam, ⁊ ego ſanabo, ⁊ non eſt qui de manu mea poſſit eruere.

Leuabo ad cęlum manū meā: ⁊ dicam, viuo ego in ęternum.

Si acuero, vt fulgur, gladium meum: ⁊ arripuerit iudicium manus meę.

Reddā vltionē hoſtibus meis: ⁊ ijs qui oderunt me retribuā.

Inebriabo ſagittas meas ſanguine: ⁊ gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occiſorū, ⁊ de captiuitate nudati inimicorū capitis.

Laudate gentes populū eius: quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur.

Et vindictam retribuet in hoſtes eorum: ⁊ propitius erit terre populi ſui.

Aña. Date magnitudinẽ Deo noſtro. Aña. In cymbalis beneſonantibus laudate Deum. ps. Laudate dñm de ce. fol. 9. Cap. Nox preceſſit. 24. Hym.

Aurora iam ſpargit polū,
Terris dies illabitur,
Lucis reſultat ſpiculum:
Diſcedat omne lubricum.
Phantaſma noctis decidat,
Mentis reatus ſubruat,
Quicquid tenebris horridū
Nox attulit culpe, cadat.
Et mane illud vltimum,
Quod preſtolamur cernui,
In lucem nobis effluat,
Dum hoc canore concrepat.
Deo patri ſit gloria. fol. 10.

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua. ℟. Exultauimus ⁊ delectati ſumus.

Ad Benedictus. Antiphona. Illuminare domine his, qui in tenebris ſedent: ⁊ dirige pedes noſtros in viam pacis Deus Iſrael. Preces quando dicuntur vt ſupra in ij. feria. 24.

DOMINICA
Ad Veſperas.

Pater noſter. Aue Maria. Deus in adiutorium. ℟. Domine ad adiu. Aña. Dixit dñs. Tpe Paſchali. Aña. Alleluia. Sub qua vna aña dñr oẽs pſalmi veſperarum tam in Dñicis quã in ferijs illius tpis. ps. 109.

Dixit dñs domino meo: ſede a dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecũ principiū in die virtutis tue in ſplendoribus ſanctorū: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dñs, ⁊ non penitebit eũ: tu es ſacerdos in eternum ſecundū ordinẽ Melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire ſue reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrẽte in via bibit: propterea exaltauit caput. Aña. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Aña. Fidelia. pſalm 110.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum, ⁊ congregatione.
Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſſio ⁊ magnificẽtia opus eius: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
Memoriam fecit mirabiliũ ſuorum, miſericors ⁊ miſerator dominus: eſcã dedit timẽtibus ſe.
Memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui: virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo.
Vt det illis hereditatem gentium:

tionis: opera manuum eius ve-
ritas, et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius,
confirmata in ſeculum ſeculi: fa
cta in veritate, et equitate.
Redemptionem miſit dominus
populo ſuo: mandauit in eter-
num teſtamentum ſuum.
Sanctũ et terribile nomẽ eius:
initium ſapiẽtie timor domini.
Intellectus bonus omnibus fa
ciẽtibus eum: laudatio eius ma
net in ſeculum ſeculi.
Añã. Fidelia omnia mandata
eius: cõfirmata in ſeculũ ſeculi.
Añã. In mandatis. Pſalm. III.
Beatus vir q timet dñm: in
mãdatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemẽ eius:
generatio rectorum benedicetur.
Gloria et diuitie in domo eius: et
iuſtitia eius manet in ſclm ſcli.
Exortum eſt in tenebris lumen
rectis: miſericors, et miſerator,
et iuſtus.
Iocundus homo, qui miſere-
tur, et cõmodat: diſponet ſermo
nes ſuos in iudicio: quia in eter
num non commouebitur.
In memoria eterna erit iuſtus:
ab auditione mala nõ timebit.
Paratũ cor eius ſperare in do-
mino, confirmatum eſt cor eius:
non commouebitur donec de-
ſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit, dedit pauperibus, iu
ſtitia eius manet in ſeculum ſcli:
cornu eius exaltabit in gloria.
Peccator videbit, et iraſcetur:
dentibus ſuis fremet, et tabeſcet:
deſideriũ pctorum peribit. Añã.
In mandatis eius cupit nimis.
Añã. Sit nomen dñi. pſ. III.
Laudate pueri dominum:
laudate nomen domini.
Sit nomen dñi benedictum: ex
hoc, nunc, et vſque in ſeculum.
A ſolis ortu vſq ad occaſum:
laudabile nomen domini.
Excelſus ſuper omnes gentes
dñs: et ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dominus Deus no
ſter: qui in altis habitat: et humi
lia reſpicit in celo, et in terra.
Suſcitans a terra inopem: et
de ſtercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principi-
bus: cũ principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in
domo: matrẽ filiorum letãtẽ. Añ.
Sit nomen dñi bñdictũ in ſcla.
Añã. Nos qui viuimus. pſ. III.
In exitu Iſrael de Aegy-
pto: domus Iacob de po-
pulo barbaro.
Facta eſt Iudea ſanctificatio
eius: Iſrael poteſtas eius.
Mare vidit, et fugit: Iordanis
conuerſus eſt retrorſum.
Montes exultauerunt vt arie-
tes: et colles ſicut agni ouium.
Quid eſt tibi mare, quod fugi-
ſti: et tu Iordanis, quia conuer-
ſus es retrorſum?
Montes exultaſtis ſicut arie-
tes: et colles ſicut agni ouium.
A facie domini mota eſt terra:
a facie Dei Iacob.

Digitized by Google

Qui conuertit petrã in stagna aquarum: ⁊ rupẽ in fontes aquarum.
Non nobis domine, nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua, ⁊ veritate tua: nequando dicant gẽtes vbi eſt Deus eorum?
Deus autem noster in cęlo: omnia quęcunque voluit fecit.
Simulacra gentium argentum, ⁊ aurũ: opera manuũ hominum.
Os habẽt, ⁊ non loquẽtur: oculos habent, ⁊ non videbunt.
Aures habent, ⁊ non audiẽt: nares habent, ⁊ nõ odorabunt.
Manus habẽt, ⁊ nõ palpabũt, pedes habẽt, ⁊ nõ ambulabũt: non clamabunt in gutture ſuo.
Similes illis fiãt q faciunt ea: ⁊ omnes qui confidunt in eis.
Domus Iſrael ſperauit in dño: adiutor eorum, ⁊ ꝓtector eorũ eſt.
Domus Aarõ ſperauit in dño: adiutor eorum, ⁊ ꝓtector eorũ eſt.
Qui timent dominum ſperauerunt in domino: adiutor eorũ ⁊ protector eorum eſt.
Dominus memor fuit noſtri: ⁊ benedixit nobis.
Benedixit domui Iſrael: benedixit domui Aaron.
Benedixit oibus qui timẽt dominum: pusillis cum maioribus.
Adijciat dominus ſuper vos: ſuper vos ⁊ ſuper filios veſtros.
Benedicti vos a domino: qui fecit cęlum ⁊ terram.
Cęlum cęli domino: terram autem dedit filijs hominum.
Nõ mortui laudabũt te dñe: neque oẽs q deſcendũt in infernũ.
Sed nos qui viuimus, benedicimus domino: ex hoc, nunc, ⁊ vſque in ſeculum. Antiphona.
Nos qui viuimus benedicimus dño. Tẽpore Paſchali. Aña. Halleluiah, halah, halah. Cap.

Benedictus Deus, ⁊ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti: pater misericordiarum, ⁊ Deus toti᷒ cõſolationis: qui conſolat nos in omni tribulatione nr̃a. Hymn. Cor. 1.

Lucis creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis noue
Mundi parans originem:
Qui mane iunctum veſperi
Diem vocari pręcipis:
Tetrum chaos illabitur:
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine
Vitę ſit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seſeque culpis illigat.
Cęlorum pulſet intimum:
Vitale tollat pręmium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne peſſimum.
Pręſta pater piiſſime. fol. 2.
℣. Dirigat dñe oratio mea. ℟.
Sicut incẽſum in cõſpectu tuo.
Prędictus hymnus, cũ ſuo ℣. dr̃ a dñica ij post Epipha. vſque ad dñicam j. xl. ⁊ a Dñica iij. poſt Pẽtec. vſq; ad Aduẽ. Capi. vero prędictum dr̃ in eiſdem Dñicis p. ij Pẽtec. ⁊ Epiph. vſq; ad lxx. tantũ. Dr̃ etiam in fer.

ſer. officio ab oct. Pēte. vſq3 ad Aduētū, ⁊ ab oct. Epi. vſq3 ad Dñicā j. Quadra. Simil̄r ⁊ ℣. Añe aūt cū pſ. ſp dnr, vt s. qñ fit offiiū de Dñica, exceptis Dñicis Aduēt. q̄ habēt añas ꝓprias.

Canticum B. Marie virginis.

Luc. 1. Magnificat: anima mea dominum.

Et exultauit ſpiritus meus: in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicet omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: ⁊ ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eū.

Fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit ſuꝑbos mēte cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue.

Sicut locut' eſt ad patres nr̄os: Abrahā, ⁊ ſemini eius in ſecula.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui.

Deinde dr añ, ⁊ oro q̄ cōpetit, vt habetur in proprio de tēpore.

FERIA SECVNDA.

Ad Veſper. Aña. Inclinauit. Tpe Paſch. Añ. Alleluia. pſ. 114.

Dilexi, quoniā exaudiet dominus vocem orationis mee.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi: ⁊ in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem, ⁊ dolorem inueni: ⁊ nomē domini inuocaui.

O domine libera animam meā: miſericors dominus ⁊ iuſtus, ⁊ Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiēs paruulos dñs: humiliatus ſum, ⁊ liberauit me.

Conuertere aīa mea in requiē tuam: quia dñs benefecit tibi.

Quia eripuit animā meam de morte: oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu.

Placebo dño: in regiōe viuoꝝ.

Aña. Inclinauit dñs aurē ſuā mihi. Aña. Credidi. pſ. 115.

Credidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam dño: pro omnibus que retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: ⁊ nomen domini inuocabo.

Vota mea dño reddā corā omni populo eius: precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorū eius.

O dñe, q2 ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, ⁊ filius ancille tue.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ⁊ nomen domini inuocabo.

Vota mea dño reddam in conſpectu oīs populi eius: in atriis domus

domꝰ dñi, i medio tui Jeruſalē.
Aña. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum. Aña. Laudate. pſalm 116.
LAudate dñm oēs gentes: laudate eum oēs populi.
Qm̄ confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ꝛ veritas dñi manet in ęternū. Añ. Laudate dñm oēs gētes. Añ. Clamaui.
Canticum Graduū. Pſalm 119.
AD dñm cum tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me.
Domine libera animā meam a labijs iniquis: ꝛ a lingua doloſa.
Quid detur tibi? aut quid apponat tibi ad linguam doloſam?
Sagittę potētis acutę: cū carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi: quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar: multū incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cū loquebar illis, impugnabant me gratis.
Añ. Clamaui, ꝛ exaudiuit me.
Aña. Vnde veniet. Pſalm 120.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi?
Auxilium meū a domino: qui fecit cęlum ꝛ terram.
Nō det in cōmotionē pedē tuū: neq; dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael.
Dñs cuſtodit te, dñs protectio tua: ſuper manum dexterā tuā.
Per diem ſol nō vret te: neque luna per noctem.
Dñs cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam dñs.
Dominus cuſtodiat introitum tuū, ꝛ exitum tuū: ex hoc, nūc, ꝛ vſque in ſeculum.
Añ. Vnde veniet auxiliū mihi?
Tpe Paſc. Aña. Hal. hal. hal.
Cap. Benedictus Deus. vt ſ. in Veſp. Dñicę. fo. 53. Hymnꝰ.
IMmenſe cęli conditor,
Qui mixta ne cōfunderēt,
Aquę fluenta diuidens
Cęlum dediſti limitem.
Firmans locum cęleſtibus,
Simulq; terrę riuulis,
Vt vnda flammas temperet,
Terrę ſolum ne diſſipet:
Infunde nunc pijſſime
Donum perennis gratię,
Fraudis nouę ne caſibus
Nos error atterat vetus.
Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat,
Vt vana cuncta terreat,
Hanc falſa nulla comprimant.
Preſta pater pijſſime. fo. 2.
℣. Dirigat dñe oratio mea. ℟. Sicut incēſum in cōſpectu tuo.
Ad Mag. Aña. Magnificat anima mea dñm, quia reſpexit Deus humilitatem meam.
Preces ſi dicēdę ſint hñr ſu. in Laud. ij. ferię. Oro qñ ꝓpria nō aſſignat dr de Dñica pręcedente, vt habetur in proprio de tpe.
¶ Añę cū pſal. ſemp dñr ad veſ. in offō feriali, vt hic in Pſalter.
¶ Hymni vero ab oct. Pētec. vſq;

vſq; ad Aduē. ꝛ ab oct. Epiph. vſq; ad Dñicam i. Quadrage. ¶ Añe aūt ad Mag. ſicut hymni eiſdē tēpib⁹ vſq; ad Septuag.

FERIA TERTIA

Ad Veſp. Aña. In domū dñi. Ex Paſch. Aña. Hal. ps. 121.

LEtatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domū domini ibimus.

Stantes erant pedes nři: in atrijs tuis Jeruſalē.

Jeruſalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcēderunt tribus, tribus dñi teſtimonium Iſrael: ad confitendū nomini domini.

Quia illic ſederūt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domū Dauid.

Rogate que ad pacē ſunt Jeruſalem: ꝛ abūdātia diligētibus te.

Fiat pax in virtute tua: ꝛ abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, ꝛ proximos meos: loquebar pacē de te.

Propter domum dñi Dei noſtri: queſiui bona tibi.

Aña. In domū dñi letantes ibimus. Añ. Qui habitas. ps. 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.

Ecce ſicut oculi ſeruorū: in manibus dominorum ſuorum.

Sicut oculi ancille in manibus domine ſue: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: quia multū repleti ſumus deſpectione.

Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus: ꝛ deſpectio ſuperbis.

Aña. Qui habitas in celis miſerere nobis. Antiphona. Adiutorium. Pſalmus 123.

NIſi quia dominus erat in nobis: dicat nūc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſet nos.

Cū iraſceret furor eorū in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilē.

Benedictus dñs: qui non dedit nos in captionē dentibus eorū.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: ꝛ nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine dñi: qui fecit celum, ꝛ terram.

Añ. Adiutoriū noſtrū in nomine dñi. Aña. Benefac. ps. 124.

QUi confidunt in domino, ſicut mons Sion, non cōmouebitur in eternum, qui habitat in Jeruſalem.

Montes in circuitu eius, ꝛ dominus in circuitu populi ſui: ex hoc, nunc ꝛ vſque in ſeculum.

Quia non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortē iuſtorū: vt non extendant iuſti

ad

Digitized by Google

ad iniquitatem manus ſuas.
Benefac domine: bonis ꝛ re-
ctis corde.
Declinantes autem in obliga-
tiones, adducet dominus cum
operantibus iniquitatem: pax
ſuper Iſrael. Aña. Benefac do-
mine bonis, ꝛ rectis corde. Aña.
Facti ſumus. Pſalmus 125.
In conuertendo dominus
captiuitatem Sion: facti
ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletũ eſt gaudio os no-
ſtruꝫ: ꝛ lingua nr̃a exultatione.
Tunc dicent inter gentes: ma-
gnificauit dñs facere cum eis.
Magnificauit dominus facere
nobiſcum: facti ſumus letantes.
Conuerte dñe captiuitateꝫ no-
ſtram: ſicut torrens in Auſtro.
Qui ſeminant in lacrymis: in
exultatione metent.
Euntes ibant ꝛ flebãt: mitten-
tes ſemina ſua.
Venientes autem venient cum
exultatione: portantes mani-
pulos ſuos. Antiphona. Facti
ſumus ſicut conſolati.
Tempore Paſchali. Aña.
Haleluiah, halah, halah. Cap.
Benedictus Deus. 53. Hym.
Telluris ingens conditor,
Mundi ſolũ: qui eruens,
Pulſis aquę moleſtijs,
Terram dediſti immobilem.
Vt germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus,
Fęcunda fructu ſiſteret,
Paſtumq; gratum redderet.
Mentis peruſtę vulnera,
Munda virore gratię:
Vt facta fletu diluat,
Motuſq; prauos atterat.
Iuſſis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat,
Et mortis actum neſciat.
Preſta pater pijſſime. fol. 2.
℣. Dirigatur dñe oro mea. ℟.
Sicut incẽſum in cõſpectu tuo.
Ad Mag. Aña. Exultet ſpiri-
tus meus in Deo ſalutari meo.
Preces quando dicuntur vt ſu-
pra in Laudibus ſecundę ferię.

FERIA QVARTA.

Ad Veſp. Aña. Nõ cõfundet.
Tpe Paſch. Aña. Hal. pſ. 126.
Niſi dñs ędificaue-
rit domũ: in vanuꝫ
laborauerunt, qui
ędificant eam.
Niſi dominus cu-
ſtodierit ciuitatem: fruſtra vi-
gilat, qui cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ante lucẽ ſur-
gere: ſurgite poſtquã ſederitis,
qui mãducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis ſuis ſom-
num: ecce hęreditas domini, fi-
lij merces fructus ventris.
Sicut ſagittę in manu poten-
tis: ita filij excuſſorum.
Beatus vir, qui impleuit deſi-
derium ſuum ex ipſis: non cõ-
fundetur cũ loquet inimicis ſuis
in porta. Aña. Non cõfunde-
tur, cũ loquetur inimicis ſuis in
porta. Aña. Beati. pſal. 127.

Beati oēs qui timēt dn̄m: qui ambulāt in vijs eius:
Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es, ⁊ bene tibi erit.
Uxor tua ſicut vitis abundās, in lateribus domus tuę.
Filij tui ſicut nouellę oliuarū: in circuitu menſę tuę.
Ecce ſic benedicetur homo: q timet dominum.
Benedicat tibi dn̄s ex Sion: ⁊ videas bona Jeruſalem, omnibus diebus vitę tuę.
Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael.
Añā. Beati omnes qui timēt dn̄m. Añā. Sepe. Pſal's 128.

Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea, dicat nunc Iſrael.
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.
Dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum: confundantur, ⁊ conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.
Fiant ſicut fenū tectoꝝ: quod priuſquam euellatur exaruit.
De quo non implebit manum ſuam qui metet: ⁊ ſinum ſuum qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteribant, benedictio domini ſuper vos: benediximus vobis in nomine dn̄i. Añā. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea.
Añā. De profundis. ps 129.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuę intendentes: in vocem deprecationis meę.
Si iniquitates obſeruaueris domine: dn̄e quis ſuſtinebit?
Quia apud te propitiatio eſt: ⁊ ꝓpter legē tuā ſuſtinui te dn̄e.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit aīa mea in dn̄o.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in dn̄o.
Quia apud dn̄m miſericordia: ⁊ copioſa apud eū redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Añā. De ꝓfundis clamaui ad te dn̄e. Añā. Speret. ps 130.

Domine nō eſt exaltatum cor meum: neq; elati ſunt oculi mei.
Neq; ambulaui in magnis: neque in mirabilibus ſuper me.
Si nō humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſup matrē ſuam: ita retributio in aīa mea.
Speret Iſrael in domino: ex hoc, nunc, ⁊ vſq; in ſeculum.
Añā Speret Iſrael in domino.
Tpe paſc. Añā Hal. hal. hal.
Cap. Benedictus. 53. Hym.

O Celi Deus ſanctiſſime,
Qui lucidū centrū poli
Candore pingis igneo,

Augens

Augens decoro lumine.
O uarto die qui flammeam
Solis rotam conſtituens,
Lunę miniſtras ordinem,
Vagoſq; curſus ſiderum.
Vt noctibus vel lumini,
Diremptionis terminum,
Primordijs & menſium,
Signum dares notiſſimum.
Illumina cor hominum,
Abſterge ſordes mentium,
Reſolue culpę vinculum,
Euerte moles criminum.
Præſta pater piiſſime. fol. 2.

℣. Dirigatur dñe oro mea. ℟. Sicut incēſum in cōſpectu tuo.

Ad Mag. Aña. Reſpexit dominus humilitatem meam: & fecit in me magna, qui potens eſt.

Preces quę dicuntur vt ſup. 24.

FERIA QVINTA

Ad Veſper. Aña. Et omnis.
Tpe Paſc. Añ. Hallelu. pſ. 131.

MEmento dñe Dauid: & omnis manſuetudinis eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit Deo Jacob.

Si introiero in tabernaculum domus meę: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.

Si dedero ſomnū oculis meis: & palpebris meis dormitationē.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locū domino: tabernaculum Deo Jacob.

Ecce audiuimus eā in Ephrata: inuenimus eā in cāpis ſyluę.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.

Surge domine in requiē tuā: tu, & arca ſanctificationis tuę.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent.

Propter Dauid ſeruum tuū: non auertas faciem Chriſti tui.

Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eū: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodierint filij tui teſtamētum meum: & teſtimonia mea hęc quę docebo eos.

Et filij eorum vſq; in ſeculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.

Quoniam elegit dñs Sion: elegit eam in habitationem ſibi.

Hęc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo, qm elegi eā.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.

Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producā cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.

Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

Aña. Et omnis māſuetudinis eius. Aña. Ecce. Pſal. 132.

ECce quam bonum, & quā iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguētū in capite: quod deſcen-

Digitized by Google

deſcendit in barbam, barbam
Aaron.
Quod deſcendit in oram veſti/
menti eius: ſicut ros Hermon,
qui deſcēdit in montem Sion.
Quoniā illic mādauit dñs benedi/
In ctionem: & vitā vſq; in ſeculū.
gra/ Aña. Ecce quā bonū, & quā iu
dua/ cundū habitare fratres in vnū.
libus Aña. Omnia. Pſalmus 134.
addi Laudate nomen domini:
tur, laudate ſerui dominum.
Ecce Qui ſtatis in domo domini: in
nūc. atrijs domus Dei noſtri.
f. 62. Laudate dñm, qa bonus dñs:
pſallite nomini eius, qm̄ ſuaue.
Quoniā Jacob elegit ſibi dñs:
Iſrael in poſſeſſionem ſibi.
Quia ego cognoui quod ma/
gnus eſt dominus: & deus no/
ſter prę omnibus dijs.
Omnia quęcunque voluit do/
minus fecit in cęlo, & in terra: in
mari & in omnibus abyſſis.
Educēs nubes ab extremo ter/
rę: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit vētos de theſau
ris ſuis: q percuſſit primogenita
Aegypti, ab hoie vſq; ad pecus.
Et miſit ſigna, & pdigia in me
dio tui Aegypte: in Pharao/
nem, & in omnes ſeruos eius.
Qui percuſſit gentes multas: &
occidit reges fortes.
Seon regem Amorrhęorum,
& Og regem Baſan: & omnia
regna Chanaan.
Et dedit terrā eoꝝ hęreditatē:
hęreditatē Iſrael populo ſuo.

Domine nomen tuum in ęternum:
domine memoriale tuum in ge/
neratione, & generatione.
Quia iudicabit dñs populum
ſuū: & in ſeruis ſuis deprecabit.
Simulacra gentium argentu;
& aurū: opera manuū hominū.
Os habent, & nō loquent: ocu/
los habent, & non videbunt.
Aures habent, & non audient:
neq; enim eſt ſpūs in ore ipſoꝝ.
Similes illis fiāt, q faciunt ea:
& omnes qui confidunt in eis.
Domus Iſrael benedicite dño:
domus Aaron benedicite dño.
Domus Leui benedicite dño: q
timetis dñm benedicite dño.
Benedictus dñs ex Sion, q ha/
bitat in Jeruſalem. Aña. Oia
quęcūq; voluit dñs fecit. Aña.
Quoniam in ęternum. ps 135.
Confitemini domino, quo
niam bonus: quoniam in
ęternum miſericordia eius.
Confitemini Deo deorum: qm̄
in ęternum miſericordia eius.
Confitemini dño dñorum: qm̄
in ęternum miſericordia eius.
Qui facit mirabilia magna ſo/
lus: quoniam in ęternum miſe/
ricordia eius.
Qui fecit cęlos in intellectu:
qm̄ in ęternū miſericordia eius.
Qui firmauit terram ſuper a/
quas: quoniam in ęternum mi/
ſericordia eius.
Qui fecit luminaria magna:
qm̄ in ęternū miſericordia eius.
Solem in poteſtatē diei: qm̄ in

eternum miſericordia eius.
Lunã ꝛ ſtellas in poteſtatẽ no
ctis: qm̃ i eternũ miſericordia ei⁹.
Qui percuſſit Aegyptū cum
primogenitis eorum: quoniam
in eternum miſericordia eius.
Qui eduxit Iſrael de medio eo-
rum: quoniam in eternum mi-
ſericordia eius.
In manu potẽti, ꝛ brachio ex-
celſo: quoniam in eternum mi-
ſericordia eius.
Qui diuiſit mare rubrum in di
uiſiones: quoniam in eternum
miſericordia eius.
Et eduxit Iſrael per medium
eius: quoniam in eternum mi-
ſericordia eius.
Et excuſſit Pharaonẽ ꝛ vir-
tutem eius in mari rubro: qm̃
in eternum miſericordia eius.
Qui traduxit populum ſuum
per deſertum: quoniam in eter-
num miſericordia eius.
Qui percuſſit reges magnos:
qm̃ in eternũ miſericordia eius.
Et occidit reges fortes: qm̃ in
eternum miſericordia eius.
Seon regem Amorrheoꝝ: qm̃
in eternum miſericordia eius.
Et Og regem Baſan: quoniã
in eternum miſericordia eius.
Et dedit terrã eoꝝ hereditatẽ:
qm̃ in eternũ miſericordia eius.
Hereditatem Iſrael ſeruo ſuo:
qm̃ in eternũ miſericordia eius.
Quia in humilitate noſtra me-
mor fuit noſtri: quoniã in eter-
num miſericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis no-
ſtris: quoniam in eternum mi-
ſericordia eius.
Qui dat eſcam omni carni: qm̃
in eternum miſericordia eius.
Confitemini Deo celi: quoniã
in eternum miſericordia eius.
Confitemini dño dñoꝝ: qm̃ in
eternũ miſericordia eius. Aña.
Qm̃ in eternũ miſericordia eius.
Aña. Hymnũ cantate. Ps 136.
Super flumina Babylo-
nis illic ſedimus, ꝛ fleui-
mus: dũ recordaremur tui Siõ.
In ſalicibus in medio eius: ſu-
ſpendimus organa noſtra.
Quia illic interrogauerũt nos,
qui captiuos duxerunt nos: ver
ba cantionum.
Et qui abduxerũt nos: hymnũ
cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canti-
cum domini: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Jeruſalẽ:
obliuioni detur dextera mea.
Adhereat lingua mea faucib⁹
meis: ſi non meminero tui.
Si non propoſuero Jeruſalẽ:
in principio letitie mee.
Memor eſto dñe filioꝝ Edom:
in die Jeruſalem.
Qui dicunt exinanite, exinani-
te: vſq; ad fundamentum in ea.
Filia Babylonis miſera: bea-
tus qui retribuet tibi retributio
nẽ tuam, quã retribuiſti nobis.
Beatus q tenebit: ꝛ allidet par
uulos ſuos ad petrã. Añ Hym
nũ cãtate nobis de cãticis Siõ.

Te

Digitized by Google

Tpe Paſc. Ana. Alal. Aal. Aal.
Cap. Benedict9 Deus. Hym.

Magne Deus potentię:
Qui ex aqs ortu genus
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera.
Demerſa lymphis imprimēs,
Subuecta cęlis irrigans,
Vt ſtirpe vna prodita,
Diuerſa rapiant loca.
Largire cunctis ſeruulis,
Quos mūdat vnda ſanguinis,
Neſcire lapſus criminum,
Nec ferre mortis tędium.
Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Eliſa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Preſta pater piiſſime. fol. 2.
℣. Dirigatur dñe orō mea. ℟.
Sicut incēſum in ɔſpectu tuo.
Ad Mag. Ana. Fac Deus potentiā in brachio tuo: diſperde ſuperbos, ⁊ exalta humiles.
Preces qn dicr, vt ſup. fol. 24.

FERIA SEXTA
Ad Veſp. Ana. In conſpectu.
Tpe Paſch. Ana Aal. ps. 137.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniā audiſti verba oris mei.
In conſpectu angelorum pſallam tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum, ⁊ confitebor nomini tuo.
Super miſericordia tua, ⁊ veritate tua: qm̄ magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuū.
In quacunq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terrę: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs domini: quoniam magna eſt gloria domini.
Qm̄ excelſus dñs: ⁊ humilia reſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: ⁊ ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, ⁊ ſaluū me fecit dextera tua.
Dñs retribuet pro me, dñe miſericordia tua in ſeculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.
Ana. In cōſpectu angelorū pſallam tibi Deus meus. Ana. Domine probaſti. Pſalmus 138.

Domine probaſti me, ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meā, ⁊ reſurrectionem meam.
Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam, ⁊ funiculum meum inueſtigaſti.
Et oēs vias meas preuidiſti: qa non eſt ſermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima ⁊ antiqua: tu formaſti me, ⁊ poſuiſti ſuper me manum tuam.
Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata eſt, ⁊ non potero ad eam.
Quo ibo a ſpiritu tuo? ⁊ quo a facie tua fugiam?

Digitized by Google

Si aſcēdero in celū, tu illic es: ſi
deſcendero in infernum, ades.
Si ſumpſero pennas meas dilu
culo: ꝛ habitauero in extremis
maris.
Et enim illuc manus tua dedu
cet me: ꝛ tenebit me dextera tua.
Et dixi, forſitan tenebre cōcul-
cabunt me: ꝛ nox illuminatio
mea in delicijs meis.
Quia tenebre nō obſcurabun-
tur a te, ꝛ nox ſicut dies illumi-
nabitur: ſicut tenebre eius, ita ꝛ
lumen eius.
Quia tu poſſediſti renes me-
os: ſuſcepiſti me de vtero ma-
tris mee.
Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es: mirabilia opa
tua, ꝛ aīa mea cognoſcet nimis.
Non eſt occultatum os meū a
te quod feciſti in occulto: ꝛ ſub-
ſtātia mea in inferioribus terre.
Imperfectum meum viderunt
oculi tui, ꝛ in libro tuo omnes
ſcribentur: dies formabuntur
ꝛ nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati
ſunt amici tui Deus: nimis con
fortatus eſt principatus eorum.
Dinumerabo eos, ꝛ ſuper are-
nam multiplicabuntur: exur-
rexi, ꝛ adhuc ſum tecum.
Si occideris Deus peccatores:
viri ſanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitatiōe: acci
pient in vanitate ciuitates ſuas.
Nonne q oderūt te dñe oderā:
ꝛ ſup inimicos tuos tabeſcebā:
Perfecto odio oderam illos: ꝛ
inimici facti ſunt mihi.
Proba me Deus, ꝛ ſcito cor
meū: interroga me, ꝛ cognoſce
ſemitas meas.
Et vide ſi via iniquitatis in me
eſt: ꝛ deduc me in via eterna. Añ.
Dñe probaſti me: ꝛ cognouiſti
me. Añ. A viro iniquo. pſ 139.
Eripe me domine ab ho-
mine malo: a viro iniquo
eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates
in corde: tota die conſtituebant
prelia.
Acuerūt linguas ſuas ſicut ſer
pentes: venenū aſpidum ſub la-
bijs eorum.
Cuſtodi me domine de manu
peccatoris: ꝛ ab hominibus ini
quis eripe me.
Qui cogitauerunt ſupplātare
greſſus meos: abſconderunt ſu-
perbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in la-
queum: iuxta iter ſcādalum po-
ſuerunt mihi.
Dixi domino, Deus meus es
tu: exaudi domine vocem depre
cationis mee.
Domine domine virtus ſalutis
mee: obumbraſti ſuper caput
meum in die belli.
Ne tradas me domine a deſi-
derio meo peccatori: cogitaue-
runt contra me, ne derelinquas
me, ne forte exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor
labiorum ipſorum operiet eos.
Cadent

Digitized by Google

Cadent ſuper eos carbones: in ignem deijcies eos: in miſerijs non ſubſiſtent.

Uir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu.

Cognoui q2 faciet dñs iudiciũ inopis: ꝛ vindictam pauperuꝫ.

Ueruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: ꝛ habitabunt recti cũ vultu tuo. Añа. A viro iniquo libera me domine.

Añа. Domine clamaui. ps. 140.

Domine clamaui ad te, exaudi me: intẽde voci meę cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum.

Pone dñe cuſtodiã ori meo: ꝛ oſtium circunſtãtię labijs meis.

Non declines cor meum in verba malitię: ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: ꝛ non cõmunicabo cum electis eorum.

Corripiet me iuſtus, in miſericordia, ꝛ increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc ꝛ oratio mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt iuncti petrę iudices eoruꝫ.

Audient verba mea, quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terrę erupta eſt ſuper terram.

Diſſipata ſunt oſſa nr̃a ſecus infernum: quia ad te domine, domine oculi mei: in te ſperaui, nõ auferas animam meam.

Cuſtodi me a laqueo, queꝫ ſtatuerunt mihi: ꝛ a ſcandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſuꝫ ego donec tranſeaꝫ. Añа. Domine clamaui ad te, exaudi me. Antiph. Portio mea. Pſalmus 141.

Uoce mea ad dominũ clamaui: voce mea ad dominum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: ꝛ tribulationem meam ante ipſum pronuncio.

In deficiendo ex me ſpm̃ meũ: ꝛ tu cognouiſti ſemitas meas.

In via hac, qua ambulabam: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, ꝛ videbam: ꝛ non erat qui cognoſceret me.

Perijt fuga a me, ꝛ non eſt qui requirat animam meam.

Clamaui ad te domine: dixi, tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.

Intẽde ad deprecationẽ meã: quia humiliatus ſum nimis.

Libera me a pſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia aiam meã ad cõfitendũ nomini tuo: me expectãt iuſti, donec retribuas mihi.

Antiphona. Portio mea domine ſit in terra viuentium.

Digitized by Google

Tempore Paſchali. Aña. Halelulah, halah, halah. Cap.
Benedictus Deus. 53. Hym.

Plaſmator hominis Deus,
Qui cũcta ſolus ordinãs,
Humum iubes producere
Reptantis ⁊ feræ genus.
Qui magna rerum corpora,
Dictu iubentis viuida,
Ut ſeruiant per ordinem,
Subdens dediſti homini.
Repelle a ſeruis tuis,
Quicquid per immundicias
Aut moribus ſe ſuggerit,
Aut actibus ſe interſerit.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Diſſolue litis vincula,
Aſtringe pacis fœdera.
Præſta pater pijſſime. fol. 2.

℣. Dirigatur dñe oro mea. ℟. Sicut incẽſum in cõſpectu tuo.

Ad Mag. An. Depoſuit potẽtes ſanctos pſequẽtes, ⁊ exaltauit humiles Chriſtum confitentes.

Preces qñ dr̃, vt ſup. fol. 24.

SABBATHO

Ad Veſpe. Aña. Benedictus.
Tẽpore aũt Paſchali dr̃ Aña. Halelulah. Pſalmus 143.

Benedictus dominus Deus meus: q docet manus meas ad prælium, ⁊ digitos meos ad bellum.

Miſericordia mea ⁊ refugium meum: ſuſceptor meus, ⁊ liberator meus.

Protector meus, ⁊ in ipſo ſperaui: qui ſubdit populum meũ ſub me.

Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prætereunt.

Dñe, inclina cælos tuos, ⁊ deſcẽde: tãge mõtes, ⁊ fumigabunt.

Fulgura coruſcationes ⁊ diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, ⁊ conturbabis eos.

Emitte manũ tuã de alto, eripe me: ⁊ libera me de aquis multis: ⁊ de manu filiorũ alienorũ.

Quorũ os locutũ eſt vanitatẽ: ⁊ dextera eorũ, dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi.

Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuũ, de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorũ alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem: ⁊ dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filij ſicut nouellæ plantationes: in iuuentute ſua.

Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ, vt ſimilitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Oues eorum fœtoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis: boues eorum craſſæ.

Non eſt ruina maceriæ: neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum.

Beatum

Digitized by Google

Beatū dixerūt populū, cui hęc ſunt: beatus populus cuius dominus Deus eius. Aña. Bñdictus dñs Deus meus. Aña. Per ſingulos dies. pſal's 144.

Exaltabo te De' meus rex: z benedicā nomini tuo in ſeculum, z in ſeculum ſeculi.

Per ſingulos dies benedicā tibi: z laudabo nomē tuum in ſeculum, z in ſeculum ſeculi.

Magnus dominus z laudabilis nimis: z magnitudinis eius non eſt finis.

Generatio, z generatio laudabit opera tua: z potentiam tuaz pronunciabunt.

Magnificentiam glorię ſanctitatis tuę loquentur: z mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribilium tuorū dicent: z magnitudinem tuam narrabunt.

Memoriam abundantię ſuauitatis tuę eructabunt: z iuſtitia tua exultabunt.

Miſerator, z miſericors dñs: patiens, z multum miſericors.

Suauis dñs vniuerſis: z miſerationes eius ſup oia opa eius.

Confiteantur tibi domine oia opa tua: z ſācti tui bñdicāt tibi.

Gloriam regni tui dicent: z potentiam tuam loquentur.

Vt notam faciant filijs hominū potentiam tuam: z gloriam magnificentię regni tui.

Regnum tuum, regnū omniū ſeculorū: z dominatio tua in omni generatione, z generatione.

Fidelis dominus in omnibus verbis ſuis: z ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Alleuat dominus omnes q corruunt: z erigit omnes eliſos.

Oculi omniuz in te ſperant domine: z tu das eſcam illorum in tempore opportuno.

Aperis tu manū tuā: z imples omne animal benedictione.

Iuſtus dñs in oībus vijs ſuis: z ſanctus in oībus operib' ſuis.

Prope eſt dominus oibus inuocantibus eū: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatē timentiū ſe faciet, z deprecationem eorū exaudiet: z ſaluos faciet eos.

Cuſtodit dñs oēs diligētes ſe: z omnes peccatores diſperdet.

Laudationē domini loquetur os meum: z benedicat omnis caro nomini ſancto eius, in ſeculū z in ſeculū ſeculi. Añ. Per ſingulos dies benedicā tibi. Aña. Laudabo. Pſalmus 145.

Lauda aīa mea dñm: laudabo dñm i vita mea: pſallam Deo meo quandiu fuero.

Nolite cōfidere in principibus: in filijs hoīuz, in qb' nō eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius, z reuertetur in terram ſuā: in illa die peribunt oēs cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in dño Deo ipſius: qui fecit cęlum, z terraz: mare, z omnia quę in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatē i ſęculū: facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.
Dominus ſoluit compeditos: dominus illuminat cęcos.
Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.
Dñs cuſtodit aduenas, pupillum ⁊ viduam ſuſcipiet: ⁊ vias peccatorum diſperdet.
Regnabit dominus in ſecula: Deus tuus Sion in generatione, ⁊ generatione.
Aña. Laudabo Deū meū in vita mea. Aña. Deo nr̄o. ps 146.
Laudate dñm, qm̄ bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda, decoraq; laudatio.
Hedificans Jeruſalē dñs: diſperſiones Iſraelis cōgregabit.
Qui ſanat cōtritos corde: ⁊ alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem ſtellarum: ⁊ omnibus eis nomina vocat.
Magnus dominus noſter, ⁊ magna virtus eius: ⁊ ſapientię eius non eſt numerus.
Suſcipiens manſuetos dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram.
Precinite dño in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.
Qui operit cęlum nubibus: ⁊ parat terrę pluuiam.
Qui producit in montibus fenū: ⁊ herbā ſeruituti hominum.
Qui dat iumentis eſcā ipſorū: ⁊ pullis coruor̄ inuocantib' eū.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Beneplacitū eſt domino ſuper timentes eū: ⁊ in eis qui ſperāt ſuper miſericordia eius.
Aña. Deo noſtro iucūda ſit laudatio. Aña. Lauda. pſal. 147.
Lauda Jeruſalē dñm: lauda Deum tuum Sion.
Qm̄ cōfortauit ſeras portarū tuarū: benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te.
Qui emittit eloquiū ſuum terrę: velociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallū ſuā ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum, ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, ⁊ fluent aquę.
Qui annunciat verbum ſuum Jacob: iuſtitias, ⁊ iudicia ſua Iſrael.
Nō fecit taliter oī nationi: ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis.
Aña. Lauda Jeruſalem dñm. Tempore Paſchali. Antipho. Halleluiah, halah, halah. Cap.
O Altitudo diuitiarum ſapientię, ⁊ ſcientię Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, ⁊ inueſtigabiles vię eius. Ro. 11.
Hymnus.
O Lux beata Trinitas:
Et principalis vnitas,

Jam

Iam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecamur veſperi,
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſecula.
Deo patri ſit gloria. fol. 10.

℣. Veſpertina oratio aſcendat ad te domine. ℟. Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

Ad Magnificat. Antiphona. Suſcepit Deus Iſrael puerum ſuum: ſicut locutus eſt ad Abraham, & ſemen eius: exaltare humiles vſque in ſeculum.

¶ Cap. di in veſpe. Sabba. ab octa. Pẽteco. vſq; ad Aduẽt. & ab octaua Epipha. vſq; ad lxx. Hym. & verſi. etiam vſq; ad xl. Antiphona ad Mag. ab octa. Epipha. vſq; ad lxx. tm̃. Poſt Añã; di Oro ꝓpria: deinde fiũt ſeq. cõm. cões, ſeu ſuffragia ſctõrum: quę dĩr etiam ad Matut.

SVFFRAGIA SIVE Commemorationes.

¶ De Cruce in feriali offõ tm̃.

¶ Tempore autem Paſcha. nĩ alia commem. de Cruce omiſſis alijs commemorationibus, vt infra in feria ij. poſt Dominicam in Albis. fo. 200. Antiphona.

Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter. ℣. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo domine. Oremus.

Perpetua nos, quęſumus domine, pace cuſtodi: quos per lignum ſanctę Crucis redimere dignatus es.

De ſancta Maria, qñ non dicitur eius officium paruũ. Añã.

Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles: ora pro populo, interueni ꝓ clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant oẽs tuũ iuuamen, quicũq; celebrãt tuã ſanctam cõmemorationem.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur ꝓmiſſionibus Chri. Oremus.

Concede nos famulos tuos, quęſumus dñe Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui lętitia.

Ab oct. Epiph. vſq; ad Purificatione di ℣. Poſt partum virgo inuiolata ꝑmãſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

Oro. Deus qui ſalutis ęternę, poſt Completorium. folio. 63.

¶ De Apoſtolis. Antiphona.

Petrus Apoſtolus & Paulus doctor gentium, ipſi nos docuerunt legem tuam dñe.

℣. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram. ℟. Memores erunt nominis tui domine.

Ad Mag. Ana Glorioſi principes terrę, quomodo in vita ſua dilexerũt ſe, ita & in morte nõ ſũt ſeparati.

Digitized by Google

ſeparati. ℣. In oēm terrā exiuit ſonus eorū. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Deus, cuius dextera beatū Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapoſtolū eius Paulū tertio naufragantē de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius et cōcede: vt amborum meritis, eternitatis gloriā cōſequamur.

De Pace. Aña. Da pacē dñe in diebus noſtris, quia non eſt alius q̄ pugnet ꝓ nobis, niſi tu Deus noſter. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oremus.

Deus, a quo ſancta deſideria, recta ꝯſilia, et iuſta ſūt opera: da ſeruis tuis illam quā mundus dare nō poteſt pacē: vt et corda nr̄a mādatis tuis dedita, et hoſtiū ſublata formidine, tempora ſint tua ꝓtectione trāquilla. Per do. ℣. Dñs vob. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo gr̄as. ℣. Fideliū anime per miſericordiā Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde ſecreto Pater noſter.

¶ Sic terminatur officium vbi alia non ſequatur hora.

¶ Vltra dictas cōme. fit cōm. de Patrono Eccleſie ſuo loco ſecundū dignitatem Patroni.

¶ Dicte cōm. ſeu ſuffragia dr̄ ab oct. Pentec. vſq; ad Aduē. Et ab oct. Epiph. vſq; ad Dñicam Paſſionis, exceptis dup. et infra oct. Quādo dr̄ offm̄ beate Marie, non fit alia cōme. de ea.

¶ In feriali officio ante cōme. de S. Maria, et d̄ Apl'is primo fit cōmemoratio de Cruce, vt ſup.

AD COMPLETORIVM

Lector dicit Iube domne benedicere. Bñō. Noctē quietā et finē perfectū, cōcedat nobis dñs omnipotens. ℟. Amē. Lectio.

Fratres, Sobrij eſtote, et vigilate: q2 aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Tu autem domine miſerere noſtri. ℟. Deo gratias. ℣. Adiutorium noſtrum in nōie dñi. ℟. Qui fecit celum, et terrā.

Pater noſter. dicit totū ſecre. Deinde abſolute fit cōfeſſio cōis alternatim vt ſu. ad Primā. 12. Et facta abſolutione dicitur ℣.

Conuerte nos Deus ſalutaris nr̄. ℟. Et auerte irā tuam a nobis. ℣. Deus in adiutoriū meū intēde. ℟. Dñe ad adiuuandum. Aña. Miſerere mi. Tpe Paſc. Aña. Halelu. pš 4.

Cum inuocarē exaudiuit me De⁹ iuſtitie mee: i tribulatione dilataſti mihi. Miſerere mei: et exaudi orationem meam.

Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium. Scitote quoniā mirificauit dominus

minus sanctuz suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.
I rascimini, et nolite peccare: que dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris, compungimini.
S acrificate sacrificium iustitie: et sperate in domino: multi dicunt: quis ostendit nobis bona?
S ignatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, et olei sui: multiplicati sunt.
I n pace in idipsum: dormiam et requiescam.
Q uoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me. ps 30.

In te domine speraui, non confundar in eternum: in iustitia tua libera me.
I nclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
E sto mihi in deum protectorem, et in domum refugij: vt saluum me facias.
Q uoniam fortitudo mea et refugium meum es tu: et propter nomen tuum deduces me, et enutries me.
E duces me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
I n manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis. Psalmus 90.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.
D icet domino, susceptor meus es tu: et refugium meum: deus meus sperabo in eum.
Q uoniam ipse liberabit me de laqueo venantium: et a verbo aspero.
S capulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis.
S cuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno.
A sagitta volante in die, a negocio perambulante in tenebris: ab incursu, et demonio meridiano.
C adent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
V erumtamen oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorum videbis.
Q uoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.
N on accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Q uoniam angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
deceperunt Aegyptum, angu-
lū populoꝝ ei⁹. ℞. Ciuitas.71.
Ad Bñs. Añ. Tu es q ventu-
rus es dñe: quem expectamus,
vt ſaluum facias populū tuū.
Ad Mag. Añ. Qui poſt me ve
nit ante me factus eſt: cuius nō
ſū dignus calciamenta ſoluere.

FERIA SEXTA.

De Iſaia propheta. Le. prima.

ECce dñs diſſipabit terrā, 24.c.
⁊ nudabit eā, ⁊ affliget fa
ciē eius, ⁊ diſperdet habitato-
res eius. Et erit ſicut pplus, ſic
ſacerdos: ⁊ ſicut ſeruus, ſic dñs
eius: ſicut ancilla, ſic dña eius: ſi
cut emens, ſic ille q vendit: ſicut
fenerator, ſic is qui mutuo acci-
pit: ſicut q repetit, ſic qui debet.
Diſſipatione diſſipabit terra, ⁊
direptione p̄dabitur. Dñs enī
locutus eſt verbum hoc. ℞.
Ecce veniet.71. Lectio ij.

LUxit, ⁊ defluxit terra, ⁊
infirmata eſt. Defluxit or-
bis, īfirmata eſt altitudo ppli ter
rę. Et terra infecta eſt ab habita
toribus ſuis: q2 tranſgreſſi ſunt
leges, mutauerunt ius, diſſipa-
uerunt fędus ſempiternū. Pro
pter hoc maledictio vorabit ter
ram, ⁊ peccabunt habitatores
eius: ideoq; inſanient cultores
eius, ⁊ relinquentur homines
pauci. ℞. Sicut mr̃.71. Le. iij.

LUxit vindemia, īfirmata
eſt vitis, ingemuerunt oēs
qui lętabantur corde. Ceſſauit
gau-

gaudium tympanoꝝ, quieuit ſo/
nitus letantium, conticuit dulcedo
citharę. Cū cantico non bibent
vinū: amara erit potio bibenti/
bus illā. Attrita eſt ciuitas va/
nitatis, clauſa eſt ois domus nul
lo introeunte. Clamor erit ſup
vino in plateis, deſerta eſt ois lę
titia, trāſlatum eſt gaudiū terrę.
Relicta eſt i vrbe ſolitudo, ⁊ ca
lamitas opprimet portas. Quia
hęc erunt in medio terrę, in me/
dio ppłorum, quomodo ſi paucę
oliuę, q̄ remāſerūt, excutiant ex
olea, ⁊ racemi, cum fuerit finita
vindemia. Hi leuabūt vocē ſuā
atq; laudabunt: cum glorifica/
tus fuerit dn̄s, hinnient de ma/
ri. Propter hoc in doctrinis glo
rificate dn̄m, in inſulis maris no
men dn̄i Dei Iſrael. A finibus
terrę laudes audiuimus gloriā
iuſti. ℟. Jeruſalē plātabis. 71.
Ad Bn̄s. Añ. Dicite puſillani
mis, ꝯfortamini: Ecce dn̄s De'
noſter veniet. Ad Mag. Añā.
Cantate dn̄o canticum nouum:
laus eius ab extremis terrę.

SABBATHO.

De Iſaia pphera. Lcō prima.

C. 25. Domine deus meus es tu, ⁊
exaltabo te, ⁊ ꝯfitebor no
mini tuo, qm̄ feciſti mirabilia,
cogitationes antiquas fideles.
Amen. Quia poſuiſti ciuitatem
in tumulum, vrbem fortē in rui
nam, domum alienorum: vt non
ſit ciuitas, ⁊ in ſempiternum nō
ędificetur. Super hoc laudabit
te popul' fortis, ciuitas gentium
robuſtarum timebit te. Quia fa/
ctus es fortitudo pauperi: forti/
tudo egeno in tribulatione ſua:
ſpes a turbine, vmbraculum ab
ęſtu. ℟. Egredietur. 72. L. ij.

Spiritus enim robuſtoꝝ
quaſi turbo impellens pa/
rietē. Sicut ęſtus in ſiti, tumultū
alienoꝝ humiliabis: ⁊ quaſi ca/
lore ſub nube torrente propagi/
nem fortium marceſcere facies.
Et faciet dn̄s exercituum omni/
bus populis in monte hoc conui
uium pinguium, conuiuium vin
demię: pinguium medullatoꝝ
vindemię defecatę. Et pcipita/
bit in monte iſto faciem vinculi
colligati ſup oēs populos, ⁊ te/
lam quā orditus eſt ſup oēs na
tiones. ℟. Feſtina, ne. 72. L. iij.

PRecipitabit mortē in ſem
piternum, ⁊ auferet dn̄s
Deus lacrymā ab omni facie, ⁊
opprobriū populi ſui auferet de
vniuerſa terra, quia dn̄s locu/
tus eſt. Et dicet in die illa: Ecce
Deus noſter iſte, expectauimus
eum, ⁊ ſaluabit nos: iſte dn̄s, ſu/
ſtinuimus eū: exultauimus, ⁊ lę
tabimur in ſalutari eius. Quia
requieſcet manus dn̄i in monte
iſto, ⁊ triturabitur Moab ſub
eo, ſicuti teruntur paleę in plau
ſtro. Et extendet manus ſuas
ſub eo, ſicut extendit natans ad
natandum: ⁊ humiliabit gloriam
eius cum alluſione manuū ei'. Et
munimenta ſublimium muroꝝ

mox cōcident: ꝛ humiliabunt ꝛ detrahentur in terraꝫ vſqꝫ ad puluerē. ℟. Ecce dominus. 72. Ad Bñs. Ana. Leuabit dominus ſignum in nationibus: ꝛ congregabit diſperſos Iſrael.

Ad Veſperas. Capitulum.

phil. ca. 4 FRatres, Gaudete in dño ſemꝑ, iterū dico gaudete: modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: dñs enim ꝓpe eſt. Hym. Cōditor. 68. ℣. Rorate celi. 69. Ad Mag. Añ. Ante me nō eſt format' De', ꝛ poſt me nō erit: qa mihi curuabit oē genu, ꝛ cōfitebitur omnis lingua. Oratio.

AUrem tuā, queſumus domine, precibus noſtris accōmoda: ꝛ mentis noſtre tenebras, gr̄a tue viſitationis illuſtra. Qui viuis ꝛ, ꝛ reg. cū deo.

DOMINICA III. Aduentus.

Ad Matut. Inuit. Prope eſt iam dñs, Venite adoremus. Et dr̄ quotidie vſqꝫ ad vigiliaꝫ Nati. Dñi. Hym. Verbū. 67. De Iſaia ꝓpheta. Lectō prima.

c. 26. IN die illa cantabitur canticū iſtud in terra Iuda. Urbs fortitudinis nr̄e Sion Saluator, ponetur in ea murus, ꝛ antemurale, Aperite portas, ꝛ ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem. Uetus error abijt: ſeruabis pacem, pacem quia in te ſperauimus. Sperastis in dño in ſeculis eternis, in dño Deo forti in perpetuum. Quia incuruabit habitantes in excelſo, ciuitateꝫ ſublimē humiliabit: humiliabit eā vſqꝫ ad terrā, detrahet eā vſqꝫ ad puluerē. Conculcabit eā pes, pes pauperis, greſſus egenorū. ℟. Ecce apparebit dñs ſup nubē candidā. Et cum eo ſanctorūꝫ millia: ꝛ habebit in veſtimento, ꝛ in femore ſuo ſcriptum, rex regum, ꝛ dñs dñantium. ℣. Apparebit in finem, ꝛ non mentietur: ſi moram fecerit, expecta eū: quia veniens veniet. Et. Lectio ij.

SEmita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulādū: ꝛ in ſemita iudiciorum tuorūꝫ dñe ſuſtinuimus te: nomē tuū, ꝛ memoriale tuum in deſiderio anime. Aīa mea deſiderauit te in nocte: ſed in ſpū meo in ꝓcordijs meis de mane vigilabo ad te: cū feceris iudicia tua in terra, iuſtitiā diſcēt habitatores orbis. Miſereamur impio: ꝛ nō diſcet iuſtitiā: in terra ſanctorū iniqua geſſit, ꝛ nō videbit gloriā dñi. ℟. Bethleē ciuitas Dei ſummi ex te exiet dominator Iſrael: ꝛ egreſſus eius ſicut a principio dierūꝫ eternitatis, ꝛ magnificabit in medio vniuerſe terre: Et pax erit in terra noſtra, dum venerit. ℣. Loquetur pacē gentibus, ꝛ poteſtas eius a mari vſqꝫ ad mare. Et pax. Lectio tertia.

Domine

Digitized by Google

DOmine exaltetur manus tua, vt nõ videāt: videāt, & confundātur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret: dñe dabis pacē nobis: oīa enim opera nr̃a operatus es nobis. Dñe de' nr̃ poſſederũt nos dñi abſq3 te, tantũ in te recordemur nominis tui. Morientes nõ viuant, gigantes nõ reſurgant: propterea viſitaſti, & contriuiſti eos, & ꝑdidiſti oēm memoriam eorũ. ℟. Qui venturus eſt veniet, & nõ tardabit, & iā non erit timor in finibus noſtris: Quoniā ipſe eſt Saluator nr̃. ℣. Deponet oēs iniquitates noſtras: & proijciet in profundu3 maris omnia peccata nr̃a. Quõ. Glo. Quõ.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

QUod tp̃is ratio, & deuotionis nr̃ę admonet cõſuetudo, paſtorali vobis, dilectiſſimi, ſolicitudine ꝑdicamus. Decimi menſis celebrandũ eſſe ieiuniũ, quo pro cõſummata ꝑceptione oīum fructuũ, digniſſime largitori eorũ Deo cõtinētię libamē offertur. Quid enim poteſt efficacius eſſe ieiunio? cuius obſeruātia appropinquamus Deo: & reſiſtentes diabolo, vitia blanda ſupamus. ℟. Iherusalē noli flere: q2 dñator tuus veniet tibi: ante cuius cõſpectũ mouebuntur abyſſi. Liberare populũ ſuũ de manu potētię. ℣. Ecce veniet dñs exercituũ, Deus tuus cum poteſtate magna. Liberāt. L. v.

SEmp enim virtuti cibus ieiuniũ fuit. De abſtinentia deniq3 ꝓdeũt caſtę cogitationes, rationales volũtates, ſalubriora cõſilia, & per voluntarias afflictiones caro cõcupiſcētijs morit, virtutibus ſpiritus innouatur. Sed q2 non ſolo ieiunio animarũ noſtraru3 ſalus acquiritur: ieiuniũ noſtrũ miſericordijs pauperũ ſuppleamus. Impēdamus virtuti quod ſubtrahim' voluptati. Fiat refectio pauperis, abſtinētia ieiunātis. ℟. Prope eſt, vt veniat tēpus eius, & dies eius nõ elongabuntur. Miſerebitur dñs Jacob: & Iſrael ſaluabit. ℣. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas. Miſerebit. Lcõ vi.

STudeamus viduar̃ defēſioni, pupillor̃ vtilitati, lugētiũ cõſolationi, diſſidētiũ paci. Suſcipiat ꝑegrinus, adiuuetur oppreſſus, veſtiat nudus, foueat ęgrotus: vt quicunq3 nr̃m de iuſtis laboribus auctori bonor̃ oium Deo ſacrificiũ huius pietatis obtulerit, ab eodem regni cęleſtis ꝑmiũ ꝑcipere mereatur. Quarta igit, & ſexta feria ieiunem', ſabbatho aũt apud beatũ Petrũ apoſtolum pariter vigilemus: cuius ſuffragantibus meritis, quę poſcimus, impetrare poſſimus per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ, qui cũ patre, & ſctõ ſpiritu viuit & regnat in ſecula ſęculor̃. Am. ℟. De

ſcēdet dñs ſicut pluuia in vell': Orietꝰ in diebus eius iuſtitia, ⁊ abundantia pacis. ℣. Et adorabunt eū oēs reges, oēs gentes ſeruient ei. Orietꝰ. Glo. Orietꝰ.
Lcō ſ. euāg. ſm Johānē. L. vij.
cap. I In illo tpe: Miſerunt Judei ab Jeroſolymis Sacerdotes, ⁊ Leuitas ad Johannem: vt interrogarent eum: Tu quis es? Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

Hec hui' nobis lectionis verbis, fratres cariſſimi, Johānis humilitas cōmendatꝰ: q cum tantę virtutis eſſet vt Chřs credi potuiſſet, elegit ſolide ſubſiſtere in ſe, ne humana opinione raperetꝰ inaniter ſupſe. Nā cōfeſſus eſt, ⁊ nō negauit: ⁊ ꝯfeſſus eſt, quia non ſuꝫ ego Chriſtus. Sed q dixit, nō ſuꝫ, negauit plane qd̄ non erat, ſed non negauit quod erat: vt veritatē loquēs, ei' membrū fieret, cuius ſibi nomē fallaciter non vſurparet. Cuꝫ ergo nō vult appetere nomē Chriſti, factus eſt membruꝫ Chri: qꝛ duꝫ infirmitatē ſuā ſtuduit humiliter agnoſcere, illius celſitudinē meruit veraciter obtinere. ℟. Ueni dñe, ⁊ noli tardare, relaxa facinora plebi tuę: Et reuoca diſperſos in terrā ſuā. ℣. Excita dñe potentiaꝫ tuam, ⁊ veni, vt ſaluos facias nos. Et. L. viij.

Sed cum ex lectione alia redēptoris nři ſententia ad mentes reducitꝰ, ex huius lectionis verbis nobis queſtiō valde implexa generatꝰ. Alio quippe in loco inqſitus a diſcipulis dñis de aduētu Elię rñdit: Elias iam venit, ⁊ non cognouerunt eum, ſed fecerunt in eum q̄cunqꝫ voluerunt: ⁊ ſi vultis ſcire, Johannes ipſe eſt Elias. Reqſitus autēꝫ Johannes dicit: Non ſum Elias. Quid eſt hoc fratres cariſſimi? qꝛ qd̄ veritas affirmat, hoc propheta veritatis negat. Ualde nāqꝫ inter ſe diuerſa ſūt, ipſe eſt, ⁊ nō ſuꝫ. Quomodo ergo ꝓpheta veritatis eſt, ſi eiuſdē veritatis ſermonibus cōcors nō eſt? ℟. Ecce radix Jeſſe deſcendet in ſalutem populoꝝ: ipſum gentes deprecabuntꝰ. Et erit nomen eius glorioſuꝫ. ℣. Dabit ei dñs deus ſedem Dauid patris eius, ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum. Et. Lectio ix.

Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa requiratꝰ, hoc, qd̄ inter ſe ꝯtrariuꝫ ſonat, quomodo contrariuꝫ non ſit inuenitꝰ. Ad Zachariaꝫ nanqꝫ de Johanne Angelus dicit, ipſe pręcedet ante illum in ſpiritu, ⁊ virtute Elię. Qui idcirco venturus in ſpū, ⁊ virtute Elię dr̄, quia ſicut Elias ſecūdū dñi aduentū ꝑueniet, ita Johannes pręuenit primū: ⁊ ſicut ille pręcurſor venturus eſt iudicis, ita iſte factus eſt ꝑcurſor redemptoris. Johannes igitꝰ in ſpiritu Elias erat, in pſona Elias non erat. Quod ergo dñs fatetꝰ

de

de ſpiritu, hoc Johannes dene/
gat de perſona. ℟. Docebit
nos dñs vias ſuas: & ambulabi
mus in ſemitis eius: Quia de
Sion exibit lex, & verbū dñi de
Jeruſalem. ℣. Uenite aſcenda/
mus ad montē dñi, & ad domū
dei Jacob. Quia. Glo. Quia.
Ad Laudes, & p horas. Aña.
VEniet dñs, & non tardabit,
& illuminabit abſcondita
tenebrarū, & manifeſtabit ſe ad
omnes gentes, halleluiah. ps.
Dñs reg. 8. cū rel. Aña. Jeru/
ſalem gaude gaudio magno, q̄
veniet tibi Saluator, hal. Aña.
Dabo in Sion ſalutem: & in Je
ruſalem gloriam meam, hallab.
Aña. Montes, & omnes colles
humiliabunt: & erunt praua in
directa, & aſpera in vias planas:
veni dñe, & noli tardare, hallab.
Aña. Juſte, & pie viuamus, ex/
pectantes beatā ſpem, & aduētū
dñi. Cap. Fr̄es, Gaudete. 74.
Hymnus. Vox clara. fol. 68. ℣.
Vox clamātis. Ad Bñs. Añ.
Sup ſolium Dauid, & ſuper re/
gnum eius ſedebit in ęternum,
halleluiah. Oratio vt ſupra.
Ad iij. Antiphona. Jeruſalē.
Cap. Fratres, Gaudete. 74.
Feria hec. i. Dnicę. ℟. Ueni
ad liberan. & Timebunt. 67.
Ad vi. Añ. Dabo. Capitulū.
phil. 4. NIhil ſoliciti ſitis: ſed in om
ni orōne, & obſecratiōe, cū
gratiarū actione, petitiones ve
ſtrę innoteſcant apud Deū. ℟.

Oſtende. & Memento. fol. 67.
Ad ix. Aña. Juſte & pie. Cap.
ET pax dei, q̄ exuperat oēm
ſenſum, cuſtodiat corda ve
ſtra, & intelligentias veſtras in
Chrō Jeſu dño nr̄o. ℟. Deo
grās. ℟. Sup te. & Dñe. 67.
Ad Veſpe. Aña. Ueniet dñs.
cum rel. ps. Dixit dominus. 52.
cum rel. Cap. Fratres, Gau/
dete. Hymn. Conditor. 68. ℣.
Rorate cę. 69. Ad Mag. Añ.
Beata es Maria, q̄ credidiſti
domino: perficientur in te, quę
dicta ſunt tibi a domino, hallab.
¶ Hec aña ptermittit ſi hodie
ei' loco ponēda ſit vna ex Añis
maioribus vt infra: qbus ſemp
cedūt Anę proprię alijs diebus
ad Magnificat aſſignatę.
¶ Sequētes Anę maiores ad
Mag. incboant die 17. Decē. &
ſingulę in princi. & in fine ſicut ſ
duplicioñr itegrę p ordinē vſq;
ad diē antevig. Nat. Si vero fe
ſtū fuerit, dixr poſt Orōnē feſti
pro cōmem. Aduentus. Aña.
O Sapientia, quę ex ore al/
tiſſimi prodyſti, attingēs 17
a fine vſque ad finem, fortiter
ſuauiterque diſponens omnia:
veni ad docendum nos viam
prudentię. Antiphona.
O Adonai & dux domus Iſrael, 18
qui Moyſi in igne flammę ru/
bi apparuiſti, & ei in Sina legē
dediſti: veni ad redimendū nos
in brachio extento. Antipho.
O radix Jeſſe, qui ſtas in ſignū 19

Digitized by Google

populorum, ſuper quem conti- nebunt reges os ſuum, quē gen tes deprecabuntur: veni ad libe rādū nos, iā noli tardare. Añа.
20 O clauis Dauid, & ſceptrū domus Iſrael, qui aperis, & nemo claudit, claudis, & nemo aperit: veni, & educ vinctū de domo carceris, ſedentem in tenebris, & vmbra mortis. Antiphona.
21 O oriens, & ſplendor lucis ęternę, & ſol iuſtitię: veni, & illumina ſedentes in tenebris, & vmbra mortis. Antiphona.
22 O rex gentium, & deſideratus earū, lapiſq; angularis, qui facis vtraq; vnū: veni ſalua hoiem, quem de limo formaſti. Añа.
23 O Emmanuel rex, & legifer noſter, expectatio gentium, & Saluator earum, veni ad ſaluandum nos domine Deus noſter.

Sequētes Añę ad Lau. & per hor. dñr in ſex ferijs ante vigil. Nati. incipiēdo die 17. Decēb. ab Añis: quę ferię illius diei aſſignant. Silr & alię dicũr in proprijs fer. vſq; ad Vig. Natiuit. Quod ſi dies 17. fuerit Dñica, Añę inchoant ſeq. fer. quę erit dies 18. Decēb. Quę autē dicēdę eſſent die quo occurrit feſtū S. Tho. dñr in Sabb. cū pſal. de laud. ſabbathi, quarta aña prętermiſſa, cuius loco dr Aña. Expectetur. niſi Vig. Natiuit. venerit i Dñica: tūc enim in ſabba. dñr Añę, de lau. dnicę, qrta prętermiſſa, cuius loco dr Aña. Expectet. Aña ad Bñs, & orō, dicitur vt in Sabba. ponitur.

Añę vero d laud. q̃ occurrūt in die S. Tho. eo anno ptermittunt: & in dñica tūc dñr añę de vig. vt infra dr in rub. de Vig. Silr omitt Aña. Expectet. qñ iſtud feſtū in Sabb. venerit.

FERIA SECVNDA.

Ad Laudes, & p Horas. Aña.

ECce veniet dñs princeps regū terrę: beati qui parati ſunt occurrere illi. Pſalmi eiuſdem ferię. 23. Aña. Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidē ſuper terrā? Aña. Ecce iam venit plenitudo temporis, in quo miſit Deus filium ſuum in terras. Aña. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Aña. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo, veniet vt ſaluet populum ſuum.

FERIA TERTIA.

Ad Laudes, & p Horas. Aña.

ROrate cęli deſup, & nubes pluāt iuſtū: aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Pſalmi eiuſdē ferię. 29. Aña. Emitte agnū domine dominatorem terrę: de petra deſerti ad montē filię Sion. Aña. Vt cognoſcamus dñe in terra viam tuā, in oibus gentibus ſalutare tuū. Aña. Da mercedē dñe ſuſtinētibus te: vt pphetę tui fideles inueniantur. Aña. Lex per Moyſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtū facta eſt.

Feria

Digitized by Google

FERIA QVARTA.

Ad Laudes, & p horas. Aña.

PRophete pdicauerūt naſci Saluatorez de virgine Maria. Pſal's eiuſdē ferie. 33. Aña. Spūs dñi ſup me euāgelizare pauperib' miſit me. An. Propter Sion non tacebo, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius. Añ. Ecce veniet dñs, vt ſedeat cum principibus, & ſolium glorie teneat. Aña. Annunciate populis, & dicite: ecce Deus Saluator noſter veniet.

FERIA QVINTA.

Ad Laudes, & p horas. Aña.

DE Siō veniet dñs omnipotens, vt saluū faciat populū ſuuz. Pſal. eiuſdē fer. 39. Añ. Cōuertere dñe aliquātulūz, & ne tardes venire ad ſuos tuos. Aña. De Sion veniet q regnaturus eſt dñs: Emmanuel magnū nomē eius. Aña. Ecce deus meus, & honorabo eū, deus patris mei, & exaltabo eū. Añ. Dñs legifer noſter, Dñs rex noſter, ipſe veniet, & ſaluabit nos.

FERIA SEXTA.

Ad Laudes, & p horas. Aña.

COnſtātes eſtote, videbitis auxiliuz domini ſup vos. Pſalm eiuſdē ferie. 44. Aña. Ad te domine leuaui animam meam: veni, & eripe me, dñe ad te ↄfugi. Aña. Veni dñe, & noli tardare: relaxa facinora plebi tue Iſrael. Aña. Deus a Libano veniet: & ſplendor eius ſicut lumen erit. Aña. Ego autem ad dñm aſpiciam, & expectabo deum Saluatorem meū.

SABBATHO.

Antiphone ſm ſuperiorē rub. Ad Cāticū vero Antiphona. Expectet ſicut pluuia eloquiuz meum: & deſcendat ſuper nos ſicut ros Deus noſter.

In feſto S. Thome pro cōme. Aduentus. Ad Bñs. Aña. Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos dominus noſter.

¶ Si ꝓo ↄtingat feſtuz S. Tho. trāsferri in ij. fer. Aña pdicta dī in dñica loco ane. Aue Maria.

Vltimo die ante Vig. Natiuit. Ad Bñs. Aña. Ecce cōpleta ſunt omnia, que dicta ſunt per Angelum de virgine Maria. Quibus antiphonis cedūt alie añ. in proprijs locis aſſignate.

FERIA SECVNDA.

Dicitur Officiuz Defunctoꝝ.

De Iſaia ꝓpheta. Lcō prima.

VAe corone ſupbie, ebrijs 28. c.
Ephraim, & flori decidenti glorie exultationis eius, q erāt in vertice vallis pinguiſſime errātes a vino. Ecce validus & fortis dñs, ſicut impetus grādinis turbo cōfringens, ſicut impetus aquarū multaꝝ inundāntium, & emiſſaꝝ ſup terrā ſpacioſaz. Pedibus cōculcabit corona ſuperbie ebrioꝝ Ephraim. ℟. Ecce appa. 74. Vſ ia j. noc. dñice. j. y.

ET erit flos decidens glorie exultationis eius, qui eſt

eſt ſup verticez vallis pinguiuz, quaſi temporaneū ante maturitatem autumni: quod cum aſpexerit videns, ſtatim vt manu tenuerit deuorabit illud. In die illa erit dñs exercituum corona glorię, ⁊ ſertū exultationis reſiduo populi ſui, ⁊ ſpiritus iudicij, ſedenti ſup iudicium, ⁊ fortitudo reuertētib' de bello ad portā. Uerū hi quoq; pre vino neſcierunt, ⁊ pre ebrietate errauerūt: ſacerdos ⁊ ꝓpheta neſcierūt pre ebrietate: abſorpti ſunt a vino. ℟. Bethlehē ci.74. L.ij.

Idcirco hec dicit dñs De': ecce ego mittā in fundamentis Sion lapidez, lapidem ꝓbatum, angularez, ꝑcioſum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non feſtinet. Et ponā in pondere iudiciū, ⁊ iuſtitiā in menſura, ſubuertet grando ſpez mendacij, ⁊ protectionez aquę inundabunt. Et delebit fędus veſtrū cum morte, ⁊ pactuz veſtruz cū inferno non ſtabit. ℟. Qui vent.75. Ad Bñs. Aña. Egredie virga de radice Ieſſe, ⁊ replebitur omnis terra gloria dñi: ⁊ videbit omnis caro ſalutare Dei. Ad Magni. Aña. Beatā me dicent oēs generationes, q2 ancillā humilez reſpexit Deus. Alia dicēda ſit An. O.

FERIA TERTIA.

De Iſaia ꝓpheta. Lcō prima.

ca.30 Expectat dñs vt miſereatur vſi, ⁊ ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij dominus: beati omnes qui expectant eum. Populus eniz Syon habitabit in Jeruſalem, plorans nequaquam plorabis, miſerens miſerebitur tui: ad vocez clamoris tui, ſtatim vt audierit reſpōdebit tibi. Et dabit vobis dominus panē arctū, ⁊ aquam breuem, ⁊ non faciet auolare a te vltra doctorē tuum: ⁊ erunt oculi tui videntes pręceptorem tuuz. ℟. Aegypte noli fle.75. Reſpōſoria ij. nocturni de Dominica vt ſupra. Lectio ſcda.

Et Gredere, dices ei: ⁊ dabit pluuiā ſemini tuo vbicūq; ſeminaueris in terra, ⁊ panis frugum terrę erit vberrimus, ⁊ pinguis. Paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpacioſe: ⁊ tauri tui ⁊ pulli aſinoꝝ qui operantur terram, commiſtum migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt. Et erunt ſuper oēm montez excelſuz, ⁊ ſup oēm collem eleuatū riui currentium aquaꝝ in die interfectionis multorum: cum ceciderint turres. ℟. Prope eſt.75. Lectio iij.

Et erit lux Lunę ſicut lux Solis, ⁊ lux Solis erit ſeptēpliciter ſicut lux ſeptez dieꝝ in die qua alligauerit dñs vulnus populi ſui, ⁊ pcuſſuraz plagę eius ſanauerit. Ecce nomen dñi venit de lōginquo: ardēs furor eius, ⁊ grauis ad portandū: labia eius repleta ſunt indignatione

tione: lingua ei⁹, quaſi ignis de-
uorans. Spiritus eius velut tor-
rens inundans vſq; ad medium
colli, ad pdendas gentes in ni-
hilum, & frenū erroris, quod erat
in maxillis populoꝝ. ℟. De-
ſcendet dñs. 75. Ad Bñs. Añ.
Tu Bethlehem, terra Juda, nō
eris minima: ex te enim exiet dux
qui regat pplm meum Iſrael.
Ad Mag. Añ. Eleuare eleua-
re, & ꝯſurge Jeruſalem: ſolue vin
cula colli tui captiua filia Siō.
Niſi dicenda ſit Antipho. O.

FERIA QVARTA
Quatuor temporum.

Lcō ſ. euāg. ſm Lucā. Lectio i.

ca. i. In illo tpe: Miſſus eſt Ga-
briel angelus a Deo in ci-
uitatem Galileę, cui nomen Na-
zareth, ad virginem deſponſa-
tam viro, cui nomen erat Jo-
ſeph, de domo Dauid, & nomen
virginis Maria. Et reliqua.

Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Latet quidem diuina myſte-
ria: nec facile, iuxta ꝓphe-
ticū dictum, quiſquam hominum ſci-
re poteſt ꝯſilium Dei: ſed tamen
ex cęteris factis, & pręceptis do-
mini Saluatoris poſſumus in-
telligere: & hoc propenſioris
fuiſſe conſilij, ꝙ ea potiſſimum
electa eſt, vt dñm pareret, quę
erat deſponſata viro. Cur autem
non antequā deſponſaretur, im-
pleta eſt? Forataſſe ne diceretur,
ꝙ cōceperat ex adulterio. ℟.
Clama in fortitudine, q annū-
cias pacem in Jeruſalem: Dic ci-
uitatibus Jude, & habitatorib⁹
Sion, ecce Deus noſter quem
expectabamus adueniet. ℣. Su-
pra montem excelſum aſcende-
tu, qui euangelizas Sion, exal-
ta in fortitudine vocem tuam.
Dic ciuitatibus. Lectio ij.

Et ingreſſus ad eam Ange-
lus. Diſce virginē moribꝰ,
diſce virginem verecundia, diſce
virginē oraculo, diſce myſterio.
Trepidare virginum eſt, & ad om-
nes viri ingreſſus pauere, oēs vi-
ri affatus vereri. Diſcant mulie-
res ꝓpoſitum pudoris imitari.
Sola in penetralibus, quam ne-
mo virorum videret, ſolus An-
gelus reperiret: ſola ſine comite:
ſola ſine teſte: nequo degenere
deprauaretur affatu, ab Ange-
lo ſalutatur. ℟. Orietur ſtella
ex Jacob: & exurget homo de
Iſrael: & confringet omnes du-
ces alienigenarum. Et erit oīs
terra poſſeſſio eius. ℣. Adora-
bunt eum omnes reges terrę, om-
nes gentes ſeruient ei. Et. L. iij.

Tantum enim mandati my-
ſterium non hominis fuit,
ſed Angeli ore promendū. Ho-
die primum auditur, Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te. Et au-
ditur, & creditur. Denique, ecce
inquit, ancilla dñi: contingat mi-
hi ſecundū verbū tuū. Vide hu-
militatem, vide deuotionem: an-
cillam ſe dicit dñi, quę mater eli-
gitur, nec repentino exaltata ꝓ-
miſſo

Digitized by Google

miſſo eſt. ℞. Modo veniet dñs rector dñs. Et nomen eius Emmanuel vocabit. ℣. Orietur in diebus eius iuſtitia, ⁊ abũdãtia pacis. Et nomẽ. Gloria. Et nomẽ. Ad Bñs. An. Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam virginẽ deſpõſatam Joſeph. Oro.

Preſta, q̃ſumus, omnipotens Deus: vt redemptionis noſtrę ventura ſolẽnitas, ⁊ pręſentis nobis vitę ſubſidia cõferat, ⁊ ęternę beatitudinis pręmia largiatur. Per dominum. Et dr ad oẽs hor. p̃terq̃ȝ i veſp. Ad Magn. Aña. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbum tuuȝ. Niſi dicenda ſit Antipho. O. Poſt preces, dr oro dñicę p̃ced.

FERIA QVINTA.

De Iſaia pph̃eta. Lcõ prima.

ca. 33 Ve qui p̃daris, nõne ⁊ ipſe pręda beris? ⁊ qui ſpernis, nõne ⁊ ipſe ſperneris? cum cõſummaueris depręda tionem, deprędaberis: cuȝ fatigatus deſieris cõtẽnere, cõtẽneris. Dñe miſerere nr̃i: te enim expectauimus: eſto brachiũ nr̃m in mane, ⁊ ſalus noſtra in tp̃e tribulationis. ℞. Egredietur dñs, ⁊ p̃liabitur cõtra gentes. Et ſtabũt pedes eius ſupra mõtes oliuarũ ad orientẽ. ℣. Et eleuabitur ſuper omnes colles, ⁊ fluent ad eum omnes gentes. Et. Lcõ ij.

A Voce angeli fugerunt populi, ⁊ ab exaltatione tua diſperſę ſunt gẽtes. Et ↄgregabũtur ſpolia veſtra, ſicut colligitur bruchus: velut cuȝ foſſę plenę fuerint de eo. Magnificatus eſt dñs: quĩ habitauit in excelſo: impleuit Sion iudicio ⁊ iuſtitia. Et erit fides in tẽporibus tuis. Diuitię ſalutis ſapientia, ⁊ ſciẽtia: timor dñi ipſe eſt theſaurus eius. ℞. Pręcurſor pro nobis ingreditur, agnus ſine macula ſecundũ ordinem Melchiſedech. Põtifex fact⁹ eſt in ęternum, ⁊ in ſęculũ ſęculi. ℣. Ipſe eſt rex iuſtitię, cuius generatio nõ habet finem. Põtifex. L. iij.

Conterriti ſunt in Siõ peccatores: poſſedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorãte? aut qs habitabit ex vobis cũ ardoribus ſempiternis? Qui ambulat in iuſtitijs, ⁊ loquitur veritatem: qui proijcit auaritiã ex calumnia, ⁊ excutit manus ſuas ab omni munere: qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, ⁊ claudit oculos ſuos ne videat malum: iſte in excelſis habitabit: munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt: aquę eius fideles ſunt: ⁊ regẽ in decore ſuo videbunt: ⁊ oculi eius cernent terram de longe. ℞. Videbũt gentes iuſtũ tuũ, ⁊ cuncti reges inclytũ tuuȝ, Et vocabit tibi nomẽ nouũ, quod os dñi nominauit. ℣. Et eris corona glorię in manu dñi, ⁊ diadema regni in manu Dei tui.

Et

Digitized by Google

Et vocabit. Gl'oria. Et vocab. Ad Bñs. Añia. Vigilate aio: in primo est dñs Deus noster. Nisi occurrat festū s. Thomę, q͂ tunc ea pręteriiſſa dr̄ Añia. Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos dominus noster. Nō et seruat in seq. diebus, qñ illud festū occur. Ad Mag. añ. Lętamini cū Jerusalē, ⁊ exultate in ea oēs, qui diligitis eam in ęternū. Nisi dicēda sit An. O.

FERIA SEXTA
Quatuor temporum.

cap. i Lcō s. euag. ƀm Lucā. Lectio i.

In illo tpe: Exurgens Maria abijt in Mōtana cū festinatione in ciuitatē Judę, ⁊ intrauit in domuȝ Zacharię, ⁊ salutauit Elisabeth. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosii ēpiscopi.

Morale est oībus, vt qui fidē exigunt, fidē astruāt. Et ideo angelus, cū abscondita nunciaret, vt fides astrueretur exēplo, senioris fęminę, sterilisq́ cōceptum virgini Marię nunciauit: vt possibile Deo oē quod ei placuerit, assereret. Ubi audiuit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exēplo, sed quasi lęta pro voto, religiosa ꝓ officio, festina pręgaudio in Montana perrexit. Quo eniȝ iā Deo plena, nisi ad superiora cū festinatione cōtenderet? Nescit tarda molimina, spiritus sācti gratia. R̸. O mitte agnum domine dominatorē terrę. De petra deserti ad montē filię Sion. V̸. Ostende nobis domine misericordiam tuā, ⁊ salutare tuuȝ da nobis. De. L. ij.

Discite ⁊ vos sanctę mulieres sedulitatem, quā pręgnātibus debeatis exhibere cognatis. Mariā, quę ante sola in intimis penetralibus versabat, nō a publico vginitatis pudor, nō a studio asperitas mōtiū, nō ab officio prolixitas itineris retardauit. In mōtana virgo cuȝ festinatione, vgo officij memor, iniurię imemor, affectu vrgēte nō sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines nō circuncursare per alienas ędes, nō demorari in plateis, nō aliquos in publico miscere ſmones. Maria i domo sera, festina i publico, mās͛it apud cognatā suā tribus mēsibus. R̸. Rorate celi desup, ⁊ nubes pluant iustū: Aperiatur terra, ⁊ germinet Saluatorē. V̸. Emitte agnū dn̄e dn̄atoreȝ terrę, de petra deserti ad montem filię Siō. Aperiatur. Lcō iij.

Didicistis virgines pudorē Marię, discite humilitatē. Uenit propinqua ad proximam, iunior ad seniorē, nec solū venit, sed etiā prior salutauit. Decet eniȝ, vt quāto castior virgo, tanto humilior sit. Nouerit deferre senioribus, sit magistra humilitatis, in qua est ꝓfessio castitatis. Est ⁊ causa pietatis, est etiam

etiam ⁊ norma doctrinę. Conſ tuendū eſt enim, qa ſuperior ve nit ad inferiorē, vt inferior ad iuuetur, Maria ad Eliſabeth, Chriſtus ad Johannem. ℟. Germinauerūt cāpi eremi ger men odoris Iſrael: qa ecce Deus nr̄ cū virtute veniet: Et ſplēdor eius cū eo. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius: Deus noſter ma niſeſte veniet. Et. Gloria. Et. Ad Bñs. Aña. Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuę in auri bus meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo, all'. Orō.

Excita, q̄s dn̄e, potētiā tuā, ⁊ veni: vt hi, q in tua pie tate ɔfidunt, ab omni citius ad uerſitate liberentur. Qui viuis. Et or ad oēs hor. pterq̄ʒ i veſp. Ad Mag. Añ. Hoc eſt teſtimo niuʒ quod perhibuit Johānes: Qui poſt me venit ante me fa ctus eſt. Alii dicēda ſit Añ. O. Oratio dominicę pręcedentis.

SABBATHO
Quatuor temporum.

Lcō S. euāg. ſm Lucam. L. i.

ca. 3. Anno qntodecimo imperij Tyberij Cęſaris, pcurāte Pontio Pilato Judęā. Et rel. Homilia Sācti Gregorij papę.

Redēptoris noſtri pręcur ſor, quo tēpore p̄dicatio nis officiū acceperit, memorato Romanę reipublicę principe, ⁊ Judęę regibus, deſignat. Quia enim illum prędicare veniebat, qui ⁊ ex Judęa quoſdaʒ, ⁊ mul tos ex gentibus redempturus erat: per regem gentiū, ⁊ princi pes Judęoꝝ prędicationis eius tempora deſignantur. Quia au tem Gentilitas colligenda erat, ⁊ Judęa pro culpa perfidię diſ ſpergēda, ipſa quoq̄ʒ deſcriptio terreni principatus oſtēdit: qm̄ ⁊ in Romana republica vnus pręfuiſſe deſcribitur, ⁊ in Judęę regno per quartam partem plu rimi principabant. ℟. Egre dietur virga de radice Jeſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet. Et erit iuſtitia cingulum lumboꝝ eius, ⁊ fides cinctorium renum eius. ℣. Et requieſcet ſuper euʒ ſpiritus domini: ſpiritus ſapien tię ⁊ intellectus: ſpiritus conſi lij ⁊ fortitudinis. Et. Lectio ij.

Vōce enim redēptoris no ſtri dicitur. Omne regnū in ſe ipſum diuiſuʒ deſolabitur. Liquet ergo quod ad finem re gni Judęa peruenerat, quę tot regibus diuiſa ſubiacebat. Apte quoq̄ʒ nō ſolū ſub qbus regib', ſed ſub quibus etiā ſacerdotibus actum ſit demōſtrat: vt quia il lū Johānes Baptiſta prędica ret, qui ſimul rex, ⁊ ſacerdos exi ſteret, Lucas euāgeliſta p̄dica tionis eius tempora p regnū ⁊ ſacerdotiū deſignaret. ℟. Ra dix Jeſſe q exurget iudicare gē tes, in eum gentes ſperabūt: Et erit nomen eius benedictum in ſęcula. ℣. Super ipſum conti nebunt reges os ſuū, ipſum gen

tes

Digitized by Google

tes deprecabuntur. Et. Lcō iij.

ET venit in oēm regionem Jordanis, prędicans baptiſmū pęnitentię in remiſſionē peccatoꝝ. Cunctis legentibus liquet, q̄ Johānes nō ſolū baptiſmū pęnitentię prędicauit, verū etiam quibuſdā dedit: ſed tamē baptiſmū ſuū in remiſſionem peccatoꝝ dare non potuit. Remiſſio etenim peccatoꝝ in ſolo nobis baptiſmo Chriſti tribuit. Notandū itaq̄ qḋ dicit, pdicans baptiſmū pęnitētię in remiſſionē peccatoꝝ: q̄m baptiſmum quo peccata ſolueret, q̄ dare nō poterat, prędicabat: vt ſicut incarnatum verbū patris precurrebat verbo prędicationis, ita baptiſmum pęnitentię, quo peccata ſoluunt, precurreret ſuo baptiſmate, quo peccata ſolui nō poſſūt. ℟. Ueni dn̄e, & noli tardare: relaxa facinora plebi tuę. Et reuoca diſperſos in terram ſuam. ℣. Excita domine potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos. Et reuoca.

Ad Bn̄s. An̄. Quomodo fiet iſtud angele Dei? quoniam virum non cognoſco. Audi Maria virgo Chriſti. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

Nulli hęc dies fuerit ante vigiliam Natiuit. quia tunc ea pretermiſſa dicitur An̄a. Ecce cōpleta ſunt omnia quę dicta ſunt per Angelū de virgine Maria. Nō etiam ſeruatur ſi idem contingat in ſequētib. diebus. Ořo.

DEus, qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur: ꝯcede ꝓpitius, vt ex tua viſitatione ꝯſolemur. Qui viuis. Et dicitur ad omnes Horas.

Ad Ueſperas. Capitulum.

FRatres, Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chri, & diſpenſatores myſterioꝝ Dei. Hic iam quęritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Hym. Cōditor.68. & pſ. Rorate cęli. vt in ij. feria j. Dn̄icę. An̄a ad Magni. vna ex maiorib⁹. Ořo. j. Co. 4.

EXcita, q̄s, dn̄e potētiā tuā, & veni, & magna nobis virtute ſuccurre: vt p auxiliū gratię tuę, quod noſtra peccata prępediunt, indulgentia tuę propitiationis acceleret. Qui viuis.

DOMINICA IIII. Aduentus.

Ad Matut. Inuit. Prope eſt iam dn̄s, Uenite adoremus. pſ. Uenite. Hy⁹. Uerbū ſuper.67. Et reliq; vt ſup. Dn̄ica prima. De Iſaia ꝓpheta. Lcō prima.

LEtabit deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi liliū. Germinās germinabit & exultabit lętabūda, & laudans, Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron: Ipſi c. 35.

videbunt

videbunt gloriam domini, ⁊ de
corem Dei noſtri: Confortate
manus diſſolutas, ⁊ genua de-
bilia roborate. Dicite puſilla-
nimis, confortamini, ⁊ nolite ti-
mere, ecce Deus veſter vltionē
adducet retributionis: deus ipſe
veniet, ⁊ ſaluabit vos. Tunc ape
rientur oculi cecorum: ⁊ aures
ſurdoꝝ patebunt: Tunc ſaliet ſi
cut ceru⁹ claudus: ⁊ aperta erit
lingua mutoꝝ: qꝛ ſciſſe ſunt in
deſerto aq̄, ⁊ torrētes in ſolitu-
dine: ⁊ que erat arida, erit in ſta
gnū, ⁊ ſitiens in fontes aquaꝝ.
R. Canite tuba in Sion, voca
te gentes: annunciate populis:
⁊ dicite: Ecce Deus Saluator
nr̄ adueniet. V. Annunciate, ⁊
auditum facite: loquimini: ⁊ cla
mate. Ecce. Lectio ſecunda.
In cubilibus in q̄bus pri⁹
dracones habitabāt, orietur
viror calami, ⁊ iunci. Et erit
ibi ſemita, ⁊ via: ⁊ via ſctā voca
bitur. Nō tranſibit ꝑ eā pollutus,
⁊ hec erit vobis directa via, ita
vt ſtulti nō errent per eam. Nō
erit ibi leo, ⁊ mala beſtia non
aſcendet per eā, nec inuenietur
ibi: ⁊ ambulabunt q̄ liberati fue
runt. Et redēpti a dño cōuerten
tur, ⁊ veniēt in Sion cū laude, ⁊
letitia ſempiterna ſuꝑ caput eo-
rū, gaudiū, ⁊ letitiā obtinebūt:
⁊ fugiet dolor, ⁊ gemit⁹. R. Nō
auferetur ſceptrū de Juda, ⁊ dux
de femore eius, donec veniat, q̄
mittēd⁹ eſt. Et ipſe erit expecta-
tio gētiū. V. Pulchriores ſunt
oculi eius vino, ⁊ dētes eius la-
cte cādidiores. Et. Lectio iij.
Taceant ad me inſule, ⁊ gē
tes mutēt fortitudinē. Ac
cedant, ⁊ tunc loquātur: ſimul
ad iudiciū ꝓpinquemus. Quis
ſuſcitauit ab Oriente iuſtū, vo
cauit eū, vt ſequeretur ſe? Dabit in
cōſpectu eius gentes, ⁊ reges ob
tinebit: dabit quaſi puluerē gla
dio eius, ſicut ſtipulā vento ra-
ptā arcui eius. Perſequetur eos,
trāſibit in pace, ſemita in pedi-
bus eius non apparebit. Quis
hec operatus eſt, ⁊ fecit, vocās ge
nerationes ab exordio? Ego dñs
primus, ⁊ nouiſſimus ego ſum.
R. Me oportet minui: illū aūt
creſcere: qui autem poſt me ve-
nit ante me factus eſt: Cuius nō
ſum dignus corrigiā calciamēto-
rum ſoluere. V. Ego baptizaui
vos aqua: ille aūt baptizabit vos
ſpū ſancto. Cuius. Glo. Cui⁹.
Sermo s. Leonis Pape. Lectio iiij.
Si fideliter, dilectiſſimi, at-
que ſapienter, creationis
noſtre intelligamus exordiū, in-
ueniemus hoīem ideo ad imagi
nem Dei conditum, vt imitator
ſui eſſet auctoris, ⁊ hanc eſſe na-
turalē noſtri generis dignitatē,
ſi in nobis quaſi in quodā ſpecu
lo diuine benignitatis forma re
ſplēdeat. Ad quā quotidie nos
vtiq; reparat gratia Saluatoris:
dum, quod cecidit in Adā primo,
erigitur in ſecūdo. R. D aſcēt
nobis

nobis paruulus, ⁊ vocabit̃ De- us fortis. Ipſe ſedebit ſup thro- nū Dauid patris ſui, ⁊ impera- bit: cuius poteſtas ſup humerū eius. ℣. In ipſo benedicentur omnes tribus terrę, omnes gen tes ſeruient ei. Ipſe. Lectio v.

CAuſa autẽ reparationis nr̃ę non eſt niſi miſericor- dia Dei: quẽ non diligeremus, niſi prius nos ipſe diligeret, ⁊ te- nebras ignorantię noſtrę, ſuę ve ritatis luce diſcuteret. Quod p ſanctum Iſaiã dñs denūcians ait: Adducã cęcos in viã, quã ignorabant: ⁊ ſemitas, quas ne- ſciebant, faciam illos calcare: fa- ciã illis tenebras in lucẽ, ⁊ pra- uam directa. Hęc verba faciã illis, ⁊ non relinquã eos. Et ite rū. Inuentus ſuũ, inquit, a non quęrentibus me, ⁊ palã appa- rui ys, q me nō interrogabant. ℟. Ecce iã venit plenitudo tẽ poris, in quo miſit Deus filium ſuum in terras, natum de virgi- ne, factum ſub lege: Ut eos, qui ſub lege erant, redimeret. ℣. Propter nimiã charitatẽ ſuã, qua dilexit nos deus, filiū ſuum miſit in ſimilitudinẽ carnis pec- cati. Ut eos qui ſub. Lectio vi.

QUod quomodo impletũ ſit, Iohānes apl̃us docet, dicens. Scimus, qm̃ filius Dei venit, ⁊ dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verũ, ⁊ ſimus in vero filio eius. Et iterū: Nos er go diligamus deū, qm̃ ipſe prior dilexit nos. Dilectio itaq; nos Deus, ad imaginẽ ſuam nos re parat, ⁊ vt in nobis formã ſuę bo nitatis inueniat, dat vnde ipſi quoq; qđ operaṫ operemur, ac- cendens ſcilicet mentiũ noſtra- rũ lucernas, ⁊ igne nos ſuę cha ritatis inflãmans, vt nō ſolū ip ſũ, ſed etiã qcqd diligit diligã- mus. ℟. Uirgo Iſrł reuertere ad ciuitates tuas. Uſquequo dolẽs auerteris? generabis dñm Saluatorẽ, oblationẽ nouã in terra: ambulabūt hoies in ſalua- tionẽ. ℣. In charitate ꝑpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerãs tui. Uſquequo. Gl. Uſquequo. Lcō ſ. euãg. ſm Lucã. Lec. vij.

ANno qntodecimo imperij Tyberij Cęſaris, pcurãte Pōtio Pilato Iudęã. Et reł. Homilia S. Gregorij Papę. 3. ca.

DIcebat Iohannes ad tur bas, quę exibant vt bapti zarentur ab eo: Genimina vipe rarũ, qs oſtendit vobis fugere a ventura ira? Uentura enĩ ira eſt, animaduerſio vltionis extre mę: quam tunc peccator fugere nō valet, q nunc ad lamenta pę- nitentię non recurrit. Et notan dũ, quod malę ſoboles, maloꝝ parentū actiones imitantes, ge- nimina viperarũ vocanṫ: quia per hoc quod bonis inuident, eoſq; perſequuntur, ꝙ quibuſ- dã mala retribuunt, ꝙ leſiones primis exquirunt: quoniam in his omnibus patrum ſuorum

carnalium vias ſequũtur, quaſi veuenati filij de venenatis parẽtibus nati ſunt. uraui, dicit dñs, vt vltra iam nõ iraſcar ſup terram: montes enim, ⁊ colles ſuſcipient iuſtitiam meam. Et teſtamentuꝫ pacis erit in Jeruſalēꝫ. ℣. Juxta eſt ſalus mea, vt veniat: ⁊ iuſtitia mea, vt reuelet ur. Et teſtamentũ. Lcõ viij.

SEd quia iam peccauimus, qꝛ vſu malę cõſuetudinis inuoluti ſumus: dicat, qd nobis faciendũ ſit, vt fugere a ventura ira valeamus. Sequit. Facite ergo fructus dignos pęnitentię. In quibus verbis notandũ eſt quod amicus ſponſi non ſolum fructus pęnitẽtię, ſed dignos pęnitẽtię admonet eſſe faciendos. Aliud nãqꝫ eſt fructũ facere pęnitentię: aliud dignũ pęnitẽtię fructũ facere. Ut eniꝫ ſecũdũ dignos pęnitentię fructus loquamur, ſciendum eſt, qꝛ quiſquis illicita nulla cõmiſit, huic iure ꝯcedit, vt licitis vtat: ſicqꝫ pietatis opa faciat, vt tamen, ſi voluerit, ea quę mundi ſunt nõ relinquat. ℟. N õ diſcedimus a te, viuificabis nos dñe, ⁊ nomẽ tuum inuocabimus. Oſtẽde nobis faciem tuam, ⁊ ſalui erimus. ℣. Memento noſtri dñe in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo. Oſtẽde. Lcõ ix.

HI ſiqs in fornicationis culpaꝫ, vel fortaſſe, qđ eſt grauius, in adulteriũ lapſus eſt, tãto a ſe licita debet abſcindere, quãto ſe meminit ⁊ illicita perpetraſſe. Neqꝫ enim par fructus boni operis eſſe debet eius, qui minus, ⁊ eius q amplius deliqt: aut eius q in nullis, ⁊ eius q in qbuſdaꝫ facinoribus cecidit, ⁊ eius q in multis eſt lapſus. Per hoc ergo qđ dr̃, facite fructus dignos penitentię: vniuſcuiuſque cõſcientia cõuenit: vt tanto maiora acquirat bonoꝝ operuꝫ lucra per pęnitentiaꝫ, quanto grauiora ſibi intulit dãna p culpã. ℟. Intuemini quãtus ſit iſte, q ingredit ad ſaluandas gentes: ipſe eſt rex iuſtitię: Cuius generatio nõ habet finẽ. ℣. Pręcurſor ꝓ nobis ingredit, ſm ordinẽ Melchiſedech: Põtifex factus in ęternum. Cuius. G lo. Cui⁹.

Ad Laudes, ⁊ per horas. Aña.

CAnite tuba in Sion, quia prope eſt dies dñi: ecce veniet ad ſaluandum nos, halah, halah. ps. Dñs reg. 8. cum reł. Aña. Ecce veniet deſideratus cunctis gentibus, ⁊ replebitur gloria domus dñi, halah. Aña. Erũt praua in directa, ⁊ aſpera in vias planas: veni dñe, ⁊ noli tardare, halah. An. Dñs veniet, occurrite illi dicentes: magnum principium, ⁊ regni eius nõ erit finis, Deus fortis, dñator, princeps pacis, halah, halah. Aña. Omnipotens ſermo tuus domine a regalibus ſedibus veniet, haleluiah. Cap. Fratres,

Sic

Sic nos.80. Hymnus. Vox clara. 68. ℣. Vox clamantis.
Ad Bñs. Añã. Aue Maria gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus, halleluiah.
Ad iij. Cap Fratres, sic nos.80. ℟.br. Veni ad. ꝛ Timebũt.67
Ad Sextam. Capitulum.

1. Cor. c.4. Mihi autẽ ꝓ minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neqꝫ meipſum iudico. ℟. Oſtẽde. ꝛ Memẽ.

Ad Nonam. Capitulum.

Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare quoadusqꝫ veniat dñs, q ꝛ illuminabit abſcondita tenebrarum, ꝛ manifeſtabit conſilia cordium: ꝛ tunc laus erit vnicuiqꝫ a Deo. ℟ Sup te Jeruſalem. ꝛ Dñe Deus virtutum.
Ad Veſpe. Aña. Canite tuba. cũ reli. ps. Dixit dñs.52. cũ reli. Cap. Fratres, Sic nos.fol.80. Hym. Cõditor.68. ℣. Rorate. Ad Magnĩ. Antiphona. O.

FERIA SECVNDA.

Dicitur Officiũ Defunctorũ. De Iſaia propheta. Le.prima.

ca.41 Et tu Iſrael ſerue me⁹, Jacob quẽ elegi, ſemen Abrahã amici mei, in quo apprehẽdi te ab extremis terrę, ꝛ a lõginquis ei⁹ vocaui te, ꝛ dixi tibi: Seruus meus es tu: elegi te: ꝛ non abieci te. Ne timeas, qꝛ ego tecũ ſum: ne declines, qa ego Deus tuus confortaui te, ꝛ auxiliatus ſum tibi, ꝛ ſuſcepit te dextera iuſti mei. ℟ Canite tuba.fol.80.

Omnia dñice preterite. Lectio ij.

Ecce confundent, ꝛ erubeſcent omnes qui pugnant aduerſum te: erunt quaſi nõ ſint, ꝛ peribunt viri qui cõtradicũt tibi. Quęres eos, ꝛ nõ inuenies viros rebelles tuos: ꝛ erũt quaſi non ſint, ꝛ veluti conſumptio hominis bellantis aduerſum te: quia ego dñs Deus tuus apprehendens manũ tuam, dicens qꝫ tibi: Ne timeas, ego adiuui te. ℟. Non auferetur.80. Le.iij.

Noli timere vermis Jacob qui mortui eſtis ex Iſrael, ego auxiliatus ſum tibi, dicit dñs ꝛ redẽptor tuus ſanctus Iſrael. Ego poſui te, quaſi plauſtrũ triturãs nouũ, habẽs roſtra ſerrãtia: triturabis montes, ꝛ cõminues, ꝛ colles quaſi puluerẽ pones. Ventilabis eos, ꝛ vẽtus tollet eos, ꝛ turbo diſperget eos: ꝛ tu exultabis in dño, ꝛ in ſancto Iſrael lętaberis. ℟. Me oportet.fol.80. Ad Bñs, Antipho. Dicit dñs, pęnitentiã agite, appropinquauit enim regnum cęlorum, halah. Ad Mag. An. O.

FERIA TERTIA.

De Iſaia propheta. Le.prima.

Ecce ſeruus meus, ſuſcipiã eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum: iudiciũ gentibus proferet. Non clamabit, neqꝫ accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris. Calamum quaſſatum non cõteret, ca.2.

ꝛ linu3 fumigãs non extinguet: in veritate educet iudiciu3. Nõ erit triſtis, neq3 turbulentus, donec ponat in terra iudicium: ꝛ legem eius inſulę expectabunt. ℟. Naſcetur.80. Lectio ij.

Haec dicit dñs Deus creãs cęlos, ꝛ extendens eos, firmans terram, ꝛ quę germinant ex ea, dans flatum populo qui eſt ſup ea3, ꝛ ſpiritu3 calcãtibus eam. Ego dñs vocaui te in iuſtitia, ꝛ apprehendi manũ tua3, ꝛ ſeruaui te. Et dedi te in fędus populi in lucem gentium: vt aperires oculos cęcorum, ꝛ educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. ℟. Ecce iam venit.81.

Lectio tertia.

Cantate domino canticu3 nouu3: laus eius ab extremis terrę, qui deſcenditis in mare, ꝛ plenitudo eius, inſulę, ꝛ habitatores earum. Subleuetur deſertum, ꝛ ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores petrę: de vertice montium clamabunt: Ponent dño gloria3: ꝛ laudẽ eius in inſulis nunciabunt. Dñs ſicut fortis egredietᷣ; ſicut vir prędiator ſuſcitabit zelum, vociferabitur, ꝛ clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur. ℟. Virgo Iſrael.81. Ad Benedictus. Ana. Conſurge, cõſurge, induere fortitudinem brachium domini. Ad Magnificat. Ana. O.

FERIA QVARTA.

De Iſaia propheta. Le. prima.

Audite me, q ſequimini qđ 51.c
iuſtum eſt, ꝛ quęritis dñm: attendite ad petra3 vnde exciſi eſtis: ꝛ ad cauernam laci, de qua pciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtru3, ꝛ ad Saram, quę peperit vos: quia vnũ vocaui eum, ꝛ benedixi ei, ꝛ multiplicaui eum. Conſolabit ergo dñs Sion, ꝯſolabitur oẽs ruinas eius, ꝛ ponet deſertum eius quaſi delicias, ꝛ ſolitudinẽ eius quaſi hortum domini: gaudium, ꝛ lętitia inuenietur in ea, gratiarum actio, ꝛ vox laudis. ℟. Iuraui.81. Lectio ij.

Attẽdite ad me pple meus, ꝛ tribus mea me audite: q2 lex a me exiet, ꝛ iudicium meu3 in lucem populoru3 requieſcet. Prope eſt iuſtus meus: egreſſus eſt Saluator meus, ꝛ brachia mea populos iudicabũt: me inſulę expectabunt, ꝛ brachium meum ſuſtinebunt. Leuate in cęlum oculos veſtros, ꝛ videte ſub terra deorſum: qa cęli ſicut fumus liqueſcent, ꝛ terra ſicut veſtimentum atteretur, ꝛ habitatores eius ſicut hęc interibũt: ſalus autem mea in ſempiternũ erit, ꝛ iuſtitia mea non deficiet. ℟. Nõ diſcedimus.81. Le. iij.

Audite me qui ſcitis iuſtũ: pplſ meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobriũ hominum, ꝛ blaſphemias eorum

ne

Digitized by Google

nementatis. Sicut enim veſti/
mentū, ſic comedet eos vermis:
ꝛ ſicut lanā, ſic deuorabit eos ti/
nea: ſalus autē mea in ſempiter/
num erit, ꝛ iuſtitia mea in genera
tiones generationum. ℟. In/
uenimi.fo.81. Ad Vſ̄s. Aña.
Ponam in Sion ſalutē, ꝛ in Je
ruſalem gloriam meam, balab.
Ad Magnificat. Antipho. O.

FERIA QVINTA.

De Iſaia propheta. Le. prima.

ca.64 Utinā dirumperes cęlos, ꝛ
deſcēderes: a facie tua mō/
tes defluerēt, ſicut exuſtio ignis
tabeſcerent: aq̄ arderent igni, vt
notū fieret nomen tuum inimi
cis tuis: a facie tua gentes tur/
barentur. Cum feceris mirabi/
lia, non ſuſtinebimus: deſcendi/
ſti, ꝛ a facie tua montes defluxe/
runt. A ſeculo non audierunt,
neq̄ auribus perceperunt: ocu/
lus non vidit, Deus, abſq̄ te, q̄
pręparaſti expectātibus te. ℟.
Canite tuba.8o. Lectio ſecūda.

Occurriſti lętāti ꝛ facienti
iuſtitiā: in vijs tuis recor/
dabuntur tui. Ecce tu iratus es,
ꝛ peccauimus: in ipſis fuimus
ſemp, ꝛ ſaluabimur. Et facti ſu/
mus vt immundi omnes nos, ꝛ
quaſi pannus mēſtruatę vniuer
ſę iuſtitię nrę: ꝛ cecidimus qua/
ſi folium, vniuerſi: ꝛ iniquitates
noſtrę quaſi ventus abſtulerūt
nos. Non eſt q̄ inuocet nomen
tuū, q̄ ꝯſurgat, ꝛ teneat te. Ab/
ſcōdiſti faciē tuā a nobis, ꝛ alli/
ſiſti nos in manu iniquitatis no
ſtrę. ℟. Nō auferet.8o. L. iij.

Et nunc dn̄e, pater nr̄ es tu,
nos vero lutum: ꝛ fictor
noſter tu, ꝛ opa manuū tuarū
oēs nos. Ne iraſcaris dn̄e ſatis,
ꝛ ne vltra memineris iniquita/
tis nrę: ecce, reſpice, ppl̄s tuus
oēs nos. Ciuitas ſancti tui facta
eſt deſerta, Sion deſerta facta
eſt, Jeruſalem deſolata eſt, do/
mus ſanctificationis nrę, ꝛ glo/
rię noſtrę, vbi laudauerūt te pa/
tres noſtri, facta eſt in exuſtionē
ignis, ꝛ oīa deſiderabilia noſtra
verſa ſunt in ruinas. ℟. Me
oportet.fol.8o. Ad Vſ̄s. Aña.
Conſolamini, conſolamini po/
pule meus, dicit dn̄s Deus no/
ſter. Ad Magnif. Aña. O.

FERIA SEXTA.

De Iſaia propheta. Le. prima.

Audite verbum dn̄i q̄ tre/ ca.66
mitis ad verbum eius: dixē
runt fratres veſtri odientes vos,
ꝛ abijcientes propter nomen
meum: glorificetur dn̄s, ꝛ vide/
bimus in lętitia veſtra, ipſi au/
tem confundentur. Vox populi
de ciuitate, vox de templo, vox
dn̄i reddentis retributionē ini/
micis ſuis. Anteq̄ parturiret,
peperit: antequam veniret par/
tus eius, peperit maſculū. Quis
audiuit vnq̄ tale? ꝛ quis vidit
huic ſimile? nunqd parturiet ter
ra in die vna? aut pariet gens ſi/
mul? q̄ parturiuit, ꝛ pepit Siō
filios ſuos. ℟. Naſcet.8o. L. ij.

Digitized by Google

Nunquid ego q alios parere facio, ipſe non pariã, dicit dñs? Si ego, qui generationẽ ceteris tribuo, ſterilis ero? ait dominus Deus tuus. Letamini cum Jeruſalem, ⁊ exultate in ea oẽs qui diligitis eã: gaudete cũ ea gaudiũ vniuerſi, q̃ lugetis ſuper eã: vt ſugatis, ⁊ repleamini ab vberibus conſolationis eius, vt mulgeatis, ⁊ delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Qr hec dicit dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuiuz pacis: ⁊ quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quaz ſugetis: ad vbera portabimini, ⁊ ſuper genua blandientur vobis. ℟. Ecce. 81. Lectio iij.

Quomodo, ſi cui mr̃ blandiat, ita ego cõſolabor vos, ⁊ in Jeruſalem ꝯſolabimini. Videbitis ⁊ gaudebit cor veſtrũ, ⁊ oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, ⁊ cognoſcetur manus dñi ſeruis eius, ⁊ indignabit inimicis ſuis. Quia ecce dñs in igne veniet, ⁊ quaſi turbo quadrigę eius, reddere in indignatione furorem ſuuz, ⁊ increpationẽ ſuã in flamma ignis: qa in igne dñs dijudicabit, ⁊ i gladio ſuo ad oẽz carnem, ⁊ multiplicabuntur interfecti a dño. ℟. Virgo Iſ. 81.

Ad Bñs. Añ. Ecce completa ſunt omnia quę dicta ſunt per angelum de virgine Maria.

Si vigilia Natiui. Dñi venerit in dñica, Officiuz fit hoc modo.

Ad Matut. Inuit. de Vigilia. Hodie ſcietis, vt ſtra. Hy. Verbũ ſup. 67. Añę, Pſal. ℣. Lec. ⁊ ℟. in j. ⁊ ij. noc. dñr de dñica. In iij. noc. Añę, ⁊ Pſal. de dñica, verſi. de vigi. tres lectio. de Homilia vigilię, cũ ſuis ℟ijs, Laud. de vig. cũ cõme. de Dñica. Similiter per horas celebrat Offm̃ de vigilia. Homilia autez Dñicę nõ legitur in vltima lect. quia poſita fuit in Sabbatho.

IN VIGILIA
Natiuitatis Dñi.

Ad Matutinum. Inuitatoriũ. Hodie ſcietis, quia veniet dñs, Et mane videbitis gloriã eius. Hymnus. Verbum ſup. fo. 67. ⁊ Pſal. de feria. ℣. Hodie ſcietis quia veniet dominus. ℟. Et mane videbitis gloriam eius.

Lcõ ſ. euãg. ſm Mattheũ. L. ſ. ca. i.

Cum eſſet deſpõſata mater Jeſu Maria Joſeph, antequam cõuenirent inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto. Et reliqua.

Homilia ſ. Hieronymi presby.

Quare non de ſimplici virgine, ſed de deſponſata concipitur? Primum vt per generationẽ Joſeph, origo Marię mõſtraretur: ſecũdo, ne lapidaretur a Judeis vt adultera: tertio vt in Aegyptũ fugiens haberet ſolatiũ: Martyr Ignatius ẽt quartam addidit cãm cur a deſponſata conceptus ſit, vt partus, inquiens,

Digitized by Google

quietis, plus celaretur diabolo:
dum eum putat non de virgine,
ſed de vxore generatū. ℟. Sā
ctificamini hodie, ⁊ eſtote para
ti, qa die craſtina videbitis, Ma
ieſtatē Dei in vobis. ℣. Hodie
ſcietis, qꝛ veniet dñs, ⁊ mane vi
debitis. Maieſtatem. Lectio ij.

Anteq̄ conuenirent, inuen
ta eſt in vtero habēs de ſpi
ritu ſancto. Nō ab alio inuenta
eſt, niſi a Joſeph, qui pene licen
tia maritali futurę vxoris omnia
nouerat. Quod autē dr̄, anteq̄
conuenirent, nō ſequitur vt po
ſtea conuenerint: ſed ſcriptura
quid factū non ſit oſtendit. ℟.
Conſtantes eſtote: videbitis au
xilium dñi ſuper vos: Judęa, ⁊
Jeruſalem nolite timere. Cras
egrediemini, ⁊ dñs erit vobiſcū.
℣. Sanctificamini filij Iſrael, ⁊
eſtote parati. Cras. Lectio iij.

Joſeph autem vir eius cū
eſſet iuſtus, ⁊ nollet eā tra
ducere, voluit occulte dimittere
eā. Siqs fornicarię coniungit,
vnum corpus efficitur: ⁊ in lege
preceptum eſt, non ſolū reos, ſed
⁊ conſcios criminum obnoxios
eſſe peccati. Quomodo Joſeph
cum crimen celauerit vxoris, iu
ſtus ſcribitur? Sed hoc teſtimo
nium Marię eſt, q Joſeph, ſciēs
illius caſtitatem, ⁊ admirās qd
euenerit, celat ſilētio cuius my
ſterium neſciebat. ℟. Sanctifi
camini filij Iſrael, dicit dñs: die
enim craſtina deſcendet dñs. Et
auferet a vobis omnem languo
rem. ℣. Craſtina die delebitur
iniquitas terrę, ⁊ regnabit ſup
nos Saluator mūdi. Et. Gl. Et.
Deinceps Officium fit duplex.
Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Judęa, ⁊ Jeruſalē nolite ti
mere: cras egrediemini, ⁊
⁊ dñs erit vobiſcum, halab. Ps.
Dñs reg. 8. cū reſ. Añ. Hodie
ſcietis, quia veniet dominus: ⁊
mane videbitis gloriam eius.
Añ. Craſtina die delebitur ini
quitas terrę, ⁊ regnabit ſuper
nos Saluator mundi. Añ.
Dñs veniet, occurrite illi dicen
tes, magnum principium, ⁊ re
gni eius non erit finis, Deus for
tis dominator princeps pacis,
halab, hal. Añ. Craſtina die
erit vobis ſalus: dicit dominus
Deus exercituum. Capitulū.

Paulus ſeruus Jeſu Chri Ro. 1
ſti, vocatus apoſtolus, ſe
gregatus in euangelium Dei,
quod ante promiſerat per pro
phetas ſuos in ſcripturis ſan
ctis de filio ſuo, qui factus eſt ei
ex ſemine Dauid ſcdm carnem.
Hym. Vox clara. 68. ℣. Cra
ſtina die delebitur iniquitas ter
rę. ℟. Et regnabit ſuper nos
Saluator mūdi. Ad Bñs. Añ.
Orietur ſicut Sol Saluator
mundi, ⁊ deſcendet in vterum
virginis, ſicut imber ſuper gra
men, halleluiah. Oratio.

Deus, qui nos redēptionis
noſtrę annua expectatio

Digitized by Google

ne lętificas: pręſta, vt vnigenitũ tuum, quẽ redemptorẽ lęti ſuſcipimus, veniẽtem quoq; iudicē ſecuri videamus dñm nr̃um Jeſum Chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ.

Et dicitur per horas diei. Prima dicitur ſicut in duplici cum tribus ſolitis pſalmis ſine precibus: & ad Abſolut. Capituli dicit Cap. Nonę. Ad iij. Cap. Paulus ſeruus Jeſu. vt ſupra. ℟. Hodie ſcietis, Quia veniet dominus. ℣. Et mane videbitis gloriam eius. ℣. Cõſtantes eſtote. ℟. Videbitis auxilium dñi ſuper vos. ¶ Ad vi. Cap.

Ro. 1. Qui prędeſtinatus eſt filius Dei in virtute, ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti dñi noſtri. ℟. bre. Craſtina die, Delebitur iniquitas terrę. ℣. Et regnabit ſup nos Saluator mundi. Delebitur. ℣. Craſtina die erit vobis ſalus. ℟. Dicit dñs Deus exercituum.

Ad Nonam. Capitulum.

vt ſu. Per quem accepimus gratiam, & apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati Jeſu Chriſti domini noſtri. ℟. bre. Craſtina, Erit vobis ſalus. ℣. Dicit dominus Deus exercituum. Erit vobis. ℣. Craſtina die delebitur iniquitas terrę. ℟. Et regnabit ſuper nos Saluator mundi.

IN NATIVITATE DOMINI. DVPLEX.

Ad Veſperas. Antiphona.



Rex pacificus magnificatꝰ eſt, cuius vultũ deſiderat vniuerſa terra. ps. Dixit dñs. f. 52. cũ reliq. de Dñica, & loco vltimi dicit ps. Laudate dñm oēs gentes. 54. Aña. Magnificatus eſt rex pacificus ſuper oēs reges vniuerſę terrę. Aña. Completi ſunt dies Marię, vt pareret filiũ ſuũ primogenitũ. Aña. Scitote, quia prope eſt regnũ Dei: amen dico vobis, q̃a nõ tardabit. Aña. Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redẽptio veſtra. Cap.

Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri dei: nõ ex operibus iuſtitię, q̃ fecimꝰ nos: ſed ſecũdũ miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Hym. Tit. 3.

Chriſte redẽptor oĩum,
Ex patre p̃ris vnice,
Solus ante principiũ
Natus ineffabiliter.
Tu lumen, tu ſplendor patris,
Tu ſpes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem famuli.
Memento ſalutis auctor,

Quod

Digitized by Google

Quod noſtri quōdā corporis,
Ex illibata virgine
Naſcēdo, formam ſumpſeris.
Sic preſens teſtatur dies
Currens per anni circulum,
Quod ſolus a ſede patris
Mundi ſalus aduneris.
Hunc cęlum, terra, hūc mare,
Hunc omne, quod in eis eſt,
Auctorem aduentus tui
Laudans exultat cantico.
Nos quoque, qui ſancto tuo
Redempti ſanguine ſumus,
Ob diem natalis tui
Hymnū nouum cōcinimus.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, ꝛ ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.
Sic terminanť oēs hymni eiuſdem metri vſq; ad Epiphaniā.
℣. Craſtina die delebiť iniqtas terrę. ℟. Et regnabit ſup nos Saluator mūdi. Ad M. Aña. Cum ortus fuerit Sol de cęlo, videbitis regem regum procedentem a patre, tanquam ſponſum de thalamo ſuo. Oratio.

Concede, qs, ops Deus: vt nos vnigeniti tui noua p carnem Natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eūdē dñm nr̄um Jeſu Chr̄m filiū tuū: Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate ſpūs ſcti deus, per oia ſcla ſclor. ℟. Amen. Ad Matut. Inuitat.

Chriſtus natus eſt nobis, Venite adoremus. ps. Venite. Hy°. O bēe redēptor oiuз.
In primo noct. Añ. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. ps. Quare frem. 2.
Aña. Tanquam ſponſus dominus procedens de thalamo ſuo.
ps. Celi enar. 7. Aña. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum. ps. Eructauit cor. 27. ℣.
Tanquam ſponſus. ℟. Dominus procedens de thalamo ſuo.
Tres ſequentes lectiones Iſaię legūtur ſine titulo. Lcō prima.

Primo tpe alleuiata eſt terra Zabulō, ꝛ terra Nephthalim: ꝛ nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Jordanem Galilęę gentiuз. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta eſt eis. 9. ca.
Multiplicaſti gentē, nō magnificaſti lętitiā. Lętabuntur corā te ſicut q lętātur in meſſe: ſicut exultant victores capta prędа, quādo diuidūt ſpolia. Jugum enim oneris eius, ꝛ virgā humeri eius, ꝛ ſceptrū exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Quia ois violenta pdatio cum tumultu, ꝛ veſtimētū miſtū ſanguine, erit in cōbuſtionē, ꝛ cibus ignis. Paruulus enim natus eſt nobis, ꝛ filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerū eius, ꝛ vocabiť nomen eius

Digitized by Google

eius, admirabilis conſiliarius. Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. ℟. Hodie nobis celoꝝ rex de virgine naſci dignatus eſt, vt hominem perditu3 ad celeſtia regna reuocaret. Gaudet exercitus angeloꝝ: q2 ſalus eterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelſis Deo, ꝛ in terra pax hoībus bonis voluntatis. Gaudet. Gloria. Iteru repetitur Reſponſoriu. Hodie nobis. vſq3 ad verſum. Gloria in excelſis Deo. Lcō ij.

c. 40 Conſolamini, conſolamini
popule meus, dicit Deus veſter: loquimini ad cor Jerl'm, ꝛ aduocate eā: qm̄ completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniqtas illius. Suſcepit de manu dñi duplicia pro oībus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Parate viam dñi, Rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur: ꝛ oīs mons, ꝛ collis humiliabitur: ꝛ erunt praua in directa, ꝛ aſpera in vias planas. Et reuelabitur gloria domini, ꝛ videbit omnis caro pariter, quod os dñi locutū eſt. Vox dicentis, Clama: Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fenum, ꝛ omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exiccatū eſt fenū: ꝛ cecidit flos: q2 ſpiritus dñi ſufflauit in eo. Vere fenū eſt populus. Exiccatum eſt fenum: ꝛ cecidit flos: verbum autem dñi noſtri manet in eternum. ℟.

Hodie nobis de celo pax vera deſcēdit. Hodie p totu3 mundū melliflui facti ſūt celi. ℣. Hodie illuxit nobis dies redemptionis noſtre, reparatiōis antique, felicitatis eterne. Hodie. Lcō iij.

Conſurge, cōſurge, induere 52.
fortitudine tua Siō: induere veſtimētis glorie tue Jeruſalē3 ciuitas ſancti: quia nō adijciet vltra: vt pertranſeat per te incircunciſus, ꝛ immūdus. Excutere de puluere: cōſurge, ſede Jeruſalē: ſolue vincula colli tui captiua filia Siō: q2 hec dicit dñs Deus. Gratis venūdati eſtis, ꝛ ſine argento redimemini. Quia hec dicit dñs: In Aegyptū deſcēdit ppl's meus in principio, vt colon' eſſet ibi: ꝛ Aſſur abſq3 vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hic, dicit dñs? Qm̄ ablatus eſt populus meus gratis: dñatores eius inique agunt, dicit dñs, iugiter tota die nomen meu3 blaſphematur. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: q2 ego ipſe q. loquebar, ecce adſum. ℟. Quē vidiſtis paſtores? dicite, annunciate nobis: in terris quis apparuit? Natum vidimus: ꝛ choros angeloꝝ collaudantes dñm. ℣. Dicite: quidnā vidiſtis? ꝛ annūciate Chriſti natiuitatē. Natum. Glo. Natu3.

In ij. nocturno. Antiphona.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. pſalmus.

ps. Magnus dñs. 27. Añã. Orietur in diebus domini abundantia pacis, ⁊ dñabitur. ps. Deus iudicium. 35. Añã. Veritas de terra orta eſt, ⁊ iuſtitia de cęlo proſpexit. ps. Benedixiſti. 41. ℣. Speciosus forma prę filijs hominuꝫ. ℟. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

Sermo S. Leonis papę. L. iiij.

Saluator noſter, dilectiſſimi, hodie natus eſt: gaudeamus. Neqꝫ enim fas eſt locū eſſe triſtitię, vbi natalis eſt vitę: quę conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa ęternitate lętitiā. Nemo ab huius alacritatis participatione ſecernitur. Vna cūctis lętitię cōmunis eſt ratio: quia dñs noſter peccati mortisqꝫ deſtructor, ſicut nullum a reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibꝰ venit. Exultet ſanctus, quia appropinquat ad palmā: gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniā: animetur gentilis, quia vocatur ad vitam. Dei nāqꝫ filius ſecundū plenitudinē temporis, quā diuini conſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, recōciliandā auctori ſuo naturam generis aſſumpſit humani, vt inuentor mortis diabolus per ipſam, quę vicerat, vinceretur. ℟. O magnum myſterium, ⁊ admirabile ſacramentū, vt aīalia viderēt dñm natum, iacentem in pręſepio. Beata virgo, cuius viſcera meruerunt portare dñm Chriſtuꝫ. ℣. Aue Maria gratia plena: dñs tecum. Beata. Lec. v.

In quo cōflictu pro nobis inito, magno ⁊ mirabili ęquitatis iure certatuꝫ eſt, dum omnipotēs dñs cū ſęuiſſimo hoſte nō in ſua maieſtate, ſed in noſtra congredit humilitate, obijciens ei eandē formā, eandēqꝫ naturam, mortalitatis quidem noſtrę participē, ſed peccati totius expertem. Alienū quippe ab hac natiuitate eſt qđ de omnibus legitur: Nemo mūdus a ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Nihil ergo in iſtā ſingularem natiuitatem de carnis ɔcupiſcentia tranſiuit, nihil de peccati lege manauit. Virgo regia Dauidicę ſtirpis eligit, quę ſacro grauidāda fętu, diuinā humanāqꝫ prolem prius conciperet mente, quam corpore. Et ne ſuperni ignara cōſilij ad inuſitatos paueret affatus, qđ in ea operandū erat a ſpiritu ſancto, colloquio diſcit angelico: nec dānum credit pudoris, dei genitrix mox futura. ℟. Beata Dei genitrix Maria, cuius viſcera intacta pmanent. Hodie genuit Saluatorē ſeculi. ℣. Beata quę credidit: qm̄ perfecta ſunt oīa quę dicta ſunt ei a domino. Hodie. L. vi.

Agamus ergo dilectiſſimi gratias Deo patri per filiū eius in ſpū ſancto: q ꝓpter multam

tam charitatem ſuã qua dilexit nos, miſertus eſt noſtri: ⁊ cũ eſſemus mortui peccatis, ꝯuiuificauit nos Chr̃o, vt eſſem⁹ in ipſo noua creatura, nouũ figmentũ. Deponamus ergo veterẽ hoĩem cuꝫ actibus ſuis, ⁊ adepti participationẽ generationis Chriſti, carnis renunciemus operibus. Agnoſce o Chriſtiane dignitatẽ tuã, ⁊ diuinę cõſors factus naturę, noli in veterẽ vilitatẽ degeneri ꝯuerſatione redire. Memento cuius capitis, ⁊ cui⁹ corporis ſis membrũ. Reminiſcere quod erutus de poteſtate tenebrarũ, translatus es in Dei lumẽ, ⁊ regnũ. ℟. Sancta ⁊ imaculata virginitas, qbus te laudib⁹ efferã neſcio: Quia quẽ cęli capere nõ poterant, tuo gremio cõtuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Quia. Gloria. Quia.

In iij. noctur. Antiphona.

Ipſe inuocabit me, bal. Pater meus es tu, balab. ps. Miſericordias. 42. An. Lętent cęli, ⁊ exultet terra ante faciem dñi, qm̃ venit, ps. Cãtate. j. 44. Aña. Notum fecit dñs, balab, ſalutare ſuũ, bal. ps. Cantate. ij. 45. ℣. Ipſe inuocabit me, balab. ℟. Pater meus es tu, balab. Abſol. A vinculis. ℣. Iube. Bñd. Euangelica lectio.

Lcõ s. euãg. ſm Lucã. Lec. vij.

Ca. 2. IN illo tpe: Exijt edictuꝫ a Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Et rel. Homilia S. Gregorij Papę.

QVid eſt, ꝙ naſcitur o dño mũdus deſcribit, niſi hoc qđ aperte monſtrat, qa ille apparebat in carne, qui electos ſuos aſcriberet in ęternitate? Qđ contra de reprobis per prophetam dicit: Deleant de libro viuentium, ⁊ cuꝫ iuſtis nõ ſcribantur. Qui bene etiã in Bethlehez naſcitur. Bethlehez qppe domus panis interpretat. Ipſe nanqꝫ eſt, q ait: Ego ſum panis viuus q de cęlo deſcendi. Locus ergo in quo dñs naſcitur, domus panis antea vocatus eſt: quia futurum profecto erat, vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna ſatietate reficeret. Qui non in parentuꝫ domo, ſed in via naſcit: vt ꝑfecto oſtenderet, quia per humanitatem ſuaꝫ, quã aſſumpſerat, quaſi in alieno naſcebatur. ℟. Beata viſcera Marię virginis, quę portauerunt ęterni patris filiũ: ⁊ beata vbera, quę lactauerũt Chr̃m dñm: Quia hodie ꝓ ſalute mũdi de virgine naſci dignatus eſt. ℣. Dies ſanctificatus illuxit nobis: venite gẽtes: ⁊ adorate dñm. Quia hodie. ℣. Iube domne. Benedictio. Per euangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

Lcõ s. euãg. ſm Lucaꝫ. L. viij.

IN illo tempore: Paſtores loquebantur adinuicem: 2. Ca.

Tranſea-

Transeamus vſq; Bethleē, & videamus hoc verbū, quod factum eſt, quod fecit dominus, & oſtendit nobis. Et reliqua.

Homilia s. Ambroſii epiſcopi.

VIdete Eccleſię ſurgentis exordiū. Chriſtus naſcit, & paſtores vigilare cęperunt, qui gentium greges, pecudū more ante viuentes, in caulam dñi cōgregarent: nequos ſpiritualium beſtiarum, per effuſas noctium tenebras, paterent incurſus. Et bene paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat. Grex igit ppls, nox ſęculū, paſtores ſunt ſacerdotes. Aut fortaſſe etiā ille ſit paſtor, cui dicit: Eſto vigilās & confirma: quia non ſolum epiſcopos ad tuendū gregem dñs ordinauit, ſed etiam angelos deſtinauit. ℟. Verbū caro factū eſt: & habitauit i nobis. Et vidimus gloriā ei᷑: gloriā quaſi vnigeniti a patre, plenū grē & veritatis. ℣. Oia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Et. G lia. Et. ℣. I ube. Dño. Verba ſcti euāgelij doceat nos Chriſtus filius Dei. ℟. Amē.

Lcō s. euāg. ſm Iohannē. L. ix.

cap. I. IN principio erat verbum, & verbū erat apud Deum, & Deus erat verbum. Et reli.

Homilia s. Augu. ini epiſcopi.

NE vile aliqd putares, quale cōſueuiſti cogitare, cum verba humana ſoleres audire, audi qd cogites. Deus erat verbum. Exeat nūc neſcio quis infidelis Arianus, & dicat qa verbū Dei factum eſt. Quomodo poteſt fieri, vt verbum Dei factū ſit, quando Deus per verbū fecit oia? Si & verbū Dei ipſum factū eſt, per quod aliud verbū factū eſt? Si hoc dicis, qa hoc eſt verbū verbi, per quod factū eſt, illud ipſum dico ego vnicū filium Dei. Si autem non dicis verbum verbi, concede non factum, p quod facta ſunt omnia. Non enim per ſe ipſum fieri potuit, per quod facta ſunt omnia. Deinde dicitur Te Deum. 8. quo finito di ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. Oratio. Concede, qs, oñs Deus. 85. Dicto. Benedicamus domino. celebrat prima Miſſa poſt mediā nocte, vt in ordinario: qua finita dñr Lau. ℣. D eus in adiu. Ad Laudes, & p Horas. Aña.

QVē vidiſtis paſtores? dicite: annūciate nobis: in terris quis apparuit? Natum vidimus, & choros angelorū collaudantes dñm, hal. hal. ps. Dñs reg. & cū rel. Añ. Genuit puer pera regem, cui nomen ęternū: & gaudia matris habens, cū virginitate pudoris, nec primā ſimilē viſa eſt, nec habere ſequentē, halleluiah. Añ. Angelus ad paſtores ait: annuncio vobis gaudium magnum: qa natus eſt vobis hodie Saluator mūdi, hal. Facta eſt cū angelo multitudo

tudo cęleſtis exercitus laudan-
tiuz Deū, ⁊ dicentiū, Gloria in
excelſis Deo: ⁊ in terra pax ho
minib' bonę voluntatis, haƚab.
Paruulus filius hodie
natus eſt nobis, ⁊ vocabitur
Deus fortis, haƚab, haƚ. Cap.
heb. i. Multifariam, multiſque modis, olim Deus loquens patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quē ꝯſtituit herede vniuerſoꝝ, ꝑ quē fecit ⁊ ſecula. Hymn.

A Solis ortus cardine
Ad vſq; terrę limitem,
Chriſtum canamus principē,
Natum Maria virgine.
Beatus auctor ſeculi
Seruile corpus induit:
Vt carne carnem liberans,
Ne perderet quos condidit.
Caſtę parentis viſcera
Cęleſtis intrat gratia:
Venter puellę baiulat
Secreta quę non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei:
Intacta neſciens virum
Verbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera
Quem Gabriel prędixerat,
Quem matris aluo geſtiens
Clauſus Johannes ſenſerat.
Feno iacere pertulit,
Pręſepe non abhorruit,
Paruoq; lacte paſſus eſt:
Per quem nec ales eſurit.
Gaudet Chorus cęleſtium,
Et angeli canunt Deo:
Palamq; fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.
Gloria tibi dñe, Qui natus.
Notum fecit dominus, haƚ.
Salutare ſuuz, haleluiah.
Ad [illegible] Aña. Gloria in excelſis Deo, ⁊ in terra pax homi-
nib' bonę voluntatis, haƚ. haƚ.
Oro. Concede queſumus. 85.
Sūmo mane dr̄ Prima: qua finita celebrat᷑ ij. Miſſa i aurora, ⁊ i ea fit cōm. de S. Anaſtaſia.
Ad j. Aña. Quē vidiſtis. Cap.
Regi ſeculoꝝ. ℟. bre. Chriſte fili Dei viui, Miſerere nobis. ℣.
Qui nat' es de Maria virgine.
Sic quotidie dr̄ vſq; ad Epiph.
¶ Ad Abſolonē Capƚ lec. bre.
Ipſi peribunt. ad Nonā. Tertia dr̄ hora ſua, qua finita celebrat᷑ tertia Miſſa de die Natiu.
Ad iij. Aña. Genuit. Capit.
Multifariam. vt ſup. ℟. bre.
Verbū caro factū eſt, haƚ. haƚ.
℣. Et habitauit in nobis. ℟.
haƚ. haƚ. ℣. Ipſe inuocabit me, haƚ. ℟. Pater meus es tu, haƚ.
Ad vi. Angelus ad pa. Cap.
Et tu in principio dñe terrā fundaſti: ⁊ opera manuū tuaꝝ ſunt cęli. ℟. Notum fecit dñs: haleluiah, haleluiah. he i.
℣. Salutare ſuum. Haleluiah, haleluiah. ℣. Viderunt oēs fines terrę, haleluiah. ℟. Salutare Dei noſtri, haleluiah.
Ad ix. Aña. Paruulus. Cap.
Ipſi

Ipſi peribūt, tu autē ꝑma
nebis: ⁊ oēs ſicut veſtimē-
tum veteraſcent, ⁊ velut amictū
mutabis eos, ⁊ mutabunt: tu au
tem idem ipſe es, ⁊ anni tui non
deficiēt. ℟. Viderūt oēs fines
terrę, halab, hal. ℣. Salutare
Dei noſtri. Halab, halab, ℣.
Verbū caro factū eſt, hal. ℟.
Et habitauit in nobis, halab.

Ad Veſperas. Antiphona.
Tecum principiū in die vir
tutis tuę in ſplēdorib' ſan-
ctorum, ex vtero ante luciferū
genui te. ps. Dixit do. 52. Añ.
Redemptionē miſit dñs ꝑplo
ſuo, mādauit in ęternū teſtamē
tum ſuum. ps. Confitebor. 52.
Añ. Exortū eſt in tenebris lu
men rectis corde: miſericors, ⁊
miſerator, ⁊ iuſtus dñs. ps. Bea
tus vir qui ti. 53. Añ. Apud
dominū miſericordia, ⁊ copioſa
apud eū redēptio. ps. De pro-
fund. 56. Añ. De fructu ven-
tris tui ponā ſup ſedem tuā. ps.
Memento do. 56. Cap. Mul-
tifariā. Hym. Chriſte redēp. 85.
℣. Notū fecit dñs, hal. ℟. Sa
lutare ſuū, hal. Ad Mag. An.
Hodie Chriſtus natus eſt: ho-
die Saluator apparuit: hodie
in terra canunt angeli, lętantur
archāgeli: hodie exultant iuſti
dicentes, Gloria in excelſis deo,
halab. Oro. Concede q̄s. 85.
Deinde ꝓ S. Stephano. Añ.
Stephanus autem plenus gra
tia, ⁊ fortitudine, faciebat ſigna
magna in populo. ℣. Gloria ⁊
honore coronaſti eum domine.
℟. Et cōſtituiſti eū ſuper ope-
ra manuum tuarum. Oratio.



Da nobis,
q̄s domi
ne, imitari qđ
colimus: vt di-
ſcamus, ⁊ ini-
micos diligere:
q̄a eius natali-
tia celebram':
qui nouit etiā
pro perſecutoribus exorare do-
minum noſtrū Ieſum Chriſtū
filium tuum. Qui tecum viu. ⁊c.
¶ In feſto s. Stephani proto- Die
mart. duplex. Ad Mat. Inuit. 26. de
Chriſtum natum, qui beatum cēb.
hodie coronauit Stephanum,
Venite adorem'. Hym. Añę,
⁊ Pſal. ⁊ verſic. noct. dicuntur
de cōmuni vnius marty. 1. 501.
De Actibus Apoſt. Lectio j.
In diebus illis: Cre- ca. 6.
ſcente numero di-
ſcipulorum, factus
eſt murmur Grę-
coꝝ aduerſus He-
bręos, eo quod deſpicerentur in
miniſterio quotidiano viduę eo
rum. Conuocantes autem duo-
decim multitudinē diſcipulo-
rum dixerunt: Non eſt ęquum
nos derelinquere verbum Dei,
⁊ miniſtrare menſis. Conſide-
rate ergo fratres viros ex vo-
bis boni teſtimonij ſeptem, ple-
nos ſpiritu ſancto, ⁊ ſapientia,
quos

Digitized by Google

quos conſtituamus ſuper hoc opus. Nos vero orationi, ꝛ miniſterio verbi inſtantes erimus.
℟. Stephanus autem plenus gratia ꝛ fortitudine, Faciebat prodigia ꝛ ſigna magna in populo.
℣. Surrexerunt quidam de ſynagoga diſputantes cum Stephano: ꝛ non poterant reſiſtere ſapientie, ꝛ ſpiritui, qui loquebatur. Faciebat. Lectio ſecunda.

ET placuit ſermo coram omni multitudine: ꝛ elegerunt Stephanum, virum plenum fide, ꝛ ſpiritu ſancto, ꝛ Philippum, ꝛ Prochorum, ꝛ Nicanorem, ꝛ Timonem, ꝛ Parmenam, ꝛ Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos ſtatuerunt ante conſpectum apoſtolorum, ꝛ orantes impoſuerunt eis manus: ꝛ verbum domini creſcebat, ꝛ multiplicabatur numerus diſcipulorum in Jeruſalem valde. Multa etiam turba ſacerdotum obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia ꝛ fortitudine faciebat prodigia, ꝛ ſigna magna in populo. ℟. Videbant omnes Stephanum, qui erant in concilio: Et intuebantur vultum eius, tanquam vultum angeli ſtantis inter illos. ℣. Plenus gratia ꝛ fortitudine faciebat prodigia ꝛ ſigna magna in populo. Et. L. iij.

SUrrexerunt autem quidam de ſynagoga que appellatur Libertinorum, ꝛ Cyrenenſium, ꝛ Alexandrinorum, ꝛ eorum qui erant e Cilicia, ꝛ Aſia, diſputantes cum Stephano, ꝛ non poterant reſiſtere ſapientie, ꝛ ſpiritui, qui loquebatur. Tunc ſubmiſerunt viros, qui dicerent ſe audiuiſſe eum dicentem verba blaſphemie in Moyſen, ꝛ Deum. Commouerunt itaque plebem, ꝛ ſeniores, ꝛ ſcribas: ꝛ concurrentes rapuerunt eum, ꝛ adduxerunt in concilium: ꝛ ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba aduerſum locum ſanctum, ꝛ legem. ℟. Intuens in celum beatus Stephanus vidit gloriam Dei, ꝛ ait: Ecce video celos apertos, ꝛ filium hominis ſtantem a dextris virtutis Dei. ℣. Cum autem eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in celum vidit gloriam Dei, ꝛ ait. Ecce. Gloria. Ecce. ſecundo.

Sermo S. Fulgentij epiſcopi. Le. iiij.

HEri celebrauimus temporalem ſempiterni regis noſtri natalem: hodie celebramus triumphalem militis paſſionem. Heri enim rex noſter trabea carnis indutus, de aula vteri virginalis egrediens, viſitare dignatus eſt mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migrauit ad celum. Ille ſempiterne deitatis maieſtate ſeruata, ſeruile cinctorium carnis aſſumens, in huius ſeculi campum pugnaturus intrauit: iſte depoſitis corruptibilibus corporis indumentis, ad celi palatium perenniter regnaturus aſcendit. Ille deſcendit carne velatus, iſte aſcendit ſanguine laureatus. ℟.

Lapi

Lapidabāt Stephanum inuocantē, ⁊ dicētē, Dn̄e Jeſu Chriſte accipe ſpūm meū: Et ne ſtatuas illis hoc peccatū. ℣. Poſitis autē genibus clamauit voce magna dicens: Dn̄e Jeſu Chriſte accipe ſpiritū meū. Et. L.v.

Aſcēdit iſte lapidātib' Judeis, q̄a ille deſcēdit letātibus angelis. Gloria in excelſis Deo, heri exultātes ſancti angeli cātauerunt: hodie Stephanū letātes in ſuum ꝯſortiū ſuſceperūt. Heri dn̄s exiuit de vtero virginis: hodie miles egreſſus eſt de ergaſtulo carnis. Heri Chr̄s pro nobis pannis eſt inuolutus: Hodie Stephanus ſtola eſt ab eo immortalitatis indutus. Heri preſepis anguſtia Chr̄m portauit infantē: hodie immēſitas celi ſuſcepit Stephanū triūphantē. Solus deſcēdit dn̄s, vt multos eleuaret: humiliauit ſe rex nr̄, vt ſuos milites exaltaret. ℟. Impetū fecerunt vnanimiter in eū, ⁊ eiecerunt eum extra ciuitatem inuocantem, ⁊ dicentem. Dn̄e Jeſu accipe ſpūm meum. ℣. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus: ⁊ lapidabāt Stephanum inuocantem ⁊ dicētem. Domine. L.vi.

Neceſſariū tamen nobis eſt fratres cognoſcere, q̄bus armis precinctus Stephanus ſeuitiā Judeoꝝ potuit ſuperare, vt ita meruiſſet feliciter triūphare. Stephanus ergo vt nominis ſui coronā meruiſſet accipere, charitatē pro armis habebat, ⁊ per ipſuꝫ vbiq; vincebat. Per charitatē dei ſeuiētib' Judeis nō ceſſit: per charitatē proximi, pro lapidantibus interceſſit. Per charitatē arguebat errātes, vt corrigerent: per charitatē pro lapidātibus orabat, ne punirentur. Charitatis virtute ſubnixus, vicit Saulum crudeliter ſeuientē: ⁊ quem habebat in terra perſecutorē, in celo meruit habere ꝯſorteꝫ. ℟. Impij ſup iuſtum iacturā fecerunt, vt eū morti traderent. At ille gaudens ſuſcepit lapides, vt mereret accipere coronam glorie. ℣. Cōtinuerunt aures ſuas, ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eū. At ille. Gloria. At ille. 503. Lcō ſ. euā. ſm Mattheū. L.vij.

In illo tēpore: Dicebat Jeſus turbis Judeoꝝ, ⁊ principibus ſacerdotum: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ ſapiētes, ⁊ ſcribas: ⁊ ex illis occidetis, ⁊ crucifigetis, ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis. Et reliq. 23.c.

Homilia S. Hieronymi presb.

Hoc qḋ antea dixeramus, Implete menſurā patruꝫ veſtroꝝ, ad perſonam dn̄i pertinere, eo quod occidendus eſſet ab eis, poteſt ⁊ ad diſcipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ ſapientes, ⁊ ſcribas.

Simulq; obſerua iuxta Apoſtolū ſcribentē ad Corinthios: varia eſſe dona diſcipulorū Chriſti: alios prophetas, q futura prędicārt: alios ſapiētes, q nouerint quando debeāt proferre ſermonem: alios ſcribas in lege doctiſſimos. Ex quibus lapidatus eſt eſt Stephanus, Paul' occiſus, crucifixus Petrus: flagellati in Actibus Apoſtolorū diſcipuli. R. Stephanus ſeru' Dei, quē lapidabāt Iudęi, vidit cęlos apertos: vidit, & introiuit. Beatus homo cui cęli patebūt. V. Cum igitur ſaxorū crepitantium turbine quateretur: inter ęthereos aulę cęleſtis ſin', diuina ei claritas fulſit. Beatus. Lectio viij.

Querimus, quis ſit iſte Zacharias filius Barachię: qa multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueretur erroris facultas, additū eſt, Quem occidiſtis inter tēplū, & altare. In diuerſis diuerſa legi: & debeo ſingulorum opiniones ponere: Alij Zachariam filiū Barachię dicunt, qui in duodecim prophetis vndecimus eſt: patriſq; in eo nomen conſentit: ſed vbi occiſus ſit inter templū & altare, ſcriptura non loquitur: maxime cum tēporibus eius vix ruinę templi fuerint. Alij Zachariam patrem Iohannis intelligi volunt, ex quibuſdam apocryphorū ſomnijs probantes, q propterea occiſus ſit, quia Saluatoris prędicarit aduentū. R. Patefactę ſunt ianuę cęli Chriſti martyri beato Stephano, qui in numero martyrum inuentus eſt prim'. Et ideo triūphat in cęlis coronatus. V. Mortē enim quam Saluator noſter dignatus eſt pro nobis pati, hāc ille prim' reddidit ſaluatori. Et. G lo. Et. Lix.

Alij iſtum eſſe volunt Zachariam: qui occiſus eſt a Ioas rege Iudeę inter templū & altare, ſicut Regum narrat hiſtoria: Sed obſeruandum, quod ille Zacharias non ſit filius Barachie, ſed filius Ioiadę ſacerdotis: vnde & ſcriptura refert: Nō fuit recordatus Ioas patris eius Ioiadę: qa ſibi feciſſet bona. Cū ergo Zachariā teneamus, & occiſionis pſentiat locus, quęrimus quare Barachię dicatur fili', & nō Ioiadę. Barachia in lingua noſtra benedictus dñi dicitur, & ſacerdotis Ioiadę iuſtitia Hebręo noīe demonſtratur. In euangelio quo vtuntur Nazareni, pro filio Barachię, filius Ioiadę reperimus ſcriptum. Tu autē do.

Ad Laudes, & p Horas. Aña.

Lapidauerunt Stephanū, & ipſe inuocabat dñm dicēs: ne ſtatuas illis hoc peccatū. ps Dñs reg. &. cum rel. Aña. Lapides torrētis illi dulces fuerunt: ipſum ſequuntur omnes animę iuſtę. Ana. Adhęſit anima mea poſt te: qa caro mea lapidata eſt p te De' meus. Aña. Stepha-

Stephanus vidit celos aptos:
vidit, ⁊ introiuit: beatus homo
cui celi patebunt. Aña. Ecce vi
deo celos apertos, ⁊ Jeſum ſtá-
tē a dextris virtutis Dei. Cap.
ca.6. STephanus autē plenus
gratia, ⁊ fortitudine, facie
bat prodigia, ⁊ ſigna magna in
populo. ℟ Martyr dei. 504.
℣. Sepelierunt Stephanū vi
ri timorati. ℟. Et fecerunt
planctum magnum ſuper eum.
Ad Bño. Aña. Stephanus
aūt plenus gratia ⁊ fortitudiné
faciebat ſigna magna in pplo:
Orō. O a nobis queſumus. 88.
Deinde fit cōm. de Mari. Aña.
Gl'ia i excel. 87. ℣. Notū fecit.
Orō. C ōcede, qs, oīpotens. 85.
Ad iij. Aña Lapides torrētis.
Cap Stephanus autē plenus.
℟ Glia ⁊ hono. ⁊ Poſuiſti.
Reła breuia ad iij. vi. ⁊ ix. ſumū
tur de cōi vnius marty. 504.
Ad vi. Aña. Adheſit. Capit.
Act. ca.6. SUrrexerunt autem qdā
de ſynagoga, que appella
batur Libertinoꝝ, ⁊ Cyrenen-
ſium ⁊ Alexandrinoꝝ, ⁊ eorū,
qui erant e Cicilia, ⁊ Aſia, diſpu
tantes cū Stephano: ⁊ non po-
terant reſiſtere ſapientie, ⁊ ſpiri
tui qui loquebat. ℟ Poſuiſti
domine. ⁊ Magna eſt gloria.
Ad ix. Aña. Ecce video. Cap.
ca.7 POſitis autē genibus cla-
mauit voce magna dicens:
Dñe ne ſtatuas illis hoc pctūm:
⁊ cū hoc dixiſſet, obdormiuit in
domino. ℟. Magna eſt. ⁊
Juſtus. Ad Veſpe. Antipho.
Tecum principium. folio. 88.
cū reli. Antiphonis, ⁊ pſalmis
de Natiu. qd ſeruat ⁊ in alijs fe
ſtis infra hanc octa. occurren.
Cap. Stephanus autē. vt ſu
ſtrin. Deus tuorū militū. 501.
vt in cōi vnius mar. ℣. Stepha
nus vidit celos apertos. ℟. Vi
dit ⁊ introiuit: beatus homo cui
celi patebunt. Ad Mag. Aña.
Sepelierunt Stephanum viri
timorati, ⁊ fecerunt planctum
magnum ſuper eum. Oratio.
O a nobis queſumus. folio. 88.
Mō S. Johāne. Antiphona.
Jſte eſt Johannes, qui ſupra pe-
ctus domini in cena recubuit:
beatus Apoſtolus, cui reue-
lata ſunt ſecreta celeſtia. ℣.
Valde honorandus eſt beatus
Johānes. ℟. Qui ſupra pectus
dñi in cena recubuit. Oratio.



ECcleſiam
tuam do-
mine benignus
illuſtra: vt bea-
ti Johannis
apoſtoli tui ⁊
Euangeliſte il-
luminata do-
ctrinis, ad do-
na perueniat ſempiterna. Per
dñm noſtrū Jeſum Chriſtum.
Fit cōmme. de Natiui. Aña,
Hodie Chriſtus. folio. 88. ℣.
Notum fecit. ℟ Salutare.
Oratio. C oncede qſumus. 85.

Die. 27. decē. IN FESTO S. IOHANNIS Apoſtoli, & Euāge. dup.

Ad Mat. oīa vſq; ad lectiones ſumuntur de cōi Apl'oꝝ. 493.

Incipit Epiſtola prima beati Johannis Apl'i. Lectio prima.

Quod fuit ab initio, qđ audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, ⁊ manus noſtrę contrectauerunt de verbo vitę, ⁊ vita manifeſtata eſt, ⁊ vidimus, ⁊ teſtamur, ⁊ annunciamus vobis vitam ęternam, quę erat apud patrem, ⁊ apparuit nobis. Quod vidimus, ⁊ audiuimus, annunciamus vobis: vt ⁊ vos ſocietatē habeatis nobiſcū, ⁊ ſocietas noſtra ſit cū patre, ⁊ cum filio eius Jeſu Chriſto. Et hęc ſcribimus vobis, vt gaudeatis, ⁊ gaudiū veſtrū ſit plenum. Et hęc eſt annūciatio quā audiuim⁹ ab eo, ⁊ annunciamus vobis, qm̄ Deus lux eſt, ⁊ tenebrę in eo nō ſunt vllę. ℟. Valde honorandus eſt beatus Johānes, q ſupra pectus dn̄i in cęna recubuit. Cui Chriſtus in Cruce matrem virginē virgini cōmendauit. ℣. Virgo eſt electus a dn̄o, atq; inter cęteros magis dilectus. Cui. L. ij.

Si dixerimus qm̄ ſocietatē habemus cū eo, ⁊ in tenebris ambulamus, mentimur, ⁊ veritatem non facimus. Si aūt in luce ambulamus, ſicut ⁊ ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus adinuicē, ⁊ ſanguis Jeſu Chri filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus qm̄ peccatum nō habemus, ipſi nos ſeducimus, ⁊ veritas in nobis nō eſt. Si cōfiteamur peccata nr̄a, fidelis eſt, ⁊ iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, ⁊ emūdet nos ab oī iniquitate. Si dixerimus qm̄ non peccauimus, mendacē facimus eū, ⁊ verbū eius non eſt in nobis. ℟. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniū perhibet de his, ⁊ ſcripſit hęc: Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. ℣. Fluenta euangelij de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit. Et. Lectio iij.

Filioli mei, hęc ſcribo vobis vt nō peccetis: ſed ⁊ ſi quis peccauerit, aduocatū habemus apud p̄rem Jeſū Chr̄m iuſtū: ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis nr̄is, nō ꝓ noſtris aūt tantū, ſed etiā pro totius mundi. Et in hoc ſcimus, qm̄ cognouim⁹ eū, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe eū, ⁊ mādata eius nō cuſtodit, mēdax eſt, ⁊ in hoc veritas nō eſt. Qui autē ſeruat verbū eius, vere in hoc charitas Dei pfecta eſt. ℟. Hic eſt beatiſſimus euangeliſta, ⁊ Apoſtolus Johānes. Qui priuilegio amoris pcipui, cęteris alti⁹ a dn̄o meruit honorari. ℣. Hic eſt diſcipulus ille: quē diligebat Jeſus, qui ſupra pectus dn̄i in cęna recubuit. Qui. Glo. Qui. 495.

Et

Digitized by Google

Ex libro s. Hieronymi presby. de scriptorib' ecclesiasticis. L. iiij.

Iohannes apostolus, quē Jesus amauit plurimum, filius Zebedęi, frater Jacobi apostoli, quem Herodes post passionem dn̄i decollauit, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asię episcopis aduersus Cherinthum, aliosq3 hereticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christū ante Mariam non fuisse: vnde et cōpulsus est diuinam eius Natiuitatem edicere. ℞. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, dicit dominus. Et scribam super eum nomen meū, et nomen ciuitatis noue Jerusalem. ℣. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei. Et. Lectio v.

Quartodecimo autem anno secundam post Neronem persecutionē mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsiꝫ, quam interpretatur Justinus Martyr, et Hirenęus. Interfecto autem Domitiano, et actis eius ob nimiam crudelitatem rescissis', sub Nerua principe, rediit Ephesum, ibiq3 vsque ad ad Traianum principem perseuerans, totas Asię fundauit, reχitq3 ecclesias. ℞. Diligebat autem eum Jesus, quoniam specialis pręrogatiua castitatis, ampliori dilectione fecerat dignū. Quia virgo electus ab ipso, virgo in ęuum permansit. ℣. In cruce denique moriturus, huic matrem suam virginem virgini commendauit. Quia.

Ex commentarijs eiusdē in epistolam ad Galatas. Lectio vi.

Beatus Johannes euangelista, cum Ephesi moraretur vsque ad vltimā senectutē, et vix inter discipulorū manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocē verba ptexere, nihil aliud p singulas solebat pferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alterutrum. Tandē discipuli, et fratres, qui aderāt, tędio affecti, quod eadē semper audirent, dixerunt: Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Johanne sentētiam. Quia pręceptum dn̄i est: et, si solum id fiat, sufficit. ℞. In medio Ecclesię aperuit os eius. Et impleuit eum dominus spiritu sapientię, et intellectus. ℣. Jucunditatem, et exultationem thesaurizauit super eum. Et. Gloria. Et. folio. 496.

Lcō. s. euā. bm Johannē. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere me. C. xxi.
Conuersus Petrus vidit illū discipulum quem diligebat Jesus sequentem. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Duas vitas sibi diuinitus prędicatas, et commenda

tas noue eccleſię: Quarũ vna eſt in fide, altera in ſpecie. Una in tẽpore peregrinatiõis, altera in eternitate manſionis. Una in in labore, altera in reqe. Una in via, altera in patria. Una in opere actionis, altera in mercede cõtẽplationis. Una declinat a malo, ⁊ facit bonũ: altera nullũ habet, a quo declinet, malũ: ⁊ magnũ habet, quo perfruatur, bonum. Una cum hoſte pugnat, altera ſine hoſte regnat. ℟. In illum diem ſuſcipiam te ſeruum meum, ⁊ ponam te ſicut ſignaculũ in cõſpectu meo: Quoniã ego elegi te, dicit dñs. ℣. Eſto fidelis vſq; ad mortem, ⁊ dabo tibi coronã vitę. Quoniã. Lec. viij.

Ula ſubuenit indigenti: altera ibi eſt, vbi nullũ inuenit indigentẽ. Una aliena peccata, vt ſua ſibi ignoſcãtur, ignoſcit: altera nec patit quod ignoſcat, nec facit quod ſibi poſcat ignoſci. Una flagellatur malis, ne extollatur in bonis: altera tãta plenitudine gratię caret omni malo, vt ſine vlla tentatione ſuperbię cohęreat ſummo bono. ℟. Iſte eſt Johannes, qui ſupra pectus domini in cęna recubuit. Beatus Apoſtolus, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. ℣. Fluenta euangelij de ipſo dominici pectoris fonte potauit. Beatus. Gloria. Beatus. Lec. ix.

Ergo vna bona eſt, ſed adhuc miſera: altera melior, ⁊ beata. Iſta ſignificata eſt p apoſtolũ Petrũ, illa p Johannem. Tota hic agit iſta vſq; in finem ſeculi huius, ⁊ illic inuenit finẽ: Differtur illa cõplenda poſt huius ſeculi finem, ſed in futuro ſeculo non habet finẽ. Ideo dicit huic, Sequere me. De illo autẽ, ſic eum volo manere, donec veniam: quid ad te? tu me ſequere. Quid enim eſt hoc? Quantũ ſapio, quantũ capio, quid eſt hoc? niſi, tu me ſequere p imitationẽ, perferendo temporalia mala: ille maneat, donec ſempiterna venio redditurus bona.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Ualde honorandus eſt beatus Johannes, qui ſupra pectus dñi in cęna recubuit. Ps. Dñs reg. 8. cum reli. Añ. Hic eſt diſcipulus ille, q teſtimoniũ perhibet de his: ⁊ ſcimus quia verũ eſt teſtimoniũ eius. Añ. Hic eſt diſcipulus meus: ſic eũ volo manere, donec veniã. Añ. Sunt de hic ſtantibus, q nõ guſtabũt mortẽ, donec videãt filiũ hominis in regno ſuo. Añ. Ecce puer meus electus quẽ elegi: poſui ſup eũ ſpiritũ meũ. Cap.

Qui timet Deũ, faciet bona: ⁊ q cõtinens eſt iuſtitię, apprehendet illã: ⁊ obuiabit illi quaſi mater honorificata. Hym. Exultet cęlum. 493. de commun Apoſtolorum. ℣. Hic eſt diſcipulus ille, q teſtimoniũ perhibet de his. ℟. Et ſcimus

Digitized by Google

nus q verũ eſt teſtimoniũ eius. Ad B. Añ. Iſte eſt Johánes, q ſupra pect⁹ dñi in cęna recubuit: btiſ apl's, cui reuelata ſunt ſecreta cęleſtia. Oro. Eccleſiam. 90. Deinde fit cõme. de Nat. Aña. Gloria in excelſis. 87. ℣. Notũ fecit. Oro. Concede qs. 85. De s. Stephano. Añ. Stephanus aũt. ℣. Sepelierũt. 90. Oro. Da nobis. fo. 88. Ad iij. Aña. Hic eſt. Ca. Qui timet. ℟. b. ad horas ſumunt de cõi Aplo℞. ℟. In oẽ ter. Cõſtitues. 497 Ad vi. Aña. Hic eſt diſci. Cap.

eccl. 15.

Cibauit illum pane vitę, et intellectus, et aqua ſapientię ſalutaris potauit illum dominus Deus noſter. ℟. Conſtitues. et Nimis honorati. Ad ix. Aña. Ecce puer. Cap.

In medio Eccleſię aperuit os eius, et impleuit eũ dñs ſpiritu ſapientię, et intellectus, et ſtolá glorię induit eum. ℟. Nimis hono. et Annunciauerũt. Ad Veſ. Añ. Tecũ principiũ. cũ reſ. Añis, et pſal. vt ĩu. Cap. Qui timet. Hy. Exultet. 493. de cõi aplo℞. ℣. Valde honorádus. 90. Ad Magnifi. Aña. Exijt ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille nõ morit: et non dixit Jeſus, Nõ morit, ſed, Sic eum volo manere, donec veniá. Oro. Eccleſiaȝ tuam. folio. 90. Deinde pſcis Innocentib. An. Hi ſunt qui cũ mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt, et ſequunt agnũ quocunq ierit. ℣. Herodes iratus occidit multos pueros. ℟. In Bethlehẽ Judę ciuitate Dauid. Oro.



Deus, cuius hodierna die pconium Innocentes martyres non loquendo ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: vt fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per dominuȝ noſtrũ. Deinde fit cõm. de Nat. Aña. Hodie Chriſtus. 88. ℣. Notũ fe. Oro. Concede quęſumus. 85. De Sancto Stephano. Aña. Sepelierũt. 90. ℣. Stephanus vidit. Oro. Da nobis. fol. 88.

IN FESTO Sanctorum Innocentium duplex.

Die 28. decẽb.

Ad Mat. Inuit. Regẽ martyrũ dñȝ, Venite adorem'. Hymn.

Audit tyrannus anxius
Adeſſe regum principem,
Qui nomen Iſrael regat,
Teneatq Dauid regiam:
Exclamat amens nuncio,
Succeſſor inſtat, pellimur,
Satelles, i, ferrum rape,
Perfunde cunas ſanguine.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodẽ iuuat?
Unus tot inter funera

Impune Chriſtus tollitur. Gloria tibi dñe, Qui natus. Añę, Pſalmi, ꝛ vſi. noct. ſumunt de cõi plurium marty. f. 509. De Jeremia propheta. Lcõ i.

Jere 31. Hec dicit dñs: Uox in excelſo audita eſt lamẽtationis luctus, ꝛ fletus, Rachel plorantis filios ſuos, ꝛ nolẽtis conſolari ſup eis: quia nõ ſunt. Hęc dicit dñs. Quieſcat vox tua a ploratu, ꝛ oculi tui a lacrymis: quia eſt merces operi tuo, ait dominus, ꝛ reuertent de terra inimici. Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait dñs, ꝛ reuertentur filij tui ad terminos ſuos. ℟. Centũ quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra, hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: Uirgines enim permãſerunt, ꝛ ideo regnant cũ Deo, ꝛ agnus Dei cum illis. ℣. Iſti ſunt, q venerũt ex magna tribulatione, ꝛ lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Uirgines. L. ij.

Audiens audiui Ephraim transmigrantẽ. Caſtigaſti me, eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus. Conuerte me, ꝛ conuertar: quia tu dñs Deus meus. Poſtquã enim conuertiſti me, egi penitentiam, ꝛ poſtquam oſtendiſti mihi, pcuſſi femur meũ. Confuſus ſum: ꝛ erubui: qm̃ ſuſtinui opprobriũ adoleſcentię meę. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius. ℟. Sub altare Dei audiui voces occiſorum dicentium. Quare nõ defendis ſanguinẽ noſtrũ? ꝛ acceperũt diuinũ reſponſum: Adhuc ſuſtinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrũ veſtrorum. ℣. Uidi ſub altare Dei aïas interfectorum, ꝓpter verbũ dei, ꝛ propter teſtimoniũ quod habebant: ꝛ clamabãt voce magna dicẽtes. Quare. L. iij.

Statue tibi ſpeculã, ꝛ pone tibi amaritudines. Dirige cor tuum in viam rectã, in qua ambulaſti. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Uſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? Quia creauit dñs nouum ſuper terram: femina circundabit viruȝ. Hęc dicit dñs exercituum Deus Iſrael. Adhuc dicent verbum iſtud in terra Juda, ꝛ in vrbibus eius cuȝ cõuertero captiuitatẽ eius: Benedicat tibi dñs, pulchritudo iuſtitię, mons ſanctus. ℟. Adorauerunt viuentẽ in ſęcula ſeculorum. Mittentes coronas ſuas ante thronum Dei ſui. ℣. Et ceciderunt in cõſpectu throni in facies ſuas: ꝛ benedixerũt viuentem in ſęcula ſęculorum. Mittentes. Glo. Mittẽtes. 510.

Sermo ſ. Auguſtini epi. L. iiij.

Hodie fratres chariſſimi, natalẽ illorum infantiũ colim⁹, quos ab Herode, crudeliſſimo rege, interfectos eſſe euangelij

textus

ternus eloquitur. Et ideo cum ſumma exultatione gaudeat terra noſtra celeſtium militum et martyrum parens fecunda virtutum. Ecce profanus hoſtis nunquam beatis paruulis tantum pdeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio. Nam ſicut ſacratiſſimum preſentis diei feſtum manifeſtat, quantum ptra beatos paruulos iniqtas abundauit, tantum in eis gratia benedictionis refudit. ℟. Effuderunt ſanguinem ſanctorum velut aquam in circuitu Jeruſalem: Et non erat qui ſepeliret. ℣. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus celi, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre. Et.

Lectio v.

Beata es o Bethlehem terra Juda, que Herodis regis inhumanitatem in puerorum extinctione perpeſſa es, que ſub vno tempore candidatam plebem imbellis infantie offerre Deo meruiſti. Digne tamen natalem illorum colimus, quos beatius eterne vite mundus edidit, quam quos mundo maternorum viſcerum partus effudit. Siquidem ante vite pperue adepti ſunt dignitatem, quam vſuram pſentis acciperent. ℟. Iſti ſunt ſancti, qui paſſi ſunt ppter te domine vindica eos: Quia clamant ad te quotidie. ℣. Vindica domine ſanguinem ſanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Quia.

Lectio ſexta.

Horum quidem precioſa mors martyrum laudem in confeſſione promeruit, horum in conſummatione complacuit. Quia in incipientis vite primordijs ipſe eis occaſus initium glorie dedit, qui preſentis terminum impoſuit. Quos Herodis impietas lactentes matrum vberibus abſtraxit. Qui iure dicuntur martyrum flores: quos in medio frigore infidelitatis exortos, velut primas erumpentes Eccleſie gemmas, quedam perſecutionis pruina decoxit.

℟. Iſti ſunt qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. ℣. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Ambu. Gloria. Am.

Lectio ſancti euangelii ſecundum Mattheum. ca. ij.

In illo tempore: Angelus domini apparuit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem eius, et fuge in Aegyptum: et eſto ibi vſque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia ſancti Hieronymi preſbyteri.

Quando tollit puerum et matrem eius, vt in Aegyptum tranſeat, nocte tollit, et in tenebris: quia noctem ignorantie his a quibus ipſe receſſit, reliquit incredulis. Quando vero reuertitur in Judeam, nec nox, nec tenebre in euangelio ponuntur: quia in fine mundi Judei fidem, tanquam Chriſtum ab Aegypto reuertentem, ſuſcipientes illuminabuntur. ℟. Cantabant ſancti

cti canticum nouum ante ſedes
Dei, ⁊ agni: Et reſonabat terra
in voces eorum. ℣. Hi empti
ſunt ex omnibus primitię Deo,
⁊ agno: ⁊ in ore ipſoꝝ non eſt
inuentum mēdaciū. Et. Lect. viij.

V T adimpleretur, quod di
ctum eſt a dn̄o per prophe
tā dicentem. Ex Aegypto voca
ui filiū meum. Reſpondeāt qui
Hebręorum voluminum dene-
gant veritatē, vbi hoc in ſeptua
ginta legatur interpretibus. Quō
cū non inuenerint, nos eis dice
mus in Oſee propheta ſcriptū,
ſicut exēplaria pbare poſſunt, q
nuper edidimus. ℟. V idi ſub
altare Dei animas interfectorū
propter verbum Dei quod ha-
bebant: ⁊ clara voce dicebant:
Vindica domine ſanguinem ſan
ctorum tuorum, qui effuſus eſt.
℣. Sub throno Dei omnes ſan
cti clamant. Vindica. Lect. ix.

T Unc adimpletū eſt quod
dictū eſt p Jeremiam pro-
phetā: Vox in Rhama audita
eſt, ploratus, ⁊ vlulatus multus,
Rachel, plorās filios ſuos. De
Rachel natus eſt Beniamin, in
cuius tribu non eſt Bethlehē.
Quęritur ergo, quomodo Ra-
chel filios Judę ideſt Bethleē
quaſi ſuos ploret. Reſpondebi-
mus breuiter, qa ſepulta ſit iux-
ta Bethleem in Ephrata, ⁊ ex
materno corpuſculi hoſpitio,
matris nomen acceperit.
T u autem do. Nona ℟. poni-
tur quia T e Deum non dicit,
niſi hoc feſtū veniat in Dn̄ica.
℟. I ſti, qui amicti ſunt ſtolis
albis, q ſunt? ⁊ vnde venerūt? Et
dixit mihi: Hi ſunt qui venerūt
de tribulatione magna, ⁊ laue-
runt ſtolas ſuas, ⁊ dealbauerūt
eas in ſanguine agni. ℣. Vi
di ſub altare Dei animas inter-
fectorum propter verbum Dei,
⁊ propter teſtimoniū, quod ha-
bebant. Et dixit. Glo. Et dixit.
Ad Laudes ⁊ p horas. Aña.

H Erodes iratus, occidit mul
tos pueros in Bethlehem
Judę ciuitate Dauid. Pſalꝰ.
Dominus reg. &. cum reſ. Aña.
A bimatu, ⁊ infra occidit mul-
tos pueros Herodes propter
dn̄m. Aña. Angeli eorum ſem
per vident faciem patris. Aña.
Vox in Rama audita eſt, plora-
tus, ⁊ vlulatus, Rachel plorans
filios ſuos. Antiphona. Sub
throno Dei omnes ſancti cla-
mant: Vindica ſanguinem no-
ſtrum Deus noſter. Caplm.

V Idi ſupra montem Sion Apo
agnum ſtantem, ⁊ cum eo 14
centum quadraginta quatuor
millia habentes nomen eius, ⁊
⁊ nomen patris eius, ſcriptum
in frontibus ſuis. Hymnus.

S Aluete flores martyrum,
Quos lucis ipſo in limine
Chriſti inſecutor ſuſtulit,
Ceu turbo naſcentes roſas.
V os prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tener,
Aram

Digitized by Google

Aram ante ipſam ſimplices
Palma ꝛ coronis luditis.
Gloria tibi dñe, Qui natus es.
℣. Herodes irat⁹ occidit multos
pueros. ℞. In Bethlehē Iude
ciuitate Dauid. Ad Ben. An.
Hi ſunt q cū mulieribus nō ſunt
coinqnati: virgines enim ſunt,
ꝛ ſequunt Agnū, quocūqꝫ ierit.
Oratio. Deus cuius hod. 92.
[illegible] com. de Nat. Ant.
Gloria in excelſis. 88. ℣. No-
nū fecit. Oro. Concede q̄s. 85.
Pro ſancto Stephano. Ant.
Stephanus autē. 90. ℣. Sepe-
lierunt. 90. Oro. Da nobis. 88.
Pro ſancto Iohanne. Ant.
Iſte eſt Iohānes. 92. ℣. Hic eſt
diſcipulus. ℞. Et ſcimus. Oro.
Eccleſiam tuā, queſumus. 90.
Ad iij. Ant. A bimatu ꝛ infra.
Cap. Uidi ſupra mōtē. vt ſup.
℞. Letamini. Exultēt. 493.
Ad vi. Ant. Angeli eoꝝ. Cap.

po. H I ſunt qui cum mulierib⁹
44. non ſunt coinquinati: vir
gines eniꝫ ſunt, ꝛ ſequunt Agnū
quocunque ierit. ℞. Exultent
iuſti in cōſpe. ℣. Iuſti autem.
Ad ix. Ant. Sub throno. Cap.

H I empti ſunt ex oibus pri
mitię deo, ꝛ agno: ꝛ in ore
ipſoꝝ non eſt inuentum menda
cium: ſine macula enim ſunt an
te thronum dei. ℞. Iuſti aūt.
ꝛ Exultabunt. Ad Veſp. An.
Tecum principium. 88. Cap.
Uidi ſupra montem. ve ſupra.
hymn. Saluete flores martyrū.

℣. Sub throno dei omnes ſan-
cti clamant. ℞. Uindica ſan-
guinem noſtrum, Deus noſter.
Ad Magnificat. [illegible]
Innocentes pro Chro infantes
occiſi ſūt, ab iniquo rege lacten
tes interfecti ſunt: ipſuꝫ ſequunt
Agnū ſine macula: ꝛ dicūt ſem
per, gloria tibi dñe. [illegible]
Pro S. Thoma Cantuar. mi
[illegible] Antipho.
Iſte ſanctus pro lege dei ſui cer-
tauit vſqꝫ ad mortē, ꝛ a verbis
impiorum nō timuit: fundatus
enim erat ſupra firmā petrā. ℣.
Gloria ꝛ honore coronaſti eum
dñe. ℞. Et cōſtituiſti eum ſup
opera manuum tuarum. Oro.

DEus, pro cuius Eccle
ſia glorioſus pontifex
Thomas gladijs im-
piorum occubuit: pre
ſta queſumus: vt omnes qui
eius implorant auxilium, peti-
tionis ſue ſalutarem conſequan
tur effectum. Per dominum.
[illegible] Pro [illegible]
Ant. Hodie Chrs natus. 88.
℣. Notum fecit. Oratio. Con-
cede, queſumus omnipotēs. 85.
Pro ſancto Stephano. Ant.
Sepelierūt. 90. ℣. Stephan⁹ vi
dit. Oro. Da nobis, q̄s dñe. 88.
Pro ſancto Iohanne. Ant.
Exijt ſer. 92. ℣. Ualde bo. 90.
Oratio. Eccleſiam tuam. q. 90.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Com.

cōm. Dñicę infra oct. quę paulo infra habetur: deinde fiūt cōme. octauarū, ⁊ in Ueſp. Dñicę fit cōm. S. Thomę, ⁊ octauaꝝ, ⁊ in ij. Ueſpe. S. Thomę a Capitulo fit de S. Syluestro cum cōme. S. Thomę, ⁊ octauaꝝ.

Dic. 29. dec. IN FESTO S. THOMAE Epi, ⁊ mart. omnia de cōi vnius mar. pter lectōnes ij. ⁊ iij. noctur. In j. noc. De Actibus Aploꝝ. A Mileto Paulus. folio. 501. de cōi vnius mart. ponti. L. iiij.

Thomas Londini in Anglia nat᷒ Theobaldo ſucceſſit Cātuariēſi epō: ⁊ qui antea i adminiſtrādo Cācellarię munere pręclare ſe geſſerat, in epiſcopali officio fortis ⁊ inuictus fuit. Cum eniꝫ Henricus Anglię rex coacta ſynodo ꝓuincialiū epiſcopoꝝ, leges ferret, vtilitati ac dignitati eccleſiaſticę repugnantes, adeo ꝯſtāter obſtitit regię cupiditati, vt neqꝫ pollicitationibus, neqꝫ terroribus, de ſentētia decedēs, in exiliū pulſus ſit. Moxqꝫ propinqui eius omnis ętatis eiecti, amici, fautores oēs: ijs, quibus per ętatem liceret iureiurando adſtrictis, vniuerſos Thomam adituros, ſi fortaſſe miſerabili ſuoꝝ calamitatis aſpectu moueretur, qui a ſancto propoſito priuatis incōmodis deterreri minime potuiſſet. Nō reſpexit is carnem aut ſanguinem, neqꝫ vllus in eo humanitatis ſenſus paſtoralis officij ꝯſtātiā labefactauit. ℟. Honeſtum. 503. Lectio v.

Contulit igit᷑ ſe ad Alexandrū tertiū pontificē, a quo benigne acceptus eſt: ⁊ inde ꝓfectus, monachis Pontiniacēſis monaſterij Ciſtercienſis ordinis ab eodem commendatus. Quod vt cognouit Henricus, miſſis ad cōuentū fratrū Ciſtercienſiū minacibus literis, Thomam a Pōtiniaco monaſterio exturbare conat᷑. Quare vir ſanctus veritus ne ſua cauſa mali aliqd Ciſtercienſis familia pateret, ſpōte diſceſſit, ⁊ Ludouicū Gallię regē, eius inuitatu ꝯuenit: vbi tandiu fuit, quoad pontifice maximo ⁊ ipſo rege agentibus, ab exilio ſumma totius regni gratulatione reuocatur: qdū boni paſtoris officiū ſecurus exequit᷑: ecce calūniatores ad regē deferūt, eū multa contra regnū, ⁊ publicā quietem moliri: vt propterea ſępius conquereretur rex, ſe in ſuo regno cum vno ſacerdote pacē habere non poſſe. ℟. Deſider. 503. Lectio vi.

Ex qua regis voce nefarij ſatellites ſperantes gratum ſe regi facturos, ſi Thomā e medio tollerent, clam cōuenientes Cātuariā, epiſcopū in tēplo veſpertinis horis operā dantē aggrediuntur. Qui clericis templi aditus pręcludere conantibus, accurrens, oſtium aperuit, illis

illis vſus verbis ad ſuos: Nō eſt Dei eccleſia cuſtodienda more caſtroꝝ: ⁊ ego pro eccleſia dei libenter mortē ſubibo. Tum ad milites: Vos dei iuſſu cauete, ne cuipiā meoꝝ noceatis. Deinde flexis genibus deo, beatę Marię, ſancto Dionyſio, ⁊ reliquis ſanctis eius eccleſię patronis, eccleſiā, ⁊ ſeipſum cōmēdās, ſacrū caput eadē ꝯſtātia, qua iniquiſſimi regis legib' reſtiterat, impio ferro ꝑcidēdū obtulit, quarto Calend. Januarij, milleſimo cēteſimo ſeptuageſimo primo, cuius cerebro reſpſum eſt totius tēpli pauimentū. Quem multis poſtea illuſtrē miraculis idem Alexander Pontifex retulit in ſanctoꝝ numerū. ℟. Stola. 503.

Lcō s. euāg. ſm Johānē. L. vij.

Jo. 10. IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ego ſum paſtor bonus. Et reliqua.

Hom. S. Johā. Chryſoſtomi.

impetus lętificat, haleluiah, ciui
tatẽ Dei, haleluiah. ps. Deus no/
ſter, refu. 27. Añ. Pſallite Deo
noſtro, pſallite: pſallite regi no/
ſtro, pſallite ſapienter. ps. Om/
nes gentes. 27. ℣. Omnis terra
adoret te, ⁊ pſallat tibi. ℟.
Pſalmũ dicat nomini tuo dñe.
De Iſaia pphеta. Lcõ prima.

Omnes ſitientes venite ad aquas, ⁊ q nõ habetis argẽtũ properate, emite, ⁊ comedite. 55. c.
Venite, emite abſq; argento, ⁊ abſq; vlla cõmutatione vinũ, ⁊ lac. Quare appenditis argentũ nõ in panibus, ⁊ laborem veſtrũ nõ in ſaturitate? Audite audientes me, ⁊ comedite bonũ: ⁊ delectabit in craſſitudine aĩa veſtra: Inclinate aurẽ veſtrã: ⁊ venite ad me: audite, ⁊ viuet aĩa veſtra. Et feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ, miſericordias Dauid fideles. Ecce teſtẽ populis dedi eũ: ducẽ, ac pręceptorem gentibus. ℟. Hodie in Iordane baptizato dño aperti ſunt cęli, ⁊ ſicut columba ſuper eum ſpiritus manſit, ⁊ vox patris intonuit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. ℣. Deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie, ſicut colũba, in ipſum: ⁊ vox de cęlo facta eſt. Hic eſt fi,

hoc

Digitized by Google

hoc ℟. dicēdū eſt ꝑ oct. loco i. ℟. Tria ſunt munera ꝑcioſa, q̄ obtulerūt Magi dño in die iſta: ꝛ habent in ſe diuina myſteria: In auro, vt oſtēdat̃ regis potentia: in thure ſacerdotē magnū ꝯſidera, ꝛ in myrrha dñicā ſepulturā. ℣. Salutis nrę auctorē magi venerati ſūt in cunabulis, ꝛ de theſauris ſuis myſticas ei munerū ſpecies obtulerūt. In. Lec. v.

Is.60 SUrge, illuminare Jeruſalem: q2 venit lumen tuū, ꝛ gloria dñi ſup te orta eſt. Q2 ecce tenebrę operient terram, ꝛ caligo populos: Super te autē orietur dñs: ꝛ gloria eius in te videbitur: ꝛ ambulabunt gentes in lumine tuo, ꝛ reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, ꝛ vide: oēs iſti congregati ſunt, venerūt tibi. Filij tui de lōge venient, ꝛ filię tuę de latere ſurgent. Tunc videbis, ꝛ afflues: ꝛ mirabit̃, ꝛ dilatabitur cor tuū, quādo ꝯuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gētiū venerit tibi. Inūdatio camelorū opiet te, Dromedarij Madiā ꝛ Epha. Oēs de Saba veniēt, aurū ꝛ tus deferentes, ꝛ laudē dño annunciantes. ℟. In columbę ſpecie ſpiritus ſanctus viſ' eſt: paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene ꝯplacui. ℣. Cęli aperti ſunt ſup eum, ꝛ vox patris intonuit. Hic. L. vi.

Is.61 GAudens gaudebo in dño, ꝛ exultabit anima mea in Deo meo: q2 induit me veſtimentis ſalutis, ꝛ indumento iuſtitię circundedit me, quaſi ſponſū decoratū corona, ꝛ quaſi ſponſā ornatam monilibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuū, ꝛ ſicut hortus ſemen ſuū germinat, ſic dñs Deus germinabit iuſtitiam, ꝛ laudē coram vniuerſis gentibus. Propter Sion nō tacebo, ꝛ ꝓpter Jerlm non quieſcā, donec egrediat̃ vt ſplendor, iuſtus eius, ꝛ Saluator eius, vt lampas accendatur. ℟. Reges Tharſis, ꝛ Inſulę munera offerent: Reges Arabū, ꝛ Saba dona dño Deo adducent. ℣. Omnes de Saba venient, aurum, ꝛ tus deferentes. Reges Arabū. Gloria. Reges.

In iij. noct. Ana. Omnis terra adoret te, ꝛ pſallat tibi: pſalmū dicat noi tuo dñe. ps. Jubilate. 32. Ana. Reges Tharſis, ꝛ Inſulę munera offerent regi dño. ps. Deus iudiciū. 35. Ana. Oēs gentes quaſcunq; feciſti, venient, ꝛ adorabunt coram te dñe. ps. Inclina domine. 42. ℣. Reges Tharſis, ꝛ Inſulę munera offerent. ℟. Reges Arabum, ꝛ Saba dona adducent.

Sermo s. Leonis pape. L. vij.

GAudete in dño dilectiſſimi, iterum dico gaudete, qm̄ breui interuallo temporis, poſt ſolēnitatē natiuitatis Chriſti, feſtiuitas declarationis eius

illuxit,

illuxit, ꝛ quem in illo die virgo peperit, in hoc mūdus agnouit. Uerbum enim caro factum, ſic ſuſceptionis noſtrę temperauit exordia, vt natus Jeſus ꝛ credentibus manifeſtus, ꝛ pſequētibus eſſet occultus. Jā tunc ergo cęli enarrauerūt gloriā Dei, ꝛ in omnem terram ſonus veritatis exiuit, quādo ꝛ paſtoribus exercitus angeloꝝ Saluatoris editi annunciatoꝛ apparuit, ꝛ Magos ad eū adorandū pręuia ſtella pduxit, vt a ſolis ortu vſque ad occaſuꝫ veri regis generatio coruſcaret, cum rerū fideꝫ ꝛ regna orientis per Magos diſcerent, ꝛ Romanum imperiuꝫ nō lateret. ℟. Illuminare, illuminare Jeruſaleꝫ: qa venit lux tua. Et gloria domini ſup te orta eſt. ℣. Et ambulabunt gētes in lumine tuo, ꝛ reges in ſplendore ortus tui. Et. Gloria. L. v.

Nam ꝛ ſęuitia Herodis volens primordia ſuſpecti ſibi regis extinguere, huic diſpenſationi neſciens ſeruiebat: vt dū atroci intentus facinori, ignotū ſibi puerū indiſcreta infantiū cęde perſequitur, annunciatuꝫ cęlitus dn̄atoris ortum inſignioꝛ vbiqꝫ fama loqueretur, quam promptioꝛem ad narrandū, diligentioremqꝫ faciebat, ꝛ supernę ſignificationis nouitas, ꝛ cruentiſſimi pſecutoris ipietas. Tūc autē etiam Aegypto Saluatoꝛ illatus eſt: vt gens antiquis erroribus dedita, iam ad vicinā ſalutem per occultā gratiā ſignaretur: ꝛ quę nōdū eiecerat ab animo ſuperſtitionē, iā hoſpitio reciperet veritatem. ℟. Oēs de Saba venient, aurū ꝛ tus deferentes, ꝛ laudem dn̄o annūciantes, Halab, hal. hal. ℣. Reges Tharſis, ꝛ Inſulę munera offerent: reges Arabū, ꝛ Saba dona adducent. Haleluiah. L. vi.

Agnoſcamus ergo, dilectiſſimi, in Magis adoratoribus Chriſti, vocationis noſtrę fideiqꝫ primitias: ꝛ exultantibus animis beatę ſpei initia celebremus. Exinde enim in ęternā hęreditatē cępimus introire, exinde nobis Chriſtum loquentia ſcripturarum arcana patuerūt: ꝛ veritas, quā Judęoꝝ obcęcatio nō recipit, oībus nationibus lumen ſuum inuexit. Honoretur itaqꝫ a nobis ſacratiſſimus dies: in quo ſalutis noſtrę auctoꝛ apparuit: ꝛ quē Magi infantē venerati ſunt in cunabulis, nos oīpotentē adoremus in cęlis. Ac ſicut illi de theſauris ſuis myſticas dn̄o munerū ſpecies obtulerunt, ita ꝛ nos de cordibus noſtris q̄ Deo ſunt digna promamus. ℟. Magi veniūt ab oriēte Jeroſolymā, quęrentes, ꝛ dicētes: Ubi eſt q natus eſt: cuius ſtellā vidimus. Et venimus adorare dn̄m. ℣. Uidimus ſtellam eius in oriente. Et. Gloria. Et. In iiij. noct. Aii. Uenite adoremus

mus eũ, qꝛ ipſe eſt dñs Deus nr. Hęc Antiphona reperit in pſalmo ordine infraſcripto. Pſalꝰ.

Venite, exultem' dño: iubilemus Deo ſalutari nro.

Preoccupem' faciẽ eius in cõfeſſione: ꝛ in pſalmis iubilemus ei.

Aña. Venite adoꝛemus eũ: qꝛ ipſe eſt dominus Deus noſter.

Quoniã Deus magnus dñs, ꝛ rex magnus ſuper omnes deos.

Quia in manu eius ſunt oẽs fines terrę: ꝛ altitudines montiũ ipſius ſunt. Añ Venite. vt ſu.

Quoniã ipſius eſt mare, ꝛ ipſe fecit illud: ꝛ ſiccã manus eius formauerunt. Aña. Venite. vt ſup.

Venite adoꝛemus ... Nos populus paſcuę eius, ꝛ oues manus eius: hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare coꝛda veſtra.

Sicut in irritatione ſm diem tẽtationis in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri, pꝛobauerunt, ꝛ viderunt opera mea.

Antiphona. Venite. vt ſupra.

Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: ꝛ dixi, ſemp hi errant coꝛde.

Et iſti non cognouerunt vias meas, vt iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiem meam.

Antiphona. Venite. vt ſupꝛa.

Gloꝛia pr̃i, ꝛ filio, ꝛ ſpiritui ſan.

Aña. Venite adoꝛemus eũ, qꝛ ipſe eſt dominus Deus noſter.

¶ Aña pdicta cũ ſuo pſal. dr̃ in hac nocte, p oct. vero loco huius dr̃ Aña. Homo natus eſt in ea, ꝛ ipſe fundauit eam altiſſimus. ꝛ ps. Fũdamẽta. 42. ¶ Aña. Adoꝛate dñm, hal. in aula ſctã eiꝰ, hal. ps. Cãtate. j. Añ. Adorate Deũ, halab, oẽs angeli eius, hal. ps. Dñs reg. exultet. 44. 44.

℣. Adoꝛate Dñm, halab. ℟. In aula ſancta eius, haleluiah.

Lcõ s. euã. ſm Matthẽũ. c. ij. 2. ca.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethlehẽ Judę, in diebꝰ Herodis regis, ecce Magi ab oꝛiente venerunt Jeroſolymã, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt, rex Judęoꝛum? Et reliqua.

Homilia S. Gregoꝛij Papę.

Sicut in lectione euangelica fratres cariſſimi audiſtis, cęli rege nato rex terrę turbatus eſt: qa nimirũ terrena altitudo cõfunditur, cum celſitudo cęleſtis aperitur. Sed quęrendũ nobis eſt: quidnã ſit q Redẽptoꝛe nato, paſtoꝛibus in Judęa Angelus apparuit: atq; ad adoꝛãdũ hũc ab oꝛiẽte Magos nõ Angelus, ſed ſtella perduxit. Quia videlicet Judęis, tanquã ratione vtentibus rationale animal, ideſt angelus pꝛędicare debuit: Gentiles vero quia vti ratione neſciebant, ad cognoſcendum dñm, nõ per vocẽ, ſed per ſigna perducuntur: vnde ꝛ per Paulũ dicit, Lingue in ſignum ſunt, non fidelibus, ſed infidelibus: pꝛophetię autem non infidelibus, ſed fidelibus. Qꝛ ꝛ illis pꝛophetię tanquã fidelibus, nõ infide-

Digitized by Google

infidelibus: et iſtis ſigna, tanquã infidelibus, nõ fidelibus data ſũt. ℟. Stella, quaʒ viderant Magi in oriente, antecedebat eos do nec venirent ad locuʒ, vbi puer erat. Uidẽtes autẽ eã gauiſi ſũt gaudio magno. ℣. Et intrantes domũ inuenerũt puerũ cũ Maria matre eius, et ꝓcidentes adorauerũt eũ. Uidentes. Lec. viij.

Et notãduʒ, quod Redemptorem noſtrum, cum iam perfectę eſſet ętatis, eiſdeʒ Gentilibus apoſtoli ꝑdicant, eũ qʒ paruuluʒ et necduʒ ꝑ humani corporis officiuʒ loquenteʒ, ſtella Gentibus denunciat: qa nimirum rationis ordo poſcebat, vt et loquẽtem iam dñm loquentes nobis ꝑdicatores innoteſcerent: et necduʒ loquentem elementa muta prędicarẽt. Sed in oibus ſignis q̃ vel naſcente dño, vel moriente eo monſtrata ſunt, ꝯſideranduʒ nobis eſt, quãta fuerit in quorũdã Judęoꝝ corde duritia, q hũc nec ꝑ prophetię donum, nec per miracula agnouerunt. ℟. Uidentes ſtellaʒ Magi gauiſi ſunt gaudio magno: Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adorauerunt eum: et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, tus, et myrrhaʒ. ℣. Stella, quam viderant Magi in oriente, antecedebat eos, vſqʒ dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Et. Gloria. Et. Lectio ix.

Omnia qppe elementa auctoreʒ ſuuʒ veniſſe teſtata ſunt. Ut enim de eis qddam vſu humano loquar: Deuʒ hunc cęli eſſe cognouerunt, quia ſtellaʒ ꝓtinus miſerunt. Mare cognouit, qꝛ ſub plantis eius calcabilẽ ſe prębuit. Terra cognouit, qa eo moriente contremuit: Sol cognouit, quia lucis ſuę radios abſcondit: Saxa, et parietes agnouerunt: quia tẽpore mortis eius ſciſſa ſunt. Infernus agnouit, quia hos quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc queʒ omnia inſenſibilia elementa dñm ſenſerunt, adhuc infideliuʒ Judęoꝝ corda Deuʒ minime eſſe cognoſcunt: et duriora ſaxis, ſcindi ad pęnitendũ nolunt. Ad Laudes, et ꝑ Horas. Aña.

Ante luciferũ genitus, et ante ſęcula, dñs Saluator noſter hodie mũdo apparuit. ps. Dñs reg. 8. cũ rel. Aña. Uenit lumẽ tuuʒ Jeruſaleʒ, et gloria dñi ſuꝑ te orta eſt, et ambulabunt genteſ in lumine tuo, hal. Aña. Apertis theſauris ſuis obtulerũt Magi dño aurũ, tus, et myrrhã, hal. Aña. Maria, et flumina benedicite dño, hymnum dicite fontes domino, halah. Aña. Stella iſta ſicut flamma coruſcat, et regem reguʒ Deum demonſtrat: Magi eam viderunt, et magno regi munera obtulerunt. Cap.

Surge, illuminare. Hy. O Sola magnarum vrbium

Maior

Maior Bethlehem, cui contigit
Ducem ſalutis cęlitus
Incorporatum gignere.
Quem ſtella, quę ſolis rotam
Vincit decore ac lumine,
Veniſſe terris nunciat
Cum carne terreſtri Deum.
Videre poſtquã illum Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq́ʒ votis offerunt
Tus, myrrhã, ⁊ aurum regiũ.
Regem, Deumq́ʒ nunciant
Theſaurus, ⁊ fragans odor
Turis Sabęi, ac myrrheus
Puluis ſepulcrum prędocet.
Gloria tibi domine,
Qui apparuiſti hodie,
Cum patre ⁊ ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.
℣. Adorate deuʒ, hal. ℟. Oẽs angeli eiꝰ, hal. Ad Bñs. Aña. Hodie celeſti ſpõſo iuncta eſt eccleſia: qm̃ in Iordane lauit Chriſtus eius crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, ⁊ ex aqua facto vino lętantur conuiuę, halab. Oratio. Deus, qui hodierna die. 105. ¶ Ad j. ℟. bre. Chriſte fili Dei viui. ℣. Qui apparuiſti hodie. Et ſic dicit̃ ꝑ octa. Ad iij. Aña. Venit lumẽ. Cap. Surge, illuminare. ℟. bre. Reges Tharſis, ⁊ Inſulę munera offerent, halab, halab. ℣. Reges Arabum, ⁊ Saba dona adducent. Halab, halab. ℣. Oẽs de Saba venient, halab. ℟. Aurum, ⁊ tus deferentes, haleluiab.

Ad vi. Añ. Apertis the. Cap.

Leua in circuitu oculos tuos, ⁊ vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filij tui de lõge venient, ⁊ filię tuę de latere ſurgent. ℟. Oẽs de Saba venient, halab, halab. ℣. Aurum ⁊ tus deferentes. halab, halab. ℣. Adorate dñm, halab. ℟. In aula ſancta eius, halab. Ad ix. Aña. Stella iſta. Cap. Iſa. 60

Omnes de Saba venient, aurum, ⁊ tus deferentes, ⁊ laudẽ dño annunciantes. ℟. Adorate dñm, halab, hal. ℣. In aula ſancta eius. Halab, hal. ℣. Adorate Deum, haleluiab, ℟. Omnes angeli eius, halab. Ad Veſp. Aña. Ante luciferũ. cũ rel. vt ſu. ps. Dixit dñs. f. 52. In ſi. ps. In exitu. Et ſic dr̃ ꝑ totã oct. Cap. Surge, illuminare. Hym Hoſtis Herod. 105. ℣. Reges Tharſis. Ad Mag. Aña. Tribus miraculis ornatum diẽ ſanctũ colimꝰ: hodie ſtella Magos duxit ad pręſepium: hodie vinum ex aqua factuʒ eſt ad nuptias: hodie in Iordane a Iohãne Chriſtus baptizari voluit, vt ſaluaret nos, halab. Oro, vt ſu. ¶ Infra oct. Epiph. Inuita. ⁊ hym. vt ſu. ⁊ reliq. dicuntur vt in die, pręter lec. ⁊ Antiphonas ad Benedictus, ⁊ Magnificat. ¶ De feſtis ſimp. infra eam occurrentibus fit tantum commemo. Officium dominicę infra eam occurrentis habetur infra

PRIMA DIE INFRA Octauam Epiphanię.

Si poſt feſtū Epiph. nō ſequaẗ dies dñicus, tūc ꝓ primis tribus lcō. leguntur ſequentes ad Romanos quouſqꝫ perueniat ad diem dñicū: vbi vero venerit dies dñi/ cus, relinquuntur iſtę, ꝛ dñr illę q̄ ſequuntur poſt diem oct. Epipha. ſcriptę ad Corinth. vbi dr Dñica j. poſt Epiph. xiij. Et ſemper lectis primis tribus lcō. reuertitur ad legendū ſequētes de ij. ꝛ iij. noct. Prima die infra oct. Epiph. dñr lec. ꝛ Añę ad Bñs, ꝛ Mag. q̄ ſequuntur, niſi prima dies fuerit dñica: tūc prima dies poſt Epiph. erit j. poſt dñicā, ꝛ ij. poſt Epiph. qđ ſeruatur in alijs dieb᷒ poſt dñicā infra oct. occurrentibus. Si Dñica venerit in ij. die poſt Epiph. tūc ij. dies erit iij. poſt Epipha. ꝛ ij. poſt dñicā, ꝛ in alijs ſimiliter, ꝛ in ſeq. diebus poſt Dñicā. Et omiſſis lec. de Epiſtola ad Ro. legitur de Epiſtola ad Corinth. vt inferius in rubri. Dñicę dicitur. fol. xxj.

De epiſtola Beati Pauli apoſtoli ad Romanos. Lectio i.

ca. 9. Veritatē dico in Chriſto Jeſu, nō mentior, teſtimoniū mihi perhibēte conſcientia mea in ſpiritu ſancto, qm̄ triſtitia mihi magna eſt ꝛ continuus dolor cordi meo. Optabā enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, q ſunt cognati mei ſm carnē, q ſunt Iſraelitę, quorum adoptio eſt filiorum, ꝛ gloria, ꝛ teſtamētū, ꝛ legiſlatio, ꝛ obſequiū, ꝛ promiſſa: quorū patres, ex quibus eſt Chriſtus ſm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedict᷒ in ſęcula. Am̄.

℟. Tria ſunt. 106. Lectio ij.

Non autē q̄ ceciderit verbū Dei. Nō enim oēs, q ex circunciſione ſunt Iſrael, ij ſunt Iſraelitę: neque qui ſemen ſunt Abrahę, oēs filij Abrahę: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen: ideſt, non q filij carnis, hi filij dei: ſed q filij ſunt promiſſionis, ęſtimentur in ſemine. Promiſſionis enī verbū hoc eſt: Scđm hoc tēpus veniā, ꝛ erit Sarę filius. Nō ſolū autē illa, ſed ꝛ Rebecca ex vno cōcubitu habēs Iſaac patris nři. ℟. In colūbę. 106. L. iij.

Cum eniꝫ nondū nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſm electionem propoſituꝫ dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictuꝫ eſt ei: quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt, Jacob dilexi, Eſau autē odio habui. Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deū? Abſit. Moyſi enim dicit, Miſerebor, cui miſert᷒ ſum: ꝛ miſericordiā pręſtabo, cui miſerebor. Igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt dei. ℟. Reges Thar. 106.

Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

Ad partum virginis adorādū Magi ab oriente venerunt.

nant. Hũc diẽ hodie celebram⁹, huic debitã ſolennitatẽ ſermonẽq3 pſoluimus. Illis dies iſte primus illuxit, anniuerſaria nobis feſtiuitate redijt. Illi erãt primitię gentiũ, nos populi gẽtiũ. Nobis hoc lingua nũciauit apoſtoloꝝ, ſtella illis tanq̃ꝫ lingua celorũ: ⁊ nobis ijdẽ apl̃i tanquã alij celi, enarrauerũt gloriã Dei. ℞. Illuminare. 106. Lectio v.

Magnũ ſacramẽtũ: in pſepio tunc iacebat, ⁊ Magos ab oriente ducebat: abſcõdebat in ſtabulo, ⁊ agnoſcebat in celo: vt agnitus in celo, manifeſtaretur in ſtabulo, ⁊ appellaret Epiphania dies iſte, quod latine manifeſtatio dici poteſt: ſimul eius celſitudinẽ humilitatemq3 commendans: vt qui in aperto celo ſignis ſidereis monſtrabatur, in anguſto diuerſorio quęſitus inueniretur, inualidusque infantilibus membris, inuolutus infantilib⁹ pannis, adoraretur a Magis, timeret a malis. ℞. Omẽs de Saba. 106. L. vi.

Timuit enim eũ rex Herodes, eiſdẽ Magis ſibi nunciantibus, cum adhuc quęrerẽt paruulum, quẽ cognouerant celo teſte iã natũ. Quid erit tribunal iudicantis, quãdo ſupbos reges cuna terrebat īfantis? Quanto cõſultius reges, nõ ſicut Herodes interficere quęrant, ſed ſicut Magi potius adorare delectent: etiam pſertim eũ, q ⁊ ipſam morẽ quam cupiebat inimicus inferre, etiã pro ipſis inimicis ab inimicis ſuſtinuit, eamq3 in ſuo corpore occiſus occidit. Pie timeant reges ad patris dexterã iam ſedentem, quem rex impius timuit adhuc matris vbera lambentẽ. ℞. Magi. 106.

In iij. noc. Lcõs. cũ [illegible].

Cum natus eſſet Jeſus. fo. 107. vt ſũ. in feſto. [illegible] temp ppõnit lec. euãgelij ante j. lec. de Hom. De hom. [illegible] Greg. pape. L. vij.

Sed ⁊ inter hęc ſciẽdũ eſt, q Priſcillianiſtę heretici naſci vnumquemq3 hoiem ſub conſtitutionibus ſtellaꝝ putãt: ⁊ hoc in adiutorium ſui erroris aſſumunt: q noua ſtella exijt, cũ dñs in carne apparuit: cuius fuiſſe fatum eandem, quę apparuit, ſtellam putant. Sed ſi euangelij verba penſemus, qbus de eadẽ ſtella dr̃, Uſq3 dũ veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer: dũ nõ puer ad ſtellam, ſed ſtella ad puerum cucurrit, ſi dici liceat, non ſtella fatum pueri, ſed fatum ſtellę is, qui apparuit, puer fuit. ℞. Stella. 107. Lectio viij.

Sed abſit a fideliũ cordib⁹, vt aliqd eſſe fatũ dicãt. Uitã quippe hominum ſolus hanc cõditor, q creauit, adminiſtrat. Neq3 enim ꝓpter ſtellas homo, ſed ſtellę propter hoĩnẽ factę ſunt: ⁊ ſi ſtella fatuꝫ hominis dicitur, ipſis ſuis miniſterijs ſubeſſe homo perhibetur. Certe cum Jacob

Digitized by Google

Iacob de vtero egrediēs prioris fratri, plātā teneret manu, prior pfecte nequaq̃ȝ egredi potuit, nisi ꝛ ſubſequens inchoaſſet: ꝛ tamen cū vno tēpore eodē q̃ȝ momento vtrunq̃ȝ mater fuderit, nō vna vtriuſq̃ȝ vitę ęqualitas fuit. ℟. Videntes. 107. L. ix.

Sed ad hoc solēt mathematici reſpondere, q̃a virtus conſtellationis in ictu pūcti eſt. Quibus e diuerſo nos dicimus: q̃a magna eſt mora natiuitatis. Si igit in ictu puncti ꝯſtellatio permutat, neceſſe iaȝ erit, vt tot dicāt fata, quot ſunt membra naſcentium. Fateri etiā mathematici ſolēt, quod quiſquis in ſigno Aquarij naſcitur, in hac vita piſcatoris miniſterium ſortiatur: piſcatores vero, vt ferī, Getulia nō habet: q̃s ergo dicat, q̃a nemo illic in ſtella Aquarij naſcit, vbi piſcator omnino non habetur ꝛ

Ad Bn. Aña. Ab oriēte venerunt Magi in Bethlehē adorare dn̄m, ꝛ apertis theſauris ſuis, precioſa munera obtulerunt: aurum ſicut regi magno: tus, ſicut Deo vero: myrrham ſepulturę eius, halah. Ad Mag. Aña. Videntes ſtellam Magi, gauiſi ſunt gaudio magno, ꝛ intrātes domum obtulerunt domino aurū, tus, ꝛ myrrhaȝ, haleluiah.

SECVNDA DIE.

De epiſtola ad Romanos. L. j.

c. 12 Obſecro itaq̃ȝ vos fratres, p miſericordiā dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctaȝ, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrū. Et nolite conformari huic ſęculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis, q̃ ſit volūtas Dei bona, ꝛ beneplacens, ꝛ perfecta. Dico eniȝ per gratiā, quę data eſt mihi, oībus qui ſunt inter vos, nō plus ſapere, quā oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, ꝛ vnicuiq̃ȝ ſicut Deus diuiſit menſurā fidei. ℟. Tria ſunt. 106. Lectio ij.

Sicut eniȝ in vno corpore multa mēbra habemus, oīa auteȝ mēbra nō eundeȝ actū habent: ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli auteȝ alter alterius membra. Habentes auteȝ donationes ſm gratiā, q̃ data eſt nobis differentes: ſiue ꝓphetiā, ſm rationeȝ fidei: ſiuē miniſteriuȝ, in miniſtrādo: ſiue qui docet, in doctrina: q exhortat, in exhortando, q tribuit, in ſimplicitate, q pręeſt, in ſolicitudine, q miſeretur, in hilaritate. ℟. In columbę. 106. Lec. iij.

Dilectio ſine ſimulatione, odientes malū, adhęrentes bono: charitate fraternitatis inuicē diligentes, honore inuicē pęuenientes: ſolicitudine non pigri: ſpiritu feruentes: dn̄o ſeruiētes, ſpe gaudētes, in tribulatiōe patientes, orationi inſtantes, neceſſitatibus ſanctorum communicātes, hoſpitalitateȝ ſectātes.

Benedicite perſequentibus vos: benedicite, ⁊ nolite maledicere: gaudete cum gaudentibus, flere, cum flentibus: idipſum inuicem ſentientes: non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. ℟. Reges Tharſis. 106.

De ſerm. ſ. Auguſt. epi. L. iiij.

Denique cũ tam multi iam nati, atque defuncti eſſent reges Iudeoꝝ: nũqd quẽq; eoꝝ adorandũ Magi queſierũt? qa nec quemquã eoꝝ celo loquẽte didicerũt. Veruntamen, quod pretereundum nõ eſt, hec Magoꝝ illuminatio, magnum teſtimoniũ cecitatis extitit Iudeorum: in terra eorum iſti requirebãt, quod illi in ſua nõ agnoſcebãt. ℟. Illuminare. 106. L. v.

Apud eos iſti infantẽ inuenerunt, quem illi apud ſe negauerũt. In his terris de longinquo iſti pegrini pueꝝ Chriſtum nõdum verba promentẽ adorauerunt, vbi ciues illi iuuenẽ miracula facientẽ crucifixerunt. Iſti in mẽbris paruis deũ adorauerunt: illi in magnis factis nec tanquã homini pepercerũt: quaſi plus fuerit videre nouã ſtellã in eiꝰ natiuitate fulgentẽ, quã ſolẽ eius in morte lugentẽ. ℟. Oẽs de Sa. 106. L. vi.

Iam vero ꝙ eadẽ ſtella, q̃ Magos perduxit ad locũ vbi erat cũ matre virgine Deus infans, q̃ vtiq; poterat eos ad ipſam pducere ciuitatem: ſe tamen ſubtraxit, nec eis prorſus apparuit donec de ciuitate, in qua Chriſtus naſceret, ÿdeꝫ ipſi interrogarent Iudei, vt ipſi eã ſm diuine ſcripture teſtimoniũ nominarent, ipſi dicerent, Bethlehẽ nõ es minima in principibus Iuda: ex te enim exiet dux q regat populum meũ Iſrael: Quid aliud hic ſignificauit diuina prouidentia? niſi apud Iudeos ſolos diuinas literas remanſuras, qbus Gentes inſtruerent, illi excecarent. ℟. Magi. 106.

De Homi. ſ. Greg. pape. L. vij.

Magi vero aurum, tus, ⁊ myrrhã deferunt. Aurũ quippe regi ꝯgruit: tus vero in Dei ſacrificium ponit: myrrha autẽ mortuoꝝ corpora ꝯdiuntur. Eũ ergo Magi quem adorant, etiã myſticis muneribus pdicant, auro regẽ, ture Deũ, myrrha mortalẽ. Sũt vero nõnulli heretici, q hunc Deũ credunt, ſed vbiq; regnare nequaquã credũt. Hi profecto ei tus offerunt, ſed offerre etiã aurum nolunt. Et ſunt nonnulli, qui hunc regẽ exiſtimant, ſed deũ negant. Hi videlicet ei aurum offerũt, ſed offerre tus nolunt. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

At ſunt nõnulli, qui hunc ⁊ Deũ, ⁊ regẽ fatent, ſed aſſũpſiſſe carnẽ mortalẽ negãt. Hi nimirũ ei aurũ ⁊ tus offerũt ſed offerre myrrham aſſumpte mortalitatis nolũt. Nos itaque

naro

nato dño offeramus aurum, vt hunc vbiq3 regnare fateamur. Offeramus tus, vt credamus q is, q in tépore apparuit, Deus ante tépora extitit. Offeramus myrrham, vt eũ quẽ credimus in sua diuinitate impassibilé, credamus etiam in nr̃a fuisse carne mortalé. ℟ Uidétes. 107. L. ix.

Quamuis in auro, ture, ⁊ myrrha intelligi ⁊ aliud potest. Auro nãq3 sapientia designat, Salomone attestante: q ait. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Ture autem, quod deo incendit, virtus orationis exprimit, Psalmista testãte, q dicit: Dirigat oratio mea, sicut incensum in ɔspectu tuo. Per myrrhã vero carnis nostrę mortificatio figuratur: vnde sancta Ecclesia de suis operarijs vsque ad mortem pro Deo certantibus dicit: Manus meę stillauerunt myrrham.

Ad Bñs. Añ. Tria sunt munera, quę obtulerunt Magi domino, aurum, tus, ⁊ myrrha, filio Dei, regi magno, haleluiah.

Ad Mag. Añ. Lux de luce apparuisti Chr̃e, cui Magi munera offerũt, halah, halah, hal.

TERTIA DIE.

De epistola ad Romanos. L. j.

c. 13 Omnis anima potestatib9 sublimioribus subdita sit: nõ est enim potestas nisi a Deo. Quę autẽ sunt, a Deo ordinata sunt. Itaq3, q resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistũt, ipsi sibi damnationẽ acquirũt: nã principes nõ sunt timori boni operis, sed mali. Uis autem non timere potestaté? bonum fac, ⁊ habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonũ. ℟ Tria sunt. 106. L. ij.

Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in irã ei, q malũ agit. Ideo necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim ⁊ tributa pstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsũ seruientes. Reddite ergo oĩbus debita: cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honoré. ℟ In colum. 106. L. iij.

Nemini quicquam debeatis, nisi, vt inuicé diligatis. Qui enim diligit proximum, legẽ impleuit. Nã, Nõ adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falsum testimoniũ dices: nõ ɔcupisces: ⁊ si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. ℟ Reges Tharsis. 106

Sermo S. Leonis Papę. L. iiij.

Celebrato primo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Saluatoré, epiphanię nobis, dilectissimi, veneranda

Digitized by Google

neranda feſtiuitas dat pſeuerantiam gaudioꝝ: vt inter cognataꝝ ſolennitatum vicina ſacramenta exultationis vigor, & feruor fidei nõ repeſcat. Ad omnium enim hominum ſpectat ſalutem, quod infantia Saluatoris, ac mediatoris dei & hominum, iã vniuerſo declarabat mũdo, cũ adhuc exiguo detineretur oppidulo. ℟. Illuminare. 106. Lec. v.

O Stenſuris enim Iſraeliticã gentẽ, & ipſius gentis vnã familiã ðlegiſſet, de qua naturã vniuerſę humanitatis aſſumeret: noluit tamen intra maternę habitatiõis anguſtias ortꝰ ſui latere primordia: ſed mox ab omnibꝰ voluit agnoſci, q dignatus eſt pro oibꝰ naſci. Tribꝰ igit Magis in regione oriẽtis ſtella nouę claritatis apparuit, q̃ illuſtrior cęteris, pulchriorq; ſideribꝰ, facile in ſe intuentium oculos animoſq; ꝯuerteret: vt ꝯfeſtim aduerteret, nõ eſſe ocioſum, quod tam inſolitum videbatur. ℟. Omnes de Saba. 106. Lec. vi.

DEdit ergo aſpicientibus intellectum, q pſtitit ſignũ: & qđ fecit intelligi, fecit inquiri: & ſe inueniendum obtulit requiſitus. Sequunt tres viri ſupni luminis ductũ: & pręuij fulgoris indicium intenta ꝯtẽplatione comitãtes, ad agnitionẽ veritatis grę ſplẽdore ducuntur: q humano ſenſu ſignificatũ ſibi regis ortũ ꝯſtimauerunt in ciuitate regia eſſe qrendũ. Sed q ſerui ſuſceperat formã, & non iudicare venerat, ſed iudicari, Bethlehẽ pręelegit natiuitati, Ieroſolymam paſſioni. ℟. Magi veniũt. 106. De homi. s. Greg. pp. Lec. vij.

MAgnũ vero nobis aliqd Magi innuunt, q in regionẽ ſuã per aliã viã reuertuntur. In eo nãq; qđ admoniti faciunt, nobis pfecto inſinuãt, qd faciamus. Regio quippe nr̃a paradiſus eſt, ad quam, Ieſu cognito, redire p viam qua venimus prohibemur. A regione etenim noſtra ſupbiendo, inobediẽdo, viſibilia ſequendo, cibum vetitum guſtãdo diſceſſimus: ſed ad eã neceſſe eſt, vt flendo, obediendo, viſibilia ꝯtẽnendo, atq; appetitũ carnis refrenando, redeamus. ℟. Stella. 107. Lec. viij.

PEr aliã ergo viã ad regionẽ nr̃am regredimur: quia qui a paradiſi gaudijs p delectamenta diſceſſimus, ad hęc p lamẽta reuocamur. Vnde neceſſe eſt fratres cariſſimi, vt ſemper pauidi, ſemperq; ſuſpecti ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc iudicium extremę diſtrictionis. Penſemus quam diſtrictus iudex veniat, qui iudicium minatur, & latet: terrores peccatoribus intentat, & tamen adhuc ſuſtinet. Et idcirco venire citius differt, vt minus inueniat, quod ꝯdemnet. ℟. Videntes. 107. Lec. ix.

[P]Ueniamus fletibus culpas, ⁊ cũ Pſalmiſte voce preueniamus faciẽ eius in cõfeſſione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana letitia ſeducat. In proximo nãqz eſt iudex, qui dixit: Ve vobis, qui ridetis nũc: quia lugebitis, ⁊ flebitis. Hinc enim Salomon ait: Riſus dolore miſcebitur: ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum dicit: Riſum reputaui errorem, ⁊ gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Hinc rurſus ait: Cor ſapientium, vbi triſtitia eſt, ⁊ cor ſtultorum, vbi letitia.

Ad Ben. Ana. Vidimus ſtellam eius in oriente, ⁊ venimus cum muneribus adorare dñm.

Ad Mag. Ana. Interrogabat Magos Herodes: quod ſignũ vidiſtis ſuper natum regẽ? Stellam vidimus fulgentem, cuius ſplendor illuminat mundũ.

QVARTA DIE.

De epiſtola ad Romanos. L. j.

c.14. Infirmũ autem in fide aſſumite, nõ in diſceptationibus cogitationũ. Alius enim credit ſe manducare oĩa. Qui autẽ infirmus eſt, olus manducet. Is qui manducat, nõ manducantẽ nõ ſpernat: ⁊ qui nõ manducat, manducantẽ nõ iudicet: Deus enim illũ aſſumpſit. Tu qs es, q iudicas alienum ſeruum. Dño ſuo ſtat, aut cadit: ſtabit autem: potens eſt enim Deus ſtatuere illum. R. Tria ſunt. 106. L. ij.

Nam alius iudicat diem inter diẽ: alius autẽ iudicat oẽm diem. Unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Qui ſapit diem, dño ſapit: ⁊ qui manducat, dño manducat: gratias enim agit Deo. Et qui nõ manducat, dño nõ mãducat, ⁊ gratias agit deo: nemo enim nr̃m ſibi viuit, ⁊ nemo ſibi moritur. Siue enim viuimus, dño viuimus: ſiue morimur, dño morimur. Siue ergo viuimus: ſiue morimur, dñi ſumus. R. In colũbe. 106. L. iij.

In hoc enim Chr̃s mortuus eſt, ⁊ reſurrexit: vt ⁊ mortuorum, ⁊ viuorum dñetur. Tu autẽ qd iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuũ? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chr̃i. Scriptũ eſt enim: Viuo ego dicit dñs: qm̃ mihi flectetur omne genu, ⁊ oĩs lingua cõfitebitur deo. Itaqz vnuſquiſqz noſtrũ pro ſe rationẽ reddet Deo. Nõ ergo amplius inuicẽ iudicemus. R. Reges Tharſis. 106.

Sermo s. Maximi epi. L. iiij.

In hac, dilectiſſimi, celebritate, ſicut relatu paterne traditionis inſtruimur, multiplici nobis eſt feſtiuitate letandum. Ferũt enim hodie Chr̃um dñm nr̃m vel ſtella duce a Gentibus adoratũ, vel inuitatũ ad nuptias, aquas in vina vertiſſe: vel ſuſcepto a Johãne baptiſmate cõſecraſſe fluẽta Jordanis, ſuiqz ſimul purificaſſe Baptiſtã. R. Illumi-

Digitized by Google

Illuminare. 106. 106. Lectõ v.

SEd qđ potiſſimũ pręſenti hoc factũ ſit die, noverit ipſe qui fecit: nos tamen credere, nec dubitare debemus, quicqđ illud eſt, factum eſſe pro nobis. Nã quod eũ fulgentioris ſtellę radiis incitati adorauere Chaldei, Deum verũ gentibus ſpes data eſt adorandi. Quod aquę nouo ſunt ordine in vina mutatę, noui nobis poculi libarũ eſt ſacramentũ. Qđ aũt baptizatus eſt agnus dei, regenerãtis baptiſmi ſalutare nobis mun⁹ eſt dedicatũ. ℟. Oẽs de Sa. 106. l. vi.

OPortet itaq; nos fratres, ad honorẽ Saluatoris noſtri, cuius natiuitatẽ debita nuper cũ exultatione trãſegim⁹, omni cũ deuotione etiã hunc virtutũ eius celebrare natalẽ. Et quã recte tria hęc nobis vno acta in die myſteria p̃dicant, q ineffabilis trinitatis arcanũ vno Dei ſub noie confitemur? Per hęc ergo miracula Chrs dñs redẽptor nr̃ oculis ſe voluit reuelare mortaliũ: quatenus inuiſibilis eius diuinitas q̃ latebãt in hoie, in opere nõ lateret. ℟. Magi ve. 106.

Scđm s. Hierony. pſby. L. vii.

VIdimus enim ſtellã eius in oriẽte. Ad cõfuſionem Judeoꝝ, vt natiuitatẽ Chri a gentib⁹ diſcerẽt: orit in oriente ſtella quã futurã Balaã, cuius ſucceſſores erãt, vaticinio nouerãt. 24. Lege Numeroꝝ librũ. Deferũtur autẽ Magi ſtellę indicio in Judeã: vt ſacerdotes a Magis interrogati vbi Chrs naſceret, inexcuſabiles fierent de aduentu eius. ℟. Stella. 107. L. viii.

AT illi dixerũt: In Bethlehẽ Judeę. Librarioꝝ error eſt. Putam⁹ enim ab euãgeliſta primũ editum, ſicut in ipſo Hebraico legimus, Judę nõ Judeę. Quę eſt enim aliaꝝ gentiũ Bethlehẽ: vt, ad diſtinctionem eius, hic Judeę poneret. Judę autem idcirco ſcribit, qa eſt alia Bethlehem in Galilea. Lege librũ Jeſu filij Naue. Deniq; et in ipſo teſtimonio, quod de Michee prophetia ſumptũ eſt, ita habet. Et tu Bethlehem terra Juda. ℟. Viderẽs. 107. L. ix.

ET apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrhã. Pulcherrime munerũ ſacramenta Juuencus presbyter vno verſiculo cõprehendit: Tus, aurum, myrrhã, regiq; hominiq;, Deoq;, dona ferunt. Et reſpõſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliã viã reuerſi ſunt in regionem ſuã. Qui munera obtulerunt dño, conſequenter reſponſum accipiunt, nõ per angelum, ſed per ipſum dñm: vt meritorũ Joſeph priuilegium demonſtraretur. Reuertuntur autem per aliã viam, quia infidelitati miſcendi nõ erant Judeoꝝ.

Ad Bñs. Aña. Omnes natiõnes

nes venient á lõge portãtes mu
nera ſua, hal. Ad Mag. Ana.
Omnes de Saba veniēt, aurū,
& tus deferentes, halab, halab.

QVINTA DIE.

De epiſtola ad Romanos. L. j.

c. 15. Debemus autē nos firmio
res, imbecillitates infirmo
rum ſuſtinere, & non nobis pla
cere. Unuſquiſqꝫ veſtrū ꝓximo
ſuo placeat in bonū ad ędifica
tionem. Etenim Chriſtus nō ſibi
placuit, ſed ſicut ſcriptū eſt: Im
properia improperantiū tibi ce
ciderūt ſup me. Quęcūqꝫ enim
ſcripta ſunt, ad nr̃am doctrinaꝫ
ſcripta ſunt: vt ꝑ patiētiā & ꝯſo
lationē ſcripturaꝝ ſpem habea
mus. ℟. Tria ſunt. 106. L. ij.

Deus autē patientię, & ſola
tij, det vobis idipſum ſape
re in alterutrū ſecundū Jeſum
Chriſtum: vt vnanimes, vno ore
honorificetis Deū, & pr̃em dñi
nr̃i Jeſu Chriſti. Propter qđ ſu
ſcipite inuicē, ſicut & Chriſtus ſu
ſcepit vos in honorē dei. Dico
enim Chriſtum Jeſum miniſtrum
fuiſſe circunciſionis ꝓpter veri
tatē dei: ad ꝯfirmādas promiſ
ſiones patruꝫ: gentes autem ſu
per miſericordia honorare deuꝫ
ſicut ſcriptuꝫ eſt: Propterea cō
fitebor tibi in gētibus dñe: & no
mini tuo cātabo. Et iterū dicit:
Lętamini gentes cū plebe eius.
Et iterum: Laudate oēs gentes
dñm, & magnificate eum omnes
ppli. ℟. In colūbę. 106. L. iij.

Et rurſus Iſaias: Et erit ra
dix Jeſſe, & q exurget rege
re gentes, in eū gētes ſperabunt.
Deus autē ſpei repleat vos om
ni gaudio & pace in credēdo: vt
abundetis in ſpe, & in virtute
ſpūs ſancti. Certus autē ſum,
fratres mei, & ego ipſe de vobis,
qm̃ & ipſi pleni eſtis dilectione,
repleti omni ſciētia, ita vt poſſi
tis alterutrū monere. Audacius
autē ſcripſi vobis frēs ex parte,
tanq̃ in memoriā vos reducēs
propter grām, q̃ data eſt mihi a
deo, vt ſim miniſter Chriſti Jeſu
in gentib᷑ ſanctificans euange
lium dei, vt fiat oblatio gentiū
accepta, & ſanctificata in ſpiritu
ſancto. ℟. Reges Thar. 106.

Sermo s. Fulgentij epi. L. iiij.

Ipſe deus, q ſibi primitias
offerri mādauit, homo na
tus, primitias gentiuꝫ hodie ſuo
cultui dedicauit. Paſtores fue
rūt primitię Judęoꝝ, Magi fa
cti ſunt primitię gentiuꝫ. Illi de
ꝓximo adducti, iſti de longin
quo reducti. Ubi eſt, inquiunt, q
nat᷑ eſt rex Judęoꝝ? De Hero
de rege Judęoꝝ filij iā nati fue
rant. Archelaus nat᷑ eſt in pala
tio, Chriſtus in diuerſorio. Arche
la᷑ nat᷑, in lecto eſt poſit᷑, Chriſtus
autē in ꝓſepio eſt collocatus: &
tamen ille cōtemnit, iſte quęrit:
ille nullatenus nominat, iſte in
uentus ſuppliciter adorat. ℟.

Illuminare. 106. Lectō v.

Quis eſt iſte rex Judęoꝝ
pauper

Digitized by Google

pauper & diues, humilis & ſub/ limis, qui portat vt paruulus, adorat vt Deus, paruulus in preſepio, immẽſus in cęlo, vilis in pannis, precioſus in ſtellis? Quid turbaris Herodes? Rex iſte non venit reges pugnãdo ſuperare, ſed moriẽdo mirabiliter ſubiugare. Nec natus eſt, vt tibi ſuccedat, ſed vt in eũ mundus fideliter credat: venit nõ vt pugnet viuus, ſed vt triũphet occiſus. ℟. Oẽs de Saba. 106. L. vi.

Puer iſte, q dr̃ Rex Judęorum, idem creator eſt, & dñs angelorum. Qua ppter cuius times infantiã naſcentis, magis timere debes oĩpotentiã iudicãtis. Noli eũ timere regni tui ſucceſſorem, ſed tuę infidelitatis iuſtiſſimũ dãnatorẽ: ite, inqt, vt & ego veniẽs adorẽ eũ. O calliditas ficta, o crudelitas ipia, o nequitia fraudulẽta: ſanguis innocentiũ, quem crudeliter effudiſti, atteſtatur quid de hoc puero voluiſti. ℟. Magi veniũt. 106. Homilia ſ. Ambroſii epi. L. vij.

Quę ſunt iſta verę fidei munera? Aurũ regi, thus deo, myrrha defuncto. Aliud enim regis inſigne, aliud diuinę ſacramentũ eſt poteſtatis: aliud honor eſt ſepulturę, quę nõ corrũpat corpus mortui, ſed reſeruet. Nos quoque qui hęc audiuimus, & legimus, de theſauris noſtris talia, fratres, munera proferamus. Habemus enim theſaurum in vaſis fictilibus. Si igit in te ipſo, non ex te debes eſtimare quod es: ſed ex Chriſto: quanto magis in Chriſto nõ tua debes eſtimare, ſed Chriſtũ. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

Ergo Magi de theſauris ſuis offerũt munera. Uultis ſcire quã bonum meritũ habeãt? Stella ab his videt, & vbi Herodes eſt nõ videt. Ubi Chriſtus eſt rurſus videt, & viã monſtrat: ergo ſtella hęc via eſt, & via Chriſtus: quia ſm incarnationis myſteriũ, Chriſtus eſt ſtella. Orietur enim ſtella ex Jacob, & exurget homo ex Iſrael. Deniq; vbi Chriſtus, & ſtella eſt. Ipſe eniz eſt ſtella ſplendida, & matutina. Sua igitur ipſe luce ſe ſignat. ℟. Uidentes. 107. L. ix.

Accipe aliud documentũ. Alia venerunt via Magi, alia redeũt. Qui eniz Chrm̃ viderãt, Chrm̃ intellexerant, meliores vtiq; quã venerãt reuertuntur. Duę qppe ſunt vię, vna q ducit ad interitum, alia q ducit ad regnum. Illa peccatorũ eſt, quę ducit ad Herodem: hęc via Chriſtus eſt, qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis eſt incolatus, ſicut ſcriptũ eſt: Multũ incola facta eſt anima mea. Ad Bñs. Añ. Ueniẽt ad te, q detrahebãt tibi, & adorabũt veſtigia pedũ tuorum. Ad Ma. añ. Admoniti Magi in ſõnis, p aliã viã reuerſi ſunt in regionẽ ſuã.

Sabbatho infra octa. Epipha.
Ad Veſperas. Capitulum.

Ro. 12. c. Fratres, Obſecro vos p miſericordias Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuẽtes, ſanctas, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Hym. Hoſtis Herodes. 105. ℣. Reges Tharſis. Ad M. Aña. Remanſit puer Ieſus in Jeruſalē, & non cognouerũt parentes eius, exiſtimantes illum eſſe in comitatu: & requirebant eũ inter cognatos, & notos. Oratio.

Vota, q̃s dñe, ſupplicãtis populi cęleſti pietate proſequere: vt & quę agẽda ſunt, videant, & ad implenda, quę viderint, cõualeſcant. Per dominũ. Deinde fit cõm. Epi. p Añam, q̃ occurrit, ſm ordinẽ dierũ ĩfra octa. ℣. Oẽs de Saba venient, halab. ℟. Aurũ & tus. Orõ. Deus, qui hodierna die. 105.

DOMINICA INFRA
Octauam Epiphanię.

Totum Officium dr̃ de Epiph. pręter lcõnes, Capla, Añas ad Bñs, & ad Mag. & Orationes. ¶ In j. noc. ponit̃ Epla, prima ad Corinth. q̃ inferius poſt oct. habetur, & legitur de ea ſeq. diebus: lectiones vero, quę aliquãdo ſuperſunt de epiſtola ad Romanos, eo anno pręteremittunt̃. Qñ Epiph. dñi in Dñica venerit, Sabb. ſeq. fit Offm̃ de Dñica, & in j. noct. legunt̃ lcões de epla ad Rom. vt ĩfra Epla vero ad Corint. tũc ponit̃ in die octa. De epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Romanos. Lectio prima.

Commendo autẽ vobis Phœben ſororẽ noſtrã, q̃ eſt in miniſterio Eccleſię, q̃ eſt Cenchreis, vt eã ſuſcipiatis in dño digne ſanctis, & aſſiſtatis ei in quocunq; negocio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoq; aſtitit multis, & mihi ipſi. Salutate Priſcã, & Aquilam adiutores meos in Chr̃o Ieſu (qui pro aĩa mea ſuas ceruices ſuppoſuerũt: quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cũctę Eccleſię gẽtiũ) & domeſticã Eccleſiã eo2. ℟. Hodie in Jordane. 105. Le. ij. 16. c.

Rogo autẽ vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula pręter doctrinam, quã vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuſcemodi enim Chr̃o dño noſtro nõ ſeruiunt, ſed ſuo ventri, & p dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentiũ. Veſtra enim obediẽtia in oẽm locũ diuulgata eſt. Gaudeo igit̃ in vobis, ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. ℟. In columbę. 106. L. iij.

Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Jaſõ, & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolã in dño. Salutat

vos

vos Caius hoſpes meus, ⁊ vni
verſa Eccl'a. Salutāt vos Era-
ſtus. Arcari' ciuitatis, ⁊ Quar
tus frater. Gr̃a dñi noſtri Jeſu
Chriſti cum oibus vobis. Am.
℟. Reges Tharſis. folio. 106.
Sermo s. Leonis Pape. L. iiij.

Iuſtum ⁊ rationabile, dile-
ctiſſimi, ⁊ verę pietatis ob
ſequium eſt, in diebus qui diuinę
opera miſericordię proteſtātur
toto corde gaudere, ⁊ honorifi-
ce ea, q̄ ad ſalutē noſtram geſta
ſunt celebrare, vocante nos ad
hanc deuotionem ipſa recurren
tium temporum lege, quę nobis
poſt diē, quo coęternus patri fi-
lius Dei natus ex virgine eſt, bre
ui interuallo Epiphanię ītulit
feſtū, ex apparitione dñi ꝯſecra-
tū. ℟. Illuminare. 106. L. v.

In quo fidei noſtrę magnū
preſidiū prouidentia diui-
na conſtituit: vt dum ſolenni ve
neratione recolitur adorata in
exordijs ſuis Saluatoris infan
tia, p ipſa originalia documenta
probaret veri hominis in Chri
ſto orta natura. Hoc enī eſt q̄d
iuſtificat impios: hoc eſt quod
ex peccatoribus facit ſanctos, ſi
in vno eodemq; dño nr̃o Jeſu
Chriſto, ⁊ vera deitas, ⁊ vera
credatur humanitas: Deitas,
qua ante omnia ſecula in forma
Dei ęqualis eſt patri: humani-
tas, qua nouiſſimis diebus in
forma ſerui vnitus eſt homini.
℟. Omnes de Saba. 106. L. vi.

Ad roborandā ergo hanc
fidem q̄ contra oēs pręmu-
niebatur errores, ex magna ge-
ſtum eſt diuini pietate cōſilij, vt
gens in longinqua orīētalis pla
gę regione cōſiſtens, q̄ ſpectan-
dorum ſiderū arte pollebat, ſi-
gnum nati pueri qui ſupra om-
nem Iſrael eſſet regnaturus ac-
ciperet. Noua enī claritas apud
Magos ſtellę illuſtrioris appa
ruit, ⁊ intuentiū animos ita ad
ratione ſui ſplēdoris impleuit:
vt nequaq̄ ſibi crederent ne-
gligendum, quod tanto nuncia
bat indicio. ℟. Magi ve. 106.
Lcō s. euāg. ſm Lucā. Lec. vij.

Cum factus eſſet Jeſus an 2. ca.
nor duodecim, aſcendenti-
bus illis Jeroſolymā ſm ꝯſue-
tudinē diei feſti, ꝯſummatiſq;
diebus cum redirent, remanſit
puer Jeſus in Jeruſalē. Et reli.
Homilia s. Ambroſii epiſcopi.

Duodecimo anno, vt legi
mus, dñicę ſumit diſputa-
tionis exordiū. Hic enī p̄dicā-
dę fidei euangelizantium nume
rus debebat. Nec ocioſe imme-
mor ſuor̃ ſm carnem parentū,
qui ſecundum carnem vtriq; ſa-
pientia Dei implebatur ⁊ gra-
tia. Poſt triduum reperitur in
tēplo: vt eſſet indicio, quia poſt
triduum triumphalis illius paſ
ſionis, in ſede cęleſti, ⁊ honore
diuino, fidei noſtrę ſe reſurrectu
rus offerret, qui mortuus crede
batur. ℟. Stella. 107. L. viij.

Quid eſt, quod me quere‑
baris? Duę ſunt in Chri‑
ſto generationes, vna eſt pater‑
na, materna altera: paterna diui‑
nior, materna vero quę in nſm
laborem vſumque deſcendit. Et
ideo q̃ ſupra naturã, ſupra ętatem,
ſupra ↄſuetudinem ſunt, nõ
humanis aſſignãda virtutibus;
ſed diuinis referẽda ſunt poteſtatibus.
Alibi eñ ad myſteriũ mater
impellit, hic mater arguitur,
q̃ adhuc, quę humana ſunt, exigat:
ſed cũ hic duodecim deſcribat
annoꝝ, illic diſcipulos habere
doceat. Uides mrẽ didiciſſe a
filio, vt exigeret a validiore myſteriũ,
q̃ ſtupebat in iuniore miraculũ? ℟. Uidētes. 107. F. ix.

Et venit Nazareth, ⁊ erat
ſubditus illis: Quid enĩ
magiſter virtutis, niſi officiũ pietatis
iplereti? Et miramur ſi patri
defert, q ſubdit matri? Non
vtiq̃ infirmitatis, ſed pietatis
iſta ſubiectio eſt. Attollat licet
ſęuis emiſſus latebris coluber pſtiꝭ
capuꝭ, ⁊ ſerpentinis euomat
venena pectorib᷒: cũ dicit ſe filius
miſſuꝭ, maiorem hęreticus
appellat patreꝭ, vt imperfectũ
filiũ dicat, q poteſt habere maiorẽ:
vt alienis auxilijs afferat eũ, q
mittit, indigere. Ad Bñs. Añ.
Remanſit puer Jeſus. folio. 113.
Oro. Uota q̃s dñe. vt iu. i veſ.
Deinde fit com. de Epiph. Añ.
Hodie celeſti ſponſo. ℣. Omnes
de Saba. ℟. Aurũ ⁊ tus. Oro.

Deus qui hodierna die. 105.
Ad iij. Cap. Fratres, Obſecro.
℟. br. Reges Tharſis. ⁊. Omnes
de Saba. ℭ Ad vi. Cap.

Dico enim p gr̃am dei quę
data eſt mihi, oĩbus qui
ſunt inter vos, non plus ſapere,
quam oportet ſapere, ſed ſapere
ad ſobrietatem. ℟. brẽ. Omnes
de Saba. ⁊ Adorate dominũ.
ℭ Ad nonam. Capitulum.

Sicut enim in vno corpore
multa membra habemus,
oĩa autẽ membra non eundem
actum habent: ita multi vnũ corpus
ſumus in Chriſto, ſinguli autẽ
alter alterius mẽbra, in Chriſto
Jeſu dño noſtro. ℟. Adorate
dñm. ⁊ Adorate Deum.
Ad Ueſpe. Aña. Ante luciferũ
genitus. cũ reſ. Añis, ⁊ pſal.
in ij. Ueſp. de Epiph. Cap. Fratres,
Obſecro. Hy᷒. Hoſtis Herodes.
105. ℣. Reges Tharſis.
Ad Mag. Aña. Fili quid feciſti
nobis ſic? ego ⁊ pater tuus dolentes
quęrebamus te. Quid eſt
q̃ me quęrebatis? neſciebatis,
q̃a in his, q̃ patris mei ſũt, oportet
me eſſe? Oro. Uota q̃s dñe.
Et fit com. de Epiph. Aña. Tribus
miraculis. ℣. Oẽs de Saba.
Oro de Epiph. Deus, q ho. 105.
ℭ Si oct. Epiph. in Dñica venerit,
nihil prorſus fit de Dñica.

ℭ In Octaua Epiphanię.

ℭ In j. Ueſper. omnia dicuntur,
ſicut in vigi. Epiph. excepta
oratione. Oratio.

Deus,

Ro. 12. Veſp.

DEus, cuius vnigenitus in substantia nostre carnis apparuit: presta qs, vt per eum, quem similem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Ad Mat. Inu. Christus apparuit. Hy. Hostis Herod. 105. Ana. Afferte dño. cum rel. sicut in die Epi. preter lcõ. In j. noct. legunt lect. q occurrunt scdm superiorẽ rub. R. j. Hodie in Jordane. f. 105. R. ij. In columbe specie. f. 106. R. iij. Reges Tharsis. 106.

Sermo Sancti Gregorij Nazianzeni. Lectio quarta.

NOn possum cohibere letitie voluptatem, sed mente extollor, ⁊ afficior: ⁊ proprie pusillitatis oblitus, officiũ magni Johãnis, immo potius famulatũ subire cedo, vel gestio: ⁊ licet nõ sim pcursor, de eremo tñ venio. Christus ergo illuminat, immo potius fulgore suo nos illuminat. Christus baptizat, simul ⁊ nos descẽdamus: vt cum ipso pariter ascẽdamus. R. Illuminare. 106. L. v.

JOhãnes baptizat, ⁊ accedit Jesus, sanctificãs quidem ⁊ ipsum q baptizat, pcipue tamen, vt ⁊ veterẽ Adã sepeliat i aqs, ⁊ ante oia vt per hoc sanctificet aque Jordanis: vt sicut erat spiritus ⁊ caro, ita ⁊ his q baptizãdi erãt, in spiritu ⁊ aqua sanctificationis successio traderet. Nõ suscipit Baptista, ⁊ contendit Jesus. Ego, inquit, opus habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solẽ, ⁊ Vox loquit ad Verbũ. R. Dñs de Sa. 106. Lectio vi.

AScẽdit Jesus de aqua, secum quodammodo demersum educens, ⁊ eleuãs mundũ: ⁊ vidit nõ diuidi celũ, sed aperiri; qd sibi ac nobis post se aliqñdo Adã ille pclusserat: sicut ⁊ ignea rhomphea paradisus fuerat cõclusus. Spũs sanctus testimoniũ phibet. Similia nanq sibi ipsa pcurrunt. De celo testimoniũ defert: inde enĩ erat ille cui testimoniũ phibet. R. Magi. fo. 106.

Lcõ s. euãg. scdm Johãnẽ. L. vij. ca. j

IN illo tpe: Vidit Johannes Jesum venientẽ ad se, ⁊ ait: Ecce agnus Dei: ecce q tollit peccata mundi. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini epi.

ANtequã venisset dñs, vt baptizaret a Johãne in Jordane, nouerat eum illis vocibus vbi ait. Tu ad me venis baptizari: ego a te debeo baptizari. Sed ecce dñm nouerat, nouerat filiũ Dei. Unde phamus, q iã nouerat qa ipse baptizaret in spiritu sãcto? Antequã veniret ad fluuiũ, cum multi ad Johannem currerent baptizari, ait illis: Ego quidẽ baptizo vos in aqua: q autem post me venit, maior me est, cuius nõ sum dignus corrigiã calciamẽti soluere: ipse vos baptizabit in spiritu sancto, ⁊ igni. Jam ⁊ hoc nouerat. R. Stella. 107. L. viij.

Quid ergo p columbã didi-cit, ne mendax poſtea in-ueniretur? (qđ auertat a nobis deꝰ opinari) niſi quandã ꝓprietatẽ in Chriſto talẽ futurã, vt quã-uis multi miniſtri baptizaturi eſſent, ſiue iuſti, ſiue iniuſti, non tribueretur ſctitas baptiſmi, niſi il-li ſup quẽ deſcendit colũba, de quo dictũ eſt, Hic eſt q baptizat in ſpũ ſctõ. Petrus baptizet, hic eſt q baptizat. Paulꝰ baptizet, hic eſt q baptizat. Naz ſi pro di-uerſitate meritoꝝ baptiſma ſan-ctum eſt: qꝛ diuerſa ſunt merita, diuerſa erũt baptiſmata: ⁊ tãto quiſqz aliqd melius putatur acci-pere, quãto a meliore videtur acce-piſſe. ℟. Videntes. 107. L. ix.

Ipſi ſpirituales ſancti, intel-ligite fratres mei, boni pri-nentes ad colũbam, pertinentes ad ſortẽ ciuitatis illius Jeruſalẽ, ipſi boni in Eccleſia, de quibus dicit Apoſtolus, Nouit dñs qui ſunt eius: diuerſaꝝ gratiaꝝ ſunt: non oẽs paria merita habent. Sunt alij alijs ſanctiores, ſunt alij alijs meliores. Quare ergo ſi vnus ab illo, verbi gratia, iu-ſto, ſancto baptizetur, alius ab alio inferioris meriti apud Deuz in-ferioris gradus, inferioris ꝯtinẽ-tie, inferioris vitę, vnũ tamen, ⁊ par, ⁊ ęquale eſt qđ acceperunt, niſi quia hic eſt, qui baptizat? Ad laud. ⁊ p hoꝛ. ⁊ ad veſp. oĩa dñr ſicut i die Epi. excepta oꝛõ-ne. Si oct. Epiph. in ſabb. vene-rit, in ij. veſp. oct. fit cõm. Dñicę ij. poſt Epi. ¶ Qñ aũt ẽ lxx. ve-nerit in j. Dñica poſt octa. Epi. tũc in j. Sabb. poſt oct. nõ impe-dito feſto ix. lcõ. alioquin prima die poſt oct. fiat offm̃ đ fer. i qua Mña Dñicę ij. poſt. Epi. primo ponunt, ⁊ tres lectio. legunt de hoꝛ. eiuſdẽ dñicę cũ etꝰ Añ. ad Bñs, ⁊ Oꝛone. Feſtũ vero ſemi-du. in ea occurrẽs, trãſfert in pri-mã diẽ ſimiliter nõ impeditam.

DOMINICA PRIMA poſt Epiphaniam.

Quę eſt infra oct. legit Epl'a j. ad Coꝛint. ſm ſupioꝛẽ rub. 113.

Incipit Epiſtola prima Beati Pauli apl'i ad Coꝛinthios. L. j.

Paulus vocatus apl's Jeſu Chriſti p volun-tatẽ Dei, ⁊ Soſthe-nes frater, eccleſię dei quę eſt Coꝛinthi, ſanctificatis in Chriſto Jeſu vocatis ſanctis, cum omnibus, qui inuocant no-men dñi noſtri Jeſu Chriſti in omni loco ipſoꝛuz, ⁊ noſtro: gra-tia vobis, ⁊ pax a Deo patre no-ſtro, ⁊ dño Jeſu Chꝛo, ℟. Ho-die in Joꝛdane. 105. Lectio ij.

Gratias ago deo meo ſemp pro vobis, in gratia Dei quę data eſt vobis in Chriſto Je-ſu: q in omnibus diuites facti eſtis in illo: in omni verbo, ⁊ in omni ſcientia, ſicut teſtimoniuz Chriſti confirmatũ eſt in vobis, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectãtibus reuelationẽ dñi

dñi noſtri Jeſu Chriſti, qui con
firmabit vos vſq; in finē ſine cri
mine: in die aduentus dñi noſtri
Jeſu Chriſti. Fidelis Deus, per
quem vocati eſtis in ſocietatem
filij eius Jeſu Chriſti dñi noſtri.
℟. In colūbe. 106. Lectio iij.

OBſecro autē vos fratres,
ꝑ nomen dñi noſtri Jeſu
Chriſti, vt idipſum dicatis oēs, ⁊
nō ſint in vobis ſchiſmata. Si
tis autez perfecti in eodē ſenſu,
⁊ in eadem ſciētia. Significatū
eſt enim mihi de vobis fratres
mei, ab ijs, qui ſunt Chloes, q2
cōtentiones ſunt inter vos. Hoc
autē dico, quod vnuſquiſq; ve
ſtrū dicit: Ego quidez ſum Pau
li, ego autem Apollo, ego vero
Cephe, ego autē Chri. Diuiſus
eſt Chriſtus? Nūquid Paulus
crucifixus eſt ꝑ vobis? aut in no
mine Pauli baptizati eſtis? ℟.
Reges Thar. 106. In ij. ⁊ iij. noc.
lect. de ſermone occurrēti, vt ſu.

FERIA SECVNDA.

De epiſtola prima beati Pauli
apoſtoli ad Corinthios. Lec. j.

ca. 4 SIc nos exiſtimet homo, vt
miniſtros Chriſti, ⁊ diſpē
ſatores myſteriorum Dei. Hic
iaz quęritur inter diſpenſatores,
vt fidelis quis inueniatur. Mi
hi autez pro minimo eſt, vt a vo
bis iudicer, aut ab humano die:
ſed neq; me ipſuz iudico. Nihil
enim mihi cōſcius ſum, ſed non
in hoc iuſtificatus ſum. Qui au
tem iudicat me dñs eſt. Lec. ij.

ITaq; nolite ante tēpus iu
dicare, quoaduſque veniat
dñs, qui ⁊ illuminabit abſcō di
ta tenebraꝝ, ⁊ manifeſtabit ꝯſi
lia cordiū, ⁊ tūc laus erit vnicui
que a Deo. Hęc autē fratres trā
figuraui in me, ⁊ Apollo ꝓpter
vos: vt in nobis diſcatis, ne ſupra
quā ſcriptuz eſt, vnus aduerſus
alteꝝ infletur pro alio. Quis enim
te diſcernit? Quid autez habes
quod nō accepiſti? ſi autem accē
piſti: quid gloriaris, quaſi non
acceperis? Jā ſaturati eſtis, iam
diuites facti eſtis, ſine nobis re
gnatis, ⁊ vtinam regnetis, vt ⁊
nos vobiſcū regnemus. Lec. iij.

PVto eniz ꝙ Deus nos apo
ſtolos nouiſſimos oſtēdit
tanq̄ morti deſtinatos, quia ſpe
ctaculū facti ſumus mūdo, ⁊ an
gelis, ⁊ hoībus. Nos ſtulti pro
pter Chriſtū, vos autē pruden
tes in Chriſto: nos infirmi, vos
autem fortes: vos nobiles, nos
autem ignobiles. Vſq; in hanc
horam, ⁊ eſurimus, ⁊ ſitimus, ⁊
nudi ſum⁹, ⁊ colaphis cędimur,
⁊ inſtabiles ſum⁹, ⁊ laboramus
operātes manibus noſtris. Ma
ledicimur, ⁊ benedicimus: per
ſecutionē patimur, ⁊ ſuſtinem⁹.

FERIA TERTIA.

De ep̄ła prima ad Corint. L. j.

OMnino audit inter vos
fornicatio, ⁊ talis fornica
tio, qualis nec inter Gentes: ita
vt vxorem patris ſui aliquis ha
beat. Et vos inflati eſtis: ⁊ non 5. ca.

magis luctum habuiſtis, vt tol/ latur de medio veſtrum q hoc opus fecit? Ego quidem abſens corpore, preſens autē ſpiritu, iā iudicaui, vt preſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine dñi no/ ſtri Ieſu Chriſti cōgregatis vo bis, ꝛ meo ſpiritu, cum virtute dñi Ieſu tradere huiuſmodi ho minem ſatanę in interitum car/ nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Lec. ij.

NOn eſt bona gloriatio ve ſtra. Neſcitis qa modicuꝫ fermētum totā maſſam corrum pit? Expurgate vetus fermentū: vt ſitis noua ꝯperſio, ſicut eſtis azymi. Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaqꝫ epulemur, non in fermento ve/ teri, neqꝫ in fermento malitię, ꝛ nequitię: ſed in azymis ſinceri/ tatis, ꝛ veritatis. Lectio iij.

SCripſi vobis ī epiſtola, ne cōmiſceamini fornicarijs. Nō vtiqꝫ fornicarijs hu9 mun di, aut auaris, aut rapacib9, aut idolis ſeruientib9: alioquin de/ bueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autē ſcripſi vobis nō cō/ miſceri: ſi is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut aua rus, aut idolis ſeruiēs, aut male/ dicus, aut ebrioſus, aut rapax: cū huiuſmodi nec cibū ſumere.

FERIA QVARTA.

De epl'a prima ad Corinth. c. ſ.

ca. 6. AVdet aliquis veſtrum ha/ bens negociū aduerſus al/ terum iudicari apud iniquos, ꝛ non apud ſanctos? An neſcitis, qm ſancti de hoc mūdo iudica/ bunt? Et, ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de mi nimis iudicetis? Neſcitis qm an gelos iudicabimus? quanto ma gis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis, cōtempti/ biles q ſunt in Eccleſia, illos cō/ ſtituite ad iudicandū. Ad vere/ cundiam veſtram dico. Sic nō eſt inter vos ſapiēs quiſpiā, qui poſſit iudicare inter fratrē ſuuꝫ? ſed frater cū fratre iudicio ꝯten/ dit, ꝛ hoc apud infideles. L. ij.

IAm quidem omnino deli ctum eſt in vobis, quod iu dicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare nō magis fraudē patimi/ ni? Sed vos iniuriam facitis, ꝛ fraudatis, ꝛ hoc fratribus. An neſcitis, quia iniqui regnū Dei nō poſſidebunt? Nolite errare: neqꝫ fornicarij, neqꝫ idolis ſer/ uiētes, neqꝫ adulteri, neqꝫ mol/ les, neqꝫ maſculoꝝ concubito/ res, neqꝫ fures, neqꝫ auari, neqꝫ ebrioſi, neqꝫ maledici, neqꝫ ra/ paces regnuꝫ Dei poſſidebunt. Et hęc aliquando quidē fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomi ne domini noſtri Ieſu Chriſti, ꝛ in ſpiritu Dei noſtri. Lec. iij.

OMnia mihi licent, ſed nō omnia expediūt. Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius

redigar

indiget poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autẽ, & hũc & has deſtruet. Corpus autẽ nõ fornicationi, ſed dño, & dñs corpori. Deus vero & dñm ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per virtutẽ ſuam. Neſcitis q̃m corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti? Tollẽs ergo mẽbra Chriſti faciã membra meretricis? Abſit. An neſcitis, q̃m qui adhęret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim (inq̃t) duo in carne vna. Qui autem adhęret dño, vnus ſpũs eſt. Fugite fornicationẽ.

FERIA QVINTA.

De ep̃la prima ad Corinth. c. j.

c. 7. De quibus autem ſcripſiſtis mihi: bonum eſt homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationem autẽ vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat: & vnaquęq; ſuum virum habeat. Uxori vir debitum reddat: ſimiliter autẽ & vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir: ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Lectio ſecunda.

Nolite fraudare inuicẽ, niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi: & iterũ reuertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incõtinentiam veſtrã. Hoc autẽ dico ſecundũ indulgentiã, & non ſecundũ imperiũ. Uolo autẽ oẽs hoĩes eſſe ſicut meipſũ. Sed vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. Dico autem non nuptis, & viduis: bonũ eſt illis ſi ſic permanſerint, ſicut & ego: quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quam vri. Lc. iij.

His autem, q matrimonio iuncti ſunt, p̃cipio, nõ ego ſed dñs, vxorem a viro nõ diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptã, aut viro ſuo recõciliari: & vir vxorẽ nõ dimittat. Nã cęteris, ego dico, nõ dñs. Siq̃s frater vxorẽ habet ĩfidelẽ, & hęc conſentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã. Et ſiqua mulier habet virũ infidelem, & hic ↄſentit habitare cũ illa, nõ dimittat virũ. Sãctificatus eſt enim vir infidelis p mulierẽ fidelẽ, & ſanctificata eſt mulier infidelis p virũ fidelẽ: alioq̃n filij veſtri immundi eſſent, nunc autẽ ſancti ſunt.

FERIA SEXTA.

De ep̃la j. ad Corinthios. L. j.

Si linguis hominũ loquar c. 13. & angelorũ, charitatẽ autẽ non habeã, factus ſum velut ęs ſonans, aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero propheti ã, & nouerim myſteria oĩa & oẽm ſcientiã: & ſi habuero oẽm fidem, ita vt mõtes transferã, charitatem autem non habuero, nihil ſum. Et, ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas: & ſi tradidero corpus meũ, ita vt ardeã, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeſt. L. ij.

Charitas

Charitas patiens eſt, beni-
gna eſt. Charitas nõ emu-
latur, nõ agit ꝑperã, non inflat̃,
nõ eſt ambitioſa, nõ quærit quæ
ſua ſunt, nõ irritat̃, non cogitat
malũ, nõ gaudet ſup iniquitate,
congaudet autem veritati. Oĩa
ſuffert, omnia credit, oĩa ſperat,
oĩa ſuſtinet. Charitas nunquã
excidit: ſiue prophetiæ, euacua-
buntur: ſiue linguæ, ceſſabũt: ſiue
ſcientia, deſtruet̃. Ex parte eniꝫ
cognoſcimus, ⁊ ex parte prophe-
tamus. Cum autem venerit qđ
perfectũ eſt, euacuabitur quod
ex parte eſt. Lectio tertia.

Cum eſſem paruulus, loque-
bar vt paruulus, ſapiebaꝫ
vt paruulus, cogitabã vt paruu-
lus: quando autem factus ſum
vir: euacuaui quæ erãt paruuli.
Videmus nunc per ſpeculum in
ænigmate, tunc autẽ facie ad fa-
ciem. Nunc cognoſco ex parte,
tunc autem cognoſcã ſicut ⁊ co-
gnitus ſum. Nunc autẽ manẽt
fides, ſpes, charitas: tria hæc: ma-
ior autem horum eſt charitas.

SABBATHO.

De epl'a j. ad Corinthios. L. j.

c. 16. De collectis autẽ quæ fiũt
in ſanctos, ſicut ordinaui
eccleſiis Galatiæ, ita ⁊ vos facite.
Per vnã ſabbathi, vnuſquiſqꝫ
veſtrũ apud ſe reponat, recon-
dens qđ ei bene placuerit, vt nõ
cũ venero, tũc collectæ fiant. Cũ
autẽ præſens fuero, quos proba-
ueritis per epiſtolas, hos mittã
perferre grãm veſtrã in Ieruſa-
lem. Quod ſi dignus fuerit vt ⁊
ego eam, mecum ibunt. Lec. ij.

Veniã autẽ ad vos, cũ Ma-
cedoniã ptrãſiero: nã Ma-
cedoniã ptrãſibo: apud vos au-
tẽ forſitã manebo, vel etiã hye-
mabo, vt vos me deducatis quo-
cunqꝫ iero. Nolo enim vos mo-
do in trãſitu videre: ſpero enim
me aliquantulũ tẽporis manere
apud vos, ſi dñs pmiſerit: pma-
nebo autẽ Epheſi vſqꝫ ad Pen-
tecoſten. Oſtiũ enim mihi aper-
tum eſt magnum, ⁊ euidens, ⁊
aduerſarij multi. Lectio iij.

Si autẽ venerit Timotheus,
videte vt ſine timore ſit
apud vos: opus enim dñi operat̃
ſicut ⁊ ego. Ne qs ergo illũ ſper-
nat. Deducite aũt illũ i pace, vt
veniat ad me: expecto enim illũ
cũ fratribus. De Apollo autẽ
fratre, vobis notũ facio, qm̃ mul-
tũ rogaui eũ, vt veniret ad vos
cũ fratrib', ⁊ vtiqꝫ nõ fuit volũ-
tas eius, vt tũc veniret: veniet au-
tẽ, cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate,
ſtate i fide, viriliter agite, ⁊ ꝯfor-
tamini: oĩa vr̃a in charitate fiãt.

Sabbat. j. poſt oct. Epipha.

Ad Veſp. oĩa pter orõnẽ, vt in
Pſal. qđ ſeruat̃ ⁊ in alijs Sabba-
tis vſqꝫ ad Septuageſi. Oro.

Omnipotens ſempi-
terne Deus, q cæle-
ſtia ſimul, ⁊ terrena
moderaris: ſuppli-
cationes populi tui
clementer

Digitized by Google

clementer exaudi, ⁊ pacē tuam noſtris ꝯcede temporib⁹. Per.
Deinde fiunt commemorationes ibidem poſitę in Pſalterio.

DOMINICA II.
poſt Epiphaniam.

Omnia vt in Pſalterio, pręter ea quę hic ſunt propria.

Incipit epiſtola ſcda B. Pauli apoſtoli ad Corinthios. Lcō j.

PAulus apłus Jeſu Chri ꝑ voluntatē Dei, ⁊ Timotheus frater, eccleſię Dei, quę eſt Corinthi cū oib⁹ ſanctis, q ſunt in vniuerſa Achaia: Gratia vobis ⁊ pax a deo pr̄e nr̄o, ⁊ dn̄o Jeſu Chro. Bn̄dictus deus ⁊ pr̄ dn̄i nr̄i Jeſu Chri, pater miſericordiaꝝ, ⁊ deus totius ꝯſolationis, q cōſolat nos in omni tribulatiōe nr̄a: vt poſſimus ⁊ ipſi cōſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, ꝑ exhortationem, qua exhortamur ⁊ ipſi a deo: qm̄ ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita ⁊ per Chrm̄ abundat conſolatio noſtra. ℟. Dn̄e ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Miſerere mei dn̄e, qm̄ infirm⁹ ſū. ℣. Timor ⁊ tremor venerūt ſup me: ⁊ cōtexerūt me tenebrę. Miſerere. L. ij.

SIue autē tribulamur, pro veſtra exhortatione ⁊ ſalute: ſiue ꝯſolamur, pro veſtra ꝯſolatiōe ⁊ ſalute: ſiue exhortamur, ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute: quę operatur tolerātiaꝫ earundem paſſionū, quas ⁊ nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit ꝓ vobis, ſciētes, qm̄ ſicut ſocij paſſionū eſtis, ſic eritis ⁊ cōſolationis. ℟. Deus, q ſedes ſup thronū, ⁊ iudicas equitatē, eſto refugium pauperū in tribulatione. Quia tu ſolus laborē, ⁊ dolorem cōſideras. ℣. Tibi enim derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia. Lec. iij.

NOn enī volum⁹ vos ignorare, fratres, de tribulatione noſtra quę facta eſt in Aſia, qm̄ ſupra modū grauati ſumus, ſupra virtutē, ita vt tęderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit, ⁊ eruit: in quem ſperamus qm̄ ⁊ adhuc eripiet, adiuuātibus ⁊ vobis in oratione pro nobis: vt ex multaꝝ ꝑſonis facierum, eius quę in nobis eſt donationis, ꝑ multos gratię agant ꝓ nobis. ℟. A dextris eſt mihi dn̄s, ne cōmouear. Propter hoc dilatatum eſt cor meū, ⁊ exultauit lingua mea. ℣. Dn̄s pars hęreditatis meę, ⁊ calicis mei. Prop. Gloria. Propter.

Serm̄ ſcti Johā. Chryſo. L. iiij.

BEati Pauli epłaꝝ lectionē aſſidue dn̄i auſculto, per q; hebdomadas ſingulas bis ſępe, ⁊ ter, ⁊ quater ſanctoꝝ martyꝝ memorias

memorias celebrant', gaudio exulto: interim tuba illa ſpūali pfruēs, exurgo q̄dem, τ deſiderio incaleſco, vocē mihi amicā agnoſcēs: τ fere p̄ſentē ipſum aīo intueri, τ diſſerentem videre videor. Idē tamē p̄ dolore diſcrucior hoc ipſo, ꝙ virum hunc non oēs ſicut par eſt intelligunt: ita illum nōnulli ignorāt, vt ne epl'arum q̄dem eius numerum plane norint. Hoc vero non ignorantia facit, ſed ꝙ nolint beati huius viri ſcripta aſſidue in manibus habere. ℟. Notas mihi feciſti domine vias vitę: Adimplebis me lętitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. ℣. Tu es, qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Adimplebis.

Lectio quinta.

NEc enim nos, quę ſcimus ab ingenij bonitate, atque acumine ſcimus: ſed ꝙ illi nos viro impenſe affecti, ab illius lectione nunq̄ diſcedimus: ſiq̄dē qui amant, p̄ ante oēs eorum facta norunt quos amāt, vt qui de ijs ipſis ſint ſoliciti: id qḋ beat' hic veluti oſtēdens ad Philippēſes ait: Sicut eſt mihi iuſtū, vt hoc de vobis oībus ſentiā, eo ꝙ habeam vos in corde, τ in vinculis meis, τ in defenſione, τ ꝯfirmatione euangelij. ℟. Diligam te dñe virtus mea, dominus firmamentum meum. Et refugium meum. ℣. Liberator meus, deus meus, adiutor meus. Et.

Lectio vi.

QUa propter ſi τ vos quouſque in altum induxeritis huius lectioni ſtudioſam, ac diligētē operā nauare, nihil ſane erit quod aliud requirēdū vobis ſit. Verax eſt enim Chri ſermo dicētis. Quęrite, τ inuenietis: pulſate, τ aperiet vobis. Ceterum, quādoquidem cōplures ex ijs qui huc nobiſcū conuenere, τ liberorum educationem, τ vxoris curā, τ familię prouidentiam ſuſcepere: ob idq; totos ſeſe huic labori dare nō ſuſtinent: attamen ipſi vos excitantes cōparate ad ea demū capienda, q̄ alij collegerint, ſtudij tantundem ijs q̄ dicta fuerint auſcultandis, quantum pecunijs colligendis, impertientes: nam etſi turpe ſit, tantū ſtudij a vobis exigere, optabile tamen eſſet, ſi tantum ſaltem tribuatis. ℟. Domini eſt terra, τ plenitudo eius, Orbis terrarū, τ vniuerſi qui habitant in eo. ℣. Ipſe ſuper maria fundauit eam, τ ſuper flumina pręparauit illam. Orbis. Gloria. Orbis.

Lcō ſ. euā. ſm Iohannē. L. vij.

IN illo tempore: Nuptię fa 2. C
ctę ſunt in Cana Galilęę, τ erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus, τ diſcipuli eius ad nuptias. Et reliqua.

Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

QUod dñs inuitatus venerit ad nuptias, etiam excepta myſtica ſignificatiōe ꝯfirmare voluit, ꝙ ipſe fecit nuptias.

Futuri

Digitized by Google

Futuri enĩ erãt, de q̃bus dixit Apoſtolus, ꝓhibentes nubere, ⁊ dicẽtes ꝙ malę eſſent nuptię, ⁊ ꝙ diabolus eas feciſſet: cũ idẽ dñs in euangelio interrogatus, vtrum liceat homini dimittere vxorem ſuã ex qualibet cauſa, reſponderit, non licere, excepta cauſa fornicationis. In qua reſponſione, ſi meminiſtis, hoc ait: Quod Deus coniũxit homo non ſeparet. ℟. Ad te domine leuaui animã meã. Deus meus in te confido, non erubeſcam. ℣. Cuſtodi animã meam, ⁊ eripe me. Deus. Lectio viij.

Et q̃ bene eruditi ſunt in fide catholica, nouerunt ꝙ Deus fecerit nuptias, ⁊ ſicut coniugiũ a Deo, ita diuortium a diabolo ſit. Sed ꝓpterea in cauſa fornicatiõis licet vxorẽ dimittere: q2 ipſa eſſe vxor prior noluit, q̃ fidẽ cõiugalẽ marito nõ ſeruauit. Nec illę q̃ virginitatẽ deo vouent, quãq̃ ampliorem gradũ honoris ⁊ ſanctitatis in eccleſia teneant, ſine nuptijs ſũt: nam ⁊ ipſę ptinent ad nuptias cum tota eccleſia, in quibus nuptijs ſponſus eſt Chriſtus. ℟.

Duo Seraphim clamabãt alter ad alterũ: Scũs, ſcũs, ſanctus, Dñs Deus Sabaoth: Plena eſt oĩs terra gloria eius. ℣. Tres ſunt, q̃ teſtimoniũ dant in cęlo, Pater, Verbũ, ⁊ Spiritus ſanctus: Et hi tres vnũ ſunt. Sanctus. Gloria. Plena eſt. Hoc ℟. ſemp dr̃ octauo loco ab hac Dñica vſq; ad Septua. ⁊ a iij. Dñica poſt Pẽtec. vſq; ad Aduen. in Dñicis tãtũ. Lectio ix.

Et per hoc ergo dñs inuitatus venit ad nuptias, vt cõiugalis caſtitas firmaret, ⁊ oſtẽderet ſacramentũ nuptiarũ: q2 ⁊ illarũ nuptiarũ ſponſus perſonã dñi figurabat, cui dictũ eſt: Seruaſti vinũ bonum vſq; adhuc. Bonũ enim vinũ Chriſtus ſeruauit vſq; adhuc, id eſt euãgeliũ ſuũ. Ad laudes. vt i pſalt. Ad Bñs. Añ. Nuptię factę ſũt in Cana Galilęę, ⁊ erat ibi Ieſus cũ Maria matre ſua. Orõ. Omnipotens ſempiterne. 117. Deinde fiut cõm. vt ſu. in Vſq. ſabbathi. Ad horas, ⁊ veſp. oĩa vt i pſalt. de dñica. Ad Mag. Añ. Deficiente vino iuſſit Ieſus impleri hydrias aqua, quę in vinũ conuerſa eſt, halleluiah. Orõ. Omnipotens ſempiterne. 117. Deinde Suffragia, vt ſupra.

FERIA TERTIA.

Et in alijs fer. vſq; ad Septua. quando occurrerit fieri de feria ſit officiũ. vt in pſalt. exceptis his quę ſunt propria. Orõ vero dicitur de Dñica precedenti, ⁊ ſit officium ſicut in pſalterio. De epiſtola ſecunda beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. Lectio j.

Incipimus iterũ noſmetipſos cõmendare? aut nunq̃d egemus, ſicut q̃dã, cõmendatitijs epiſtolis ad vos, aut ex vobis? 3.ca

Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, que ſcitur et legitur ab omnibus hominibus: manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata a nobis, et ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu dei viui: nõ in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib'. ℟. Quã magna multitudo dulcedinis tue dñe. Quam abſcondiſti timentibus te. ℣. Et perfeciſti eis, qui ſperant in te dñe, in cõſpectu filiorum hominum. Quam. L. ij.

FIduciã autẽ talem habemus per Chriſtũ ad deũ, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Qui et idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamẽti, nõ litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, Spiritus autẽ viuificat. Quod ſi miniſtratio mortis, literis deformata in lapidib' fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciẽ Moyſi, propter gloriam vultus eius, que euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? ℟. Adiutor meus eſto Deus. Ne derelinquas me. ℣. Neqz deſpicias me Deus ſalutaris meus. Ne. Lectio iij.

NAm ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium iuſtitie in gloria. Nã nec gloriſicatũ eſt quod claruit in hac parte propter excellentẽ gloriã. Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod manet, in gloria eſt. Habentes igitur talẽ ſpem, multa fiducia vtimur: et nõ ſicut Moyſes ponebat velamen ſup faciem ſuã, vt nõ intenderent filij Iſrael in faciem eius, quod euacuatur, ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum: Uſqz in hodiernum enim diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet nõ reuelatum, quoniam in Chriſto euacuatur. ℟. Benedicam dñm in omni tẽpore: Semp laus eius in ore meo. ℣. In dño laudabitur anima mea, audiant manſueti, et letentur. Semper laus.

FERIA TERTIA.

De epiſtola ſecunda B. Pauli apoſtoli ad Corinthios. Lec. j.

5. c

SCimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod edificationem ex deo habemus, domũ nõ manufactã, ſed eternã in celis. Nã et in hoc ingemiſcimus habitationẽ nr̃am, que de celo eſt, ſuperindui cupientes: ſi tamen veſtiti, et nõ nudi inueniamur. Nã et qui ſum' in hoc tabernaculo ingemiſcimus grauati: eo quod nolum' expoliari, ſed ſupueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt a vita. ℟. Aurib' pcipe deus lacrymas meas, ne ſileas a me, remitte mihi: Quoniam incola ego ſum apud te, et peregrinus. ℣. Cõplaceat tibi, vt eripias me: dñe ad adiuuãdũ me feſtina. Quoniam. L. ij.

Audentes

Audentes igit' ſemp, ⁊ ſcientes qm̄ dum ſumus in hoc corpore peregrinamur a dn̄o, (p fidē enim ambulamus, ⁊ nō p ſpeciē) audemus autē ⁊ bonā volūtatem habemus magis peregrinari a corpore, ⁊ p̄ſentes eſſe ad dn̄m, ⁊ ideo ꝯtendimus ſiue abſentes, ſiue p̄ſentes placere illi. Oēs enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chr̄i, vt referat vnuſquiſqꝫ ꝓpria corporis prout geſſit, ſiue bonū, ſiue malū. ℟. Statuit dn̄s ſupra petrā pedes meos, ⁊ direxit greſſus meos deus meus. Et miſit in os meū canticum nouum. ℣. Exaudiuit p̄ces meas, ⁊ eduxit me de lacu miſerię. Et. Lcō iij.

Scientes ergo timorē dn̄i hominib' ſuademus, deo autem manifeſti ſumus. Spero autē ⁊ in ꝯſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe. Nō iterum cōmendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos q in facie gloriantur, ⁊ nō in corde. Siue enim mēte excedimus, Deo: ſiue ſobrij ſumus, vobis. Charitas enim Chr̄i vrget nos: eſtimantes hoc, qm̄ ſi vnus pro oib' mortuus eſt, ergo oēs mortui ſunt, ⁊ pro oibus mortuus eſt Chr̄s: vt q viuunt, iam nō ſibi viuāt ſed ei, q pro ipſis mortuus eſt, ⁊ reſurrexit. ℟. Ego dixi dn̄e miſerere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ℣. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me domine. Sana.

FERIA QVARTA.

De epiſtola ſecunda B. Pauli apoſtoli ad Corinthios. Lec. i.

Has igit' habentes promiſſiones cariſſimi, mūdemus nos ab omni inquinamento carnis ⁊ ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore dei. Capite nos. Neminē lęſimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Nō ad cōdemnationem veſtrā dico, prędiximus enim q̄ in cordib' noſtris eſtis ad cōmoriendum, ⁊ ad conuiuendū. ℟. Ne perdideris me cum iniquitatibus meis. Neqꝫ in finē iratus reſerues mala mea. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo dn̄e. Neque. Lcō ij. ca. 7.

Multa mihi fiducia eſt apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis. Repletus ſum ꝯſolatione, ſuperabūdo gaudio in omni tribulatiōe veſtra. Nā ⁊ cum veniſſemus in Macedoniā, nullā requiem habuit caro nr̄a, ſed oēm tribulationē paſſi ſumus: foris pugnę, intus timores. Sed qui ꝯſolatur humiles, ꝯſolatus eſt nos deus in aduentu Titi: nō ſolū autem in aduentū eius, ſed ⁊ in cōſolatione, qua cōſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletū, veſtram ęmulationem pro me: ita vt magis gauderem. ℟. Paratum cor meū Deus

Digitized by Google

Deus, paratum cor meum: Cantabo, ꝛ pſalmū dicam domino. ℣. Exurge gloria mea, exurge pſalterium ꝛ cithara, exurgam diluculo. Cantabo. Lectio iij.

O Voniā etſi cōtriſtaui vos in epiſtola, nō me pęnitet: ꝛ, ſi pęniteret videns, ꝙ epiſtola illa (etſi ad horā) vos cōtriſtauit: nunc gaudeo, nō qa ꝯtriſtati eſtis, ſed quia ꝯtriſtati eſtis ad pęnitētiā. Cōtriſtati enim eſtis ſecundū Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quę enim ſecundū Deū triſtitia eſt, pęnitentiā in ſalutem ſtabilem operatur: ſęculi autem triſtitia mortem operaṫ. ℟. Adiutor meus tibi pſallā, quia deus ſuſceptor meus es. Deus meus miſericordia mea. ℣. Lętabor, ꝛ exultabo in te, pſallam nomini tuo altiſſime. Deus.

FERIA QVINTA.

De epiſtola ſecunda B. Pauli apoſtoli ad Corinthios. Lec. j.

C. 10. IPſe autē ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem, ꝛ modeſtiā Chr̄i: q in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autē ꝯfido in vobis. Rogo autē vos, ne pręſens audeā ꝑ eā cōfidentiā qua exiſtimor audere in quoſdā qui arbitrantur nos tanꝗ ſecundū carnē ambulemus. In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus. ℟. Deus in te ſperaui, domine, nō ꝯfundar in ęternū: in iuſtitia tua libera me: Et eripe me. ℣. Inclina ad me aurem tuam, ꝛ ſalua me. Et. Lectio ij.

NAm arma militię noſtrę nō ſunt carnalia, ſed potētia Deo ad deſtructionē munitionū, ꝯſilia deſtruentes, ꝛ oēm altitudinē extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, ꝛ in captiuitatem redigentes omnē intellectum in obſequiū Chriſti, ꝛ in prōptu habentes vlciſci omnē inobedientiam, cū impleta fuerit veſtra obedientia. Quę ſm faciem ſunt videte. Siqs ꝯfidit ſibi Chr̄i ſe eſſe, hoc cogitet iterū apud ſe: quia ſicut ipſe Chr̄i eſt, ita ꝛ nos. ℟. Repleatur os meū laude tua, vt hymnū dicā glorię tuę: tota die magnitudinem tuā: noli me ꝓijcere in tempore ſenectutis. Dū defecerit in me virtus mea: ne derelinquas me. ℣. Gaudebunt labia mea cū cantauero tibi. Dum. L. iij.

NAm ꝛ ſi amplius aliqd gloriatus fuero de poteſtate noſtra, quā dedit nobis dn̄s in ędificationē, ꝛ nō in deſtructionem veſtrā, nō erubeſcam. Vt autem non exiſtimer tanꝗ terrere vos ꝑ epiſtolas: qm̄ qdem epiſtolę, inquiunt, graues ſunt ꝛ fortes, pręſentia autem corporis infirma, ꝛ ſermo cōtemptibilis: hoc cogitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo ꝑ epiſtolas abſentes: tales ꝛ pręſentes in facto. Nō enim audemus inſerere,

ſcere, aut comparare nos quibuſdã q ſeipſos cõmendant, ſed ⁊ ipſi in nobis noſmetipſos metiẽtes, ⁊ cõparantes noſmetipſos nobis. ℟. Q audebũt labia mea cum cantauero tibi: Et aĩa mea quam redemiſti dñe. ℣. Sed ⁊ lingua mea meditabiť iuſtitiam tuam: tota die laudeꝫ tuam. Et.

FERIA SEXTA.

De epła ſecunda beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Le. j.

c.12 SI gloriari oportet, nõ expedit quidem. Veniã autem ad viſiones, ⁊ reuelationes dñi. Scio hoĩem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſqꝫ ad tertiuꝫ cęlũ. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit) qm̃ raptus eſt in paradiſum, ⁊ audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. ℟. Cõfitebor tibi dñe Deus in toto corde meo, ⁊ honorificabo nomen tuuꝫ in ęternum. Quia miſericordia tua dñe magna eſt ſuper me. ℣. Deus meus es tu, ⁊ confitebor tibi, Deus meus es tu, ⁊ exaltabo te. Quia. Lcõ ij.

PRo huiuſmodi gloriabor: pro me autem nihil, niſi in infirmitatibus meis. Nã ⁊ ſi voluero gloriari, nõ ero inſipiẽs: veritatem enim dicaꝫ. Parco autẽ nequis me exiſtimet ſupra id qđ videt in me, aut aliqd audit ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſatanę, qui me colaphizet: propter qđ ter dñm rogaui, vt diſcederet a me: ⁊ dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: naꝫ virtus in infirmitate pficitur. ℟. Miſericordia tua dñe magna eſt ſuper me. Et liberaſti animam meam ex inferno inferiori. ℣. In die tribulatiõis meę clamaui ad te, qꝛ exaudiſti me. Et. Lectio iij.

LIbẽter igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virtus Chři. Propter quod placeo mihi in infirmitatib⁹ meis, in cõtumelijs, in neceſſitatibus, in pſecutionibus, in anguſtijs pro Chřo. Cũ enim infirmor, tũc potens ſum. Fact⁹ ſuꝫ inſipiens: vos me coegiſtis. Ego enim a vobis debui cõmendari. Nihil enim minus feci ab ijs, qui ſunt ſupra modum apoſtoli, tametſi nihil ſuꝫ. ℟. Factus eſt mihi dominus in refugiuꝫ, Et Deus meus in auxiliũ ſpei meę. ℣. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, ⁊ factus eſt dominus protector meus. Et.

SABBATHO.

Solet fieri de Beata Maria.

De epiſtola ſcđa Beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Le. j.

ECce tertio hoc venio ad vos, vt in ore duoꝝ, vel triũ 13.c. teſtiuꝫ ſtet oẽ verbum. Prędixi enim, ⁊ pdico, vt pſens vobis, ⁊

nũc abſẽs his, q ante peccauerũt, ⁊ cęteris oĩbus, qm̃ ſi venero itẽ rũ, nõ parcã. An experimẽtũ q̃ritis eius, q in me loquit̃ Chr̃s? q in vobis non infirmat̃, ſed potẽs eſt in vobis. Nã etſi crucifixus eſt ex īfirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Nã ⁊ nos infirmi ſumus in illo: ſed viuimus cũ eo ex virtute Dei in nobis. L. ij.

VOſmetipſos tẽtate: ſi eſtis in fide: ipſi vos ꝓbate. An nõ cognoſcitis voſmetipſos, qa Chr̃s Jeſus in vobis eſt? niſi forte reprobi eſtis. Spero aũt ꝙ cognoſcitis, q2 nos nõ ſumus reprobi. Oramus aũt deũ vt nihil mali faciatis: nõ vt nos ꝓbati appareamus, ſed vt vos qđ bonũ eſt faciatis, nos aũt vt reprobi ſimus. Nõ eni3 poſſumus aliqđ aduerſus veritatẽ, ſed ꝓ veritate. Gaudem⁹ eni3, qm̃ nos infirmi ſum⁹. vos aũt potẽtes eſtis. Hoc ⁊ oramus vr̃am ↄſummationẽ. L. iij.

IDeo hęc abſens ſcribo, vt non pręſens durius agam ſm̃ poteſtatem, quam dñs dedit mihi in ędificationem, ⁊ non in deſtructionem. De cętero fratres gaudete: perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacem habete: ⁊ Deus pacis, ⁊ dilectionis erit vobiſcum. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutãt vos ſancti. Gratia domini noſtri Jeſu Chr̃i: ⁊ charitas Dei, ⁊ communicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis. Amẽ.

Ad Veſp. Pro Dñica iij. Oro.

OMnipotens ſempiterne Deus, infirmitatẽ nr̃am propitius reſpice: atq3 ad protegendũ nos, dexteram tuę maieſtatis extende. Per dominum nr̃um.

DOMINICA III. poſt Epiphaniam.

Ad Mat. oĩa vt in Pſalterio. Incipit epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Galatas. Lectio prima.

PAulus Apoſtolus non ab hominibus neq3 per homines, ſed per Jeſu3 Chriſtum, ⁊ Deũ patrẽ, qui ſuſcitauit eu3 a mortuis, ⁊ q mecu3 ſunt omnes fratres eccleſiis Galatię. Gratia vobis, ⁊ pax a Deo patre noſtro, ⁊ dño Jeſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de p̄ſenti ſęculo nequã ſm̃ voluntatem Dei, ⁊ patris noſtri, cui eſt gloria in ſęcula ſęculorum. Amen. ℟. Domine ne in ira tua arguas me. fo. 118. Reliq̃ dñr de dñica p̄ced. in oĩb' Dñicis vſq3 ad Septua. Le. ij.

MIror ꝙ ſic tã cito transferimini ab eo, q vos vocauit i gratiã Chr̃i in aliud euãgeliũ: qđ nõ eſt aliud, niſi ſunt aliq qui vos ↄturbãt, ⁊ volũt cõuertere euãgeliũ Chriſti. Sed licet nos, aut angelus de cęlo euangelizet vobis, pręterquã3 qđ euangelizauim⁹ vobis, anathema ſit.

Sicut

Digitized by Google

Sicut prediximus, ⁊ nunc iterum dico: Siqs vobis euangelizauerit pter id, qđ accepistis, anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? an quero hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ℟. Deus, qui sedes super thronum. 118. Lectio iij.

Notũ enim vobis facio fratres euãgeliũ, qđ euãgelizatũ est a me, quia nõ est ſm hominẽ: neq3 enim ego ab homine accepi illud, neq3 didici, sed per reuelationem Jesu Christi. Audistis enim conuersationem meã aliquando in Judaismo, qm̃ supra modum persequebar Ecclesiam Dei, ⁊ expugnabam illam, ⁊ proficiebam in Judaismo supra multos coetaneos meos in genere meo, abundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. ℟. A dextris est mihi dominus. 118.

De expositiõe s. Augustini epi in epistolam ad Galatas. L. iiij.

Causa propter quã scribit apls ad Galatas, hec est: vt intelligãt grãm Dei id secum agere, vt sub lege iã nõ sint. Cum enim pdicata eis esset euangelij gra, nõ defuerunt quidã ex circuncisione, quamuis Christiani nole, nondũ tamen tenentes ipsum gratie beneficium, ⁊ adhuc volẽtes esse sub oneribus legis, q̃ dñs Deus iposuerat nõ iustitie seruiẽtibus, sed pcõ: iustã scilicet legẽ iniustis hoibus dãdo, ad demõstrãda peccata eorum, nõ auferenda. Nõ enim aufert peccata, nisi gratia fidei, q̃ per dilectionẽ operatur. ℟. Notas. 118. L. v.

Sub hac ergo gratia iã Galatas cõstitutos illi volebãt cõstituere sub oneribus legis, asseuerãtes nihil eis pdesse euãgeliũ, nisi circunciderentur, ⁊ ceteras carnales Judaici ritus obseruationes subirent. Et ideo Paulũ aplm suspectũ habere ceperant, a quo illis euangelium predicatum erat, tanquam nõ tenentem disciplinam ceterorum apostolorũ, qui gentes cogebãt Judaizare. ℟. Diligam te. 118. Lectio vi.

Talis quidẽ q̃stio est, ⁊ in epistola ad Romanos: verũtamen videtur aliqd interesse, q ibi cõtentionẽ ipsam dirimit, litẽq3 cõponit, q̃ inter eos q ex Judeis, ⁊ eos q ex gẽtibus crediderãt orta erat: cum illi tanquã ex meritis operum legis sibi redditũ euãgelij premiũ arbitrarentur, qđ premium incircuncisis tanq̃ immeritis nolebãt dari: illi cõtra Judeis se pferre gestirent, tanq̃ interfectoribus dñi. In hac vero epistola ad eos scribit, qui iam commoti erant auctoritate illorum, qui ex Judeis erant, ⁊ ad obseruationes legis cogebant. ℟ Domini est terra, ⁊ plenitudo. fol. 118.

Lectio s. euã. ſm Mattheũ. L. vij.

In illo tẽpore: Cum descendisset Jesus de monte, secu- 8. ca.

Digitized by Google

te ſunt eũ turbe multe. Et reliqua. Homilia S. Hieronymi presbyteri.

De monte domino deſcendẽti occurrũt turbe, quia ad altiora aſcendere non valuerunt. Et primum occurrit ei leproſus: necdum enim poterat cũ lepra tam multiplicem in monte Saluatoris audire ſermonẽ. Et notandum quod hic primus ſpecialiter curatus eſt: ſecundus puer cẽturionis: tertia ſocrus Petri febriens in Capharnaum: quarto loco qui oblati ſunt ei a demonio vexati: quorum ſpiritus verbo eijciebat, quando et omnes male habentes curauit. ℟. Ad te dñe leuaui. fo. 119. Lectio viij.

Et ecce lepros⁹ veniẽs adorabat eũ dicẽs. Recte poſt ꝑdicationem atque doctrinã ſigni offertur occaſio: vt per virtutũ miracula, preteritus apud audiẽtes ſermo firmetur. Dñe, ſi vis, potes me mundare. Qui volũtatẽ rogat, de virtute nõ dubitat. Et extendens manũ Jeſus tetigit eum, dicens: Volo, mũdare. Extendente manum dño ſtatim lepra fugit. Simulque conſidera, quã humilis, et ſine iactantia reſpõſio. Ille dixerat: ſi vis: Dñs reſpondit, Volo. Ille premiſerat, potes me mundare: et dñs iungit, et dicit, Mundare. Non ergo, vt pleriq; Latinorum putant, iungendum eſt, et legendum, volo mundare. ſed ſeparatim: vt primum dicat, volo, deinde imperet, mundare.

℟. Duo Seraphim. 119. Lectio ix.

Et ait illi Jeſus. Vide nemini dixeris. Et re vera, quid erat neceſſe, vt ſermone iactaret quod corpore preferebat? Sed vade, oſtẽde te ſacerdoti. Duas ob cauſas mittit eũ ad ſacerdotes. Primũ ꝓpter humilitatem, vt ſacerdotibus deferre videatur: (erat enim lege preceptũ, vt qui mundati fuerãt lepra: offerrent munera ſacerdotibus:) deinde, vt mundatũ videntes leproſum, aut crederent ſaluatori: aut non crederent. Si crederent, ſaluarentur: ſi nõ crederẽt, inexcuſabiles forẽt. Et ſimul, ne, quod in eo ſepiſſime criminabantur, legẽ videretur infringere. Ad Bñs. Aña. Cũ deſcendiſſet Jeſus de monte, ecce leproſus veniens adorabat eum dicens, Dñe, ſi vis potes me mundare: et extendẽs manũ tetigit eum dicens, Volo, Mundare. Ad Magnificat. Aña. Dñe, ſi vis, potes me mundare, et ait Jeſus, Volo, Mundare.

FERIA SECVNDA.

De epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Galatas. Lectio prima.

O Inſenſati Galate, quis vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus proſcriptus eſt, et in vobis crucifixus. Hoc ſolum a vobis volo diſcere: Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu ceperitis, nunc car- 3.ca.

ne

ne conſummamini? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamē ſine cauſa. Qui ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut ſcriptum eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam. ℟. Quam magna. fol. 119. ℟ia preteritę hebdo. repetanť per ordinem in omnibus ferijs vſque ad Septuageſimā. Le. ij.

Cognoſcite ergo, qꝛ qui ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahę. Prouidens autē ſcriptura, qꝛ ex fide iuſtificat gentes deus, prenūciauit Abrahę: Quia benedicenť in te oēs gentes. Igiť, qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicunque enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quę ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Lectio iij.

Quoniam autē in lege nemo iuſtificať apud Deū: manifeſtum eſt, quia iuſtus ex fide viuit. Lex autem non eſt ex fide: ſed qui fecerit ea, viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt, maledictus omnis, qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio Abrahę fieret in Chriſto Jeſu: vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.

FERIA TERTIA.

De epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Galatas. Lectio prima. 5. ca.

State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, qm̄ ſi circūcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidēti ſe, qm̄ debitor eſt vniuerſę legis faciendę. Euacuati eſtis a Chriſto. Qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. Nos enim ſpū, ex fide ſpē iuſtitię expectamus. ℟. Auribus. 119. Le. ij.

Nam in Chriſto Jeſu neqꝫ circūciſio aliquid valet neque preputium, ſed fides, q̄ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini conſenſeritis. Perſuaſio hęc non eſt ex eo qui vocat vos. Modicū fermentum totam maſſam corrumpit. Ego cōfido in vobis in dn̄o, ꝙ nihil aliud ſapietis. Qui autē conturbat vos, portabit iudicium, quicunqꝫ eſt ille. L. iij.

Ego autē fratres ſi circunciſionē adhuc predico, qd adhuc pſecutionē patior? ergo euacuatum eſt ſcandalū crucis. Utinam abſcindantur qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantū ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatē ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis enim lex in vno ſermone impletur:

tur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicē cōſumamini. Dico autem in Chriſto, ſpiritu ambulate, & deſideria carnis nō perficietis. Caro enim ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quęcunque vultis illa faciatis.

FERIA QVARTA.

Incipit epiſtola Beati Pauli apoſtoli ad Ephesios. Lectio j.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, omnibus ſanctis, q ſunt Epheſi, & fidelib' in Chro Ieſu. Gratia vobis & pax a Deo patre noſtro & dño Ieſu Chro. Benedictus deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpūali in cęleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo, ante mundi cōſtitutionē, vt eſſemus ſancti & immaculati in cōſpectu eius in charitate. ℟. Ne pdideris. 120. L. ij.

QUi prędeſtinauit nos in adoptionem filioꝝ per Ieſum Chrm, in ipſum, ſecūdum ꝓpoſituꝫ volūtatis ſuę, in laudē glorię gratię ſuę, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionē per ſanguinem eius, remiſſionē peccatoꝝ, ſecunduꝫ diuitias gratię eius, quę ſuperabundauit in nobis, in omni ſapiētia & prudentia, vt notū faceret nobis ſacramentum volūtatis ſuę, ſecundū beneplacitum eius, quod propoſuit in eo, in diſpēſatione plenitudinis tempoꝝ, inſtaurare oīa in Chriſto, quę in cęlis, & quę in terra ſunt in ipſo. Lectio iij.

IN quo etiā & nos ſorte vocati ſumus pdeſtinati ſecūdū propoſitum eius, qui operat oīa ſecundū ꝯſilium voluntatis ſuę: vt ſimus i laudē glorię eius nos, q ante ſperauimus in Chriſto. In quo & vos cū audiſſetis verbum veritatis, euangeliū ſalutis veſtrę, in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu ꝓmiſſionis ſancto, q eſt pignus hęreditatis noſtrę, in redēptionē acquiſitionis, & in laudem glorię ipſius.

FERIA QVINTA.

De epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Ephesios. Lectio prima.

OBſecro itaqꝫ vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cū oī humilitate, & māſuetudine, cū patiētia, ſupportātes inuicē in charitate, ſoliciti ſeruare vnitateꝫ ſpūs in vinculo pacis. Unū corpus & vnus ſpūs, ſicut vocati eſtis i vna ſpe vocationis vrę. Un' dñs, vna fides, vnū baptiſma. Unus deus, & pr oīuꝫ, q eſt ſup oēs, & p oīa, & in oībus nobis. ℟. Deus in te. 120. L. ij. c.4

UNicuiqꝫ autē noſtrū data eſt gratia ſecūduꝫ mēſurā donatio-

Digitized by Google

donationis Chꝛi: ꝓpter quod dicit: Aſcendens in altū captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Quod autē aſcēdit, quid eſt, niſi quia ⁊ deſcendit primum in inferiores partes terrę? Qui deſcendit, ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes cęlos, vt adimpleret omnia. Lect. iij.

Et ipſe dedit quoſdā qdem apl'os, quoſdā autē ꝓphetas, alios vero euangeliſtas, alios autem paſtores, ⁊ doctores, ad ꝯſummationē ſctōꝝ, in opus miniſterij, in ędificationē corporis Chꝛiſti, donec occurramus oēs in vnitatē fidei, ⁊ agnitionis filij Dei, in virū pfectū, in mēſurā ętatis plenitudinis Chꝛi, vt iam nō ſimus paruuli fluctuantes, ⁊ circūferamur omni vento doctrinę, in nequitia hominū, in aſtutia ad circumuentionē erroris. Veritatem autē facientes in charitate, creſcamus in illo p omnia qui eſt caput Chꝛiſtus.

FERIA SEXTA.

De epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Ephesios. Lectio prima.

ca. 5. Eſtote ergo imitatores dei, ſicut filij chariſſimi, ⁊ ambulate in dilectione, ſicut ⁊ Chꝛs dilexit nos, ⁊ tradidit ſemetipſum p nobis oblationē, ⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatis. Fornicatio aūt, ⁊ oīs imūditia, aut auaritia nec noīet̄ i vobis (ſicut decet ſanctos) aut turpitudo, aut ſtultiloquiū, aut ſcurrilitas, q̄ ad rē non ptinet, ſed magis gratiarū actio. R. Confitebor. 121. Lec. ij.

Hoc enim ſcitote intelligentes, q omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (qd eſt idolorū ſeruitus) non habet hereditatem in regno Chꝛiſti ⁊ Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hęc enim venit ira Dei in filios diffidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrę, nunc autem lux in dn̄o. Ut filij lucis ambulate. Le. iij.

Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, ⁊ iuſtitia, ⁊ veritate, pbantes qd ſit beneplacitū deo. Et nolite cōmunicare operib⁹ infructuoſis tenebrarū, magis autē redarguite. Quę enim in occulto fiūt ab ipſis, turpe eſt ⁊ dicere. Oia autē quę arguuntur, a lumine manifeſtant̄: omne enim quod manifeſtatur lumen eſt: propter quod dicit: Surge qui dormis, ⁊ exurge a mortuis, ⁊ illuminabit te Chꝛs.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Ephesios. Lectio prima.

Filij obedite parentibus ve 6. ca.
ſtris in domino: hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuū, ⁊ matrē tuā: (quod eſt mandatum primum in promiſſione) vt bene ſit tibi: ⁊ ſis longęuus ſup terrā. Et vos patres nolite prouocare ad iracundiam filios ve

Digitized by Google

ſtros, ſed educate illos in diſci-
plina, ⁊ correptione dñi. Le. ij.
SEruí obedite dñis carnali-
bus, cum timore, ⁊ tremo-
re, in ſimplicitate cordis veſtri,
ſicut Chṙo: nõ ad oculũ ſeruien-
tes, quaſi hominib⁹ placẽtes, ſed
vt ſerui Chṙi faciẽtes voluntatẽ
dei, ex aĩo cũ bona voluntate ſer-
uientes, ſicut dño, ⁊ non homi-
nibus: ſciẽtes qm̃ vnuſquiſq;
quodcunq; fecerit bonũ, hoc re-
cipiet a dño, ſiue ſeruus, ſiue li-
ber. Et vos dñi eadem facite il-
lis, remittentes minas, ſcientes
quod ⁊ illorum ⁊ veſter dñs eſt
in cęlis, ⁊ perſonarum acceptio
non eſt apud Deum. Lectio iij.
DE cetero frẽs ꝯfortamini
in dño, ⁊ in potẽtia virtu-
tis eius. Induite vos armaturã
dei, vt poſſitis ſtare aduerſus in-
ſidias diaboli: qm̃ nõ eſt nobis
colluctatio aduerſus carnem, ⁊
ſanguinẽ, ſed aduerſus princi-
pes, ⁊ poteſtates: aduerſus mun-
di rectores tenebrarũ harũ, cõ-
tra ſpũalia nequitię in cęleſtib⁹.
Propterea accipite armaturã
Dei, vt poſſitis reſiſtere in die
malo, ⁊ in oĩbus perfecti ſtare.
Ad Veſp. Pro dñica iiij. Orõ.
DEus, q nos in tãtis pe-
riculis ꝯſtitutos ꝓ hu-
mana ſcis fragilitate
nõ poſſe ſubſiſtere: da
nobis ſalutẽ mentis ⁊ corporis:
vt ea, q̃ ꝓ peccatis nr̃is patimur,
te adiuuãte vincamus. Per do.

DOMINICA QVARTA
poſt Epiphaniam.

Incipit epiſtola B. Pauli apo-
ſtoli ad Philippenſes. Lcõ i.
PAulus ⁊ Timotheus
ſerui Ieſu Chṙi om-
nib⁹ ſanctis in Chṙo
Ieſu, q ſunt Phi-
lippis cum epĩs, ⁊
diaconib⁹. Gratia vobis ⁊ pax
a deo p̃re nr̃o ⁊ dño Ieſu Chṙo.
Gratias ago Deo meo in omni
memoria veſtri (ſemꝑ in cũctis
orõnibus meis pro oĩbus vobis
cũ gaudio deprecationẽ faciẽs)
ſuper cõmunicatione veſtra in
euãgelio Chṙi a prima die vſq;
nunc ꝯfidens hoc ipſum, qa qui
cępit in vobis opus bonũ, perfi-
ciet vſq; in diẽ Chriſti Ieſu: ſi-
cut eſt mihi iuſtum, hoc ſentire
pro oĩbus vobis, eo ꝙ habeam
vos in corde, ⁊ in vinculis meis,
in defenſione, ⁊ confirmatione
euangelij, ſocios gaudij mei oẽs
vos eſſe. Rꝫ. Dñe ne in ira. vt s.
Rꝫ a ij. Dñice poſt Epiph. L. ij.
TEſtis enim eſt mihi Deus
quomodo cupiam oẽs vos
eſſe in viſcerib⁹ Ieſu Chriſti. Et
hoc oro, vt charitas veſtra ma-
gis ac magis abundet in omni
ſcientia, ⁊ in omni ſenſu: vt ꝓbe-
tis potiora, vt ſitis ſinceri, ⁊ ſi-
ne offenſa in diem Chṙi, repleti
fructu iuſtitię ꝑ Ieſum Chriſtũ
in gloriã ⁊ laudẽ dei. Scire aũt
volo vos fratres, qa q̃ circa me
ſunt, magis ad ꝓfectũ venerunt
euangelij.

Digitized by Google

euãgelij, ita vt vincula mea manifeſta fierent in Chõo in omni pretorio, ⁊ in ceteris oĩbus, vt plures e fratrib' in dño ↄfidẽtes in vinculis meis abundãtius auderent ſine timore verbũ dei loqui. R. Deus qui ſedes. L. iij.

Quidã quidẽ ⁊ ꝓpter inuidiã ⁊ ↄtentionem, quidã autem ꝓpter bonã voluntatem Chriſtuꝫ ꝑdicant. Quidam ex charitate ſcientes, qm̃ in defenſione euãgelij poſitus ſum. Quidam autem ex ↄtentione Chriſtum annunciãt nõ ſincere, eſtimantes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? Dũ omni modo ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chõs annunciet, ⁊ in hoc gaudeo: ſed ⁊ gaudebo. R. Adiutor eſt mihi dñs.

Ex libro Moralium S. Gregorij Pape. Lectio quarta.

Replemus refectionib' corpus, ne extenuatũ deficiat: extenuamus abſtinentia, ne nos repletũ premat: vegetamus hoc motibus, ne ſitu immobilitatis intereat: ſed citius hoc collocando ſiſtimus, ne ipſa ſua vegetatione ſuccumbat: adiumentis hoc veſtium tegimus, ne frigus interimat: ⁊ que ſita adiumenta proijcimus, ne calor exurat. Tot igitur diuerſitatibus occurrentes quid agimus, niſi corruptibilitati ſeruimus? vt ſaltem multiplicitas impenſi obſequij corpus ſuſtineat, quod anxietas infirme mutabilitatis grauat. R. Notas mihi feciſti. 118. Lec. v.

Unde bene per Paulũ dicit: Uanitati enim ſubiecta eſt creatura non volens, ſed ꝓpter eũ, q ſubiecit eã in ſpe, qa ⁊ ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptionis in libertatem glorie filioꝝ dei. Uanitati quippe creatura non volens ſubditur: qa homo qui ingenite conſtantie ſtatum volens deſeruit, preſſus iuſte mortalitatis põdere, nolens mutabilitati ſue corruptionis ſeruit. Sed creatura hec tunc a ſeruitute corruptionis eripietur, cum ad filioꝝ Dei gloriaꝫ incorrupta reſurgendo ſubleuabit. R. Diligã. L. vj.

Hic itaque electi moleſtia vincti ſunt, qa adhuc corruptionis ſue pena deprimunt: ſed cuꝫ corruptibili carne exuimur, quaſi ab his qb' nũc aſtringimur, moleſtie vinculis relaxamur. Preſentari nãqꝫ iam deo cupimus, ſed adhuc mortalis corporis obligatione prepedimur. Iure ergo vincti dicimur: qa adhuc inceſſuꝫ noſtri deſiderij ad Deũ liberũ nõ habemus. Unde bene Paulus eterna deſiderans, ſed tamen adhuc corruptionis ſue ſarcinã portans, vinctus clamat: Cupio diſſolui, ⁊ eſſe cũ Chõo. R. Domini eſt. Lcõ s. euã. ſcḋm Mattheũ. L. vij.

In illo tpe: Aſcendente Ieſu in nauiculaꝫ ſecuti ſunt eum ca. 8.

eum diſcipuli eius: ⁊ ecce motus
magnus factus eſt in mari, ita
vt nauicula operiretur fluctib⁹,
ipſe vero dormiebat. Et reliq.
Homilia S. Hieronymi pſbr.
QUintū ſignū fecit, quādo
aſcendens nauem de Ca/
pharnaum ventis imperauit, ⁊
mari. Sextum, quādo in regio/
ne Geraſenoꝝ dedit poteſtatem
demonibus in porcos. Septi/
mum, quando ingrediens ciui/
tatē ſuā paralyticū ſecundū cu/
rauit in lectulo. Primus enim
paralyticus eſt puer Centurio/
nis. ℟. Ad te dn̄e. 119. L. viij.
IPſe vero dormiebat, ⁊ ac
ceſſerūt ad eū, ⁊ ſuſcitaue/
runt eū dicētes, Dn̄e ſalua nos.
Huius ſigni typū in Jona legi/
mus: quādo ceteris periclitantib⁹
ipſe ſecurus eſt, ⁊ dormit, ⁊ ſuſci
tatur, ⁊ imperio ac ſacramento
paſſionis ſuę liberat ſuſcitātes.
Tūc ſurgens imperauit vētis, ⁊
mari. Et hoc loco intelligimus,
ꝙ omnes creaturę ſentiāt crea/
torem. Quas enim increpauit,
⁊ quibus imperauit, ſentiūt im
perantem: nō errore hereticoꝝ,
qui oīa putāt animātia, ſed ma/
ieſtate cōditoris, quę apud nos
inſenſibilia, illi ſenſibilia ſunt.
℟. Duo Seraphim. 119. L. ix.
POrro hoīes mirati ſunt di/
centes: Qualis eſt hic, qa
venti ⁊ mare obediunt ei? Non
diſcipuli ſed nautę, ⁊ ceteri qui
in naui erant mirabantur. Sin
autem quis contentioſe volue/
rit, eos, qui mirabantur fuiſſe
diſcipulos: reſpondebimus, re/
cte hoīes appellatos, qui necdū
nouerant potentiā Saluatoris.
Ad Bn̄s. Aña. Aſcēdēte Jeſu
in nauiculā: ecce motus magnus
factus eſt in mari, ⁊ ſuſcitauerūt
eū diſcipuli eius dicētes: Dn̄e, ſal
ua nos, perimus. Ad M. Aña.
Dn̄e ſalua nos, perimus: impe/
ra, ⁊ fac Deus tranquillitatem.

FERIA SECVNDA.

De epiſtola Beati Pauli Apo
ſtoli ad Philippenſes. Lect. j.
ITaq; fratres mei cariſſimi 4.C.
⁊ deſideratiſſimi, gaudiū
meum, ⁊ corona mea: ſic ſtate in
dn̄o cariſſimi. Euodiā rogo, ⁊
Syntychen deprecor idipſū ſa
pere in dn̄o. Etiā rogo ⁊ te ger/
mane compar, adiuua illas: quę
mecū laborauerūt in euangelio
cū Clemēte, ⁊ ceteris adiutorib⁹
meis, quoꝝ noīa ſunt in libro vi
tę. ℟. Quā mag. 119. Lect. ij.
GAudete in dn̄o ſemp: iteꝝ
dico, gaudete. Modeſtia
veſtra nota ſit omnibus homi/
nibus: dn̄s enim ꝓpe eſt. Nihil
ſoliciti ſitis: ſed in omni oratio/
ne ⁊ obſecratione, cū gratiarum
actione, petitiones veſtrę innote
ſcant apud deū. Et pax dei, quę
exuperat oēm ſenſuꝫ, cuſtodiat
corda veſtra ⁊ intelligentias ve
ſtras in Chriſto Jeſu. Lcō iij.
DE cetero fratres, quęcūq;
ſunt vera, quęcūq; pudi/

Digitized by Google

ta, queçũq; iuſta, queçunq; ſan
cta, queçũq; amabilia, queçũq;
bone fame: ſiqua virtus, ſiqua
laus diſcipline, hec cogitate.
Que didiciſtis, ⁊ accepiſtis, ⁊
audiſtis, ⁊ vidiſtis in me, hec agi
te: ⁊ deus pacis erit vobiſcũ. Ga
uiſus ſum autẽ in dño vehemen
ter, qm̃ tandẽ aliquãdo reflorui
ſtis pro me ſentire, ſicut ⁊ ſentie
batis: occupati autem eratis.

FERIA TERTIA.

Incipit ep̃la prima beati Pauli
Apoſtoli ad Coloſſenſes. L. j.

Paulus Ap̃lus Je
ſu Chri per volun
tatẽ Dei, ⁊ Timo
theus frater, iis qui
ſunt Coloſſis, ſan
ctis ⁊ fidelibus fratrib' in Chri
ſto Jeſu. Gratia vobis ⁊ pax a
Deo patre nr̃o ⁊ dño Jeſu Chri
ſto. Gratias agimus Deo ⁊ pa
tri dñi nr̃i Jeſu Chri ſemp pro
vobis orantes, audientes fidem
veſtram in Chriſto Jeſu, ⁊ dile
ctionem, quã habetis in ſanctos
oẽs propter ſpem: q̃ repoſita eſt
vobis in celis, quam audiſtis in
verbo veritatis euangelii, quod
ꝑuenit ad vos, ſicut ⁊ in vniuer
ſo mundo eſt, ⁊ fructificat, ⁊ cre
ſcit. ſicut in vobis, ex ea die qua
audiſtis, ⁊ cognouiſtis gratiam
dei in veritate, ſicut didiciſtis ab
Epaphra cariſſimo ꝯſeruo nr̃o,
q̃ eſt fidelis pro vobis miniſter
Chri Jeſu: q̃ etiã manifeſtauit
nobis dilectionẽ vr̃am in ſpiritu.

℟. Auribus percipe. xiiij. L. ij.

Ideo ⁊ nos, ex qua die au
diuimus, nõ ceſſamus pro
vobis orantes, ⁊ poſtulãtes vt
impleamini agnitione volunta
tis eius, in omni ſapientia, ⁊ in
tellectu ſpirituali: vt ambuletis
digne deo ꝑ oĩa placentes, ⁊ in
omni opere bono fructificãtes,
⁊ creſcẽtes in ſcientia dei, in om
ni virtute ꝯfortati, ſecundũ po
tentiã claritatis eius, in omni pa
tientia, ⁊ longanimitate: cũ gau
dio gratias agẽtes deo patri, qui
dignos nos fecit in partem ſor
tis ſanctoꝝ in lumine. Lect. iij.

Qui eripuit nos de poteſta
te tenebraꝝ, ⁊ trãſtulit in
regnũ filii dilectiõis ſue, in quo
habemus redemptionẽ, ⁊ remiſ
ſionem peccatoꝝ, qui eſt imago
Dei inuiſibilis, primogenitus
oĩs creature: qm̃ in ipſo cõdita
ſunt vniuerſa in celis, ⁊ in terra,
viſibilia, ⁊ inuiſibilia: ſiue Thro
ni, ſiue Dñationes, ſiue Prin
cipatus, ſiue Poteſtates, oĩa per
ipſum, ⁊ in ipſo creata ſunt: ⁊ ip
ſe eſt ante oẽs, ⁊ omnia in ipſo
cõſtant. Et ipſe eſt caput corpo
ris eccleſie, qui eſt principium,
primogenitus ex mortuis.

FERIA QVARTA.

De ep̃la ad Coloſſenſes. L. j.

Induite vos ergo ſicut ele 3. ca.
cti dei, ſcti ⁊ dilecti, viſcera
miſericordie, benignitatẽ, humili
tatẽ, modeſtiã, patiẽtiã, ſuppor
tantes inuicẽ, ⁊ donãtes vobiſ
metipſis,

Digitized by Google

eum diſcipuli eius: ⁊ ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibꝰ, ipſe vero dormiebat. Et reliq.
Homilia S. Hieronymi pſbr.

Quintū ſignū fecit, quādo aſcendens nauem de Capharnaum ventis imperauit, ⁊ mari. Sextum, quādo in regione Geraſenoꝝ dedit poteſtatem dęmonibus in porcos. Septimum, quando ingrediens ciuitatē ſuā paralyticū ſecundū curauit in lectulo. Primus enim paralyticus eſt puer Centurionis. ℟. Ad te dn̄e.ij9. L. viij.

Ipſe vero dormiebat, ⁊ acceſſerūt ad eū, ⁊ ſuſcitauerunt eū dicētes, Dn̄e ſalua nos. Huius ſigni typū in Iona legimus: quādo cęteris piclitantibꝰ ipſe ſecurus eſt, ⁊ dormit, ⁊ ſuſcitatur, ⁊ imperio ac ſacramento paſſionis ſuę liberat ſuſcitātes. Tūc ſurgens imperauit vētis, ⁊ mari. Et hoc loco intelligimus, q̄ omnes creaturę ſentiāt creatorem. Quas enim increpauit, ⁊ quibus imperauit, ſentiūt imperantem: nō errore hęreticoꝝ, qui oīa putāt animātia, ſed maieſtate cōditoris, quę apud nos inſenſibilia, illi ſenſibilia ſun-
℟. Duo Seraphim. v-

Porro hoīes mi- centes: Qu- venti ⁊ mare- diſcipuli ſed- in naui era-

autem quis contentioſe vol- rit, eos, qui mirabantur fu- diſcipulos: reſpondebimus, cte hoīes appellatos, qui ne- nouerant potentiā Saluat-
Ad Bn̄s. Aña. Aſcēdēte in nauiculā: ecce motus ma- factus eſt in mari, ⁊ ſuſcitau- eū diſcipuli eius dicētes: D- ua nos, perimus. Ad M. Dn̄e ſalua nos, perimus: ra, ⁊ fac Deus tranquilli-

FERIA SECVNE-

De epiſtola Beati Pau- ſtoli ad Philippenſes.

Itaq; fratres mei ⁊ deſideratiſſimi- meum, ⁊ corona mea- dn̄o cariſſimi. Euod- Syntychen depreco- pere in dn̄o. Etiā ro- mane compar, adiu- mecū laborauerū- cū Clemēte, ⁊ ce- meis, quoꝝ no- tę. ℟. Quā-

Gaudete- dico, - veſtra nota- nibus: dn̄- ſoliciti - n-

jitiz

metipſis, ſiquis aduerſus aliquē habet querelam, ſicut ⁊ dñs donauit vobis, ita ⁊ vos. Super oīa autem hęc charitatem habete, quod eſt vinculū pfectionis. Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua ⁊ vocati eſtis in vno corpore: ⁊ grati eſtote. ℟. Ne pdideris. 120 L. ij.

Verbū Chri habitet in vobis abūdanter in omni ſapiētia, docētes, ⁊ cōmonētes voſmetipſos in pſalmis, hymnis, ⁊ cāticis ſpūalib', in gr̄a cātātes in cordib' vr̄is deo. Omne qđcūq̄ facitis in verbo aut in opere, oīa in noīe dñi Jeſu Chri facite, gratias agētes deo ⁊ patri p ipſum. Mulieres ſubditę eſtote viris ſicut oportet, in dño. Viri diligite vxores vr̄as, ⁊ nolite amari eſſe ad illas. Filij obedite parētib' p oīa: hoc enim placitū eſt, in dño. Patres nolite ad indignationē prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. Lectio iij.

Serui, obedite p oīa dñis carnalibus, nō ad oculum ſeruientes, quaſi hoībus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes Deū. Quodcūq̄ facitis, ex aīo operamini ſicut dño, ⁊ nō hoībus: ſcientes, ꝙ a dño accipietis retributionem hereditatis. Dño Chro ſeruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique geſſit: ⁊ non eſt pſonarū acceptio apud Deū. Dñi quod iuſtū eſt, ⁊ ęquū, ſeruis pſtate: ſcientes, ꝙ ⁊ vos dñm habetis in cęlo. Orationi inſtate, vigilātes in ea in gratiarum actione.

FERIA QVINTA.

Incipit epl'a prima beati Pauli Apl'i ad Theſſalonicenſes. L. j.

Paulus, ⁊ Syluanus, ⁊ Timotheus, eccleſię Theſſalonicenſiū in Deo patre ⁊ dño Jeſu Chriſto. Gratia vobis ⁊ pax. Gratias agimus Deo ſemp pro oībus vobis, memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine itermiſſiōne, memores operis fidei veſtrę ⁊ laboris, ⁊ charitatis, ⁊ ſuſtinentię ſpei dñi nr̄i Jeſu Chriſti ante Deum, ⁊ patrem noſtrū. Scientes fratres dilecti, a Deo electionē veſtrā: q2 euangeliū noſtrū non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed ⁊ in virtute, ⁊ in ſpiritu ſancto, ⁊ in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis pter vos. ℟. Deus in te ſpe. 120. L. ij.

Et vos imitatores noſtri facti eſtis, ⁊ dñi, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio ſpiritus ſancti, ita vt facti ſitis forma oībus credentibus in Macedonia, ⁊ in Achaia. A vobis enī diffamatus eſt ſermo dñi, nō ſolū in Macedonia, ⁊ in Achaia, ſed ⁊ in oī loco fides veſtra, q̄ eſt ad Deū, pfecta eſt, ita vt nō ſit nobis neceſſe quicquā loqui. Ipſi enī de nobis annūciant qualē introitū habue-

habuerim⁹ ad vos, ⁊ quomodo
ↄuerſi eſtis ad deũ a ſimulacris,
ſeruire Deo viuo, ⁊ vero, ⁊ ex/
pectare filiũ eius de cęlis, quem
ſuſcitauit ex mortuis Jeſuȝ, qui
eripuit nos ab ira vẽtura. L. iij.
NAm ⁊ ipſi ſcitis fratres in/
troitũ nr̃um ad vos, quia
nõ inanis fuit: ſed ante paſſi mul
ta, ⁊ cõtumelijs affecti, ſicut ſci/
tis in Philippis, fiduciã habui-
mus in Deo nr̃o loq̃ ad vos euã
geliũ dei in multa ſolicitudine.
Exhortatio enim nr̃a non de er/
rore, neq; de immunditia, neq;
in dolo: ſed ſicut ꝓbati ſumus a
Deo, vt crederet̃ nobis euãge/
liũ, ita loq̃mur, nõ quaſi hoĩbus
placentes, ſed Deo, qui probat
corda noſtra. Neq; eniȝ aliquã/
do fuimus in ſermone adulatio/
nis ſicut ſcitis, neq; in occaſione
auaritię, Deus teſtis eſt: nec q̃/
rentes ab hominibus gloriam,
neque a vobis, neque ab alijs.

FERIA SEXTA.

De ep̃la j. ad Theſſalonic. L. j.
c.4. DE cętero ergo fratres, ro/
gamus vos ⁊ obſecramus
ĩ dño Jeſu, vt quẽadmodũ acce
piſtis a nobis q̃uo oporteat vos
ambulare, ⁊ placerẽ deo, ſic ⁊ am
buletis: vt abũdetis magis. Sci
tis enim quę pręcepta dederim
vobis per dominum Jeſum.
Hęc eſt enim voluntas Dei, ſan
ctificatio veſtra, vt abſtineatis
vos a fornicatione: vt ſciat vnuſ
quiſque veſtrum vas ſuũ poſſi/
dere in ſanctificatiõe, ⁊ honore,
non in paſſione deſiderij, ſicut ⁊
gentes quę ignorant Deum.
R. Cõfitebor. 121. Lectio ſcd̃a.
ET ne quis ſupergrediat̃,
nec circumueniat in nego/
cio fratrem ſuum: quoniam vin
dex eſt dñs de his omnibus ſi/
cut prędiximus vobis, ⁊ teſtifi/
cati ſumus. Nõ eniȝ vocauit nos
Deus in immunditiã, ſed in ſan
ctificationeȝ. Itaq; qui hęc ſper
nit, non hominem ſpernit, ſed
Deum: qui etiam dedit Spirituȝ
ſuum ſanctum in nobis. Le. iij.
DE charitate autem frater/
nitatis, non neceſſe habe/
mus ſcribere vobis: ipſi enim
vos a Deo didiciſtis, vt diliga/
tis inuicem: etenim illud facitis
in oẽs fratres in vniuerſa Mace
donia. Rogamus auteȝ vos fra
tres: vt abundetis magis, ⁊ ope
ram detis, vt quieti ſitis, ⁊ vt ve
ſtrum negocium agatis, ⁊ ope/
remini manibus veſtris, ſicut ꝓ-
cepimus vobis, ⁊ vt honeſte am
buletis ad eos qui foris ſunt, ⁊
nullius aliquid deſideretis.

SABBATHO

Solet fieri de B. Maria.
Incipit ep̃la ij. beati Pauli apo
ſtoli ad Theſſalonicenſes. Le. j.
PAulus, ⁊ Syluan⁹,
⁊ Timothe⁹ Eccle
ſię Theſſalonicen/
ſium in Deo patre
noſtro, ⁊ dño Jeſu
Chr̃o. Gr̃a vobis ⁊ pax a Deo
patre

patre nr̃o, ⁊ dño Jeſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres, ita vt dignũ eſt, qm̃ ſupercreſcit fides veſtra, ⁊ abũdat charitas vniuſcuiuſq; veſtrũ in inuicem, ita vt ⁊ nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſijs dei, pro patiẽtia veſtra, ⁊ fide in omnib' pſecutionib' veſtris ⁊ tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno dei, p quo ⁊ patimini. L.ij.

SI tamen iuſtum eſt apud Deũ retribuere retributionem ijs, qui vos tribulant: ⁊ vobis, qui tribulamini, requiẽ nobiſcum in reuelatione dñi Jeſu de cęlo, cũ angelis virtutis eius in flamma ignis dãtis vindictã ijs, qui nõ nouerũt Deũ, ⁊ q nõ obediunt euangelio domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui pęnas dabunt in interitu ęternas a facie dñi, ⁊ a gloria virtutis eius, cũ venerit glorificari in ſãctis ſuis, ⁊ admirabilis fieri in omnibus q crediderũt: qa creditum eſt teſtimoniũ noſtrũ ſup vos in die illo. Jn quo etiam oramus ſemp pro vobis, vt dignet vos vocatione ſua deus nr̃, ⁊ impleat oẽm volũtatẽ bonitatis ſuę, ⁊ opus fidei in virtute: vt clarificetur nomẽ dñi noſtri Jeſu Chriſti in vobis, ⁊ vos in illo ſm gratiã Dei noſtri, ⁊ dñi Jeſu Chriſti. L.iij.

ROgamus autẽ vos fratres p aduentũ dñi noſtri Jeſu Chri, ⁊ noſtrę ꝯgregationis in ipſũ, vt nõ cito moueamini a veſtro ſenſu, neq; terreamini, neq; p ſpiritũ, neq; p ſermonẽ, neq; p epiſtolã tanq; p nos miſſã, quaſi inſtet dies dñi. Neq́s vos ſeducat vllo modo, qm̃ niſi venerit diſceſſio primũ, ⁊ reuelatus fuerit homo peccati, filius pdiditionis, q aduerſatur, ⁊ extollitur ſupra omne quod dicit deus, aut qđ colit, ita vt in tẽplo Dei ſedeat, oſtẽdẽs ſe tanq̃ ſit deus.

Ad Veſp. Pro Dñica v. Oro.

FAmiliam tuam, q̃ſumus domine, cõtinua pietate cuſtodi: vt q̃ in ſola ſpe gratię cęleſtis innititur: tua ſemper protectione muniatur. Per dominũ.

DOMINICA V. poſt Epiphaniam.

Ad Mat. vt ſu. i Dñica ij. 118.

Incipit epiſtola prima B. Pauli apoſtoli ad Timotheũ. L.c.j.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chri ſm imperiũ Dei Saluatoris nr̃i, ⁊ Chriſti Jeſu ſpei nr̃ę: Timotheo dilecto filio in fide, grã ⁊ miſericordia ⁊ pax a deo patre ⁊ Chro Jeſu dño noſtro. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniã: vt denunciares quibuſdam, ne aliter docerent, neq; intenderent fabulis, ⁊ genealogijs interminatis, quę quęſtiones pręſtant magis, quam

Digitized by Google

quã edificationẽ Dei, q̃ eſt in fide. ℞. Dñe ne in ira. ii8. L. ij.

Finis autẽ p̄cepti eſt charitas de corde puro, ꝛ ɔſcientia bona, ꝛ fide nõ ficta. A q̄bus quidã aberrãtes ɔuerſi ſunt in vaniloquiũ, volẽtes eſſe legis doctores, nõ intelligẽtes, neqꝫ q̃ loquuntur, neqꝫ de quibus affirmãt. Scimus autem ꝙ bona eſt lex, ſiquis ea legitime vtatur: ſcientes hoc, q̄a lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, ꝛ non ſubditis, impijs, ꝛ peccatoribus, ſceleratis ꝛ cõtaminatis, patricidis, ꝛ matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculoꝝ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, ꝛ ſiquid aliud ſanę doctrinę aduerſatur, quę eſt ſcd̃m euangelium glorię beati Dei, quod creditum eſt mihi. Lectio iij.

Gratias ago ei, qui me confortauit in Chr̃o Ieſu dño noſtro: quia fidelē me exiſtimauit, ponẽs in miniſterio, q̄ prius blaſphemus fui, ꝛ perſecutor, ꝛ contumelioſus: ſed miſericordiã Dei cõſecutus ſum, q̄a ignorãs feci in incredulitate. Superabũdauit autem gratia dñi noſtri cũ fide ꝛ dilectione, quę eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis ſermo, ꝛ omni acceptione dignus, q̄a Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorũ primus ego ſum: ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitã ęternã.

De expoſitione ſ. Ambroſii epi in ep̄las bti Pauli Apl̄i. L. iiij.

Humanus ſermo, ꝛ oĩ acceptione dignus: q̄a Chr̃us Ieſus venit in hũc mundũ peccatores ſaluos facere. Quid tam gratum, tamqꝫ iucundum, quã peccatoribus indulgentiam prędicare? Quis enim ſine peccato eſt, vt hoc munus nõ cũ oĩ gratiaꝝ actione ſuſcipiat, Deũ auctorē huius pręferens, ꝛ collaudãs in Chr̃o? Qui vt hoĩem peccatis ablueret, de cęleſtib⁹ ad terrena deſcẽdens, carnẽ peccati accepit, terrenis ſe admiſcuit, vt eum cęleſtem efficeret. Mori ſe paſſus eſt, vt illum morte erutũ paradiſo redderet immortalē. ℞. Notas mihi. ii8. Lec. v.

Quis hęc beneficia non in infinitũ extollat, q̃ Deus pręſtitit homini, dñs ſeruo, conditor creaturę? vt plus eſſet adhuc in beneficijs humanis, quã cum fecit quę non erant, poſtea quã fecit. Etenim derelictus ab his, ꝛ ɔtemptus, ꝛ ɔtumelijs appetitus, addidit ad beneficia nõ requiſitus vt gratior eſſet, ꝛ plus pręferendus, dum reparat, quã cum fecit: vt oſtenderet vnũ ſe eſſe, qui hęc omnia poſſit. L. vi.

Igitur ſic Chriſtus p̄ſidiũ tulit homini, vt puritatem ſuam nõ violaret, nec amitteret poteſtatem.

Digitized by Google

poteſtate. Hoiem enim ſe naſci
voluit, pro certo habens, carnis
cõtactu minime ſe violari. Cõ-
uerſationi humanę ſe miſcuit,
ſciẽs peccatis ſe corrũpi nõ poſ-
ſe. Occidi ſe paſſus eſt, non ne-
ſcius mortẽ ſibi dñari nõ poſſe,
ſed eã ſua opprimere poteſtate.
Hęc ergo geſſit, vt oĩa ſe poſſe
doceret. Humilitas enim iſta nõ
ad diminutionem eius proficit,
ſed ad gloriam: & nõ ſolum eius,
verum etiam in ipſum creden-
tium: Dignitas eſt enim ſeruu3
eſſe potentis. Tu autem dñe.

Lcõ s. euã. ſm Mattheũ. L. vij.

c. 13. In illo tempore: Dixit Je-
ſus diſcipulis ſuis parabo-
lam hanc. Simile eſt regnũ cę-
loꝝ homini, qui ſeminauit bo-
num ſemen in agro ſuo. Et reł.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Cum negligentius agerẽt
prępoſiti eccleſię, aut cu3
dormitionem mortis acciperent
apli: venit diabolus, & ſuperſe-
minauit eos, quos malos filios
dñs interpretał. Sed recte q̃rit
vtru3 heretici ſint: aut male vi-
uẽtes catholici. Poſſũt enim di
ci filij mali, etia3 heretici: q2 ex
eodem euãgelij ſemine, & Chri
noĩe pcreati, prauis opinionibꝰ
ad falſa dogmata puertunł. Rꝫ.
Ad te dñe leuaui. 119. Lec. viij.

Sed qđ dicit eos in medio
tritici ſeminatos: quaſi vi
dentur illi ſignificari, qui vnius
cõmunionis ſunt. Veruntamen
quũ dñs agrum ipſum nõ eccle-
ſiam, ſed hunc mundum inter-
pretatus eſt, bene intelliguntur
heretici, quia nõ ſocietate vnius
eccleſię vel vnius fidei, ſed ſocie-
tate ſolius noĩs Chriani in hoc
mundo permiſcentur bonis. At
illi, qui in eadem fide mali ſunt,
palea potius quam zizania repu
tantur: quia palea etiam funda-
mentu3 ipſum habet cũ frumen
to, radicemq3 cõmunem. L. ix.

In illa plane ſagena, qua
cõcluduntur & mali, & boni
piſces, nõ abſurde mali catholici
intelliguntur. Aliud eſt enim ma
re, qđ magis mundũ iſtũ ſignifi
cat: aliud ſagena, q̃ vnius fidei,
vel vnius eccleſię cõmunionẽ vi
detur oſtendere. Inter hereticos,
& malos catholicos hoc intereſt,
quod heretici falſa credunt, illi
autẽ vera credentes nõ viuunt
ita vt credũt. Ad Bns. Aña.
Dñe nõne bonũ ſemen ſemina-
ſti in agro tuo? vnde ergo habet
zizania? & ait illis: Hoc fecit ini-
micus homo. Ad Mag. Aña.
Colligite primu3 zizania, & alli-
gate ea in faſciculos ad cõburen
dum: triticum autem cõgrega-
te in horreum meum, dicit dñs.

FERIA SECVNDA.

De Epiſtola prima B. Pauli
apoſtoli ad Timotheum. Le. j.

Fidelis ſermo. Siquis epi ca. 3
ſcopatum deſiderat, bonũ
opus deſiderat: oportet enim
epm irreprehenſibilẽ eſſe, vnius
vxoris

vnius viri, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicũ, hoſpitalẽ, doctorem, nõ vinolentũ, non percuſſorem, ſed modeſtũ, non litigioſum, non cupidũ, ſed ſuę domui bene prepoſitũ, filios habẽtes ſubditos cũ omni caſtitate. Si qs autẽ domui ſuę pręeſſe neſcit, quomodo eccleſię Dei diligẽtiã habebit? Nõ neophytũ: ne in ſuperbiã elatus in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autem illũ & teſtimoniũ habere bonũ ab his, q foris ſunt: vt non in opprobriũ incidat, & in laqueũ diaboli. R. Quam magna. 119. Lectio ij.

D Iacones ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, nõ turpe lucrũ ſectantes, habẽtes myſteriũ fidei in cõſciẽtia pura. Et hi autẽ probẽtur primũ, & ſic miniſtrẽt nullũ crimẽ habẽtes. Mulieres ſimiliter pudicas, nõ detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Diacones ſint vnius vxoris viri, q filijs ſuis bene pſint, & ſuis domibus. Qui enim bene miniſtrauerint, gradũ bonũ ſibi acquirẽt, & multam fiduciam in fide, quę eſt in Chriſto Ieſu. L. iij.

H Aec tibi ſcribo fili Timothee, ſperãs me ad te venire cito: ſi aũt tardauero, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei cõuerſari, quę eſt Eccleſia Dei viui, colũna & firmamentũ veritatis. Et manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramẽtũ, qđ manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatũ eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prędicatum eſt gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Spiritus autẽ manifeſte dicit, qa in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinis demoniorum.

FERIA TERTIA.

Incipit Epiſtola ij. B. Pauli apoſtoli ad Timotheum. Le. i.

P Aulus Apl's Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei ſecundũ promiſſiones vitę, quę eſt in Chriſto Ieſu, Timotheo cariſſimo filio: Gratia, & miſericordia, & pax a Deo patre, & Chriſto Ieſu, dño nřo: Gratias ego Deo meo cui ſeruio a pgenitoribus meis in cõſciẽtia pura, q ſine intermiſſione habeam tui memoriã in orationibus meis nocte ac die, deſiderans te videre, memor lacrymarũ tuarũ: vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei, quę eſt in te non ficta, quę & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum autẽ quod & in te. R. Auribus percipe. 119. Lec. ij.

P Ropter quam cauſã admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quę eſt in te per impoſitionem manuum meanũ. Non enim dedit nobis Deus ſpiritũ timoris, ſed virtutis, & dilectiõis,

& ſobrietatis. Noli itaqꝫ erubeſcere teſtimoniũ dñi noſtri, neqꝫ me vinctum eius: ſed collabora euãgelio ſecũdũ virtutẽ Dei, q nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta. nõ ſecũdũ opera noſtra, ſed ſecundũ propoſitum ſuũ, & gratiã; quę data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſecularia. Lectio tertia.

M Anifeſtata eſt autẽ nũc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidẽ mortem, illuminauit autẽ vitã, & incorruptionem p euangelium: in quo poſitus ſum ego pdicator, & apoſtolus, & magiſter gentiũ. Ob quã cauſam etiam hęc patior, ſed nõ confundor. Scio enĩ cui credidi, & certus ſum, quia potẽs eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem. Formam habe ſanorũ verborum, quę a me audiſti in fide, & in dilectione in Chriſto Ieſu.

FERIA QVARTA.

De epiſtola ij. B. Pauli apoſtoli ad Timotheum. Lectio j.

ca. 3 H Oc aũt ſcito, q in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: & erunt hoĩes ſe ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nõ obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cęci, & voluptatũ amatores magis quã dei, habẽtes ſpeciem quidẽ pietatis, virtutẽ aũt eius abnegãtes. Et hos deuita. ℟. Ne perdideris. &c. L. ij.

E X his enim ſunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducunt variis deſideriis; ſemper diſcẽtes, & nunqꝫ ad ſcientiam veritatis peruenientes. Quemadmodũ autem Iãnes, & Mambres reſtiterũt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ: ſed vltra nõ proficient: inſipientia enim eorũ manifeſta erit oĩbus, ſicut & illorũ fuit. L. iij.

T U autem aſſecutus es meã doctrinã, inſtitutionẽ, propoſitum, fidem, longanimitatẽ, dilectionẽ, patientiam, perſecutiones, paſſiones, qualia mihi facta ſunt Antiochię, Iconii, & Lyſtris: quales perſecutiones ſuſtinui: & ex omnibus eripuit me dñs. Et oẽs qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, pſecutionem patiẽtur. Mali autẽ hoĩes & ſeductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.

FERIA QVINTA.

Incipit Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Titum. Lectio j.

P Aulus ſeruus Dei, apl's autẽ Ieſu Chriſti ſcdm fidẽ electorũ Dei & agnitionẽ veritatis, quę ſcdm pietatem eſt, in ſpem vitę ęternę, quã promiſit, qui non mentitur Deus, ante tẽpora ſecularia

cularia: manifestavit autē tēporibus suis verbū suū in pdicatione, q̄ credita est mihi ꝯm preceptū Salvatoris nostri Dei: Tito dilecto filio, ꝯm cōmunem fidem: Gratia ꝛ pax a Deo pře ꝛ Chřo Jesu Salvatore nřo. ℟. Deus in te spera. 120. L. ij.

Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea q̄ desunt corrigas, ꝛ ꝯstituas p ciuitates p̄sbyteros, sicut ꝛ ego disposui tibi, si q̄s sine crimine est vnius vxoris vir, filios habēs fideles, nō in accusatione luxurie, aut nō subditos. Oportet eni3 episcopū sine crimine esse, sicut Dei dispēsatorē, nō superbū, nō iracundū, nō vinolentū, nō percussorē, non turpis lucri cupidū, sed hospitalē, benignū, sobriū, iustum, sanctū, cōtinentē, amplectentē eū, qui ꝯm doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, ꝛ eos qui contradicunt arguere. Lec. iij.

Sunt enim multi etiā inobedientes, vaniloqui, ꝛ seductores, maxime q de circuncisione sunt, quos oportet redarguit q vniuersas domos subuertūt, docētes q̄ nō oportet turpis lucri grā. Dixit q̄dā ex illis ꝓprius ipsoꝝ ꝓpheta: Cretenses semp mendaces, male bestie, ꝛ ventres pigri. Testimoniū hoc verū est. Quā3 ob causa3 increpa illos dure: vt sani sint in fide, nō intendentes Judaicis fabulis, ꝛ mādatis hominū auersantiū se a veritate. Oia munda mūdis: coinquinatis autem ꝛ infidelibus nihil est mundum.

FERIA SEXTA.

De epistola beati Pauli Apostoli ad Titum. Lectio prima.

Haec loquere ꝛ exhortare, ꝛ argue, cū oi imperio. Nemo te contemnat. Admone illos principibus, ꝛ potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminē blasphemare, nō litigiosos esse, sed modestos, oēm ostendētes mansuetudinē ad oēs homines. ℟. Confitebor. 121. L. ij. 2. ca. 3. ca.

Eram' eni3 aliquādo ꝛ nos insipientes, increduli, errātes seruiētes desiderijs, ꝛ voluptatibus varijs, in malitia, ꝛ inuidia agētes, odibiles, odientes inuicē. Cū autē benignitas ꝛ humanitas apparuit Salvatoris nři Dei, nō ex operibus iustitie, q̄ fecimus nos, sed ꝯm suā misericordiā saluos nos fecit: p lauacrū regenerationis, ꝛ renouationis spiritus sācti, quē effudit in nos abūde, per Jesum Christū Salvatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundum spe3 vite eterne. L. iij.

Fidelis sermo est. Et de his volo te ꝯfirmare, vt curēt bonis operibus p̄esse q credunt Deo: hec sunt bona, ꝛ vtilia hominibus. Stultas autē q̄stiones ꝛ genealogias, ꝛ contentiones, ꝛ

pugnas legis debita: ſunt enim inutiles, ⁊ vanę. Hereticū homi nem poſt vnā, ⁊ ſecundam corre ptionē deuita: ſciens, q̄ ſubuer ſus eſt, q̄ eiuſmodi eſt, ⁊ delinq̄t cū ſit ꝓprio iudicio cōdēnatus.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

Incipit Epla B. Pauli Apo ſtoli ad Philemonē. Lectio i.

Paulus vinct⁹ Chri Jeſu, ⁊ Timotheus frater Philemoni dilecto, ⁊ adiutori noſtro, ⁊ Apphię ſorori chariſſimę, ⁊ Archippo cō militoni noſtro, ⁊ Eccleſię, quę in domo tua eſt. Gratia vobis, ⁊ pax a deo patre noſtro, ⁊ dn̄o Je ſu Chr̄o. Grās ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciēs in orationibus meis, audiens cha ritatē tuā, ⁊ fidē, quā habes in dn̄o Jeſu, ⁊ in oēs ſanctos, vt cō municatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis in Chriſto Jeſu. Le. ij.

Gaudium enim magnū ha bui, ⁊ conſolationē in cha ritate tua quod viſcera ſanctoꝝ requieuerūt per te frater. Pro pter quod multam fiduciā ha bens in Chriſto Jeſu imperan di tibi quod ad rem pertinet, pro pter charitatem magis obſecro, cum ſis talis, vt Paulus ſenex, nunc autē ⁊ vinctus Jeſu Chri ſti. Obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Oneſi mo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autē ⁊ mihi, ⁊ tibi vti lis, quem remiſi tibi. Lectio iij.

Tu autē illū, vt mea viſce ra ſuſcipe: quem ego volue rā mecū detinere, vt pro te mihi miniſtraret in vinculis euange lij: ſine ꝯſilio autē tuo nihil vo lui facere: vti ne velut ex neceſſi tate bonū tuū eēt, ſed volūtariū. Forſitā enī ideo diſceſſit ad ho rā a te, vt ęternū illum recipe res, iam non vt ſeruū, ſed pro ſer uo chariſſimū fratrem, maxime mihi, quanto autē magis tibi ⁊ in carne ⁊ in dn̄o? Si ergo habes me ſociū, ſuſcipe illū ſicut me: ſi autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu.

Ad Veſp. Pro Dn̄ica vi. Orō.

Preſta, q̄s oīs Deus: vt ſemꝑ rationabilia meditantes, quę tibi ſunt placita, ⁊ dictis exequamur, ⁊ factis. Per dn̄m.

DOMINICA VI. poſt Epiphaniam.

Incipit epiſtola Beati Pauli Apoſtoli, ad Hebręos. Lec. i.

Multifariā, multiſq; modis olim Deus loquēs patribus in prophetis, nouiſſi me dieb⁹ iſtis locu tus eſt nobis in filio, quē ꝯſtituit heredē vniuerſoꝝ, ꝑ quē fecit ⁊ ſęcula: Qui cū ſit ſplendor glo rię, ⁊ figura ſubſtantię eius, por tanſq;

Digitized by Google

tanſq; oia verbo virtutis ſue: purgationez peccatoꝝ faciens; ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tanto melior angelis ef/fectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. ℟. Domine ne in ira. 118. Lec. ij.

Cui eniz dixit aliqñ ange/loꝝ: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rurſum: Ego ero illi in patrem, ꝛ ipſe erit mi/hi in filium? Et cũ iterum intro/ducit primogenitũ in orbẽ terre dicit: Et adorent euz oẽs ange/li Dei. Et ad angelos quidez di/cit: Qui facit angelos ſuos ſpũs, ꝛ miniſtros ſuos flãmam ignis. Ad filium autez: Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, virga equitatis, virga regni tui. Dile/xiſti iuſtitiam, ꝛ odiſti iniquita/tem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Lectio iij.

Et tu in principio dñe ter/ram fundaſti: ꝛ opera ma/nuum tuaꝝ ſunt celi. Ipſi peri/bunt, tu autem permanebis, ꝛ oẽs vt veſtimentuz veteraſcent. Et velut amictum mutabis eos, ꝛ mutabuntur: tu autez idez ip/ſe es, ꝛ anni tui non deficient. Ad quem autem angeloꝝ dixit aliquando: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſca/bellũ pedũ tuoꝝ? Nonne omnes ſunt adminiſtratoriũ ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos, q hereditatem capiunt ſalutis?

Sermo ſancti Athanaſii epiſco/pi, contra Arrianos. Lectio iiij.

Si pſonaz, rem, ac tempus apoſtolici dicti, heretici co/gnoſcerent, nunquam humana in deitatem transferentes, tam impie, ꝛ ſtulte aduerſus Chr̃m ſeſe habuiſſent. Id intueri lice/bit, ſi initiũ lectionis denuo re/petitũ, ꝓbe exceperis. Dicit enim apoſtolus: Multifariã, multiſq; modis olim Deus locutus eſt patribus noſtris per prophetas: vltimis autez diebus locutus eſt nobis i filio. At q; ita paulo poſt, dicit: Perfecta ab eo noſtroꝝ peccatoꝝ purificatione, ipſum ſedere ad dexteram maieſtatis in excelſis, tanto ſuperiorẽ ange/lis factũ, quãto pſtãtius nomen pre illis ſortitus eſt. Ex eo igit tpe, quo nobis p filiũ locutus eſt cum peccatoꝝ purgatio fieret, apoſtolicũ dictũ mentionẽ facit. Quando autem nobis locutus eſt in filio? aut quãdo purgatio peccatoꝝ facta? aut quando na/tus eſt homo, niſi poſt prophe/tas, id q; in vltimis tpibus? ℟. Notas mihi feciſti. 118. Lec. v.

Deinde cum narratio ha/beretur de noſtri cura ac diſpenſatione, deq; vltimis tem/poribus, ad cõtextum argumen/ti pertinebat vt diceret, Deum neq; ſuperioribus etatibus taci/tum fuiſſe, ſed locutum eſſe per prophetas: ꝛ vbi prophete ſuo officio perfuncti eſſent, ꝛ lex per

angelos ſua edicta ꝓnũciaſſet,
⁊ dñs ad nos migraſſet, ⁊ ad mi
niſtrandum acceſſiſſet, tunc de/
mũ neceſſario ſubintulit: Tanto
melior angelis factus, oſtendere
volens, quanto dñs pre ſeruo
excellat, tanto functione, officio/
que ſeruorum filij adminiſtra/
tionem meliorem fuiſſe. L.vi.
HAnc functiões igitur diſcrimi/
nãs apoſtolus, veterem ⁊
nouam, libere ⁊ cum fiducia ad
Iudeos in hec verba ſcribit. Tã
to melior angelis factus. Qua
ꝓpter illa ſentẽtia: Tãto melior
angelis factus, non in totũ per
comparationem dicta eſt, quod
maior aut precioſior eſſet, ne qs
quaſi de cognatis eiuſdemque
generis rebus, hec verba intel/
ligat: ſed ideo preſtantiorem il/
lum dixit, vt diſcrimen nature
filij ad res creatas indicaret.
Lcõ s. euã. ſm Mattheũ. L.vij.
ca.13 IN illo tpe: Dixit Ieſus tur
bis parabolam hanc. Si/
mile eſt regnum celorum grano
ſinapis: quod accipiens homo
ſeminauit in agro ſuo. Et reli.
Homilia s. Hieronymi presbyt.
REgnũ celorũ, predicatio
euangelij eſt, ⁊ notitia ſcri
pturarũ, que ducit ad vitã, ⁊ de
qua dr ad Iudeos. Auferet a
vobis regnũ dei, ⁊ dabit gẽti fa
ciẽti fructus ei⁹. Simile eſt ergo
huiuſcemodi regnũ grano ſina/
pis, quod accipiẽs homo ſemina
uit in agro ſuo. Homo, qui ſemi
nat in agro ſuo, a pleriſqʒ Salua
tor intelligitur, quod in animis
credentiũ ſeminet: ab alijs, ipſe
homo ſeminans in agro ſuo, hoc
eſt in ſemetipſo, ⁊ in corde ſuo.
℟. Ad te dñe leua. 119. L.viij.
QUis eſt iſte, qui ſeminat?
niſi ſenſus noſter ⁊ anim⁹:
qui ſuſcipiens granum predica/
tionis ⁊ fouens, ſementem hu/
more fidei facit in agro ſui pecto
ris pullulare. Predicatio euan/
gelij minima eſt oĩbus diſcipli/
nis. Ad primã quippe doctrinã,
fidẽ nõ habet veritatis, hominẽ
Deum, mortuum, ⁊ ſcandalum
crucis predicans. Confer huius
modi doctrinã dogmatibus phi
loſophorum, ⁊ libris eorum, ⁊
ſplendori eloquentie, ⁊ compoſi
tioni ſermonum: ⁊ videbis, quã
to minor ſit ceteris ſeminibus ſe
mentis euangelij. Lectio nona.
SEd illa cũ creuerit nihil
mordax, nihil viuidũ, ni/
hil vitale demõſtrãs: totũ flacci
dũ, marcidũqʒ ebullit in olera,
⁊ in herbas, q̃ cito areſcũt, ⁊ cor
ruũt. Hec autẽ ꝑdicatio, q̃ parua
videbat in principio, cum vel in
aĩa credentis, vel in toto mundo
ſata fuerit, non exurgit in olera,
ſed creſcit in arborem: ita, vt vo/
lucres celi (quas vel animas cre
dentium, vel fortitudines Dei
ſeruitio mancipatas, ſentire de/
bemus) veniãt, ⁊ habitent in ra
mis eius. Ramos puto euange/
lice arboris, q̃ de grano ſinapis
creuerit

Digitized by Google

traxerit, dogmatum eſſe diuerſi/tates: in quibus ſupradictarum vo/lucrum vnaqueque requieſcit. Ad Bñs. Añ. Simile eſt re/gnū celoꝝ grano ſinapis, quod minimum eſt omnibus ſeminibus: cū autem creuerit, maius eſt om/nibus oleribus. Ad Mag. Alia. Simile eſt regnum celoꝝ fermē/to, quod acceptum mulier abſcō/dit in farine ſatis tribus; donec fermentatum eſt totum.

FERIA SECVNDA.

De epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Hebreos. Lectio prima.

ca. 3 Unde fratres ſancti, vocatio/nis celeſtis participes, conſi/derate apoſtolū ꝛ pōtificē ꝓfeſſionis noſtre Jeſum, q fidelis eſt ei qui fecit illū, ſicut ꝛ Moyſes in om/ni domo eius. Amplioris enim glorie iſte pre Moyſe dignus eſt habitus, quāto ampliorē hono/rē habet domo qui fabricauit il/lā. Oīs nāq; domus fabricatur ab aliquo: q autem oīa creauit, Deus eſt. ℟. Quā ma. 119. f. y.

Et Moyſes quidē fidelis erat in tota domo eius, tan/quā famulus, in teſtimonū eo/rū q dicenda erant: Chriſtus ve/ro tanq̄ filius in domo ſua, que domus ſumus nos, ſi fiduciā, ꝛ gloriam ſpei vſq; in finē firmā retineamus. Quapropter, ſicut dicit ſpiritus ſanctus, Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite ob/durare corda veſtra, ſicut in exa/cerbatione ſecundum diem ten/tationis in deſerto. Lectio iij.

Uidete fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor ma/lum incredulitatis diſcedendi a Deo viuo: ſed adhortamini voſ/metipſos ꝑ ſingulos dies, donec hodie cognominat: vt non ob/duretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Chri/ſti effecti ſumus: ſi tamen initiū ſubſtantie eius vſq; ad finem fir/mum retineamus, dum dicitur, Hodie ſi vocē eius audieritis, no/lite obdurare corda veſtra, quē/admodum in illa exacerbatione. Quidā enim audiētes exacerba/uerūt, ſed nō vniuerſi, q profecti ſunt ab Aegypto per Moyſen.

FERIA TERTIA.

De epiſtola Beati Pauli apo/ſtoli ad Hebreos. Lectio prima.

Timeamus ergo ne forte, re 4. ca.
licta pollicitatione introeū/di in requiē eius, exiſtimet aliq̄s ex nobis deeſſe. Etenim ꝛ nobis nunciatum eſt quēadmodū ꝛ il/lis: ſed nō profuit illis ſermo au/ditus, non admiſtus fidei ex his, que audierunt. Ingredimur enim in requiē eius qui credidi/mus, quēadmodū dixit: Sicut iuraui in ira mea, ſi introibūt in requiem meā: ꝛ quidē operibus ab inſtitutione mūdi perfectis. ℟. Auribus percipe. 119. A. y.

Dixit enim in quodam lo/co de die ſeptima ſic: Et re/quieuit deus die ſeptima ab om/nibus operibus ſuis. Et in iſto

 rurſum:

rurſus: Si introibunt in requiem meã. Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illã, ⁊ hi quibus prioribus annunciatum eſt non introierunt propter incredulitatem, iterũ terminat diem quendam, hodie in Dauid dicendo poſt tantum temporis, ſicut ſupradictum eſt: hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Lectio tertia.

Nam ſi eis Jeſus requiem preſtitiſſet, nunquã de alia loqueretur poſthac die. Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiam ipſe requieuit ab operibus ſuis, ſicut ⁊ a ſuis Deus. Feſtinemus ergo ingredi in illã requiem: vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. Uiuus eſt enim ſermo dei, ⁊ efficax, ⁊ penetrabilior oĩ gladio ancipiti, ⁊ pertingens vſq; ad diuiſionẽ animę ac ſpiritus: compagum quoque ac medullarum, ⁊ diſcretor cogitationum, ⁊ intentionum cordis.

FERIA QVARTA.

De ep̃la beati Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Lectio prima.

ca. 6 Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, nõ rurſus iacientes fundamentum penitentię ab operibus mortuis ⁊ fidei ad deum, baptiſmatum doctrinę, impoſitionis quoq; manuũ, ac reſurrectionis mortuorum, ⁊ iudicii eterni. Et hoc faciemus, ſiquidẽ permiſerit deus. [illegible] Ne pdideris [illegible] Lectio ij.

Impoſſibile enim eſt, eos q ſemel ſunt illuminati, guſtauerũt etiã donũ celeſte, ⁊ participes facti ſunt ſpiritus ſancti, guſtauerunt nihilominus bonũ Dei verbum virtutesque ſeculi venturi, ⁊ prolapſi ſunt: rurſus renouari ad penitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, ⁊ oſtentui habentes. L. iij.

Terra enim ſepe venientem ſuper ſe bibens imbrem, ⁊ generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionẽ a Deo: proferens autẽ ſpinas ac tribulos, reproba eſt ⁊ maledicto proxima, cuius cõſummatio in cõbuſtionem. Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, ⁊ viciniora ſaluti, tameſi ita loquimur. Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, ⁊ dilectionis, quã oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, ⁊ miniſtratis.

FERIA QVINTA.

De epiſtola Beati Pauli Apoſtoli ad Hebręos. Lectio i.

Hic enim Melchiſedech rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahę regreſſo a cęde regũ, ⁊ benedixit ei: 7.c
cui ⁊ decimas oĩm diuiſit Abrahã: primum quidẽ qui interpretatur rex iuſtitię, deinde autẽ rex Salẽ, quod eſt rex pacis, ſine pr̃e, ſine

ne

ne matre, ſine genealogia, neq; initium dierum, neq; finem vitę habens, aſſimilatus autē filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.

℟ Dñe in reſpe. tuo. Lec. ij.

Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de pręcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui ſacerdotium accipientes, mandatum habent decimas ſumere a populo ſecundum legem, id eſt a fratribus ſuis, quanquā & ipſi exierint de lumbis Abrahę. Cuius autē generatio nō annumeratur in eis, decimas ſumpſit ab Abrahā, & hūc, qui habebat repromiſſiones, benedixit. L. iij.

Sine vlla autem contradictione, qđ minus eſt, a meliore benedicitur. Et hic quidē decimas morientes hoīes accipiūt: ibi autem cōteſtatur, quia viuit: & (vt ita dictum ſit) per Abrahā & Leui, qui decimas accipit, decimatus eſt: adhuc enim in lumbis patris erat quādo obuiauit ei Melchiſedech. Si ergo cōſummatio per ſacerdotium Leuiticum erat: populus enim ſub ipſo legē accepit: qđ adhuc neceſſarium fuit ſecūdū ordinē Melchiſedech aliū ſurgere ſacerdotē, & nō ſecūdū ordinē Aaron? Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat.

FERIA SEXTA.

De epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebreos. Lectio j.

II. ca. Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerū, argumētū nō apparentiū. In hac enim teſtimoniū cōſecuti ſunt ſenes. Fide intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Fide plurimā hoſtiā Abel quā Cain, obtulit Deo: p quā teſtimoniū cōſecutus eſt eſſe iuſtus, teſtimoniū phibente muneribus eius Deo, & per illā defunctus adhuc loquitur.

℟ Confitebor. tibi. Lectio ij.

Fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem, & non inueniebatur, quia trāſtulit illū Deus: Ante tranſlationē enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Sine fide autē impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentē ad Deū, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Fide Noe reſponſo accepto de iis, quę adhuc nō videbantur, metuens aptauit arcam in ſalutem domus ſuę, per quam damnauit mundum: & iuſtitię, quę per fidē eſt, hęres eſt inſtitutus. Le. iij.

Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit neſciens quo iret. Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob, cohęredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.

Sab-

Digitized by Google

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Hebreos. Lectio prima.

c.13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hoſpitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti: & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Lectio ij.

Sint mores ſine avaritia, contenti preſentibus: ipſe enim dixit: Non te deſeram, neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor eſt: non timebo quid faciat mihi homo. Mementote prepoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei: quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Jeſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula. Lectio iij.

Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis, que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent poteſtatem qui tabernaculo deſerviunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra: propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Sabb. pro Dñica Septuag.

Ad Veſperas. Capitulum.

Fratres, Neſcitis quod ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium? ſic currite ut comprehendatis. 1. Cor. 9.

Hymn. O lux beata Tri. 60. ℣. Veſpertina. Ad Mag. Aña. Dixit dñs ad Adam: De ligno quod eſt in medio paradiſi ne comedas: in qua hora comederis, morte morieris. Oratio.

Preces populi tui, quaeſumus dñe, clementer exaudi: ut qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum.

℣. Benedicamus dño, hal. hal. ℟. Deo gratias, hal. hal. Et deinceps non dr hal. uſque ad Sabbathum ſctm. Sed poſt Deus in adiutorium, ubi dicebatur halab. dr Laus tibi dñe, rex eterne glorie.

¶ Si in Dñicis a Septu. uſque ad Dñicam in Albis occurrat feſtum dupl. vel ſemidu. transfert in primam diem ſibi feſto non impeditam.

DOMINICA in Septuageſima.

Ad Matut. Invitatorium.

Preoccupemus faciem domini, Et in pſalmis iubilemus ei.

In pſalmo dr loco Invit. Quod dr dñicis dieb' uſque ad 1. Dñicam Quadrag. Hym. Primo dier. 1. Pſal. Añe & ℣. noc. de Pſalte.

Incipit

Incipit Liber Geneſis. Lcō j.

In principio creauit Deus celum, ⁊ terrā. Terra autē erat inanis, ⁊ vacua: ⁊ tenebre erāt ſup faciē abyſſi, ⁊ ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas. Dixitqz Deus. Fiat lux: ⁊ facta eſt lux. Et vidit deus lucem quod eſſet bona: ⁊ diuiſit lucem a tenebris: appellauitqz lucē diem, ⁊ tenebras noctē. Factumqz eſt veſpere, ⁊ mane dies vnus. Dixit quoqz deus. Fiat firmamentuz in medio aquarum, ⁊ diuidat aquas ab aqs. Et fecit deus firmamentū: diuiſitqz aquas que erāt ſub firmamento, ab hys que erant ſup firmamentū: Et factū eſt ita. Vocauitqz Deus firmamentū celū: ⁊ factuz eſt veſpere ⁊ mane dies ſecundus. ℟. In principio creauit Deus celū, ⁊ terram, ⁊ fecit in ea hoiem, Ad imaginem, ⁊ ſimilitudinē ſuā. ℣. Formauit igit deus hoiem de limo terre, ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. Ad. Lc. ij.

Dixit vero Deus: Cōgregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnuz, ⁊ appareat arida: ⁊ factum eſt ita. Et vocauit deus aridā terrā: congregationeſqz aquarū appellauit maria. Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonū, ⁊ ait: Germinet terra herbā virentem, ⁊ facientem ſemen, ⁊ lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuū, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſup terram: ⁊ factū eſt ita. Et protulit terra herbam virentē, ⁊ facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignūqz faciens fructū, ⁊ habens vnūquodqz ſementē ſecundū ſpeciē ſuā. Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonum: ⁊ factuz eſt veſpere, ⁊ mane dies tertius. Dixit aūt deus: Fiant luminaria in firmamēto celi, ⁊ diuidāt diem ac noctem, ⁊ ſint in ſigna, ⁊ tēpora, ⁊ dies, ⁊ annos: ⁊ luceāt in firmamento celi, ⁊ illuminent terrā. Et factū eſt ita. Fecitqz deus duo luminaria magna: luminare maius, vt preeſſet diei, ⁊ luminare minus, vt peſſet nocti, ⁊ ſtellas, ⁊ poſuit eas deus in firmamēto celi, vt lucerēt ſup terraz, ⁊ peſſent diei ac nocti, ⁊ diuiderēt lucē a tenebris. Et vidit deus, ꝙ eſſet bonū: ⁊ factū eſt veſpere, ⁊ mane dies quartus. ℟. In principio creauit deus celū, ⁊ terrā, ⁊ ſpiritus dñi ferebatur ſuper aquas. Et vidit deus cūcta, que fecerat, ⁊ erant valde bona. ℣. Igitur pfecti ſunt celi, ⁊ terra, ⁊ ois ornatus eoꝝ. Et. Lc. iij.

Dixit etiā Deus: Producāt aque reptile aie viuentis, ⁊ volatile ſuper terrā ſub firmamento celi. Creauitqz Deus cete grādia, ⁊ oēm animam viuentem atqz motabilē, quā produxerant aque in ſpecies ſuas, ⁊ omne volatile ſecundū genus ſuum.

ſuum. Et vidit Deus, quod eſſet bonum, benedixitq; eis dicens: Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete aquas maris, aueſq; multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere, ⁊ mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terra animã viuentem in genere ſuo, iumenta, ⁊ reptilia, ⁊ beſtias terrę ſecundũ ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terrę iuxta ſpecies ſuas, ⁊ iumẽta, ⁊ omne reptile terrę in genere ſuo. Et vidit Deus quod eſſet bonum, ⁊ ait: Faciamus hominem ad imaginem, ⁊ ſimilitudinem noſtrã, ⁊ pręſit piſcibus maris, ⁊ volatilibus cęli, ⁊ beſtijs, vniuerſęque terrę, omniq; reptili, quod mouetur in terra. ℟. Formauit igitur dominus hominem de limo terrę. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, ⁊ factus eſt homo in animam viuentem. ℣. In principio fecit Deus cęlum, ⁊ terram, ⁊ plaſmauit in ea hominem. Et. Gloria. Et.

Ex libro Enchiridion S. Auguſtini epiſcopi. Lectio iiij.

Mortis ſuppliciũ dñs homini cõminatus fuerat ſi peccaret: ſic eum munerãs libero arbitrio, vt tamen regeret imperio, terreret exitio: atq; in paradiſi felicitate, tãquam in vmbra vitę, vnde iuſtitia cuſtodita in meliora conſcenderet, collocauit. Hinc poſt peccatum exul effectus, ſtirpem quoq; ſuam, quã peccãdo in ſe tanq̃ in radice vitiauerat, pęna mortis, ⁊ damnationis obſtrinxit: vt quicquid prolis ex illo ⁊ ſimul damnata per quam peccauerat coniuge, per carnalem cõcupiſcentiam, in qua inobedientię pęna ſimilis retributa eſt, naſceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloreſq; diuerſos ad illud extremum cũ deſertoribus angelis vitiatoribus, ⁊ poſſeſſoribus, ⁊ conſortibus ſuis, ſine fine ſupplicium. ℟. Tulit ergo dominus hominem, ⁊ poſuit eum in paradiſo voluptatis. Vt operaretur, ⁊ cuſtodiret illũ. ℣. Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hominem quem formauerat. Vt operaretur. Lect. v.

Sic per vnum hominem peccatuʒ intrauit in mundũ, ⁊ per peccatũ mors, ⁊ ita in omnes homines pertranſijt, in quo oẽs peccauerũt. Mundũ quippe appellauit eo loco apoſtolus vniuerſum genus humanũ. Ita ergo res ſe habebãt. Iacebat in malis, vel etiã voluebatur, ⁊ de malis in mala precipitabatur totius humani generis maſſa dãnata: ⁊ adiuncta parti eoꝝ, qui peccauerãt angeloꝝ, luebat impię deſertionis digniſſimas pęnas. ℟. Dixit dñs Deus, non eſt bonum hominem eſſe ſoluʒ.

Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. ℣. Adę vero non inueniebatur adiutor ſimilis ſibi: dixit vero Deus. Faciamus. L. xvj.

Ad irā quippe dei pertinet iuſtā quicquid cęca ⁊ indomita cōcupiſcētia faciūt libēter mali, ⁊ quicquid manifeſtis opertiſque penis patiuntur inuiti: nō ſane creaturis [illegible] bonitate ⁊ malis angelis ſubminiſtrare vitā [illegible] potētiā, (que ſubminiſtratio ſi auferaſ, [illegible]būt) [illegible] quāuis de propagine vitiata dānataque naſcentium formare femina, ⁊ animare [illegible] ordinare membra per temporum [illegible] per locorum ſpatia, vegetare ſenſus, alimenta donare. Melius enim iudicauit de malis bene facere, quam mala nulla eſſe permittere. ℟. Immiſit dominus ſoporem in Adā: ⁊ tulit vnam de coſtis eius. Et edificauit coſtam, quam tulerat dominus de Adam, in mulierem, ⁊ adduxit eam ad Adam, vt videret quid vocaret eam: ⁊ vocauit nomen eius, Virago, quia de viro ſumpta eſt. ℣. Cumque obdormiſſet, tulit vnā de coſtis eius, ⁊ repleuit carnem pro ea. Et edificauit. Gloria. Et edifi.

Lectio ſ. euā. ſm Mattheū. L. vij.

c. 20. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Et reliq.

Homilia ſancti Gregorij pape.

Regnum celorum homini patrifamilias ſimile dicitur, qui ad excolendam vineā ſuam operarios cōducit. Quis vero patrisfamilias ſimilitudinē rectius tenet, quā cōditor noſter? qui regit quos cōdidit, ⁊ electos ſuos ſic in hoc mundo poſſidet, quaſi ſubiectos dñs in domo. Qui habet vineam, vniuerſalē ſcilicet Eccleſiā: que ab Abel iuſto, vſque ad vltimū electū, qui in fine mundi venturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. ℟. Plantauerat autem dñs deus paradiſum voluptatis a principio: In quo poſuit hominem, quē formauerat. ℣. Produxitque dñs deus de humo omne lignum pulchrū viſu, ⁊ ad veſcēdū ſuaue: lignū etiā vite in medio paradiſi. In. L. viij.

Hic itaque paterfamilias ad excolendam vineam ſuā: mane, hora tertia, ſexta, nona, ⁊ vndecima operarios cōduxit: qa a mundi huius initio vſque in finē ad erudiendā plebē fideliū predicatores cōgregare nō deſtitit. Mane etenim mūdi fuit ab Adā vſque ad Noe: hora vero tertia a Noe vſque ad Abrahā: ſexta quoque ab Abrahā vſque ad Moyſen: nona autē a Moyſe vſque ad Aduentum Dñi: vndecima vero ab Aduētu Dñi vſque ad finē mundi. In qua predicatores

Digitized by Google

dicatores sancti apli missi sunt, q mercedē plenā & tarde venientes acceperunt. ℟. Ecce Adā quasi vnus ex nobis factus est, sciēs bonū & malū. Videte, ne forte sumat de ligno vite, & viuat in eternū. ℣. Fecit quoqȝ dñs Deus Ade tunicā pelliceam, & induit eū, & dixit. Videte. Ps.

Erudiendam igitur dñs plebem suam, quasi ad excolendam vineam suam nullo tpore destitit operarios mittere: quia & prius p patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremum vero per apostolos, dum plebis sue mores excoluit, quasi per operarios in vinee cultura magnopere laborauit: quamuis in quolibet modulo vel mēsura, quisqs cū fide recta bone predicatōis actionis extitit, huius vinee operarius fuit. Operator & gō mane, hora tertia, sexta, & nona, antiquus ille hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio, dum recta fide Deum studuit colere, quasi non destitit in vinee cultura laborare. Ad vndecimā vero gētiles vocantur, quibus & dicitur: Quid hic statis tota die ociosi?

℟. Vbi est Abel frater tuus? dixit dñs ad Cain. Nescio dñe: nunquid custos fratris mei sum ego? & dixit ad eū: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣.

Maledictus eris super terram: que aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox. Glia. Ecce vox. Modus ℟. dī in dñicis vsqȝ ad Psalt. Ba loco hymi. ℣. Deus qui non dī hoc tēpe nisi in festis.

Ad Laudes. Antiphona.

Miserere mei Deus: & a delicto meo mūda me, quia tibi soli peccaui. ps. Mise. 27. Añ. Confitebor tibi, qm exaudisti me. ps. Confitemini. 10. Aña. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, qr factus es adiutor meus. ps. idem. cum reliq. fo. 8. Añ. Benedictus es in firmamēto celi, & laudabilis i secula Deus noster. ps. Benedicite. Añ. Laudate dñm de celis. ps. idem. 9. Psal. supradicti semper dr in Lau. dñice vsqȝ ad Psalt. Ca. Fratres, Nescitis. 133. Hym. Aeterne rerum conditor. 9. ℣. Dñe refugium factus es nobis. ℟. A generatione, & pgenie. Hic vsi. dr ad Lau. dñicis dieb° vsqȝ ad Quadr. Ad Bñs. Añ. Simile est regnū celorum homini patrifamilias, q exijt primo mane conducere operarios in vineā suam, dicit dñs. Orō. Preces populi tui. 133. vt sup. Ad j. Aña. Conuentione autē facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineā suam. ps. Deus in noie tuo cū rel. 10. Ad iij. Añ. Ite & vos in vineā meā: & qd iustū fuerit, dabo vobis.

bis Cap. Fratres, Neſcitis. 133. ℞. bre, ꝛ ℣. dīr de pſalt. vſqꝫ ad Dñicā primā Quadra. ℞. Inclina cor meum. ꝛ Ego dixi.

Ad Sextam. Antiphona.

Quid hic ſtatis tota die ocioſi? reſponderunt, ꝛ dixerunt: quia nemo nos conduxit. Capitulū.

1. Cor. 9 Omnis enim, qui in agone contendit, ab oībus ſe abſtinet: ꝛ illi quidem vt corruptibilem coronā accipiant, nos autem incorruptā. ℞. In eternum domine. ꝛ Dñs regit.

Ad Nonam. Añā. Uoca operarios, ꝛ redde illis mercedem ſuam, dicit dominus. Capitlm.

1. Cor. 10 Bibebant autē de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. ℞. Clamaui in. ꝛ Ab occultis.

Ad Veſp. Añ. ꝛ ps. Dixit d. 52. cum reſ. vt in pſalt. Cap Fratres, Neſcitis. 133. Hym. Lucis creator. 53. ℣. Dirigatur dñe.

Ad M. Añā. Dixit pr̄familias operarijs ſuis: Quid hic ſtatis tota die ocioſi? At illi reſpōdētes dixerunt. Quia nemo nos cōduxit. Ite ꝛ vos in vineā meā: ꝛ qđ iuſtū fuerit dabo vobis. Euo vi ui.

FERIA SECVNDA.

De libro Geneſis. Lectio j.

ca.1. Et creauit Deus hoīem ad imaginem ꝛ ſimilitudinē ſuam: ad imaginē Dei creauit illum, maſculū, ꝛ feminā creauit eos: benedixitqꝫ illis De⁹: ꝛ ait. Creſcite, ꝛ multiplicamini, ꝛ replete terrā, ꝛ ſubijcite eā, ꝛ dñamini piſcibus maris, ꝛ volatilibus celi, ꝛ vniuerſis animantibus, que mouentur ſuper terrā. Dixitqꝫ deus: Ecce dedi vobis oēm herbam afferentem ſemen ſuper terrā, ꝛ vniuerſa ligna, q̄ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui: vt ſint vobis in eſcā, ꝛ cūctis aīantibus terre, omniqꝫ volucri celi, ꝛ vniuerſis, que mouentur in terra, ꝛ in quibus eſt aīa viuēs: vt habeāt ad veſcēdū. Et factuꝫ eſt ita. Uiditqꝫ Deus cuncta, que fecerat, ꝛ erant valde bona. Et factum eſt veſpere, ꝛ mane dies ſextus. ℞. Cum deambularet dominus in paradiſum ad auraꝫ poſt meridiem, clamauit, ꝛ dixit: Adam vbi es? Audiui domine vocem tuam. Et abſcondi me. ℣. Uocem tuā audiuimi paradiſo, ꝛ timui eo q̄ nudus eſſem. Et. Lectio ſcda.

Igitur pfecti ſunt celi ꝛ terra, ꝛ omnis ornatus eoruꝫ. Cōpleuitqꝫ Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, ꝛ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrarat: ꝛ benedixit diei ſeptimo, ꝛ ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo quod creauit deus, vt faceret. Iſte ſunt generationes celi, ꝛ terre quādo creata ſunt in die, quo fecit dominus Deus celum ꝛ terram, ꝛ omne virgultum agri ante q̄ oriretur in terra, omnemqꝫ herbā regionis,

nisp[illegible], quâ germinaret. Nô enim pluerat dñs Deus ſuper terrâ, ꝛ homo nô erat qui operaretur terram: ſed fons aſcêdebat e terra, irrigans vniuerſam ſuperficiê terre. ℟. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, dixit dñs ad Adam: cû operatus fueris terram, nô dabit fructus ſuos. Sed ſpinas, ꝛ tribulos germinabit tibi. ℣. Quia audiſti vocem vxoris tue, ꝛ comediſti de ligno, ex quo preceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Sed. Lect. iij.

Formauit igitur dñs deus hoiem de limo terre, ꝛ inſpirauit in faciem eius ſpiraculû vite, ꝛ factus eſt homo in aiam viuentê. Plantauerat aût dñs Deus paradiſum voluptatis a principio, in quo poſuit hoiem quê formauerat. Produxitque dñs deus de humo omne lignû pulchrum viſu, ꝛ ad veſcendû ſuaue; lignû etiâ vite in medio paradiſi, lignumqꝫ ſcientie boni ꝛ mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandû paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. ℟. Formauit igit dñs hoiem de limo terre: Et inſpirauit in facieꝫ eius ſpiraculû vite: ꝛ factus eſt homo in aiam viuêtem. ℣. In principio fecit Deus celû, ꝛ terrâ, ꝛ plaſmauit in ea hominem. Et. Gl[illegible]. Et. Ad [illegible] Aug. [illegible] nouiſſimi [illegible] hois fecêrût, ꝛ pares illos nobis feciſti, q portauimus pondus diei, ꝛ eſtus.

FERIA TERTIA.

De libro Geneſis. Lcô prima.

Tulit ergo dñs deus hominê, ꝛ poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaret, ꝛ cuſtodiret illum. Precepitqꝫ ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno aût ſciêtie boni ꝛ mali ne comedas: in quocûqꝫ enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque dñs Deus. Nô eſt bonû hominem eſſe ſolû, faciamus ei adiutoriû ſimile ſibi. ℟. Tulit. ℟℟ia dñice preterite repetunt in ſequentibus ferijs ſm ordinê noctur. vt in rubricis. Lect. ij.

Formatis igitur dñs deus de humo cunctis animantibus terre, ꝛ vniuerſis volatilibus celi: adduxit ea ad Adâ, vt videret qd vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adâ aie viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitqꝫ Adâ nominibus ſuis cûcta aiantia, ꝛ vniuerſa volatilia celi, ꝛ oês beſtias terre. Ade vero nô inueniebat adiutor ſimilis eius. ℟. Dixit. L. iij.

Immiſitqꝫ dñs deus ſoporê in Adâ. Cumqꝫ obdormiſſet, tulit vnâ de coſtis eius, ꝛ repleuit carnem pro ea, ꝛ edificauit dñs Deus coſtâ quâ tulerat de Adâ, in mulierê: ꝛ adduxit eâ ad Adâ. Dixitqꝫ Adâ. Hoc nûc os ex oſſib' meis, ꝛ caro de

de carne mea: hec vocabitur Virago, quia de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrẽ ſuũ, et matrẽ, et adherebit uxori ſue, et erunt duo in carne vna.

135. R. Immiſit. Ad Mag. Ana. Dixit autẽ paterfamilias: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario cõveniſti mecum? tolle quod tuum eſt, et vade.

FERIA QVARTA.

De libro Geneſis. Lectio i.

Ca.3 Sed et ſerpens erat callidior cunctis animantibus terre, que fecerat dñs Deus: qui dixit ad mulierem. Cur precepit vobis Deus, vt nõ comederetis ex omni ligno paradiſi? Cui reſpondit mulier. De fructu lignorum que ſunt in paradiſo, veſcimur: de fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, precepit nobis Deus ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autẽ ſerpẽs ad mulierẽ: Nequaquã morte moriemini. Scit eniʒ Deus, ꝙ in quocunque die comederitis ex eo: aperientur oculi veſtri, et eritis ſicut dii, ſcientes bonũ et malum. Vidit igitur mulier, ꝙ bonuʒ eſſet lignum ad veſcendum, et pulchrũ oculis, aſpectuque delectabile: et tulit de fructu illius, et comedit, deditque viro ſuo, qui comedit, et aperti ſunt oculi amborũ.

R. Plantaverat. 135. Lec. ii.

Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, et fecerũt ſibi perizomata. Et cũ audiſſent vocem dñi Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adã, et uxor eius a facie dñi Dei in medio ligni paradiſi. Vocauitque dñs Deus Adã, et dixit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam dñe audiui in paradiſo: et timui eo ꝙ nudus eſſem, et abſcõdi me. Cui dixit dñs: Quis enim indicauit tibi ꝙ nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo preceperam tibi ne comederes, comediſti? Dixitque Adã. Mulier, quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, et comedi. Et dixit dñs Deus ad mulierem: Quare hoc feciſti? Que reſpondit: Serpens decepit me, et comedi. R. Ecce Adam. 135. Lectio tertia.

Et ait dñs Deus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animãtia, et beſtias terre. Sup pectus tuũ gradieris, et terraʒ comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et ſemen tuum, et ſemen illius: ipſa conteret caput tuũ, et tu inſidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et ſub viri poteſtate eris, et ipſe dñabitur tui. Ade vero dixit: Quia audiſti vocem vxoris tue, et comediſti de ligno, ex quo preceperam tibi ne comederes: maledicta terra in

ra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue: ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas terre. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terrá de qua ſumptus es: quia pulvis es, ⁊ in pulverem reverteris. Et vocavit nomen uxoris ſue Eva, eo q mater eſſet cúctorú viventiú. ℞. Ubi eſt Abel.

Ad Magnificat. Antiphona.
Tolle quod tuum eſt, ⁊ vade: quia ego bonus ſum, dicit dñs.

FERIA QVINTA.

De libro Geneſis. Lec. prima.

c.4. Adá vero cognovit uxorem ſuam Evam, que cócepit, ⁊ peperit Cain, dicés. Poſſedi hominé per Deum. Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel paſtor oviú, ⁊ Cain agricola. Factú eſt autem poſt multos dies, ut offerret Cain de fructibus terre munera dño. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, ⁊ de adipibus eorum. Et reſpexit dñs ad Abel, ⁊ munera eius: ad Cain autem, ⁊ ad munera illius nó reſpexit. Iratuſque eſt Cain veheméter, ⁊ cócidit vultus eius. Dixitque dñs ad eum: Quare iratus es, ⁊ cur concidit facies tua? Nonne, ſi bene egeris recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus peccatum tuú aderit? ſed ſub te erit appetitus eius, ⁊ tu dominaberis illius. ℞. In principio. 134. Lec. ii.

Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras. Cúmque eſſent in agro: conſurrexit Cain adverſus fratré ſuú Abel, ⁊ interfecit eum. Et ait dñs ad Cain: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpódit: Neſcio. Numquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, que aperuit os ſuú, ⁊ ſuſcepit ſanguinem fratris tui, de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus, ⁊ profugus eris ſuper terrá. ℞. In principio. Lec. iii.

Dixitque Cain ad dominum: Maior eſt iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce eiicis me hodie a facie terre, ⁊ a facie tua abſcódar, ⁊ ero vagus ⁊ profugus in terra. Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me. Dixitque ei dominus: Nequaquam ita fiet: ſed omnis, qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitque dominus in Cain ſignum: ut non interficeret eum omnis qui inveniſſet eú. Egreſſuſque Cain a facie domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. ℞. Formavit igitur. 134.

Ad Magnificat. Antiphona.
Non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequá eſt: quia ego bonus ſum? dicit dñs.

Digitized by Google

FERIA SEXTA.

De libro Geneſis. Lectio prima.

4. Cognouit autẽ Cain vxorẽ ſuam, quę cõcepit, ⁊ peperit Enoch, ⁊ ędificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine filij ſui Enoch. Porro Enoch genuit Irad, ⁊ Irad genuit Mauiael, ⁊ Mauiael genuit Mathuſael, ⁊ Mathuſael genuit Lamech: q accepit duas vxores: nomen vni Ada, ⁊ nomen alteri Sella: genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum, ⁊ nomen fratris eius Iubal: qui fuit pater canentium cithara, ⁊ organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, ⁊ faber in cũcta opera ęris, ⁊ ferri. Soror vero Tubalcain Noema. ℟. Tulit. 134. Lectio ij.

Dixitq; Lamech vxoribus ſuis Adę, ⁊ Sellę. Audite vocem meã, vxores Lamech: auſcultate ſermonẽ meũ. Quoniam occidi virum in vulnus meum: ⁊ adoleſcẽtulum in liuorẽ meũ. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero ſeptuagies ſepties. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam, ⁊ peperit filium: vocauitq; nomen eius Seth, dicẽs: Poſuit mihi deus ſemen aliud pro Abel, quẽ occidit Cain. Sed ⁊ Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos: iſte cepit inuocare nomen domini. ℟. Dixit dñs. L. iij.

Hic eſt liber generationis Adã. In die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum ⁊ feminã creauit eos, ⁊ benedixit illis, ⁊ vocauit nomen eorũ Adam, in die quo creati ſunt. Vixit autem Adam centum triginta annis, ⁊ genuit filium ad imaginem, ⁊ ſimilitudinem ſuã: vocauitque nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam, poſtq̃ genuit Seth, octingenti anni: ⁊ genuitq; filios, ⁊ filias. Et factũ eſt omne tempus, quod vixit Adã, anni nongenti triginta: ⁊ mortuus eſt. ℟. Immiſit. 135.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De libro Geneſis. Lectio j.

Vixit aũt Mahalaleel ſexaginta quinq; annis, ⁊ genuit Iared: ⁊ vixit Mahalaleel, poſtq̃ genuit Iared, octingẽtis triginta annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti ſunt omnes dies Mahalaleel octingẽti nonaginta quinq; anni, ⁊ mortuus eſt. Vixitq; Iared centũ ſexaginta duobus annis, ⁊ genuit Enoch, ⁊ vixit Iared: poſt quã genuit Enoch octingentis annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias: ⁊ facti ſũt oẽs dies Iared nongenti ſexaginta duo anni, ⁊ mortuus eſt. Porro Enoch vixit ſexaginta quinque annis, ⁊ genuit Mathuſalẽ. L. ij. 5. ca.

Et ambulauit Enoch cum Deo: ⁊ vixit poſt q̃ genuit

Mathuſalē trecētis annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti ſunt oēs dies Enoch trecēti ſexagintaquinq; anni: ambulauitq; cū Deo, ⁊ nō apparuit: q̄ tulit eū Deus. Vixit quoq; Mathuſalē centū octoginta ſeptem annis, ⁊ genuit Lamech. Et vixit Mathuſalem, poſtquā genuit Lamech, ſeptingētis octoginta duobus annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti ſunt oēs dies Mathuſalē, nōingēti ſexagintanouē anni, ⁊ mortuus eſt. Lec. iij.

Vixit autē Lamech centū octoginta duob' annis, ⁊ genuit filiū: vocauitq; nomen eius Noe, dicēs: Iſte ꝯſolabitur nos ab operibus, ⁊ laborib' manuū noſtrarū in terra cui maledixit dn̄s. Vixitq; Lamech poſtq̄ genuit Noe, quingentis nonagintaquinq; annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti ſūt oēs dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, ⁊ mortuus eſt.

Sabbatho Sexageſimę.

Ad Veſperas. Capitulum.

2. Cor. 11. Fratres, Libenter ſuffertis inſipiētes, cū ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enī ſi quis vos in ſeruitutē redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cędit. Hym. O lux beata Trinitas. 60. ℣. Veſpertina oratio. Ad Mag. An. Dixit dn̄s ad Noe: Finis vniuerſę carnis venit corā me: fac tibi arcā de lignis lęuigatis: vt ſaluetur vniuerſum ſemē in ea. Ora.

Deus, qui conſpicis, q̄ ex nulla noſtra actione confidimus: ꝯcede propitius, vt contra aduerſa omnia, doctoris gentiū protectione muniamur. Per D.

DOMINICA in Sexageſima.

Ad Matut. Inuitatorium. Præoccupemus. 33. Hym, ⁊ reliq. vſq; ad lect. vt in Pſalte.

De libro Geneſis. Lectio. j.

Noe vero cū quingentorum eſſet annorū genuit Sem, Cham, ⁊ Iapheth. 5. ca.

Cumq; cepiſſent homines multiplicari ſuper terram, ⁊ filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum, q̄ eſſent pulchrę, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. 6. ca. Dixitq; Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in ęternum, q̄ caro eſt. Eruntq; dies illius, centū viginti annorum. Gigantes autē erāt ſuper terrā in diebus illis. Poſtquā enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias hominum, illęq; genuerunt, iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi. ℟. Dixit dn̄s ad Noe: Finis vniuerſę carnis venit corā me: repleta eſt terra iniquitate eorum. Et ego diſperdā eos cū terra. ℣. Fac tibi arcam de lignis lęuigatis, manſiunculas

Digitized by Google

hoſtes facies. Et. Lectio ij.

Videns autē Deus, ꝙ mul ta malitia hominum eſſet in terra, ⁊ cuncta cogitatio cor/ dis intenta eſſet ad malū oī tem/ pore: pœnituit eū ꝙ hoīem feciſ ſet in terra. Et præcauēs in futu rū, ⁊ tactus dolore cordis intrin ſecus: Delebo, inqt, hoiem quē creaui a facie terræ ab hoīe vſqꝫ ad animantia, a reptili vſqꝫ ad volucres cęli: pœnitet enim me fe ciſſe eos. Noe vero inuenit grāꝫ corā dño. ℟. Noe vir iuſtus, atqꝫ perfectus, cū Deo ambu/ lauit: Et fecit omnia quęcunqꝫ præcepit ei Deus. ℣. Fecit ſi/ bi arcam, vt ſaluaretur vniuer/ ſum ſemen. Et fecit. Lectio iij.

Hæ ſunt gñrationes Noe: Noe vir iuſtus atqꝫ pfect⁹ fuit in generationibus ſuis: cūꝫ Deo ambulauit, ⁊ genuit tres filios, Sem, Cham, ⁊ Japhet. Corrupta eſt autem terra coraꝫ Deo, ⁊ repleta eſt iniqtate. Cū/ que vidiſſet Deus, terram eſſe corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam ſuāꝫ ſuper ter/ raꝫ) dixit ad Noe: Finis vniuer ſę carnis venit coram me, reple/ ta eſt terra iniquitate a facie eo/ rum: ⁊ ego diſperdāꝫ eos cū ter/ ra. Fac tibi arcam de lignis lęui gatis, manſiūculas in arca facies, ⁊ bitumine linies intrinſecus, ⁊ extrinſecus: ⁊ ſic facies eāꝫ: Tre centorum cubitorūꝫ erit longi/ tudo arcę, quinquaginta cubito rūꝫ latitudo, ⁊ triginta cubitoꝝ altitudo illius. ℟. Quadragin ta dies, ⁊ noctes aperti ſunt cęli, ⁊ ex omni carne habēte ſpiritūꝫ vitę ingreſſa ſunt in arcam. Et clauſit a foris oſtiū dñs. ℣. In ar ticulo diei illi⁹ ingreſſus eſt Noe in arcā, ⁊ filij eius, ⁊ vxor illi⁹, ⁊ vxores filioꝝ eius. Et. Glo. Et.

Ex libro S. Ambroſii epiſcopi de Noe, ⁊ arca. Lectio quarta.

Habes, ꝙ iratus dñs eſt, quoniam quamuis cogi/ taret, hoc eſt ſciret, ꝙ homo po/ ſitus in terrę regione carneꝫ por tans ſine peccato eſſe nō poſſit, (terra eniꝫ velut quidam tenta/ tionis locus eſt, caroqꝫ corruptē lę illecebra) tamen cum haberēt mentem rationis capacem, vir/ tutemqꝫ animę infuſaꝫ corpori, ſine conſideratione aliqua in la/ pſum ruerūt, ex quo reuocare ſe nollēt. Neqꝫ enim deus cogitat, ſicut homines, vt aliqua ei noua ſuccedat ſententia: neqꝫ iraſcit quaſi mutabilis: ſed ideo hęc le guntur, vt exprimatur peccato/ rum noſtrorūꝫ acerbitas, quę di uinā meruerit offenſā, tanqꝫ eo vſqꝫ increuerit culpa, vt etiam Deus, qui naturaliter nō moue tur aut ira, aut odio, aut paſſio/ ne vlla, prouocatus videat ad iracundiam. ℟. Aedificauit Noe altare dño, offerens ſup il/ lud holocauſtū: odoratusqꝫ eſt dñs odorem ſuauitatis, ⁊ bene/ dixit eis, dicens, Creſcite, ⁊ mul/

Digitized by Google

tiplicamini, ⁊ replete terram. Ecce ego ſtatuam pactum meũ vobiſcum, ⁊ cum ſemine veſtro poſt vos. Creſcite. Lectio v.

Magnus eſt preterea, ꝙ deleret hoiem. Ab hoie (inquit) vſqȝ ad pecus, ⁊ a reptilibus vſqȝ ad volatilia delebo: Quid leſerant irrationabilia? Sed quia propter hominẽ illa facta erant, eo vtiqȝ delero propter quem facta ſunt, conſequẽs erat vt etiã illa delerentur: quia non erat, qui his vteretur. Sẽſu autem altiore illud manifeſtat: quia homo mens eſt, q̃ eſt rationis capax: homo enim definit, animal viuum, mortale, rationabile. Principali igitur extincto etiam ſenſus ois extinguitur: eo ꝙ nihil reliqui ad ſalutem ſuperſit, cum ſalutis fundamentũ virtus defecerit. ℟. Ponam arcum meum in nubibus cęli, dixit dñs ad Noe: Et recordabor fęderis mei quod pepigi tecum. ℣. Cumqȝ obduxero nubibus cęluȝ, apparebit arcus meus in nubibus. Et recordabor. L. vj.

Ad condemnationem autẽ ceterorꝫ, ⁊ ad expreſſioneȝ pietatis diuinę, dicit Noe apud Deuȝ gratiã inueniſſe. Simul oſtenditur ꝙ hominem iuſtum nõ obũbret aliorꝫ offenſio, quãdo ipſe totius generis reſeruat ſeminariũ. Qui nõ generationis nobilitate, ſed iuſtitię, ⁊ pfectionis merito laudatur. Probari enim viri genus, virtutis pſapia eſt: quia ſicut hoium genus homines, ita animarꝫ genus virtutes ſunt. Etenim familię hoium ſplendore generis nobilitantur, animarꝫ autẽ clarificatur gratia ſplẽdore virtutis. ℟. Per me metipſum iuraui, dicit dñs, non adyciã vltra aquas diluuij ſuper terrã, pacti mei recordabor. Ut nõ pdã aqs diluuij oẽm carnẽ. ℣. Arcũ meũ ponã in nubibus, ⁊ erit ſignum fęderis inter me, ⁊ inter terrã. Ut. Gloria. Ut.

Lcõ s. euãg. ſm Lucam. L. vij.

In illo tempore: Cum turba plurima conueniret ad Jeſum, ⁊ de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudineȝ: Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. Et reliqua. 8.c

Homilia Sãcti Gregorij papę.

Lectio ſancti euãgelij, quã modo fratres chariſſimi audiſtis, expoſitione non indiget, ſed admonitione. Quam enim per ſemetipſaȝ veritas expoſuit, hãc diſcutere humana fragilitas nõ preſumat. Sed eſt quod ſollicite in hac ipſa expoſitione dñica penſare debemus: quia ſi nos vobis ſemen verbuȝ, agrũ mundum, volucres demonia, ſpinas diuitias ſignificare diceremus, ad credendum nobis mens forſitan veſtra dubitaret. Unde ⁊ idem dñs p ſemetipſum dignatus eſt exponere quod dicebat: vt ſciatis rerum ſignificationes

querere

quærere in iis etiam, quę per ſermet ipſum noluit explanare. ℟. Benedixit Deus Noe, & filiis eius, & dixit ad eos. Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. ℣. Ecce ego ſtatuã pactũ meum vobiſcũ, & cũ ſemine veſtro poſt vos. Creſcite. Lectio octaua.

EXponendo ergo quod dixit, figurate ſe loqui innotuit: quatenus certos vos redderet, cum vobis noſtra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquã crederet, ſi ſpinas diuitias interpretari voluiſſem? maxime cum ille pungant, iſtę delectent: & tamẽ ſpinę ſunt: quia cogitationũ ſuarũ punctionibus mentes lacerant: & cũ vſq; ad peccatũ pertrahũt, quaſi inflicto vulnere cruentãt. Quas bene hoc in loco, alio euãgeliſta teſtante, nequaq̃ dñs diuitias, ſed fallaces diuitias appellat. ℟. Ecce ego ſtatuã pactum meum vobiſcũ, & cũ ſemine vrõ poſt vos. Neq; erit deinceps diluuium diſſipans terrã. ℣. Arcum meum ponã in nubibus, & erit ſignum fęderis inter me, & inter terrã. Neq; ſi. ix.

FAllaces enim ſunt, quę nobiſcum diu pmanere non poſſunt: fallaces ſunt, quę mẽtis noſtrę inopiam non expellunt. Solę autẽ diuitię verę ſunt, quę nos diuites virtutibus faciunt. Si ergo, fratres cariſſimi, diuites eſſe cupitis, veras diuitias amate. Si culmen veri honoris quęritis, ad celeſte regnũ tendite. Si gloriam dignitatũ diligitis, in illa ſuperna angelorum curia adſcribi feſtinate. Verba Dei, q̃ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mẽtis eſt ſermo Dei: & quaſi acceptus cib⁹ ſtomacho languente reiicitur, quãdo auditus ſermo in vẽtre memorię nõ tenet: ſed quiſquis alimẽta non retinet, huius profecto vita deſperatur. ℟. Cum turba plurima conuenirent ad Jeſum, & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per ſimilitudinem: Exijt q ſeminat ſeminare ſemen ſuũ. ℣. Et dum ſeminat, aliud cecidit in terrã bonã, & ortũ fecit fructũ centuplũ. Exijt. Gloria. Exijt. Infra hebd. Fer. iiij. & Sabb. loco huiꝰ ℟. di. j. ℟. ſcdę ſeq. fe.

Ad Laudes. Antiphona.

SEcundum magnã miſericordiã tuam miſerere mei Deus. Pſ. Miſerere. 23. cũ reł. vt in pced. Dñica. Aña. Si mihi dñs Saluator fuerit, nõ timebo, quid faciat mihi homo. Io. Aña. In velamento clamaui vel de diluculo: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. 8. Aña. Hymnum dicamus dño Deo noſtro. Aña. In tympano, & choro, in chordis & organo laudate Deũ. Cap. Fratres, Libenter. 138. Hym. Aeterne rex cõditor. 10. ℣. Dñe refugiũ. Ad Ben. Aña. Cum turba plurima cõueniret

ad Jeſum, ⁊ de ciuitatibus ꝓpe/
rarent ad eum, dixit per ſimilitu
dinē. Exijt, qui ſeminat ſemina/
re ſemen ſuum. Oratio vt ſup.
Ad j. Aña. Semen cecidit in
terram bonam, ⁊ attulit fructū
in patientia. Ad iij. Aña. Qui
verbum dei retinent corde per/
fecto, ⁊ optimo: fructum affe/
runt in patientia. Capitulum.
Fratres, Libenter. 138. ℟.
Inclina. ℣ Ego dixi domine.

Ad Sextam. Antiphona.
Semen cecidit in terrā bonam,
⁊ attulit fructū aliud cēteſimū,
⁊ aliud ſexageſimum. Capl'm.
2. Cor. 11. Ter virgis cęſus ſum, ſemel
lapidatus ſum: ter naufra/
gium feci: nocte, ⁊ die in profun
do maris fui. ℟ In ęternū. ℣
Dominus regit. Ad ix. Aña.
Si vere fratres diuites eſſe cupi
tis, veras diuitias amate. Cap.
Libenter igit gloriabor in
infirmitatibus meis, vt in/
habitet in me virtus Chriſti.
℟ Clamaui in. ℣ Ab occultis.
Ad Veſpe. Aña, ⁊ ps. Dixit
dñs. 52. cum rel. Cap. Fratres
Libēter 138. Hym. Lucis crea/
tor. 53. ℣ Dirigatur domine.
Ad Mag. Aña. Vobis datum
eſt noſſe myſteriū regni dei, cę/
teris autē in parabolis, dixit Je
ſus diſcipulis ſuis. Oro vt ſup.

FERIA SECVNDA.

De libro Geneſis. Lectio j.
ca.7 Dixit dñs ad Noe: Ingre/
dere tu, ⁊ omnis domus
tua in arcā. Te enim vidi iuſtū
corā me in generatione hac. Ex
omnibus animantibus mundis
tolles ſeptena, ⁊ ſeptena, maſcu/
lum, ⁊ fęminā. De animantibus
vero immundis duo, ⁊ duo, ma
ſculum ⁊ fęminā: ſed ⁊ de volati
libus cęli ſeptena, ⁊ ſeptena, ma
ſculum, ⁊ fęminā: vt ſaluet ſemē
ſup faciē vniuerſę terrę. Adhuc
enim ⁊ poſt dies ſeptē ego pluā
ſup terrā quadraginta diebus, ⁊
quadraginta noctibus: ⁊ delebo
omnem ſubſtantiam, quam feci,
de ſuperficie terrę. ℟. In arti/
culo diei illius ingreſſus eſt Noe
in arcam, ⁊ filij eius. Vxor illius,
⁊ vxores filiorum eius. ℣ De/
leta ſunt vniuerſa de terra, remā
ſit autē ſolus Noe, ⁊ qui cū eo
erant in arca. Vxor. Lectio ij.
Fecit ergo Noe oĩa q̄ man/
dauerat ei dñs. Cūq; trān
ſiſſent ſeptem dies, aquę diluuij
inundauerunt ſuper terram. An
no ſexcenteſimo vitę Noe men/
ſe ſecundo, ſeptimodecimo die
menſis, rupti ſunt omnes fontes
abyſſi magnę, ⁊ cataractę cęli
apertę ſunt, ⁊ facta eſt pluuia ſu
per terram quadraginta diebus,
⁊ quadraginta noctibus. ℟.
Recordatus dñs Noe, adduxit
ſpiritum ſuper terram, ⁊ immi/
nutę ſunt aquę. Et ꝓhibitę ſunt
pluuię de cęlis. ℣ Reuerſęq;
ſunt aq̄ de terra eūtes ⁊ redeun/
tes: ⁊ cęperūt minui poſt centū
quadraginta dies. Et. Lec. iij.

Digitized by Google

In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, Sem, Cham, & Japheth, filij eius, & vxor illius, & tres vxores filiorum eius cum eis in arcã, ipſi & omne animal ſm genus ſuũ, vniuerſaq; iumenta in genere ſuo, & omne quod mouetur ſuper terram in genere ſuo, cunctumq; volatile ſecundum genus ſuũ. Factumq; eſt diluuiũ quadraginta diebus ſuper terrã, & multiplicatę ſunt aquę, & eleuauerunt arcã in ſublime a terra. ℟. Quadraginta dies. vt ſu. in Dñica fo. 139.

Ad Magn. An. Si culmen veri honoris quęritis, ad illã cęleſtẽ patriã, quantocyus properate.

FERIA TERTIA.

De libro Geneſis. Lectio j.

Ca. 8 Recordatus autem Deus Noe, cũctorũq; aiantiũ, & oĩum iumentorũ, q̃ erant cũ eo in arca, adduxit ſpiritũ ſup terrã, & imminutę ſunt aquę, & clauſi ſunt fontes abyſſi & cataractę cęli, & prohibitę ſunt pluuię de cęlo. Reuerſęq; ſunt aquę de terra euntes, & redeũtes, & ceperũt minui poſt centum quadraginta dies. Requieuitq; arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſup montes Armenię. ℟. Aedificauit. 139. Lec. ij.

At vero aquę ibãt, & decreſcebant vſq; ad decimum menſem: decimo enim menſe prima die menſis apparuerũt cacumina montium. Cumq; tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcę, quam fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur, & nõ reuertebatur, donec ſiccarentur aquę ſuper terram. Emiſit quoq; columbã poſt eũ, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquę ſuper faciẽ terrę. Quę cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcã. ℟. Ponam arcum. Lectio iij.

Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit columbã ex arca. At illa venit ad eum ad veſperam portans ramũ oliuę virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe, q̃ ceſſaſſet aquę ſuper terram: expectauitq; nihilominus ſeptẽ alios dies: & emiſit columbã, quę non eſt reuerſa vltra ad eum. Igitur ſexcẽteſimo primo anno, primo mẽſe, prima die mẽſis imminutę ſunt aquę ſup terram. ℟. Per memetipſum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Semen eſt verbũ Dei, ſator autem Chriſtus: omnis qui inuenit eum manebit in ęternum.

FERIA QVARTA.

De libro Geneſis. Lectio j.

Locutus eſt autẽ dominus ad Noe dicẽs: Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorũ tecũ: & cuncta animantia, quę ſunt apud te ex omni carne, tam in volatilibus, quam in beſtijs, & vniuerſis reptilibus, q̃ reptant ſup terrã 8. 2a.

educ tecū: ⁊ ingredimini ſuper
terram. Creſcite, ⁊ multiplicami
ni ſuper eam. Egreſſus eſt ergo
Noe, filij eius, vxor illius, ⁊ vxo-
res filiorum eius cum eo: ſed ⁊
omnia animantia, iumenta, ⁊ re
ptilia, quę reptant ſuper terram:
ſecundū genus ſuum egreſſa ſunt
de arca. ℟. Benedixit Deus.
Ecce. 140. Lectio ſecunda.

Edificauit autē Noe altare
dño: ⁊ tollens de cūctis pe-
coribus, ⁊ volucribus mundis,
obtulit holocauſta ſuper altare.
Odoratuſq; eſt dñs odorē ſua-
uitatis, ⁊ ait ad eum: Nequaq̄
vltra maledicam terrę propter
homines: ſenſus enim ⁊ cogita-
tio humani cordis in malum
prona ſunt ab adoleſcentia ſua.
Non igitur vltra percutiam om
nem animam viuentem, ſicut fe-
ci. Cunctis diebus terrę ſemen-
tis ⁊ meſſis, frigus ⁊ ęſtus, ęſtas
⁊ hyems, nox ⁊ dies nō requie-
ſcent. ℟. Ecce ego. Lect. iij.

Benedixitq; Deus Noe, ⁊
filijs eius, ⁊ dixit ad eos:
Creſcite, ⁊ multiplicamini, ⁊ re
plete terram. Et terror veſter ac
tremor ſit ſuper cuncta animan-
tia terrę, ⁊ ſup omnes volucres
cęli, cum vniuerſis, quę mouen
tur ſuper terram: omnes piſces
maris manui veſtrę traditi ſunt:
⁊ oē quod mouetur ⁊ viuit, erit
vobis in cibū: quaſi olera viren-
tia tradidi vobis oia, excepto, ꝙ
carnē cū ſanguine non comede-
tis. Sanguinem enim animarū
veſtrarū requirā de manu cūcta-
rū beſtiarū, ⁊ de manu hominis
de manu viri, ⁊ de manu fratris
eius requirā animam hominis.
Quicunq; effuderit humanū
ſanguinē: fundetur ſanguis illius.
Ad imaginē quippe Dei factus
eſt homo. ℟. In articulo. 142.
Ad Mag. Ana. Quod autem
cecidit in terram bonam, hi ſunt,
qui in corde bono ⁊ optimo fru-
ctum afferunt in patientia.

Si prędictę añę ad Mag. nō
potuerint dici in pręcedentibus
ferijs, dicant in ſubſeq. q̄bus ex-
pletis, ſi adhuc occurrat fieri Of
ficiū de feria, ſumant de Pſalt.
qđ ſemper fit, qñ ꝓprię nō hñt.

FERIA QVINTA.

De libro Geneſis. Lectio j.

Dixitq; Deus: Hoc eſt ſi-
gnum fęderis, qđ do inter
me ⁊ vos, ⁊ ad oēm aīam viuē-
tem, quę eſt vobiſcū, in genera-
tiones ſempiternas. Arcū meū
ponam in nubibus, ⁊ erit ſignū
fęderis inter me ⁊ inter terram.
Cumq; obduxero nubibus cę-
lum, apparebit arcus meus in
nubibus, ⁊ recordabor fęderis
mei vobiſcum, ⁊ cum omni ani-
ma viuente, quę carnē vegetat,
⁊ non erunt vltra aquę diluuij
ad delendū vniuerſam carnem.
℟. Dixit dñs. 138. Lectio ij.

Cępit Noe, vir agricola,
exercere terrā: ⁊ plantauit
vineam, bibēſq; vinū inebriatus
eſt,

eſt, ꝛ nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham, pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nūciauit duobus fratribus ſuis foras. At vero Sem, ꝛ Japheth, pallium impoſuerunt humeris ſuis: ꝛ incedentes retrorſum operuerunt verenda patris ſui: facieſq; eoꝝ auerſę erāt, ꝛ patris virilia nō viderūt. ℟. Noe vir. 139. L. iij.

Vigilās autē Noe ex vino, cū didiciſſet q̄ fecerat ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitq;: Benedictus dn̄s deus Sem, ſit Chanaā ſeru⁹ eius: dilatet deus Japheth, ꝛ habitet in tabernaculis Sem: ſitq; Chanaan ſeruus eius. Uixit autē Noe poſt diluuiū trecētis quinquaginta annis: ꝛ impleti ſunt omnes dies eius nongētorū quinquaginta annoꝝ, ꝛ mortu⁹ eſt. ℟. Quadragiūta. 139.

FERIA SEXTA.

De libro Geneſis. Lectio j.

c. 10. Hae ſunt generationes filiorum Noe, Sem Cham, ꝛ Japheth: natique ſunt eis filij, poſt diluuiū. Filij Japheth, Gomer, ꝛ Magog, ꝛ Madai, ꝛ Jauā, ꝛ Thubal, ꝛ Moſoch, ꝛ Thiras. Porro filij Gomer, Aſcenez, ꝛ Riphath, ꝛ Thogorma. Filij autē Jauan, Eliſa, ꝛ Tharſis, Cethim, ꝛ Dodanim. Ab his diuiſę ſunt inſulę gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſq; ſecūdum linguam ſuam, ꝛ familias ſuas in nationibus ſuis. Filij autem Cham, Chus, ꝛ Meſraim, Phut, ꝛ Chanaan. ℟. Aedificauit Noe. 139. Lectio ſcđa.

Erat aūt terra labij vnius, ꝛ ſermonū eorundē: cūq; ꝓficiſcerent de Oriēte, inuenerunt campū in terra Sennaar, ꝛ habitauerūt in eo, dixitq; alter ad proximum ſuum: Uenite faciamus lateres, ꝛ coquamus eos igni, habueruntq; lateres ꝓ ſaxis, ꝛ bitumen pro cęmento: ꝛ dixerunt: Uenite faciamus nobis ciuitatem, ꝛ turrim, cuius culmen pertingat ad cęlum: ꝛ celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras. ℟. Poſtq̄. 139. L. iij.

Deſcendit autē dn̄s, vt videret ciuitatem, ꝛ turrim, quā ędificabant filij Adā, ꝛ dixit: Ecce vn⁹ eſt populus, ꝛ vnū eſt labiū omnibus: cęperuntq; hoc facere, nec deſiſtent a cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant: venite igitur, deſcendamus, ꝛ confundamus ibi linguam eoꝝ, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui. Atq; ita diuiſit eos dn̄s ex illo loco in vniuerſas terras, ꝛ ceſſauerunt ędificare ciuitatē. ℟. Per me.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De libro Geneſis. Lectio j.

He ſunt generationes Sem, xi. ca.
Sem erat centum annoꝝ

quando

Digitized by Google

quãdo genuit Arphaxad, bien/
nio poſt diluuium: vixitq; Sem
poſtq̃ genuit Arphaxad, quin
gentis annis, ⁊ genuit filios, ⁊
filias. Porro Arphaxad vixit
triginta quinq; annis, ⁊ genuit
Sale. Vixitq; Arphaxad poſt/
quã genuit Sale, quadringẽtis
tribus annis, ⁊ genuit filios, ⁊
filias. Sale quoq; vixit trigin/
ta annis, ⁊ genuit Heber. Vi/
xitq; Sale poſtquã genuit He/
ber, quadringẽtis tribus annis,
⁊ genuit filios, ⁊ filias. Lcõ ii.

Vixit autem Heber trigin
ta quatuor annis, ⁊ ge/
nuit Phaleg. Et vixit Heber,
poſtquam genuit Phaleg, qua
dringentis triginta annis, ⁊ ge
nuit filios, ⁊ filias. Vixit quoq;
Phaleg triginta annis, ⁊ ge
nuit Reu. Vixitque Phaleg,
poſtquã genuit Reu, ducentis
nouẽ annis, ⁊ genuit filios, ⁊ fi/
lias. Vixit autem Reu triginta
duob' annis, ⁊ genuit Sarug.
Vixit quoque Reu, poſtquam
genuit Sarug, ducentis ſeptem
annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias.
Vixit vero Sarug triginta an
nis, ⁊ genuit Nachor. Vixitq;
Sarug poſtquam genuit Na/
chor, ducentis annis, ⁊ genuit
filios ⁊ filias. Lectio tertia.

Vixit autẽ Nachor vigin/
ti nouem annis, ⁊ genuit
Thare. Vixitq; Nachor poſt/
quam genuit Thare, cẽtum de/
cem ⁊ nouem annis, ⁊ genuit fi/
lios, ⁊ filias. Vixitque Thare
ſeptuaginta annis, ⁊ genuit A/
bram, ⁊ Nachor, ⁊ Aran. He
ſunt autem generationes Tha/
re, Thare genuit Abram, Na/
chor, ⁊ Aran. Porro Aran ge
nuit Loth. Mortuuſq; eſt Arã
ante Thare patrem ſuum in ter
ra natiuitatis ſuę in Vr Chal/
deoꝝ. Duxerunt autẽ Abram,
⁊ Nachor vxores: nomen vxo/
ris Abrã Sarai, ⁊ nomen vxo
ris Nachor Melcha filia Arã
patris Melchę, patris Ieſchę.
Erat autem Sarai ſterilis, nec
habebat liberos.

Sabbatho Quinquageſimę.
Ad Veſperas. Capitulum.

Fratres, Si linguis j. Cor.
hominum loquar, 13.
⁊ angeloꝝ, charita
tem aũt nõ habeã,
factus ſum velut ę
ſonans, aut cymbalũ tinniens.
Hymn O lux btã. 60. ℣. Veſper
tina oratio. 61. Ad Mag. Añ.
Pater fidei noſtrę Abraham
ſummus, obtulit holocauſtum
ſuper altare pro filio. Oratio.

Preces noſtras, quęſumus
domine, clemẽter exaudi:
atq; a peccatorum vinculis ab/
ſolutos, ab omni nos aduerſita/
te cuſtodi. Per dñm noſtrum.

DOMINICA
in Quinquageſima.

Ad Matut. Inuitatorium.
Preoccupemus. 133. cetera vſ/
que ad Lectiones, vt in Pſalterio.

De

De libro Geneſis. Lectio prima.

12. DIxit autem dñs ad Abram: Egredere de terra tua, ⁊ de cognatione tua, ⁊ de domo patris tui, ⁊ veni in terram, quã monſtrauero tibi: faciãq; te in gentẽ magnã, ⁊ benedicã tibi, ⁊ magnificabo nomen tuum, eriſq; benedictus. Benedicã benedicentibus tibi, ⁊ maledicã maledicentibus tibi, atq; in te benedicentur vniuerſę cognationes terrę. Egreſſus eſt itaq; Abram ſicut pręceperat ei dñs, ⁊ iuit cum eo Lot. Septuaginta quinq; annoꝝ erat Abrã, cũ egrederet̃ de Haran, tulitq; Sarai vxorem ſuã, ⁊ Loth filiũ fratris ſui, vniuerſamq; ſubſtantiã, quã poſſederãt, ⁊ aĩas, quas fecerãt in Haran: ⁊ egreſſi ſunt, vt irẽt in terrã Chanaan. Cũq; veniſſent in eam pertranſiuit Abram terrã vſq; ad locũ Sichem, ⁊ vſq; ad cõuallem Illuſtrẽ. Chananęus autem tunc erat in terra. ℟. Locutus eſt dñs ad Abram dicens: egredere de terra tua, ⁊ de cognatione tua, ⁊ veni in terrã, quam monſtrauero tibi. Et faciam te in gentem magnam. ℣. Benedicens benedicam tibi, ⁊ magnificabo nomen tuũ, eriſq; benedictus. Et faciam. Lectio ij.

APparuit autẽ dñs Abrã, ⁊ dixit ei: Semini tuo dabo terram hãc. Qui ędificauit altare dño, q apparuerat ei. Et inde tranſgrediens ad mõtem, qui erat cõtra oriẽtem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuũ, ab occidente habens Bethel, ⁊ ab oriẽte Hai. Aedificauit quoque ibi altare domino, ⁊ inuocauit nomen eius. Perrexitq; Abram vadens, ⁊ vltra progrediens ad meridiẽ. Facta eſt aũt fames in terra. Deſcẽdit igitur Abrã in Aegyptũ, vt peregrinaret̃ ibi: pręualuerat enim fames in terra. Cumq; prope eſſet vt ingrederet̃ Aegyptũ, dixit Sarai vxori ſuę. Noui ꝙ pulchra ſis mulier, ⁊ quod cũ viderint te Aegyptij, dicturi ſunt: vxor illius eſt: ⁊ interficient me, ⁊ te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quod ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, ⁊ viuat anima mea ob gratiam tui. ℟. Dum ſtaret Abram ad illicem Mambre, vidit tres viros aſcẽdentes per viam. Tres vidit, ⁊ vnũ adorauit. ℣. Ecce Sarai vxor tua pariet tibi filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eius Iſaac. Tres. Lectio iij.

CUm itaq; ingreſſus eſſet Abram Aegyptũ, viderunt Aegyptij mulierẽ ꝙ eſſet pulchra nimis, ⁊ nunciauerunt principes Pharaoni, ⁊ laudauerunt eam apud illũ, ⁊ ſublata eſt mulier in domũ Pharaonis: Abrã vero bene vſi ſunt ꝓpter illã. fueruntq; ei oues, ⁊ boues, ⁊ aſini, ⁊ ſerui, ⁊ famulę, ⁊ aſinę, ⁊ cameli.

cameli. Flagellauit autem dñs Pharaonem plagis maximis, & domũ eius ꝓpter Sarai vxorẽ Abrã. Vocauitq; Pharao Abram, & dixit ei: Quidnã est hoc, qđ fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quod vxor tua esset? Quã ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nũc igitur ecce coniux tua, accipe eam. ℟. Temptauit dñs Abraham, & dixit ad eũ: Tolle filiũ tuum, quem diligis Isaac, & offer illum ibi in holocaustum super vnum montium, quem dixero tibi. ℣. Vocatus quoq; a domino respondit, Adsum: & ait ei dominus. Tolle filium. Gloria. Tolle.

Ex libro sancti Ambrosij epi. de Abraham patriarcha. Le. iiij.

Magnus plane vir Abraham, & multarũ virtutũ clarus insignib᷒, quẽ votis suis philosophia nõ potuerit equare: denique minus est quod illa finxit, quã quod iste gessit: & maiorq; ambitioso eloquẽtię mendacio simplex veritatis fides. Itaq; cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, consideremus. Ea enim virtus ordine prima est, quę est fundamentũ cęterarum, meritoq; hanc ab eo primã exegit deus, dicẽs: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixisse, de terra tua: ibi enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo. ℟. Angelus dñi vocauit Abraham dicẽs: Ne extendas manum tuam super puerũ eo q͛ timeas dñm. ℣. Cumq; extendisset manum, vt immolaret filiũ, ecce angelus domini de cęlo clamauit, dicẽs. ℟e. L. v.

Sed ideo addidit singula, vt eius affectum probaret, ne forte aut imprudẽter cępisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cęlestibus pararetur. Sed sicut coaceruãda fuerunt pręcepta, ne quid lateret: ita etiã proponenda merita, ne forte desperaret. Tẽtatur, vt fortis: incitatur, vt fidelis: prouocatur, vt iustus: meritoq; exiuit, quemadmodũ locutus est illi dñs: & exiuit cum eo Loth. Hoc est, quod pro magno inter septem sapientũ dicta celebratur: Sequere deum. ℟. Vocauit Angelus dñi Abraham de cęlo, secundo dicẽs: Benedicã tibi. Et multiplicabo te sicut stellas cęli. ℣. Possidebit semẽ tuũ portas inimicoꝝ tuoꝝ. & benedicent in semine tuo omnes tribus terrę. Et. Lect. vj.

Facto pręuenit Abrahã dicta sapientũ, & secutus deũ exiuit de terra sua. Sed q̃ antea terra ei fuerat alia, hoc est regio Chaldęoꝝ de qua exiuit Thare pater Abrahã, & in Chanaan demigrauit, & quia secum eduxit nepotem suum, cui dictũ fuerat, Exi de cognatione tua: cõsideremus, ne forte hoc sit exi

Digitized by Google

re de terra ſua, de huius terre, hoc eſt de corporis noſtri quadam commoratione egredi, de qua exiuit Paulus, qui dixit: Noſtra autem cõuerſatio in celis eſt. ℟. Deus domini mei Abrahã dirige viam meã: Ut cum ſalute reuertar in domũ domini mei. ℣. Obſecro domine, fac miſericordiam cũ ſeruo tuo. Ut cum ſalu. Gloria. Ut cum.

Lectõ ſ. euãg. ſm Lucam. L. vij.

Luc. 18. In illo tpe: Aſſũpſit Jeſus duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, ꝛ ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymã: ꝛ cõſummabunt oĩa, que ſcripta ſunt ꝑ prophetas de filio hominis. Et reli.

Homilia ſancti Gregorij pape.

Redẽptor noſter, preuidẽs ex paſſione ſua diſcipulorũ animos perturbãdos, eis longe ante ꝛ eiuſdẽ paſſionis penã, ꝛ reſurrectionis ſue gloriã predixit: vt cum eum morientem, ſicut predictum eſt, cernerent, etiam reſurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc diſcipuli nullo modo valebant capere verba myſterij, venitur ad miraculũ. Ante eoꝝ oculos cecus lumen recipit: vt qui celeſtis myſterij verba non caperẽt, eos ad fidẽ celeſtia facta ſolidarent. ℟. Ueni hodie ad fontẽ aque, ꝛ oraui dñm dicens: Dñe deus Abrahã, tu ꝓſperũ feciſti deſideriũ meũ. ℣. Igitur puella, cui dixero, da mihi aquã de hydria tua, vt bibã, ꝛ illa dixerit, Bibe dñe, ꝛ camelis tuis potũ tribuã: ipſa eſt, quã ꝓparauit dñs filio dñi mei. Dñe. L. viij.

Sed miracula dñi ꝛ Saluatoris noſtri ſic accipienda ſunt fratres mei vt ꝛ in veritate credant facta, ꝛ tamen per ſignificationem nobis aliud innuãt. Opera quippe eius, ꝛ per potẽtiã aliud oſtẽdũt, ꝛ per myſteriũ aliud loquunt. Ecce eniz, qs iuxta hiſtoriã cecus iſte fuerit ignoramus: ſed tamen, quid ꝑ myſteriũ ſignificet nouimus. Cecus quippe eſt genus humanũ, qđ in parẽte primo a paradiſi gaudijs expulſum, claritatẽ ſuperne lucis ignorans, dãnationis ſue tenebras patit. Sed tamen ꝑ redẽptoris ſui preſentiã illuminatur, vt eterne lucis gaudia iam ꝑ deſideriũ videat, atqz in via vite boni operis greſſus ponat. ℟. Factus eſt ſermo dñi ad Abrahã dicẽs, noli timere Abraham, Ego protector tuus ſum, ꝛ merces tua magna nimis. ℣. Ego enim ſum dñs Deus tuus, qui eduxi te de Ur Chaldeorum. Noli. Lectio ix.

Notandum vero eſt, ꝙ cũ Jeſus Hiericho appropinquare dicitur, cecus illuminat. Hiericho quippe luna interpretat. Luna autẽ in ſacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dũ menſtruis momentis decreſcit, defectũ noſtre mortalitatis deſignat.

ſignat. Cũ igitur cōditor noſter appropinquaret Hierico: cecus ad lumen rediit: quia dum diuinitas defectum noſtre carnis ſuſcepit, humanum genus lumen, quod amiſerat, recepit. Unde enim deus humana patitur, inde homo ad diuina ſubleuatur. Qui videlicet cecus recte & iuxta viã ſedere, & mendicans eſſe deſcribitur: ipſa enim Ueritas dicit: Ego ſum via. ℟. Cecus ſedebat ſecus viam tranſeunte dño: & clamauit ad eũ, & ait illi dñs. Quid vis vt faciam tibi? Domine, vt videam lumen. ℣. Stans autẽ Jeſus iuſſit illũ duci ad ſe, & cũ appropinquaſſet, interrogauit eũ dicens. Quid. Gloria. Quid. Infra hebd. Feria iiij. & Sabbatho loco huius ℟. di ℟. j. ſecunde ſeq. ferie.

Ad Laudes. Antiphona.

Secundũ multitudinẽ miſerationũ tuarũ dñe dele iniquitatẽ meã. ps. Miſerere. 23. cum rel. vt in Septuage. Aña. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. 10 Añ. Ad te de luce vigilo deus, vt videã virtutẽ tuã. 8. Aña. Hymnũ dicite, & ſuperexaltate eũ in ſecula. Aña. Oẽs angeli eius laudate dñm de celis. Cap. Fratres, Si ling. 142. Hym. Aeterne rerum cōdit. 9. ℣. Dñe refugiũ factus es nobis. ℟. A generatione, & pgenie. Ad Bñs. Aña. Ecce aſcendimus Jeroſolymã, & cōſummabuntur oia, que ſcripta ſunt de filio hoīs: tradet enim gẽtibus, & illudet, & flagellabit, & cōſpuetur: & poſt quã flagellauerint, occident eum, & tertia die reſurget. Ad Primam. Aña. Iter faciente Jeſu, dum appropinquaret Jericho, cecus clamabat ad eũ, vt lumen recipere mereretur. Ad iij. Aña. Trãſeunte dño clamabat cecus ad eũ, miſerere mei fili David. Cap. Fratres, Si linguis. 142. ℟. bre. Inclina cor meum, & Ego dixi domine. Ad vj. Aña. Et q preibãt, increpabant eũ, vt taceret: ipſe vero multo magis clamabat: Miſerere mei fili David. Cap. ſm.

Charitas nunquã excidit, ſiue pphetie euacuabuntur, ſiue lingue ceſſabunt, ſiue ſciẽtia deſtruetur: ex parte enim cognoſcimus, & ex parte pphetamus. ℟. bre. In eternũ dñe, & Dñs regit. Ad ix. Aña. Cecus magis ac magis clamabat, vt eum dñs illuminaret. Cap. J. Cor. 13.

Nunc autem manent fides, ſpes, charitas: tria hec, maior autem hor eſt charitas. ℟. bre. Clamaui in. & Ab occul. Ad Veſpe. Aña, & ps. Dixit dominus. 52. cum rel. de dñica. Cap. Fratres, Si linguis. 142. Hym. Lucis crea. 53. ℣. Dirigatur dñe. Ad Mag. Aña. Stans autẽ Jeſus iuſſit cecum adduci ad ſe, & ait illi: Quid vis

vt

Digitized by Google

vt faciã tibi? Dñe, vt videã. Et
Jeſ⁹ ait illi: Reſpice, fides tua te
ſaluũ fecit. Et ↄfeſtiʒ vidit: ⁊ ſe/
quebat illũ magnificãs Deum.

FERIA SECVNDA.

De libro Geneſis. Lectio i.

c. 13. AScendit ergo Abram de
Aegypto, ipſe, ⁊ vxor eius,
⁊ oĩa quę habebat, ⁊ Loth cuʒ
eo ad Auſtraleʒ plagã. Erat au
tem diues valde in poſſeſſione
auri, ⁊ argenti. Reuerſuſque
eſt per iter, quo venerat a meri/
die in Bethel, vſque ad locum
vbi prius fixerat tabernaculum
inter Bethel, ⁊ Hai, in loco alta
ris, quod fecerat prius, ⁊ inuoca
uit ibi nomen domini. Sed ⁊
Loth, qui erat cum Abram, fue
runt greges ouiuʒ, ⁊ armenta,
⁊ tabernacula. Nec poterat eos
capere terra, vt habitarent ſi/
mul: erat quippe ſubſtantia eo/
rum multa, ⁊ nequibant habita
re cõmuniter. R. Mouens igi/
tur Abrahã tabernaculũ ſuuʒ,
venit, ⁊ habitauit iuxta cõuallẽ
Mãbre, Aedificauitq; ibi alta/
re dño. V. Dixit autẽ dominus
ad eum: Leua oculos tuos, ⁊
vide, omnem terram quã con/
ſpicis tibi dabo ⁊ ſemini tuo in
ſempiternũ. Aedificauitq;. l. ij.

VNde ⁊ facta eſt rixa inter
paſtores gregũ Abram ⁊
Loth. Eo aũt tpe Chananęus, ⁊
Pherezęus habitabant in terra
illa. Dixit ergo Abrã ad Loth:
Ne, quęſo, ſit iurgiuʒ inter me ⁊
te, ⁊ inter paſtores meos, ⁊ pa/
ſtores tuos: fratres enim ſumus.
Ecce vniuerſa terra coraʒ te eſt,
recede a me obſecro. Si ad ſini/
ſtram ieris, ego dexteram tene/
bo: ſi tu dexteram elegeris, ego
ad ſiniſtram pergam. Eleuatis
itaq; Loth oculis, vidit omneʒ
circa regionem Jordanis, quę
vniuerſa irrigabatur antequaʒ
ſubuerteret dominus Sodomã,
⁊ Gomorrham, ſicut paradiſus
dñi, ⁊ ſicut Aegyptus venienti
bus in Segor. Elegitque ſibi
Loth regionem circa Jordanẽ,
⁊ receſſit ab oriente. R. Credi
dit Abraham Deo, ⁊ reputatũ
eſt ei ad iuſtitiam. Et ideo ami/
cus Dei factus eſt. V. Fuit au/
tem iuſtus corã domino, ⁊ am/
bulauit in vijs eius. Et. Le. iij.

DIuiſiq; ſunt alterutrum a
fratre ſuo. Abram habita
uit ĩ terra Chanaan, Loth vero
cõmoratus eſt in oppidis q̃ erãt
circa Jordanem, ⁊ habitauit in
Sodomis. Homines autẽ So/
domitę peſſimi erant, ⁊ peccato/
res coram dño nimis. Dixitque
dñs ad Abram, poſtquã diuiſus
eſt ab eo Loth. Leua oculos tu/
os, ⁊ vide a loco ĩ quo nũc es, ad
Aquilonẽ, ⁊ meridiẽ, ad Orien
tem, ⁊ occidentem. Oẽm terrã,
quam conſpicis tibi dabo, ⁊ ſe/
mini tuo vſq; in ſempiternũ: fa/
ciãq; ſemen tuũ ſicut puluerem
terrę. R. Tentauit dñs. 143.
Ad Mag. Aña. Et qui pręi/
bant,

bant, increpabãt eũ, vt taceret: ipſe vero multo magis clamabat: Miſerere mei fili Dauid.

FERIA TERTIA.

De libro Geneſis. Lec. prima.

c.14. ET egreſſi ſunt rex Sodomorũ, ⁊ rex Gomorrhe, rexq; Adame, ⁊ rex Seboim, necnõ ⁊ rex Bale, que eſt Segor: ⁊ direxerunt aciẽ cõtra eos in valle ſiluestri, ſcilicet aduerſus Chodorlahomor regẽ Elamitaꝝ, ⁊ Thadal regẽ Gentiũ, ⁊ Amraphel regẽ Sennaar, ⁊ Arioch regẽ Põti, quatuor reges aduerſus quinq;. Vallis autem ſiluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorũ, ⁊ rex Gomorrhe terga verterunt, cecideruntq; ibi: ⁊ qui remãſerũt, fugerũt ad montẽ. Tulerũt aũt oẽm ſubſtãtiã Sodomoꝝ, ⁊ Gomorrheorũ, ⁊ vniuerſa, q̃ ad cibũ pertinent, ⁊ abierũt, necnõ ⁊ Loth, ⁊ ſubſtãtiã eius, filiũ fratris Abrã, qui habitauit in Sodomis. ℞. Angelus domini. 143. Lec. ij.

AT ecce vnus, qui euaſerat nunciauit Abrã Hebreo, qui habitabat in cõualle Mambre Amorrhei, fratris Eſchol, ⁊ fratris Aner: hi enim pepigerant fedus cũ Abram. Quod cũ audiſſet Abram, captũ videlicet Loth fratrẽ ſuũ, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecẽtos decẽ ⁊ octo, ⁊ pſecutus eſt eos vſque Dan, ⁊ diuiſis ſocijs irruit ſuper eos nocte: percuſſitq; eos, ⁊ pſecutus eſt vſq; Choba, que eſt ad leuã Damaſci, reduxitq; oẽm ſubſtantiam, ⁊ Loth fratrẽ ſuum cũ ſubſtantia illius, mulieres quoq;, ⁊ populum. ℞. Vocauit. 143. L. iij.

EGreſſus eſt autẽ rex Sodomoꝝ in occurſum eius, poſtq̃ reuerſus eſt a cede Chodorlahomor, ⁊ regum, qui cum eo erant in Valle Saue, que eſt vallis regis. At vero Melchiſedech rex Salem, proferẽs panem ⁊ vinũ (erat enim ſacerdos dei altiſſimi) benedixit ei, ⁊ ait: Benedictus Abrã deo excelſo, qui creauit celũ ⁊ terram: ⁊ benedictus deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ℞. Deus domini. 144. Ad Magnificat. Antiphona. Miſerere mei fili Dauid. Quid vis vt faciã tibi? Dñe vt videã.

FERIA QVARTA Cinerum.

Hac die ſi occurrat feſtum dup. transfert in seq. ¶ Per totam Quadrageſimã in feriali Offõ.
¶ Feria ij. dr̃ Offm̃ Defunct.
¶ Feria iiij. dñr pſal. Gradua.
¶ Fer. vj. Septẽ pſal. penitẽt. cũ Litanijs, pter q̃ i fer. maioris hebd. q̃ oĩa hñr in fi. Breuiarij.
¶ De feſtis occurrẽtib⁹ in Quadrag. nõ fit offm̃, niſi fuerit nouẽ lect. de ſump. aũt fit tñ cõm.
Hodie dñr Pſalmi Graduales.

Inuitat.

Digitized by Google

Inuit. Hymni, Antiphonę, & verſic. vt in Pſalterio. fol. 29.
Lcō 5. euāg. ſm Mattheū. L. j.

ca. 6. IN illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Cum ieiunatis, nolite fieri, ſicut hypocritę, triſtes. Et reliqua.

Homilia Sācti Auguſtini epi.

MAnifeſtum eſt his pręceptis oēm noſtrā intētionem in interiora debere gaudia dirigi: ne foris quęrentes mercedem, huic ſęculo ꝯformemur, & amittamus promiſſionem tāto ſolidioris, atq; firmioris, quāto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus ꝯformes fieri imagini filij ſui. In hoc autē capitulo maxime animaduertēdū eſt, nō in ſolo rerū corporeaꝝ nitore atq; pompa: ſed etiam in ipſis ſordib⁹ luctuoſis eſſe poſſe iactantiā, & eo periculoſiorē, quo ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. ℟. Veni hodie. 144. ℟ia ex iij. noct. Dñicę pręteritę. L. ij.

QUi ergo immoderato cultu corporis, atq; veſtitus, vel cęterarum rerum nitore fulget, facile cōuincit rebus ipſis, pōparuz ſęculi eſſe ſectator, nec quēquam fallit doloſa imagine ſanctitatis. Qui autem in profeſſione Chriſtianitatis, inuſitato ſquallore ac ſordibus intētos in ſe hoīum oculos facit, cum id voluntate faciat, nō neceſſitate patiatur, ex cęteris eius operib⁹ poteſt conijci, vtrū hoc cōtemptu ſuperflui cult⁹, an ambitione aliqua faciat: quia & ſub ouina pelle cauendos lupos dominus pręcipit: Sed ex fructibus, inquit, eorum cognoſcetis eos. ℟. Fact⁹ eſt ſermo. 144. L. iij.

CUm eniꝫ cęperint aliquibus tentationibus ea ipſa illis ſubtrahi, vel negari, q̄ iſto velamine vel ꝯſecuti ſunt, vel cōſequi cupiūt: tunc neceſſe eſt vt appareat, vtrū lup⁹ in ouina pelle ſit, an ouis in ſua. Nō tamen propterea ornatu ſuperfluo debet aſpectus hominum mulcere Chriſtianos, quia illū parcum habitum, ac neceſſarium etiam ſimulatores ſępe vſurpāt, vt incautos decipiāt: quia & illę oues non debent pelles ſuas deponere, ſi aliquando eis lupi ſe cōtegant. ℟. Mouens igitur. 145. Ad Lau. & Horas oia vt i pſalt. Ad Bñs. Añ. Cū ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritę, triſtes. Deinde dicuntur preces. f. 24. Similiter & in Veſp. Ad alias autem Horas vt in Pſalt. Orō.

PReſta dñe fidelibus tuis: vt ieiunioruꝫ veneranda ſolennia, & congrua pietate ſuſcipiāt, & ſecura deuotione percurrant. Per dñm noſtrum.

¶ Hodie & duobus ſequen. dicbus dr̄ Veſperę hora cōſueta. Sabbatho vero & deinceps vſque ad Paſcha dicuntur antę comeſtionem tam in feſtis, quā in ferijs, exceptis Dominicis: in

quibus dicunt hora conſueta. ¶ Ad Ma. An. Theſaurizate vobis theſauros in cęlo, vbi nec ęrugo, nec tinea demolit. Oro.

INclinātes ſe dn̄e maieſtati tuę, propitiatus intēde: vt qui diuino munere ſunt refecti, cęleſtibus ſemper nutriantur auxiliis. Per dominum noſtrum.

FERIA QVINTA.

Lcō ſ. euā. ſm Matthęū. L. vij.

ca. 8. IN illo tempore: Cū intraſſet Jeſus Capharnaū, acceſſit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et reliqua.

Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

VIdeamus, vtrum de ſeruo Centurionis ſibi Matthęus, Lucaſq; cōſentiāt. Matthęus enim dicit: Acceſſit ad eum Cēturio rogās eum, & dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare qđ Lucas ait: Et cū audiſſet de Jeſu, miſit ad eū ſeniorēs Judęoꝝ: rogans eū vt veniret, & ſanaret ſeruū eius. At illi cum veniſſent ad Jeſum, rogabant eū ſolicite, dicentes ei, quia dignus eſt vt hoc illi pſtes: diligit enim gentē nr̄am, & ſynagogam ipſe ędificauit nobis. Jeſus autē ibat cū illis: & cū iā non lōge eſſent a domo, miſit ad eū Cēturio amicos, dicens: Dn̄e, noli vexari, non enim dignus ſum, vt ſub tectum meum intres.

R. O dn̄e puer meus iacet paralyticus in domo, & male torquetur. Amē dico tibi, ego veniā, & curabo eum. V. Dn̄e non ſum dignus vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic verbo, & ſanabitur puer meus. Amen dico. L. ij.

NIſi diligenter aduertētes intelligamus, Matthęū nō omnimodo deſeruiſſe vſitatum morē loquendi. Nō eniz ſolū dicere ſolemus acceſſiſſe aliquem etiā antequam perueniat illuc, quo dicitur acceſſiſſe, vnde etiā dicimus paruz acceſſit, vel multū acceſſit eo, quo appetit puenire: verū etiam ipſam peruentionez, cuius adipiſcēdi cauſa acceditur, dicimus plerumq; factā: etſi eū, ad quem peruenit, nō videat ille qui peruenit, cum per amicū puenit ad aliquem, cuius ei fauor eſt neceſſarius. Quod ita tenuit ɔſuetudo, vt iam etiaz vulgo peruētores appellentur, q ad potentiū quorūlibet tanq̄ inacceſſibiles amicos per cōuenientiū perſonarum interpoſitionem ambitionis arte pertingunt. R. Dū ſtaret. 143. L. iij.

NOn ergo abſurde Matthęus etiā qđ vulgo poſſit intelligi per alios factū, acceſſū Centurionis ad dn̄m, compendio dicere voluit, Acceſſit ad eū Centurio. Veruntamen nō negligenter intuenda eſt etiam ſancti euangeliſtę altitudo myſticę locutionis, ſecundum quod

ſcriptum

ſcriptum eſt in pſalmo, Accedi-
te ad eũ, ⁊ illuminamini. Proin
de, quia fidẽ Centurionis, qua
vere acceditur ad Ieſum, ipſe
ita laudauit vt diceret, Non in-
ueni tantam fidem in Iſrael: ip-
ſum potius acceſſiſſe ad Chri-
ſtum dicere voluit prudens euã-
geliſta, quã illos per quos verba
ſua miſerat. ℟. Tentauit. 143.
Ad Bñs. Añ. Dñe, puer meus
iacet paralyticus in domo, ⁊ ma
le torquetur: Amen dico tibi,
ego veniam, ⁊ curabo eũ. Oro.

DEus, qui culpa offende-
ris, pęnitentia placaris:
preces populi tui ſupplicantis
propitius reſpice: ⁊ flagella tuę
iracundię, quę pro peccatis no-
ſtris meremur, auerte. Per do.
Ad Mag. Aña. Dñe, non ſum
dignus, vt intres ſub tectum
meum: ſed tantum dic verbo, ⁊
ſanabitur puer meus. Oratio.

PArce dñe, parce populo
tuo: vt dignis flagellatio-
nibus caſtigatus, in tua miſera-
tione reſpiret. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Ieiuniũ legiſlatores ſapientes facit. Animę optima cuſtodia, corpis habitatio ſecura, fortib⁹ viris munimentuȝ & arma, athletis & certantib⁹ exercitatio. Hoc pręterea tẽrationes ppulſat, ad pietatem armat, cũ ſobrietate habitat, tẽperãtię opifex eſt: in bellis fortitudinem affert, in pace quietẽ docet. Nazareũ ſanctificat, ſacerdotẽ pficit: neqȝ enim fas eſt ſine ieiunio ſacrificium attingere, nõ ſolum in myſtica nunc vera dei adoratione, ſed neqȝ in illa, quę in figura erat ſecunduȝ legẽ introducta. Ieiunium Eliã magnę viſionis ſpectatorem fecit: quadraginta nanqȝ dierũ ieiunio cum aiam purgaſſet, in ſpelunca meruit, quantũ fas eſt homini, deũ videre. Moyſes iteruȝ legẽ accipiẽs iterũ ieiunia ſecutus eſt. Niniuitę, niſi cũ illis & bruta ieiunaſſent, ruinę minas nequaqȝ euaſiſſent. In deſerto aũt quorumnam mẽbra ceciderunt? nõne illoꝝ, qui carnes appetiuere? ℟. Moyſes famulus Dei ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctib⁹, Ut legẽ dñi mereret accipere. ℣. Aſcẽdẽs Moyſes in montẽ Sinai ad dñm, fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctib⁹. Ut. G. ſia. Et. Lcõ ſcti euãg. ſm Iohã. L. vij.

In illo tẽpore: Abijt Jeſus trãs mare Galilęę, qđ eſt Tiberiadis, & ſequebatur eum multitudo ca. 6

multitudo magna, quia videbant ſigna, quę faciebat ſuper his qui infirmabantur. Et reliq.

Homilia Sancti Auguſtini epi.

MIracula, q̄ fecit dñs noſter Jeſus Chriſtus, ſunt quidē diuina opera, & ad intelligendū Deū, de viſibilibus admonent humanā mentē. Quia enim ille nō eſt talis ſubſtantię, quę videri oculis poſſit, & miracula eius, qb⁹ totū mundū regit, vniuerſamq; creaturā adminiſtrat, aſſiduitate viluerūt: ita vt pene nemo dignet attēdere opera dei mira, & ſtupēda in quolibet ſeminis grano: Secundū ipſam ſuā miſericordiā ſeruauit ſibi quędā quę faceret opportuno tēpore pręter vſitatū curſū ordinēq; naturę: vt nō maiora ſed inſolita videndo ſtuperent, quib⁹ quotidiana viluerūt. ℟. Splēdida facta eſt facies Moyſi dum reſpiceret in eū dñs. Videntes ſeniores claritatem vultus eius, admirantes timuerūt valde. ℣. Cumq; deſcēdiſſet de monte Sinai, portabat duas tabulas teſtimonij, ignorās q̄ cornuta eſſet facies eius ex conſortio ſermonis Dei. Vidētes. L. viij.

MAius enim miraculū eſt gubernatio totius mūdi, quā ſaturatio quinq; milliū hominū de quinq; panibus. Et tamē hoc nemo miratur: illud mirantur homines, nō quia maius eſt, ſed quia rarū eſt. Quis enim & nūc paſcit vniuerſum mundū, niſi ille, qui de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quomodo Deus: vnde enim multiplicat de paucis granis ſegetes, inde in manib⁹ ſuis multiplicauit quinq; panes. Poteſtas enim erat in manibus Chriſti: panes autem illi quinq;, quaſi ſemina erāt, nō qdē terrę mandata, ſed ab eo, q terrā fecit multiplicata. ℟. Ecce mitto angelū meū, q pręcedat te, & cuſtodiat ſemper: Obſerua, & audi vocē meā, & inimicus ero inimicis tuis, & affligētes te affligā, & pręcedet te angelus meus. ℣. Iſrael ſi me audieris, non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deū alienū: ego enim dominus. Obſerua. L. ix.

HOc ergo admotum eſt ſenſibus quo erigeret mens: & exhibitū oculis, vbi exerceretur intellectus, & inuiſibilē deū per viſibilia opera miraremur: & erecti ad fidē, & purgati per fidem, etiā ipſum inuiſibilē videre cuperemus, quē de rebus viſibilibus inuiſibilem noſceremus. Nec tamē ſufficit hęc intueri in miraculis Chri. Interrogemus ipſa miracula, qd nobis loquantur de Chriſto: habent enim, ſi intelligantur, linguā ſuā. Nam quia ipſe Chriſtus verbum dei eſt, etiā factū verbi, verbū nobis eſt. ℟. Attēdite popule meus legem meā. Inclinate aurē veſtrā in verba oris mei. ℣. Aperiam

riam in parabolis os meum: loquar ꝓpoſitiones ab initio ſeculi. Inclinate. Gloria. Inclina.

Ad Laudes. Antiphona.

Tunc acceptabis ſacrificiũ iuſtitię, ſi auerteris faciem tuam a peccatis meis. ps. Miſerere. 23. Aña. Bonum eſt ſperare in dño, quã ſperare in principib⁹. ps. Cõfitemini. 10. Aña. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. ps. Deus deus meus. 8. cũ ref. Añ. Potens es dñe eripere nos de manu forti, libera nos Deus noſter. Aña. Reges terrę, ꝛ oẽs ppli laudate Deũ. Cap. Frẽs, ſcriptũ. 167. Hy⁹. Iã Chꝛe. 151. ℣. Angelis ſuis. Ad Bñs. Añ. Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, ꝛ vidiſſet maximã multitudinẽ venientem ad ſe, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, vt manducent hi: hoc autẽ dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Oratio. Concede, qs, omnipotẽs. 167.

Ad Primã. Aña. Accepit ergo Ieſus panes, ꝛ cũ grãs egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus.

Ad Tertiã. Aña. De quinque panibus, ꝛ duobus piſcibus, ſatiauit dñs quinqꝫ millia hominum. Cap. Fratres, Scriptuꝫ eſt. 167. ℟. bre. Ipſe liberabit. ꝛ Scapulis. 150. vt in j. Dñica.

Ad Sextam. Antiphona.

Satiauit dñs quinqꝫ millia hominum de quinque panibus, ꝛ duobus piſcibus. Capitulum.

Lętare ſterilis, q̃ nõ paris: erũpe ꝛ clama, quę nõ parturis: qꝛ multi filij deſertę, magis quã eius, quę habet virũ. ℟. Scapulis. Scuto circunda. Gal. 4.

Ad ix. Aña. Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat Ieſus ſignũ, intra ſe dicebãt: quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundum. Capit.

Itaqꝫ fratres, nõ ſumus ancillę filij, ſed liberę: qua libertate Chꝛs nos liberauit. ℟. Scuto circundab. ꝛ Angelis. Gal. 4.

Ad Veſp. Aña. Dixit dñs. 52. cũ ref. Cap. Frẽs, Scriptũ. 167. Hym. Ad preces noſtras. 150. ℣. Angelis ſuis. Ad Mag. Añ. Subijt ergo in montem Ieſus, ꝛ ibi ſedebat cũ diſcipulis ſuis. Orõ. Concede queſumus. 167.

FERIA SECVNDA.

Dicitur Officiuꝫ Defunctoꝝ.

Lcõ ſcti euãg. ſm Iohan. C. 2.

In illo tẽpore: Prope erat Paſcha Iudęoꝝ, ꝛ aſcendit Ieſus Ieroſolymam, ꝛ inuenit in templo vendentes oues, ꝛ boues, ꝛ columbas. Et reliqua. ca. 2.

Homilia Sãcti Auguſtini epi.

Quid audiuimus fratres? Ecce templũ illud figura adhuc erat, ꝛ eiecit inde dñs oẽs, qui ſua quęrebant, qui ad nũdinas venerãt. Et quę ibi vendebãt illi? q̃ opus habebant hõies in ſacrificijs illius tẽporis. Nouit enim charitas veſtra qꝫ ſacrificia

ficia illi populo p̄ eius carnalitate, ⁊ corde adhuc lapideo talia data ſunt, q̄bus teneref, ne in idola defluerent: ⁊ imolarẽt ibi ſacrificia, boues, ⁊ oues, ⁊ colũbas.
℞. Vos, q̄ trãſituri eſtis Jordanẽ, ędificate altare dn̄o, De lapidibus, quos ferrũ non tetigit, ⁊ offerte ſup illud holocauſta, ⁊ hoſtias pacificas Deo noſtro. ℣. Cumq; intraueritis terrã quaz dn̄s daturus eſt vobis: ędificate ibi altare dn̄o. De lapi. Lec.ij.

Noſtis, q̄ legiſtis. Nõ ergo magnum peccatuz, ſi hoc vẽdebãt in tẽplo, quod emebatur vt offerref in templo: ⁊ tamẽ eiecit inde illos. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret? quid faceret dn̄s? ſi vendentes ea, quę licita ſunt ⁊ contra iuſtitiã non ſunt, eiecit. Quę enim honeſte emuntur, non illicite vendunf. Expulit tamẽ, ⁊ non eſt paſſus domũ orationis fieri domũ negociationis. ℞. Audi Iſrael pręcepta dn̄i, ⁊ ea in corde tuo, quaſi in libro, ſcribe. Et dabo tibi terram fluentez lac, ⁊ mel. ℣. Obſerua igitur ⁊ audi vocẽ meã, ⁊ inimicus ero inimicis tuis. Et. Le.iij.

Si negociationis domus nõ debet fieri domus Dei, potationis debet fieri? Nos autẽ quãdo iſta dicimus, ſtrident dentibus ſuis aduerſus nos. Et cõſolatur nos Pſalmus quẽ au-
Ps.36 diſtis: Striderũt ſup me dẽtibus ſuis. Nouimus ⁊ nos audire vnde curemur: et ſi ingeminantur flagella Chriſto, quia flagellatur ſermo ipſius. Congregata ſunt, inquit, in me flagella, ⁊ neſciebam. Flagellatus eſt flagellis Judęorum: flagellatur blaſphemiis falſorum Chriſtianorum. Multiplicant flagella domino Deo ſuo, ⁊ neſciunt. Faciamus nos, quantuz ipſe adiuuat. Ego autem cuz mihi moleſti eſſent, induebaz me cilicio, ⁊ humiliabaz in ieiunio animam meã. ℞. Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecũ, dicit dn̄s. Cõfortare ⁊ eſto robuſtus: introduces populuz meum ad terrã lacte ⁊ melle manantem. ℣. Noli timere, quoniam tecuz ſum: ad quęcunque perrexeris, non dimittam te, neq; derelinquaz. Confortare ⁊ eſto. Ad Bn̄s. Añ. Auferte iſta hinc dicit dn̄s: ⁊ nolite facere domum patris mei, domuz negociationis. Oratio.

Preſta, q̄s, op̄s Deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes, ⁊ corpore tibi placeamus, ⁊ mente. Per. Ad Magnificat. Antiphona. Soluite templum hoc, dicit dominus: ⁊ poſt triduum reędificabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. Oratio.

Deprecationẽ noſtrã, quęſumus domine, benignus exaudi: ⁊ quibus ſupplicandi pręſtas affectum: tribue defenſionis auxilium. Per dn̄m no.

Feria

FERIA TERTIA.

Lectio. euāg. ſm̄ Johānem. L. j.

ca. 7 IN illo tempore: Jaz die feſto mediante, aſcendit Jeſus in templuz, ⁊ docebat, ⁊ admirabantur Judei. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

ILle, qui latebat, docebat: ⁊ palā loquebatur, ⁊ non tenebatur. Illud enim, vt lateret, erat cauſa exempli, hoc poteſtatis. Sed cuz doceret, mirabant Judei. Oēs qdez, quantū arbitror mirabant, ſed non omnes cōuertebantur. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus, queadmoduz fuerat educatus. Nunqꝫ euz viderant diſcentē literas, audiebant autē eū de lege diſputantē, legis teſtimonia proferentem, que nemo poſſet proferre, niſi legiſſet, nemo legere, niſi literas didiciſſet. Et ideo mirabantur. Eorum autē admiratio magiſtro facta eſt inſinuāde alterius veritatis occaſio. ℟. Quid me q̄ritis interficere, hominem qui vera locutus ſum vobis? Si male locutus ſum, teſtimoniū perhibe de malo: ſi aūt bene, cur me cedis? ℣. Multa bona opera operatus ſum vobis: propter quod opus vultis me occidere? Si. Lec. ij.

EX eoꝝ quippe admiratione, ⁊ verbis dixit dn̄s profunduz aliquid, ⁊ diligētius inſpici, ⁊ diſcuti dignuz. Quid ergo dn̄s reſpōdit eis admirantibus, quomodo ſciret literas, quas non didicerat? Mea doctrina, inquit, non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Hec eſt profunditas prima. Videtur eniz paucis verbis quaſi cōtraria locutus. Nō eniz ait: iſta doctrina nō eſt mea: ſed mea doctrina non eſt mea. Si non tua, quomodo tua? ſi tua, quomodo nō tua? Tu enim dicis vtrūqꝫ: ⁊ mea doctrina, ⁊ nō mea. ℟. Adduxi vos per deſertū quadraginta annis ego dn̄s, ⁊ nō ſunt attrita veſtimenta veſtra: Manna de celo plui vobis: ⁊ obliti eſtis me, dicit dn̄s. ℣. Ego eduxi vos de terra Egypti: ⁊ de domo ſeruitutis liberaui vos. Manna. Lectio iij.

SI ergo diligēter intuemur quod in exordio dicit ſanctus Euangeliſta: In principio erat verbū, ⁊ verbum erat apud Deū, ⁊ Deus erat verbuz: inde pendet huius ſolutio queſtionis. Que eſt doctrina patris, niſi verbum patris? Ipſe ergo Chriſtus doctrina patris, ſi verbum patris. Sed quia verbum non poteſt eſſe nullius, ſed alicuius, etiam ſuam doctrinam dixit ſeipſum, ⁊ non ſuam, quia patris eſt verbū. Quid enim tam tuuz quam tu: ⁊ quid tam non tuuz, quam tu: ſi alicuius es, quod es? ℟. Moyſes. folio. 168.

Ad Bn̄s. Aīi. Quid me queritis interficere, hominem qui vera locutus ſum vobis? Oratio.

SAcrę nobis, qs dñe, obſervationis ieiunia, ⁊ pię converſationis augmentum, ⁊ tuę propitiationis continuum pręſtent auxilium. Per dominum.

Ad Magnificat Antiphona. Nemo in eum miſit manū, quia nōdū venerat hora eius. Orō.

MIſerere dñe populo tuo: ⁊ cōtinuis tribulationibus laborantem, propitius reſpirare concede. Per dominum.

FERIA QVARTA.

Hodie Pſalmi Graduales dñr. Lcō s.euā.ſm Johannē. L.j.

ca.9 IN illo tpe: Pręteriens Jeſus vidit hominē cęcum a natiuitate: ⁊ interrogauerūt eū diſcipuli eius: Rabbi, quis peccauit? hic? aut parētes eius? vt cęcus naſceretur. Et reliqua.

Homilia Sācti Auguſtini epi.

EA quę fecit dñs noſter Jeſus Chriſtus ſtupenda atque miranda, ⁊ opera, ⁊ verba ſunt: opera, qa facta ſunt: verba, quia ſigna ſunt. Si ergo qd ſignificet hoc quod factum eſt cogitemus: genus humanū eſt ille cęcus: hęc enim cęcitas cōtigit in primo homine per peccatū, de quo omnes originē duximus, non ſolum mortis, ſed etiam iniquitatis. Si enim cęcitas eſt infidelitas, ⁊ illuminatio fides: quē fidelē, quando venit Chriſtus, inuenit? Quandoquidem Apoſtolus natus in gēte prophetarū dicit: Fuimus ⁊ nos aliquando natura filij irę, ſicut ⁊ ceteri. Si filij irę, filij vindictę, filij pęnę, filij gehennę. Quō natura, niſi qꝛ peccante primo homine, vitiū pro natura inoleuit? Si vitiū pro natura inoleuit, ſecundū mentem, oīs homo cęcus natus eſt. ℟. Splēdida.168.

Feria Dñicę pręteritę reperiunt in hac ⁊ ſequen. ferijs. Lectio ij.

VEnit dñs: quid fecit? Magnū myſteriū cōmendauit. Expuit in terram, de ſaliua ſua lutum fecit, quia verbum caro factū eſt, ⁊ inūxit oculos cęci. Inūctus erat, ⁊ nondū videbat. Miſit illū ad piſcinā: quę vocat Siloe. Pertinuit autē ad euangeliſtam cōmendare nobis nomē huius piſcinę, ⁊ ait: Quod interpretat miſſus. Jam qui ſit miſſus, agnoſcitis: niſi enim ille fuiſſet miſſus, nemo noſtrū eſſet ab iniquitate dimiſſus. Lauit ergo oculos in ea piſcina, quę interpretat miſſus, baptizatus eſt in Chro. Si ergo quando eum in ſemet ipſo quodammodo baptizauit, tūc illuminauit: quādo inunxit, fortaſſe catechumenum fecit. ℟. Ecce mitto.168. L.iij.

AUdiſtis grāde myſterium. Interroga hominē. Chriſtianus es? Rñdet tibi: Nō ſum: Si Paganꝰ es, aut Judęus? Si aūt dixerit, Nō ſū: Adhuc qrīs ab eo: Catechumenus, an fidelis? Si reſpōderit tibi, Catechumenus: inunctus eſt, nondū lotus.

us. Sed vnde inſectus? quere: Et reſpondet. Quere ab illo, in quem credat. Eo ipſo quo catechumenus eſt dicit, in Chriſtum. Ecce modo loquor ⁊ fidelibus, ⁊ catechumenis. Quod dixi de ſputo ⁊ luto, quia verbum caro factum eſt, ⁊ hoc catechumeni audiunt, ſed non eis ſufficit ad quod inuncti ſunt: feſtinent ad lauacrum, ſi lumen inquirunt. ℟. Attendite. 168. Ad Bñs. Añа. Rabbi, quid peccauit homo iſte ꝙ cecus natus eſt? Reſpōdit Jeſus, ⁊ dixit: Neque hic peccauit, neqꝫ parētes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Oratio.

Deus, qui ⁊ iuſtis premia meritorū, ⁊ peccatoribus ꝑ ieiunium venia ꝑbes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri confeſſio indulgentiā percipere valeat delictorum. Per d. Ad Magnifi. Añа. Jlle homo qui dicitur Jeſus, lutum fecit ex ſputo, ⁊ liniuit oculos meos, ⁊ modo video. Oratio.

Pateant aures miſericordie tue dñe precibus ſupplicantium: ⁊ vt petentibus deſiderata cōcedas, fac eos que tibi ſunt placita poſtulare. Per dñm no.

FERIA QVINTA.

Lectio s. euā. ſm Lucam. L. j.

Lu. 7 In illo tpe: Jbat Jeſus in ciuitatē, que vocat Naim, ⁊ ibant cum eo diſcipuli eius, ⁊ turba copioſa. Et reliqua.

Homilia s. Ambroſii epiſcopi.

Et hic locus ad vtranqꝫ redundat gratiam: vt ⁊ cito flecti diuinam miſericordiā matris vidue lamentatione credamus: eius precipue, que vnici filij vel labore, vel morte frangatur: cui tamen vidue grauitatis meritum exequiarum turba cōciliet: ⁊ hanc viduaꝫ populorūꝫ turba ſeptam, plus videri eſſe quam feminā: que reſurrectionem vnici adoleſcentis filij ſui lacrymis meruerit impetrare: ⁊ eo ꝙ ſancta eccleſia populū iuniorem a pompa funeris, atqꝫ a ſupremis ſepulcri, ſuaꝝ reuocet ad vitam contemplatione lacrymarū: que flere prohibetur eūꝫ, cui reſurrectio debebatur. ℟. Locutus eſt dñs. 167. Lectio ij.

Qui quidem mortuus in loculo materialibus quatuor ad ſepulcrū ferebatur elementis: ſed ſpeꝫ reſurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. Quod etſi nobis ante non proderat, tamen poſteaquam Jeſus id tetigit, proficere cepit ad vitam: vt eſſet indicio, ſalutē pplo ꝑ crucis patibulū refundendaꝫ. Audito igit̄ Dei verbo, ſteterūt acerbi illius funeris portitores, q corpus humanum letali fluxu nature materialis vrgebant. Quid enim aliud niſi quaſi in quodā feretro, hoc eſt ſupremi funeris inſtrumēto, iacemus exanimes: cum vel ignis immodice

 cupidi-

cupiditatis exęstuat, vel frigid⁹ humor exudat, vel pigra quadã corporis hebetudine vigor hebetaſ animorũ: vel concreta nr̃ ſpiritus labe, purę lucis vacuus alit mẽtem: Hi ſunt nr̃i funeris portitores. ℟. Stetit.167. f.iij.

Sed quãuis ſuprema mortis ſpeȝ vitę omnis aboleuerint, ꝛ tumulo ꝓxima corpora iaceant defunctorũ: verbo tamen Dei iam moritura reſurgunt cadauera. Vox redit, redditur filius matri, reuocaſ a tumulo, eripiſ a ſepulcro. Quis eſt iſte tumulus tuus, niſi mali mores? Tumulus tuus ꝑfidia eſt: ſepulcruȝ tuũ guttur eſt. Sepulcruȝ enim patens eſt guttur eorũ, vnde verba mortua proferũtur. Ab hoc ſepulcro te liberat Chriſtus. Ab hoc tumulo reſurges, ſi audias dei verbuȝ. Et, ſi graue peccatũ eſt, quod penitentię tuę lacrymis ipſe lauare nõ poſſis, fleat pro te mater eccleſia: quę pro ſingulis tanq̃ȝ pro vnicis filijs vidua mater interuenit. Cõpatiſ enim quodã ſpirituali dolore naturę, cũ ſuos liberos letalibus vitijs ad mortem cernit geri. ℟. Cãtemus.167.

Ad Bñs. Aña. Ibat Jeſus in ciuitatem, quę vocatur Naim: ꝛ ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuę. Oratio.

Preſta, quęſumus omnipotens De⁹: vt quos ieiunia votiua caſtigãt, ipſa quoqȝ deuotio ſancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cęleſtia capiamus. Per dominũ.

Ad Mag. Añ. Propheta magnus ſurrexit in nobis: ꝛ quia Deus viſitauit plebẽ ſuã. Orõ.

Populi tui Deus inſtitutor, ꝛ rector: peccata, quibus impugnatur, expelle: vt ſemper tibi placitus ꝛ tuo munimine ſit ſecurus. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Hodie dñr Pſalm Penitential.

Lcõ s. euãg. ſm Johãnẽ. Le. j.

In illo tp̃e. Erat quidam lãguẽs Lazarus a Bethania, de caſtello Marię, ꝛ Marthę ſororum eius. Et reliqua. ca.xi

Homilia Sãcti Auguſtini ep̃i.

In ſuperiori lectione meminiſtis, q̄ dñs exijt de manibus eorum, qui lapidare illũ voluerunt, ꝛ diſceſſit trans Jordanem, vbi Johannes baptizabat. Ibi ergo dño conſtituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod caſtellum erat proximũ Jeroſolymis. Maria autẽȝ erat, quę vnxit dñm vnguẽto, ꝛ extersit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eũ. Jam intelligimus quo miſerũt, vbi erat dñs: quoniaȝ abſens erat. Trans Jordanẽ ſcilicet miſerunt ad dñm, nunciantes quod ęgrotaret frater earũ: vt dignaretur venire, ꝛ eum ab ęgritudine liberare. Ille diſtu-

lit

ſanare, vt poſſet reſuſcitare. ℟. In mari vię.168. Lectio v.

Quid ergo annūciauerunt ſorores eius? Dñe, ecce quē amas infirmaꝛ. Nō dixerūt veni. Amāri enim tātummodo nunciandum fuit. Nō auſę ſunt dicere, veni, ꝛ ſana. Non auſę ſunt dicere, ibi iube, ꝛ hic fiet. Cur enim nō ꝛ iſtę, ſi fides illius centurionis inde laudatur? Ait enim: Nō ſum dignus vt intres ſub tectū meum, ſed tantum dic verbo, ꝛ ſanabitur puer meus. Nihil horū iſtę, ſed tantummodo. Dñe, ecce quem amas infirmatur. Sufficit enim, vt noueris: nō eniꝫ amas ꝛ deſeris. ℟. Qui perſequebanꝛ.168. Le.vi.

Sed dicet aliquis, Quomodo per Lazarum peccator ſignificabaꝛ, ꝛ a dño ſic amabatur? Audiat eū dicentē: Nō veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Si enim peccatores Deus non amaret, de cęlo ad terraꝫ nō deſcenderet. Audiens autē Jeſus dixit eis: Infirmitas hęc nō eſt ad mortē, ſed pro gloria Dei, vt glorificet filius Dei per eaꝫ. Talis glorificatio ipſius non ipſuꝫ auxit, ſed nobis profuit. Hoc eſt ergo quod ait, Nō eſt ad mortē: qa ꝛ ipſa mors non erat ad mortē, ſed potius ad miraculū: quo facto crederēt hoīes in Chřm, ꝛ vitarent verā mortem. Sane vide te quemadmodum tanquam ex obliquo dñs ſe Deum dixit: propter quoſdam, qui negant filiū Dei eſſe. ℟. Moyſes.168. Ad Bñs. Aña. Lazarus amicus noſter dormit: eamus, ꝛ a ſomno excitemus eum. Oratio.

Deus, q ineffabilibus mundū renouas ſacramentis: pręſta quęſumus: vt eccleſia tua ꝛ ęternis proficiat inſtitutis, ꝛ tēporalibus nō deſtituaꝛ auxilijs. Per do. Ad Mag. Aña. Dñe, ſi fuiſſes hic, Lazarus non eſſet mortuus: ecce iā fętet quatriduanus in monumēto. Oro.

Da, quęſumus ops Deus: vt qui infirmitatis noſtrę cōſcij, de tua virtute cōfidimus: ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per dominum noſtrum.

SABBATHO.

Lcō s. euāg. ſcdm Johannē. L.j.

In illo tēpore: Dicebat Jeſus turbis Judęorū: Ego ſum lux mundi. Qui ſequiꝛ me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitę. Et reliqua. 8.ca.

Homilia Sancti Auguſtini epi.

Quod ait dñs: Ego ſuꝫ lux mundi, clarum puto eſſe eis, qui habent oculos, vnde huius lucis participes fiant: qui autem nō habēt oculos, niſi in ſola carne, miranꝛ quod dictum eſt a dño Jeſu Chriſto, Ego ſuꝫ lux mūdi. Et forte non deſit q dicat apud ſemetipſum: Nunq d forte dñs Chriſtus eſt ſol iſte, qui ortu, ꝛ occaſu ſuo peragit diem? Non eniꝫ defuerūt hęretici, qui

iſta ſenſerunt. Manichei ſolem iſtū oculis carnis viſibilez expoſitum, ⁊ publicum, non tantū hoībus, ſed etiam pecoribus ad videndū, Chrm dnm eſſe putauerūt. ℟. Splēdida. 168. L. ii.

Sed catholicę Eccleſię recta fides improbat tale cōmentū, ⁊ diabolicā doctrinā eſſe cognoſcit, nec ſolum agnoſcit credendo, ſed in quibus poteſt cōuincit etiā diſputādo. Improbemus itaqȝ huiuſmodi errorē, quē ſancta ab initio anathematiſauit Eccleſia. Nō arbitremur dnm Jeſuȝ Chrm hunc eſſe ſolē, quez videmus oriri ab oriēte, occidere in occidēte: cuius curſui nox ſuccedit, cuius radij nube obumbrant: q certa de loco in locū motione cōmigrat: non eſt hic dñs Jeſus Chrs: Nō eſt dñs Chrs ſol factus, ſed per quē ſol factus eſt: oīa enim p ipſum facta ſunt, ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil. ℟. Ecce mitto. L. iii.

Eſt ergo lux quę fecit hāc lucē. Hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipſam ſitiamus, vt ad ipſam lucem aliquādo veniamus, ⁊ in illa ita viuamus, vt nunquam omnino moriamur. Iſta enim lux eſt de qua prophetia olim premiſſa ita in pſalmo cecinit: Qm apud te eſt fons vitę, ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Aduertite qd de tali luce antiquus ſanctorum omnium Dei ſermo premiſerit. Homines inquit, ⁊ iumenta ſaluos facies dñe: ſicut multiplicata eſt miſericordia tua De'. ℟. Attendite. 168. Ad Bñs. Añ. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitę, dicit dominus. Oratio.

Fiat dñe, qs, per grām tuā fructuoſus noſtrę deuotionis affectus: quia tūc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia, ſi tuę ſunt placita pietati. Per dnm.

Ad Veſperas. Capitulum.

Fratres: Chriſtus aſſiſtēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ p amplius, ⁊ pfectius tabernaculū non manufactū, ideſt nō huius creationis: neqȝ p ſanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ, ſed p propriuȝ ſanguinē introiuit ſemel in ſancta, ęterna redēptione inuenta. Hym. Vexilla regis prodeūt. vt in ſecunda feria ſequen 177. ℣. Eripe me dñe ab hoīe malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Mag. Añā. Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo: ⁊ teſtimoniū perhibet de me, qui miſit me pater. Oratio.

Quęſumus oīpotens Deus, familiam tuam propitius reſpice: vt te largiente, regatur in corpore, ⁊ te ſeruante, cuſtodiatur in mente. Per do. Ab hoc ādo. vſqȝ ad fer. ij. poſt Octa. Pentec. non fiunt commemorat. conſuetę de Sancta Maria, de Apoſto. ⁊ de pace.

hebd. 9

DOMI-

DOMINICA De Paſſione.

Ad Matut. Inuitatorium.



Hodie ſi vocē dñi audieritis: Nolite obdurare corda veſtra. Quod dr̄ vſqȝ ad feriam v. in Cena Domini etiaȝ in feriali officio. In pſal. Hodie ſi vocē. dr̄ loco Inuita. deinde ſequitur Sicut ī exacerbatione. In fine huius pſal. nō dr̄ Gloria patri. hoc tēpore Paſſionis niſi in feſtis, ſed eius loco repetit. Inuit. quod etiam ſeruatur in R̄. ad Matut. ꝛ in R̄. bre. horarum vbi ſimiliter repet. R̄. Hym. Pange lingua glorioſi. vt in v. feria ſequ. f.175. Ad noct. oia vt in Pſalt. V̄. Erue a fram.23. ibidem tempore Paſſionis.

Incipit liber Jeremie prophete. Lectio prima.

Verba Jeremie, filij helcie de ſacerdotibus qui fuerunt in Anathoth in terra Beniamin. Quod factuȝ eſt verbū dñi ad eum, in diebus Joſie, filij Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum eſt in diebus Joachiȝ filij Joſie regis Juda, vſqȝ ad ꝯſummationeȝ vndecimi anni Sedechie filij Joſie regis Juda vſqȝ ad trāſmigrationē Jeruſaleȝ in mēſe quinto. Et factū eſt verbum dñi ad me dicens. Priuſquā te formarem in vtero, noui te: ꝛ antequam exires de vulua, ſācrificaui te, ꝛ prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, A,a,a, domine Deus, ecce neſcio loqui: quia puer ego ſū. R̄. Iſti ſunt dies quos obſeruare debetis tēporibus ſuis. Quartadecima die ad vesperū paſcha dñi eſt: ꝛ in qntadecima ſolēnitatem celebrabitis altiſſimo dño. V̄. Locutus eſt dñs ad Moyſen dicens: Loquere filijs Iſrael, ꝛ dices ad eos. Quartadecima. Hoc R̄. nō dr̄ intra heb. Le. ij.

Et dixit dñs ad me: Noli dicere, puer ſum: quoniaȝ ad omnia que mittā te, ibis: ꝛ vniuerſa quecunqȝ mādauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorū, qa ego tecū ſum, vt eruā te, dicit dñs. Et miſit dñs manū ſuaȝ, ꝛ tetigit os meū ꝛ dixit ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce ꝯſtitui te hodie ſup gētes, ꝛ ſuper regna: vt euellas, ꝛ deſtruas, ꝛ diſperdas, ꝛ diſſipes, ꝛ edifices, ꝛ plātes. Et factū eſt verbū dñi ad me dicēs: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Uirgā vigilātem ego video. Et dixit dñs ad me: Bene vidiſti: quia vigilabo ego ſuper verbo meo, vt faciam illud. Et factuȝ eſt verbum dñi ſcd̄o ad me dicens: Quid tu vides?

des?

des? Et dixi: Ollā ſuccēſam ego video, ⁊ faciē eius a facie Aquilonis. ℟. Multiplicati ſūt q̄ tribulāt me, ⁊ dicūt: nō eſt ſalus illi in Deo eius. Exurge dñe, ſaluū me fac Deus meus. ℣. Nequando dicat inimicus meus: p̄ualui aduerſus eum. Exurge. Lec. iiij.

Et dixit dñs ad me: Ab Aqlone pandet omne malum ſup oēs habitatores terrę. Quia ecce ego ↄuocabo oēs cognationes regnoꝝ Aquilonis, ait dñs, ⁊ veniēt, ⁊ ponēt vnuſquiſq; ſoliū ſuū in introitu portaꝝ Jeruſalē, ⁊ ſuper oēs muros eius in circuitu, ⁊ ſup vniuerſas vrbes Juda: ⁊ loquar iudicia mea cū eis ſuper oēm malitiam eoꝝ q̄ dereliquerunt me, ⁊ libauerunt dijs alienis, ⁊ adorauerūt opus manuū ſuarū. Tu ergo accinge lūbos tuos, ⁊ ſurge, ⁊ loquere ad eos oīa quę ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ, nec enim timere te faciam vultum eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitam, ⁊ in colūnam ferream: ⁊ in murum ęreum ſuper omnem terram regibus Juda, ⁊ principibus eius, ⁊ ſacerdotibus, ⁊ oī populo terrę: ⁊ bellabūt aduerſū te: ⁊ non p̄ualebunt: quia ego tecum ſum, ait dñs, vt liberem te. ℟. Uſquequo exaltabit inimicus meus ſuper me? Reſpice, ⁊ exaudi me dñe Deus meus. ℣. Qui tribulāt me, exultabunt ſi motus fuero: ego autē in miſericordia tua ſperabo. Reſpice. Uſquequo.

In ſecundo nocturno.

Sermo ſ. Leonis Papę. L. iiij.

In omnibus, dilectiſſimi, ſolēnitatibus Chriſtianis, non ignoramus paſchale ſacramētū eſſe p̄cipuū: cui ↄdigne, ⁊ cōgrue ſuſcipiēdo totius quidē nos tpis inſtituta reformāt: ſed deuotionē noſtrā p̄ſentes vel maxime dies exigūt, quos illius ſublimiſſimo diuinę miſericordię ſacramento ſcimus eſſe cōtiguos. In q̄bus merito a ſanctis Apoſtolis per doctrinā ſpiritus ſancti maiora ſunt ordinata ieiunia, vt per cōmune cōſortium crucis Chriſti: etiā nos aliquid in eo, quod propter nos geſſit, ageremus: ſicut Apoſtolus ait: Si cōpatimur, ⁊ conglorificabimur. Certa atque ſecura eſt expectatio promiſſę beatitudinis, vbi eſt participatio dñicę paſſionis. ℟. Deus meus es tu, ne diſcedas a me. Quoniā tribulatio proxima eſt, ⁊ nō eſt q̄ adiuuet. ℣. Tu autē dñe ne elongaueris auxiliū tuū a me: ad defenſionē meā aſpice. Qm. Lec. v.

Nemo eſt, dilectiſſimi, cui p̄ conditionē temporis ſocietas huius glorię deneget, tāquam tranquillitas pacis vacua ſit occaſiōe virtutis. Apoſtolus enī p̄dicat dicens: Omnes q̄ volunt in Chriſto pie viuere, p̄ſecutionē patientur: ⁊ ideo nūquam

quam

quam deeſt tribulatio perſecutionis, ſi nunquã deſit obſeruantia pietatis. Dñs enim in exhortationib⁹ ſuis dicit: Qui nõ accipit crucem ſuam: ⁊ ſequitur me, nõ eſt me dignus. Nec dubitare debemus, hanc vocẽ nõ ſolũ ad diſcipulos Chriſti, ſed ad cunctos fideles, totãq; eccleſiã ptinere, q̃ ſalutare ſuũ in ijs, qui aderãt vniuerſaliter audiebat.

℟. In te iactatus ſum ex vtero, de ventre matris meę Deus me⁹ es tu, ne diſcedas a me. Quoniam tribulatio proxima eſt, ⁊ non eſt qui adiuuet. ℣. Salua me ex ore leonis: ⁊ a cornib⁹ vnicorniũ humilitatem meã. Quoniam. Lect. vj.

Sicut ergo totius eſt corporis pie viuere, ita totius eſt tẽporis crucẽ ferre, quę merito ferri vnicuiq; ſuadet, qa proprijs modis atque menſuris ab vnoquoq; toleraf. Unũ nomẽ eſt perſecutionis, ſed nõ vna cauſa eſt certaminis: ⁊ plus plerũq; periculi eſt in inſidiatore occulto, quã in hoſte manifeſto. Beatus Iob alternantibus bonis ac malis mũdi huius, eruditus, pie veraciterq; dicebat. Nõne tentatio eſt vita hominis ſup terrã? Quoniam non ſolis doloribus corporis atq; ſupplicijs aĩa fidelis impetitur, verum etiam, ſalua incolumitate mẽbroꝝ, graui morbo vrgetur, ſi carnis voluptate molliatur. Sed cum caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, pręſidio crucis Chriſti mens rationalis inſtruitur, nec cupiditatibus noxijs illecta cõſentit: qm̃ ↄtinẽtię clauis, ⁊ dei timore trãſfigitur.

℟. In proximo eſt tribulatio mea dñe, ⁊ non eſt qui adiuuet, vt fodiant manus meas ⁊ pedes meos: libera me de ore leonis. Ut enarrẽ nomen tuũ fratribus meis. ℣. Erue a framea Deus aĩam meã: ⁊ de manu canis vnicam meam. Ut enar. In proxi.

Lcõ. j. euãg. ſm̃ Iohãnẽ. C. viij.

In illo tẽpore: Dicebat Ieſus turbis Iudęoꝝ, ⁊ principibus ſacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi? Et reliqua. ca. 8.

Homilia S. Gregorij Papę.

Penſate, fratres chariſſimi, mãſuetudinẽ dei: relaxare peccata venerat, ⁊ dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignaf ex ratione, oſtendere ſe peccatorem nõ eſſe qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Sed terribile eſt valde qđ ſubditur. Qui ex deo eſt, verba dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo nõ eſtis. Si enim verba Dei audit qui ex Deo eſt, ⁊ audire verba eius non poteſt quiſquis ex illo non eſt: interroget ſe vnuſquiſque ſi verba Dei in aure cordis percipit, ⁊ intelliget vnde ſit. Celeſtem patriam

deſiderare

Digitized by Google

deſiderare veritas iubet: carnis deſideria cõterere, a mundi gloria declinare, aliena non appetere, propria largiri. ℟. Tota die contriſtatus ingrediebar domine, quoniã anima mea cõpleta eſt illuſionibus. Et vim faciebant qui querebãt aĩam meã. ℣. Amici mei ⁊ ꝓximi mei aduerſuʒ me appropinquauerunt ⁊ ſteterunt, ⁊ qui iuxta me erãt de lõge ſteterũt. Et. Lectio viij.

Penſet ergo apud ſe vnuſquiſqȝ veſtrum, ſi hec vox Dei in cordis eius aure conualuit, ⁊ qꝛ iã ex Deo ſit agnoſcet. Nã ſunt nonnulli, qui precepta Dei nec aure corporis ꝑcipere dignanẽ. Et ſunt nõnulli, q hec quidem corporis aure ꝑcipiunt, ſed nullo ea mẽtis deſiderio cõplectuntur. Et ſunt nõnulli, qui libenter verba Dei ſuſcipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, ſed poſt lacrymarũ tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei nõ audiũt, qui ea exercere opere cõtẽnunt. Vitaʒ ergo veſtram, fratres chariſſimi, ante mẽtis oculos reuocate, ⁊ alta ↄſideratione pertimeſcite hoc quod ex ore veritatis ſonat: Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis. ℟. Ne auertas faciẽ tuam a puero tuo dñe. Qm̃ tribuloꝛ velociter exaudi me. ℣. Intẽde aiẽ meẽ, ⁊ libera eã: propter inimicos meos eripe me. Quoniã. Lect. ix.

Sed hoc qd̃ de reprobis veritas loquitur, ipſi hoc de ſemetipſis reprobi iniquis ſuis operibus oſtendunt: nam ſequitur. Reſponderunt ergo Iudei, ⁊ dixerũt ei: Nõne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, ⁊ demonium habes? Accepta autem tanta contumelia quid dñs reſpõdeat audiamus. Ego demonium non habeo, ſed honorifico patrem meum, ⁊ vos inhonoraſtis me. Quia eniʒ Samaritanꝰ interpretatẽ cuſtos: ⁊ ipſe veraciter cuſtos eſt, de quo pſalmiſta ait: Niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ, in vanũ vigilant q cuſtodiũt eam, ⁊ cui per Iſaiã dicitur: Cuſtos, qd̃ de nocte? cuſtos quid de nocte? reſpõdere noluit dñs, Samaritanus nõ ſum: ſed, Ego demoniũ non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, aliud tacẽdo ↄſenſit. ℟. Quis dabit capiti meo aquã ⁊ oculis meis fontẽ lacrymaruʒ: ⁊ plorabo die ac nocte, qa frater ꝓpinquus ſupplantauit me: Et oĩs amicus fraudulenter incedit in me. ℣. Fiant viẽ eoruʒ tenebrẽ, ⁊ lubricũ: ⁊ angelus domini ꝑſequens eos. Et. Quis dabit.

Ad Laudes. Antiphona.

Vide domine afflictionem meã: quoniam erectus eſt inimicus meus. Ps. Miſerere. 23. Aña. In tribulatione inuocaui dominum, ⁊ exaudiuit me in latitudine. Pſalis. Confitemini

mini.10. Añ. Iudicaſti dñe cau ſaz ale meę: dēfenſor vitę meę, dñe Deus meus. ps. De⁹ Deus me⁹ us.8. cū rel. Añ. Popule me⁹ qd feci tibi? aut qd moleſtus fui? reſpōde mihi. Aña. Nunquid redditur pro bono malū? quia fo/ derunt foueā animę meę. Cap. Fratres, Chriſtus.172. Hym. Luſtris ſex qui iam peractis. Require in feria v.ſeq fo.176. ℣. Eripe me de inimicis meis De⁹ me⁹. ℟. Et ab īſurgētibus in me libera me. Ad Bñs. Añ. Dicebat Ieſus turbis Iudeoꝝ ꝛ principibus ſacerdotuꝫ: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: ꝓ/ pterea vos nō auditis, qa ex deo nō eſtis. Orō. Quęſumus. 172. Ad j. Añ Ego demoniū nō ha beo, ſed honorifico patreꝫ meū, dicit dñs. Cap. Regi ſclōꝝ. 12. ℟. b. Chr̄e fili Dei viui, Miſe rere nobis. Rep. Chr̄e. ℣. Qui ſedes ad dexterā patris. ℟. Mi ſerere. ℟. br. Chr̄e fili dei viui. ℟. Miſerere nobis. ℣. Exurge Chriſte. ꝛ rel. vt in Pſalt. 12. Ad Abſolonē Capl̄i, Lctō bre. Faciē meā, vt i Pſalt. ad j. 13. ꝛ dr̄ in dñicis ꝛ ferijs vſqꝫ ad fe riam v. in Cęna Dñi excluſiue. Ad iij. Añ. Ego gloriā meā nō quero, eſt qui quęrat, ꝛ iudicet. Cap. Fratres, Chriſtus. fo.172. ℟. b. Erue a framea Deus ani mā meaꝫ. ℣. Et de manu canis vnicam meam. ℟. Deus ani. Erue. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornibꝰ vnicorniū humilitatem meam. Ad vj. Aña. Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſta/ bit in eternum. Capitulum.

Si enim ſanguis hircoꝝ, ꝛ taurorꝝ, ꝛ cinis vitulę aſp/ ſus inquinatos ſanctificat ad emū/ dationē carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, q ꝑ ſpiritū ſan/ ctū ſeipſuꝫ obtulit immaculatū Deo, emūdabit ꝯſcientiā noſtrā ab operibus mortuis, ad ſeruien/ dū Deo viuenti? ℟. b. De ore leonis, Libera me dñe. ℣. Et a cornibus vnicorniū humilitatē meaꝫ. ℟. Libera. De ore. ℣. Ne perdas cum impijs Deus animā meaꝫ. ℟. Et cum viris ſanguinū vitā meā. Ad ix. Añ. Tulerūt lapides Iudei, vt iace rent in eum: Ieſus autē abſcon/ dit ſe, ꝛ exiuit de templo. Cap. Heb. 9.

Et ideo noui teſtamēti me/ diator eſt, vt morte interce dente, in redemptionem earum pręuaricationuꝫ, quę erant ſub priori teſtamēto, repromiſſionē accipiāt, qui vocati ſunt ęternę hereditatis. ℟. b. Ne perdas cum impijs, Deus aīam meam. ℣. Et cum viris ſanguinuꝫ vitā meā. ℟. Deus. Ne perdas. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Veſp. Añ. Dixit dñs. f.52. cū rel. Cap. Fratres, Chr̄s.172. Hy⁹ Vexilla.177. ℣ Eripe.

Ad

Ad Mag. Aña. Abrahã pater
veſter exultauit, vt videret diẽ
meũ: vidit, ⁊ gauiſus eſt. Oro.
Queſumus omnipotens. 172.
Hym. ℣. ⁊ Rña bre. ſupradicta
dicũtur tã in dñicis quã in ferijs vſ-
que ad iiij. feriã maioris hebd.

FERIA SECVNDA.

Hodie dr̃ Officiũ Defunctor̃.
Inuitatorium. Hodie ſi vocẽ
eius. 173. Ps. Venite. Hymn.

Pange lingua glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophęum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.
De parentis protoplaſti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morſu in mortem corruit,
Ipſe lignum tunc notauit,
Damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtrę ſalutis
Ordo depopoſcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde
Hoſtis vnde lęſerat.
Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce patris
Natus orbis conditor,
Atque ventre virginali
Caro factus prodijt.
Vagit infans inter arcta
Conditus pręſepia,
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et manus pedeſq; ⁊ crura
Stricta cingit faſcia.
Gloria ⁊ honor Deo
Vſquequaq; altiſſimo,
Vna patri filioque
Inclyto paraclito,
Cui laus eſt ⁊ poteſtas
Per immenſa ſęcula. Amen.

Aña, ⁊ pſalmi eiuſdẽ ferię. 19.
℣. Erue a framea Deus. fo. 23.
Lcõ ſcti euãg. ſm Ioan. Lec. j.

In illo tpe: Miſerũt princi- c. 7
pes, ⁊ Phariſęi miniſtros
vt apprehẽderẽt Ieſum. Et relq.
Homilia ſancti Auguſtini epi.

Quomodo apprehẽderent
adhuc nolentẽ? Quia er-
go non poterant apprehendere
nolentem, miſſi ſunt vt audirẽt
docentem. Quid docẽtem? Di-
xit ergo eis Ieſus: Adhuc mo-
dicum tempus vobiſcum ſum.
Quod modo vultis facere fa-
cturi eſtis, ſed non modo, quia
modo nolo. Quare adhuc mo-
do nolo? Quia adhuc modicum
tempus vobiſcum ſum: ⁊ tunc
vado ad eũ qui me miſit. Imple-
re debeo diſpẽſationẽ meã, ⁊ ſic
peruenire ad paſſionẽ meã. ℟.
Deus meus eripe me de manu
peccatoris, ⁊ de manu cõtra le-
gẽ agentis, ⁊ iniqui. Quia tu es
patientia mea. ℣. Deus meus ne
elõgeris a me, Deus meus in au-
xilium meũ reſpice. Quia. Lc. ij.

Quęretis me, ⁊ nõ inuenie-
tis: ⁊ vbi ego ſum, vos nõ
poteſtis venire. Hic iam reſur-
rectionem

rectionē ſuam prędixit. Nolue-
rūt enim eum agnoſcere pręſen-
tem, ꝛ poſtea quęſierunt, cū vi-
derent in eum multitudinē iam
credētem. Magna enim ſigna
facta ſunt etiam cum dn̄s reſur-
rexit, ꝛ aſcēdit in cęlū. Tūc per
diſcipulos facta ſunt ſigna ma-
gna, ſed ille per illos, qui ꝛ per
ſeipſum. Ipſe quippe illis dixe-
rat. Sine me nihil poteſtis face-
re. Quādo claudus ille, q ſede-
bat ad portā, ad vocē Petri ſur-
rexit, ꝛ ſuis pedib⁹ ambulauit,
vt hoīes mirarent, ſic eos allo-
cutus eſt Petrus: qa nō in ſua
poteſtate iſta fecit, ſed in virtute
illius quē ipſi occiderunt: multi
ↄpūcti dixerūt. Quid faciemus?
℟. Qui cuſtodiebāt aīa3 meā
conſilium fecerunt in vnum di-
centes: Deus dereliq̄t eū. Per-
ſequimini, ꝛ cōprehēdite eum:
quia nō eſt qui liberet eū: Deus
meus ne elongeris a me: Deus
meus in adiutoriū meū intēde.
℣. Oēs inimici mei aduerſū me.
cogitabāt mihi mala: verbū ini
quum mādauerūt aduerſu3 me
dicētes. Perſequimini. L.iij.
Viderūt enim ſe ingēti cri-
mine impietatis aſtrictos,
quando illum occiderūt quem
venerari, ꝛ adorare debuerunt:
ꝛ hoc putabāt eſſe inexpiabile.
Magnum enim facinus erat, cu
ius cōſideratio illos faceret de-
ſperare. Sed non debebant de-
ſperare, pro quibus in cruce pen
dēs dn̄s dignatus eſt orare. Di-
xerat enim: Pater ignoſce illis,
quia neſciūt, quid faciūt. Vide-
bat quoſdam ſuos inter multos
alienos. Illis iā petebat veniā,
a quibus adhuc accipiebat iniu-
riam. Non enim attendebat, q̄
ab ipſis mouebatur, ſed qa pro
ipſis moriebatur. ℟. Pacifice
loquebātur mihi inimici mei, ꝛ
in ira moleſti erant mihi, Vidi-
ſti dn̄e, ne ſileas, ne diſcedas a
me. ℣. Ego autē, cum mihi mo
leſti eſſent, induebam me cilicio,
ꝛ humiliabam in ieiunio ani-
mam meam. Vidiſti. Pacifice.
Ad Laudes. Añā. Miſerere.
cum reſ. pe Pſalt. fol.13. Cap
Venite mittamus lignum
in panē eius, ꝛ eradamus Ier.
eū de terra viuētiū, ꝛ nomē eius 11.
nō memoretur amplius. Hym.
Uſtris ſex qui iā peractis,
Tēpus implēs corporis,
Se volente natus ad hoc,
Paſſioni deditus,
Agnus in cruce leuatur,
Immolandus ſtipite.
Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis, vnda profluit:
Terra, pontus, aſtra, mūdus,
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis,
Nulla ſylua talem profert
Fronde, flore, germine:
Dulce lignum, dulces clauos,
Dulce

Dulce pondus ſuſtinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille,
Quem dedit natiuitas:
Ut ſuperni membra regis
Miti tendas ſtipite.
Sola digna tu fuiſti
Ferre ſecli precium,
Atq; portum preparare
Nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perunxit,
Fuſus agni corpore.
Gloria, ꝛ honor Deo,
Uſquequaque altiſſimo,
Una patri filioque,
Inclyto paraclito:
Cui laus eſt, ꝛ poteſtas
Per immenſa ſecula. Amen.

℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ meus. ℟. Et ab inſurgentibus in me libera me. Ad Ben. An. In die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, ꝛ clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, ꝛ bibat. Preces vt in Pſalt. 24. Oro.

Sanctifica, quęſumus dñe, noſtra ieiunia: ꝛ cunctarum nobis indulgētiam propitius largire culparum. Per do.

Ad Prim. i. Aña. Libera me dñe, ꝛ pone me iuxta te, ꝛ cuiuſuis manus pugnet contra me. Cap. Pacē ꝛ verita. cu rel. 15. Ad Abſolutione Cap. Faciē meam. vt in Pſalt. ad j. f. 13. Ad iij. Aña Iudicaſti dñe cauſam animę meę, defenſor vitę meę Dñe Deus meus. Cap.

Domine, oēs q te derelinquunt, cōfundentur: recedentes a te in terra ſcribentur: qm dereliquerūt venam aquarum viuentium dñm. ℟. bre. Iere. 17.
Erue a framea, Deus animam meā. ℣. Et de manu canis vnicam meam. ℟. Deus. Erue. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Preces vt in Pſalterio. fo. 16. Ad Sext. Aña. Popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde mihi. Capitulum.

Confundātur, qui me perſequuntur, ꝛ non cōfundar ego: paueant illi, ꝛ non paueam ego: induc ſuper eos diem afflictionis: ꝛ duplici cōtritione cōtere eos, domine Deus noſter. ℟. bre. De ore leonis, Libera me dñe. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatē meā. Libera. De ore. ℣. Ne perdas cū impijs deus animā meam. ℟. Et cum viris ſanguinū vitā meam. Ad ix. Aña. Nunquid redditur pro bono malū? quia foderunt foueam animę meę. Cap. Iere. 17.

Recordare quod ſteterim in cōſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonū, ꝛ auerterē indignationē tuā ab eis. ℟. bre. Ne pdas cū impijs Deus aīam meam. ℣. Et cū viris ſanguinū vitam meā. Deus. Ne perd. ℣. Eripe me dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Iere. 18.

Ad

Ad Veſperas. Capitulum.

Jer. 11. Tu autem dñe Sabaoth, q iudicas iuſte, & probas renes & corda, videã vltionẽ tuã ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam dñe Deus meus. Hymn.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis myſteriũ,
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.
Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceę,
Vt nos lauaret crimine,
Manauit vnda, ſanguine.
Impleta ſunt quę concinit
Dauid fideli carmine,
Dicens in nationibus
Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida
Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere.
Beata cuius brachijs
Sęcli pependit precium
Statera facta corporis,
Prędamq; tulit tartari.
O crux aue ſpes vnica,
Hoc paſſionis tempore
Auge pijs iuſtitiam,
Reisq; dona veniam.
Te ſumma Deus Trinitas
Collaudet omnis ſpiritus:
Quos per crucis myſterium
Saluas, rege p ſęcula. Amen.

℣. Eripe me dñe ab homine malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Mag. Añа. Siquis ſitit, veniat ad me, & bibat: & de ventre eius flumẽ aquę viuę: dicit dñs.

B. R. M.

Preces vt in Pſalt. ad. Ora.

Da, quęſumus dñe, populo tuo ſalutẽ mentis & corporis: vt bonis operibus inhęrendo, tua ſemper mereatur protectione defendi. Per dñm.

Cap. pdicta dnr in feriali offõ, vſq; ad feriã iiij. maioris hebd. Antiphonę vero per horas vſque ad Dominicã in Palmis.

F E R I A   T E R T I A.

Lcõ ſcti euãg. ſm Johan. L. ij

c. 7. In illo tempore: Ambulabat Jeſus in Galilęam: nõ enim volebat in Judęam ambulare: quia quęrebãt eum Judęi interficere. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini epi.

In iſto euangelij capitulo fratres, dñs noſter Jeſus Chriſtus, ſecundũ hoiem ſe plurimũ cõmendauit fidei noſtrę. Etenim ſemper hoc egit dictis & factis ſuis, vt deus credat & homo: Deus qui nos fecit, homo q nos q̃ſiuit: Deus cũ patre ſempr homo nobiſcũ ex tempore. Nõ enim quęreret qđ fecerat, niſi ipſe qđ fecerat fieri voluiſſet. Verũ hoc memẽtote, & de cordibus veſtris nolite dimittere: ſic eſſe Chriſtũ hoiem factũ, vt nõ deſiſteret Deus eſſe. Manẽs Deus accepit hominẽ, q fecit hoiem.

℟. Adiutor & ſusceptor meus es tu dñe, & in verbũ tuum ſperaui. Declinate a me maligni, & ſcrutabor mãdata Dei mei. ℣. Iniquos odio habui: & legẽ tuã

dilexi. Declinate. Lectio ſcda.

QUando ergo latuit ut homo, non potentiam perdidiſſe putandus eſt, ſed exemplū noſtrę infirmitati prębuiſſe. Ille enim quādo voluit, detentus eſt: quando voluit occiſus eſt. Sed quoniā futura erāt mēbra eius, id eſt fideles eius qui nō haberent illā poteſtatē, quā habebat ipſe dñs noſter: quod latebat: quod ſe tanq̄ȝ ne occideret, occultabat: hoc indicabat facturа eſſe membra ſua, in quibus utique membris ſuis ipſe erat.

℟. Docebo iniquos vias tuas, ⁊ impij ad te cōuertentur. Libera me de ſāguinibus Deus Deus ſalutis meę. ℣. Dñe labia mea aperies: ⁊ os meum annunciabit laudē tuā. Libera. L. iij.

NOn eniȝ Chřs in capite: ⁊ nō in corpore: ſed Chriſtus totus i capite, ⁊ in corpore. Qd ergo mēbra eius, hoc ipſe: quod autem ipſe, non continuo membra eius. Nam ſi ipſi non eſſent membra eius, non diceret Saulo, Quid me perſequeris? Non eniȝ Saulus ipſuȝ, ſed membra eius, id eſt fideles eius, in terra perſequebatur. Noluit tamē dicere ſanctos meos, ſeruos meos, poſtremo honorabilius, fratres meos: ſed me, hoc eſt membra mea, quibus ego ſuȝ caput. ℟. Ne perdas cum impijs Deus animam meam, ⁊ cum viris ſanguinum vitam meam. Redime me dñe. ℣. Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo libera me. Redime me. Ne perdas.

Ad Bñs. Aña. Tempus meuȝ nonduȝ aduenit: tempus autē veſtruȝ ſemp eſt paratū. Oro.

NOſtra tibi dñe, q̄s, ſint accepta ieiunia: quę nos expiādo gřa tua dignos efficiāt, ⁊ ad remedia pducāt eterna. Per d.

Ad Mag. Añ. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autē non aſcendā: quia tempus meū nondum aduenit. Oratio.

DA nobis, q̄s, dñe pſeuerantem in tua voluntate famulatū: ut in diebus noſtris, ⁊ merito, ⁊ numero populus tibi ſeruiens augeatur. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Hodie dñr Pſalmi Graduales. Lcōs. euā. ſm Johannē. Lcō. j.

IN illo tpe: Facta ſunt encęnia i Jeroſolymis, ⁊ hyems erat, ⁊ ambulabat Jeſus in tēplo in porticu Salomonis. Et rel. ca. x

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

ENcęnia feſtiuitas erat dedicationis templi: Grece enim cęnon dicitur nouū: quādocunq̄ȝ eniȝ nouū aliq̄d fuerit dedicatuȝ, encęnia vocatur: iam vſus habet hoc verbum: ſi quis noua tunica induatur, encęniare dicitur. Illuȝ ergo diem, quo tēplū dedicatuȝ eſt, Judęi ſolenniter celebrabant. Ipſe dies feſtus agebat, cū ea q̄ lecta ſunt locutꝰ eſt dñs. ℟. Tota die. 174.

[illegible]ū noc. dñicę pterite. L. ij.

Hyems erat, & ambulabat Jeſus in templo in porticu Salomonis. Circundederūt ergo eū Judęi, & dicebāt ei: Quouſque aīam noſtrā tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palam? Non veritatē deſiderabant, ſed calumniā pręparabāt. Hyems erat, & ideo frigidi erant. Ad illum enim diuinū ignē accedere pigri erant: ſed accedere, eſt credere: qui credit, accedit: qui negat, recedit. Non mouetur anima pedibus, ſed affectibus. ℟. Reuertas. 174. Lectio iij.

Hriguerant diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate. Lōge aberant, & ibi erant: non accedebant credēdo, & premebāt perſequendo. Quęrebant audire a dño, Ego ſum Chrs, & fortaſſe de Chriſto ſm hoīem ſapiebāt. Prędicauerūt enim prophetę Chriſtū: ſed diuinitatē Chriſti, & in prophetis, & in ipſo euāgelio, nec heretici intelligunt: quanto minus Judęi, quandiu velamen eſt ſuper cor eorū. ℟. Quis dabit. 174.

Ad Bñs. Aña. Oues meę vocem meam audiunt: & ego dominus agnoſco eas. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio, Deus, tuorū corda fideliū miſerator illuſtra: & quibus deuotionis pręſtas affectū, prębe ſupplicantibus pium benignus auditum. Per do. Ad Mag. Añ.

Multa bona opera operatus ſum vobis: propter quod opus vultis me occidere? Oratio.

Adeſto ſupplicationibus nr̄is omnipotens Deus: & quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges, cōſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dñm.

FERIA QVINTA.

Lcōs. euāg. ſm Lucam. Lec. i.

In illo tpe: Rogabat Jeſum quidā Phariſęus, vt mā 7.c.
ducaret cum illo: & ingreſſus domū Phariſęi diſcubuit. Et reliqua. Homilia S. Gregorij Papę.

Cogitanti mihi de Marię Magdalenę pęnitētia, flere magis libet quam aliquid dicere. Cuius enim vel ſaxeū pectus illę huius peccatricis lacrymę ad exēplū pęnitēdi nō emolliāt? Cōſiderauit nāq; qd fecit, & noluit moderari quid faceret. Sup cōuiuātes ingreſſa eſt, nō iuſſa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Diſcite quo dolore ardet, q̄ flere & inter epulas nō erubeſcit. ℟. Deus meus eripe. vt ſup. in ij. feria. fol. 175. L. ij.

Hanc vero quā Lucas peccatricē mulierē, Johānes Mariā nominat: illam eſſe Mariā credimus, de qua Marcus ſeptē dęmonia eiecta fuiſſe teſtatur. Et quid per ſeptē dęmonia, niſi vniuerſa vitia deſignantur? Quia enim omne tēpus ſeptem diebus comprehenditur, recte ſeptenario numero vniuerſitas figu-

figuratus. Septē ergo demonia Maria habuit, q̄ vniuersis vitiis plena fuit. Rꝭ. Multiplicati.
173. Vel iij. noc. Ep̄iiq; p̄cedēt. L. iij.

Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit, lauanda ad fontē misericordie cucurrit, cōuiuātes nō erubuit: nā q2 semetipsā grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit quod verecundaret foris. Quid igit miramur fratres? Mariā veniētē, an dñm suscipientē? suscipientē dicam, an trahentē? sed melius dicam trahentē, ⁊ suscipientē: quia nimirum ipse eam per misericordiā traxit intus, qui p mansuetudinē suscepit foris. Rꝭ. Usquequo. 173. Ad Bñs. Añ. Magister dicit, Tempus meū prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Oratio.

Presta, quesumus, omnipotēs Deus: vt dignitas cōditionis humane p immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonie studio reformet. Per d.

Ad Mag. Aña. Desiderio desideraui hoc Pascha mādūcare vobiscū antequā patiar. Orō.

Esto, qs dñe, ppitius plebi tue: vt q̄ tibi nō placēt respuētes, tuorū potius repleant delectationibus mandatorū. Per.

FERIA SEXTA.

Hodie dnr Psalmi Penitētial.
Lcō s. euāg. sm Johannē. L. i.

c. xi. In illo tempore: Collegerunt pontifices ⁊ Pharisei concilium: ⁊ dicebant, Quid facimus: quia hic homo multa signa facit. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

Pontifices ⁊ Pharisei sibi cōsulebant: nec tamē dicebant, credamus. Plus enim perditi homines cogitabāt quantum nocerēt, vt perderētur, quam quomodo sibi cōsulerent, ne perirent. Et tamē timebāt, ⁊ quasi cōsulebant: dicebāt enim: Quid facimus? q2 hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic, oēs credēt in eū, ⁊ venient Romani, ⁊ tollēt locū nostrū, ⁊ gentē. Tēporalia quidē perdere timuerunt, ⁊ vitā eternā nō cogitauerunt, ⁊ sic vtrunq; amiserunt. Rꝭ. Deus meus es tu. fol. 173. Rꝭ. iiij. noct. de Dñica. L. ij.

Nam ⁊ Romani post dñi passionē, ⁊ glorificationem tulerūt eis locū, ⁊ gentem expugnādo, ⁊ trāsferēdo: ⁊ illud eos sequitur, qd alibi dictū est: Filij autē regni ibunt in tenebras exteriores. Hoc autē timuerūt: ne, si oēs in Christum crederent, nemo remaneret, qui aduersus Romanos ciuitatē Dei templi q3 defenderet. Quā cōtra ipsius templū, ⁊ cōtra suas paternas leges doctrinā Christi esse sentiebāt. Rꝭ. Iuxte iactatus. 174. L. iij.

Unus autē ex ipsis Caiphas noīe, cū esset pōtifex anni illius dixit illis: Uos nescitis quicquā, nec cogitatis: q2 expedit

Digitized by Google

dit vobis vt vnus moriat homo pro populo, et nõ tota gens pereat. Hoc autẽ a ſeipſo non dixit, ſed cũ eſſet põtifex anni illius, prophetauit. Hic docemur, etiã hoĩes malos prophetię ſpiritu futura prędicare. Quod tamẽ euãgeliſta diuino tribuit ſacramẽto, quia pontifex fuit, id eſt ſũmus ſacerdos. R. In proximo eſt. 174.

Ad Veſp. Añ. Appropinquabat autẽ dies feſtus Iudęorũ, & quęrebãt principes ſacerdotum quomodo Ieſum interficerent, ſed timebant plebem. Oratio.

Cordibus noſtris, quęſumus dñe, gratiã tuã benignus infunde: vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibentes, tẽporaliter potius maceremur, quã ſupplicijs deputemur ęternis. Per dominum noſtrum.

Ad Magnificat. Antiphona. Principes ſacerdotũ cõſiliũ fecerũt vt Ieſum occiderent: dicebãt autẽ: Nõ in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. Oro.

Concede, quęſumus, omnipotens Deus: vt qui protectionis tuę gratiã quęrimus, liberati a malis omnibus ſecura tibi mente ſeruiamus. Per do.

SABBATHO.

Lcõ ſcđ'ã ſcm Iohannẽ. Ca. xj.

Io. 12 In illo tempore: Cogitauerunt principes ſacerdotũ, vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illũ abibant ex Iudęis, & credebãt in Ieſũ. Et reliq.

Homilia S. Auguſtini epiſcopi.

Viſo Lazaro reſuſcitato, quia tantũ miraculũ dñi tanta erat euidentia diffamatũ, tanta manifeſtatione declaratũ, vt non poſſent vel occultare quod factũ eſt, vel negare quod inuenerunt. Videte: Cogitauerunt autẽ principes ſacerdotũ vt & Lazarũ interficerent. O ſtulta cogitatio: & cęca ſęuitia. Dñs Chriſtus, qui ſuſcitare potuit mortuum, non poſſit occiſum? Quãdo Lazaro inferebatis necem, nunquid auferebatis a dño poteſtatẽ? Si aliud vobis videt mortuus, aliud occiſus, ecce dominus vtrũque fecit, & Lazarum mortuum, & ſeipſum ſuſcitauit occiſum. R. Tota die. 174.

R. ex iij. noct. Dñicę. Lect. ij.

In craſtinum autẽ turba multa, quę venerat ad diẽ feſtum, cum audiſſet, quia venit Ieſus Ieroſolymam, acceperũt ramos palmarũ, & proceſſerũt obuiam ei, & clamabant: Hoſanna, benedictus qui venit in noĩe dñi, rex Iſrael. Rami palmarũ, laudes ſunt ſignificantes victoriã, quia dñs erat mortẽ moriendo ſuperaturus, & tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autẽ obſecrantis eſt Hoſanna, ſicut nõnulli dicũt, qui hebręã linguã nouerunt, magis affectũ indicãs, quã rẽ aliquã ſignificans, ſicut ſunt in lingua Latina, quas interiectiones

vocãt: velut cũ volẽtes dicimus
bẽ, vel cũ delectamur. Nab di
enim. ℟. Accesserũt. 174. l. iij.

Hc et laudes turba dice-
bat, Hosanna, benedictus
qui venit in noĩe dñi, rex Israel.
Quam crucem mentis in iuden
tia principum Iudeoꝝ perpeti
poterat, quãdo regẽ suũ Chri-
stum tãta multitudo clamabat?
Sed qd fuit dño regẽ eſſe Isrl.
Quid magnũ fuit regi ſeculo-
rum, regem fieri hominum? Nõ
enim rex Israel Christus ad exi-
gendũ tributũ, vel exercitũ fer-
ro armandũ, hoſtesq; viſibiliter
debellãdos: ſed rex Israel, quod
mẽtes regat, quod in eternũ cõ-
ſulat, quod in regnum celoꝝ cre-
dentes, ſperãtes, amãtesq; per-
ducat. ℟. Quis dabit. 174.

Ad Benedictus. Antiphona.
Clarifica me pater apud temet-
ipſum claritate, quã habui prius-
quam mundus fieret. Oratio.

Proficiat, queſumus dñe,
plebs tibi dicata pie deuo-
tionis affectu: vt ſacris actioni-
bus erudita, quanto maieſtati
tue ſit gratior, tãto donis potio-
ribus augeatur. Per dominum.

phil. Ad Veſperas. Capitulum.

2. Fratres, hoc enim
ſentite in vobis, quod
et in Chriſto Ieſu:
qui cum in forma Dei
eſſet, nõ rapinã arbitratus eſt eſ-
ſe ſe equalẽ deo. Hym. Vexilla
regis. 177. ℣. Eripe me dñe.

Ad Magnificat. Antiphona.
Pater iuſte, mũdus te non co-
gnouit: ego autem noui te, quia
tu me miſiſti. Oratio.

Omnipotens ſempiterne
Deus: qui humano generi ad
imitandum humilitatis exem-
plum Saluatorem noſtrum car-
nem ſumere, et crucem ſubire fe-
ciſti: concede propitius, vt et pa-
tientie ipſius habere documen-
ta, et reſurrectionis cõſortia me-
reamur. Per eundem dominum.

DOMINICA
in Palmis.

Ad Mat. Inui. Hodie ſi vocẽ. 173.
Hym. Pange lingua. 175. Talia
vſq; ad lect. vt in Dñica Paſſ.
De Ieremia propheta. Lec. j.

Obſtupeſcite celi ſu- 2. c
per hoc, et porte
eius deſolamini ve
hemẽter, dicit dñs.
Duo enim mala fe-
cit populus meus: me dereliqueꝛ
runt fontem aque viue, et fode-
runt ſibi ciſternas, ciſternas diſ-
ſipatas, que continere non va-
lent aquas. Nunquid ſeruus eſt
Iſrael, aut vernaculus? quare er-
go factus eſt in predã? Super
eum rugierunt Leones, et dede-
runt vocem ſuam, poſuerunt ter-
rã eius in ſolitudinem, ciuitates
exuſte ſunt, et non eſt qui habi-
tet in eis. Filij quoque Mem-
pheos et Taphneos conſtupra-
uerunt te vſq; ad verticem. Nũ-
quid nõ iſtud factũ eſt tibi, quia
dereli-

dereliquiſti dñm Deū tuum, eo tempore quo ducebat te p viā? ℞. In die qua inuocaui te dñe, dixiſti, noli timere: Judicaſti cauſam meā, ⁊ liberaſti me dñe Deus meus. ℣. In die tribulationis meę clamaui ad te, quia exaudiſti me. Judicaſti. Lec. ij.

Et nūc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidā? Et qd tibi cū via Aſſyriorū, vt bibas aquā fluminis? Arguet te malitia tua, ⁊ auerſio tua increpabit te. Scito, ⁊ vide qa malū, ⁊ amarū eſt reliquiſſe te dñm Deū tuū, ⁊ nō eſſe timorē eius apud te: dicit dñs Deus exercituum. A ſeculo cōfregiſti iugū meū: rupiſti vincula mea ⁊ dixiſti, Nō ſeruiā. In oī enim colle ſublimi, ⁊ ſub oī ligno frōdoſo tu pſternebaris meretrix. Ego aūt plātaui te vineā electā, oē ſemē verū: quō ergo pūerſa es mihi in prauū vinea aliena? Si laueris te nitro, ⁊ multiplicaueris tibi herbā borith, maculata es i iniquitate tua corā me, dicit dñs Deus. ℞. Fratres mei elōgauerūt ſe a me, ⁊ noti mei, quaſi alieni receſſerūt a me. ℣. Dereliquerūt me proximi mei, ⁊ qui me nouerunt. Quaſi. Lec. iij.

Quid vultis mecū iudicio cōtendere? oēs dereliquiſtis me, dicit dñs. Fruſtra percuſſi filios veſtros. Diſciplinā non receperunt: deuorauit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator generatio veſtra. Uidete verbū dñi, nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina? quare ergo dicit populus meus: Receſſimus, nō veniemus vltra ad te? Nunqd obliuiſcet virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſcię pectoralis ſui? populus vero meus oblitus eſt mei diebus innumeris. ℞. Attende dñe ad me, ⁊ audi voces aduerſariorū meorū. Nunqd redditur pro bono malū: qa foderunt foueā animę meę. ℣. Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonū ⁊ auerterem indignationē tuā ab eis. Nunquid red. Attēde.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

Deſiderata nobis dilectiſſimi, ⁊ vniuerſo optabilis mūdo, adeſt feſtiuitas dominicę paſſionis, quę nos inter exultationes ſpiritualiū gaudiorū ſilere nō patitur. Quia etſi difficile eſt, de eadē ſolennitate ſępius digne apte qʒ diſſerere, non eſt tamē liberū ſacerdoti in tāto diuinę miſericordię ſacramēto fidelibus populis ſubtrahere ſermonis officiū: cū ipſa materia ex eo qꝺ eſt ineffabilis, fandi tribuat facultatē, nec poſſit deficere qꝺ dicatur, dū non poteſt ſatis eſſe qꝺ dr. Succūbat ergo humana infirmitas glorię Dei, ⁊ in explicādis operibus miſericordię eius, imparē ſe ſemper inueniat. Laboremus ſenſu, hęreamus in

genio, deficiamus eloquio: donatū eſt, vt nobis parū ſit, quod etiā nouē de dñi maieſtate ſentimus. ℟. Cōcluſit vias meas inimicus: inſidiator factus eſt mihi ſicut leo in abſcōdito: repleuit, et inebriauit me amaritudine: deduxerūt in lacum mortis vitam meā, et poſuerūt lapidem cōtra me. Vide dñe iniquitates illorū et iudica cauſam alę meę, defenſor vitę meę. ℣. Factus ſum in deriſum oī populo meo, et canticū eorum tota die. Vide. Lec. vi

Dicente enim propheta, Quęrite dñm, et cōfirmamini, quęrite faciē eius ſemper: nemini pſumendū eſt, quod totum quod quęrit inuenerit: ne deſinat ꝓpinquare, qui ceſſarit accedere. Quid autem inter oīa opera Dei, in quibus humanę admirationis fatigatur intētio, ita cōtemplationē mētis noſtrę oblectat, et ſuperat ſicut paſſio Saluatoris? Qui vt humanum genus vinculis mortiferę ꝑuaricationis abſolueret, et ſęuienti diabolo potētiā ſuę maieſtatis occultauit, et infirmitatē nr̄ę humilitatis obiecit. Si eniꝫ crudelis, et ſuperbus inimicus cōſiliū miſericordię Dei noſſe potuiſſet, Iudęorum animos manſuetudine potius tēperare, quā iniuſtis odijs ſtuduiſſet accendere: ne omniū captiuorū amitteret ſeruitutē, dum nihil ſibi debentis perſequitur libertatē. ℟. Saluū me fac Deus; quoniā intrauerunt aquę vſqꝫ ad animā meā: ne auertas faciē tuā a me. Quoniā tribulor, exaudi me dñe Deus meus. ℣. Intēde animę meę, et libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniā. Lec. vii.

Feſellit ergo illū malignitas ſua, tulit ſupplicium filio Dei, qd̄ cūctis filijs hominū in remediū verteret. Fudit ſanguinem iuſtum; qui reconciliando mūdo et preciū eſſet, et poculū. Suſcepit dñs quod ſm̄ propoſitum ſuę volūtatis elegit. Admiſit in ſe impias manus furentiū: quę dū proprio incūbūt ſceleri, famulatę ſunt redemptori. Cuius etiā circa interfectores ſuos tanta erat pietatis affectio, vt de cruce ſupplicās patri, nō ſe vindicari, ſed illis poſtularet ignoſci. ℟. Noli eſſe mihi dñe alienus: parce mihi in die mala: cōfundant oēs qui me pſequūt, Et non confundar ego. ℣. Confundātur oēs inimici mei, qui quęrunt animaꝫ meam. Et. Noli. Lec. viii.

Lcō s. euā. ſm Marcū. l. vij.

In illo tempore: Cū appro- 11.c
pinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, et veniſſet Bethphage ad monteꝫ Oliueti, tūc miſit duos ex diſcipulis ſuis. Et reliqua.

Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Pulchre relictis Iudęis habitaturus in affectibus Gētiū tēplū dñs aſcēdit. Hoc enim tēplū eſt verū, in quo non in litte-

ra, ſed in ſpiritu mõte adoratur:
Hoc Dei templum eſt, quod fidei
ſeries, non lapidum ſtructura
fundauit. Deſerunt ergo, q ode
runt, eliguntur qui amaturi erãt:
& ideo ad montẽ venit Oliueti:
vt nouellas oliuas in ſublimi
virtutũ plantaret, quarũ mater
eſt illa, que ſurſum eſt, Jeruſalẽ.
In hoc mõte eſt ille cęleſtis agri
cola: vt plãtati oẽs in domo dñi
poſſint in veritate dicere, Ego
ſicut oliua fructificaui in domo
dñi. R. Dñs mecũ eſt tanquã
bellator fortis: propterea perſecu
ti ſunt me, & intelligere nõ potue
runt: dñe, probãs renes & corda. Ti
bi reuelaui cauſã meã. V. Cardi
ſtruxerẽt iniquitates, corã aduerſũ me:
iudica iudiciũ meũ. Tibi. L. viij.

ET fortaſſe ipſe mons eſt
Chriſtus. Quis enim alius
tales fructus ferret olearũ, non
curueſcentiũ vbertate baccarũ,
ſed ſpiritus plenitudine gentium
fecundatum? Ipſe eſt per quem
aſcẽdimus, & ad quẽ aſcẽdimus.
Ipſe eſt ianua, ipſe eſt via, q aperi
tur, & qui aperit, qui pulſatur
ab ingredientibus, & ab egrediẽ
tibus adoratur. Ergo in caſtello
erat, & ligatus erat pullus cũ aſi
na: nõ poterat ſolui niſi iuſſu do
mini, ſoluit eũ manus apoſtoli
ca: talis actus, talis vita, talis gra
tia. Eſto talis & tu, vt poſſis li
gatos ſoluere. R. Dixerũt im
pij apud ſe, nõ recte cogitantes:
circumueniamus iuſtũ, quoniã
cõtrarius eſt operibus noſtris:
promittit ſe ſcientiã dei habere,
filiũ Dei ſe nominat, & gloriat
patrẽ ſe habere Deũ. Videam⁹
ſi ſermones illius veri ſunt, & ſi
eſt vere filius Dei, liberet illum
de manibus noſtris, morte turpiſ
ſima cõdemnemus eũ. V. Tan
quã nugaces eſtimati ſumus ab
illo: & abſtinet ſe a vijs nrīs, tãq̃
ab immundicijs, & pfert nouiſſi
ma iuſtorum. Videamus. L. ix.

NUnc cõſideremus q fue
rint illi, q errore decepto, de
paradiſo eiecti in caſtellum ſunt
relegati. Et videbimus, quẽad
modũ quos mors expulerat, vi
ta reuocauerit. Et ideo ſm Mat
theũ, & aſinã, & pullus legimus,
vt q in duobus hominibus vterq;
fuerat ſexus expulſus, in duobus
animalibus ſexus vterq; reuocet.
Ergo ille in aſina matrem quaſi
Euã figurauit erroris: hic autẽ
in pullo generalitatem populi
Gentilis expreſſit. Et ideo pul
lus ſedet aſine, & bene in quo ne
mo ſedit, qa nullus, antequam
Chrs, nationum pplos vocauit
ad Eccleſiã. Deniq; ſm Mar
cũ ſic habes: Quẽ nemo adhuc
ſedit hominum. R. Circundede
rũt me viri mendaces, ſine cauſa
flagellis ceciderunt me. Sed tu
domine defenſor vindica me. V.
Qm tribulatio proxima eſt, &
nõ eſt q adiuuet. Sed. Circũd.

Ad Laudes. Antiphona.

DOmine Deus adiutor
meus.

meus, et ideo nõ sum confusus. ps. Miserere. 23. Aña Circũdãtes circũdederunt me, et in nomine dñi vindicabor in eis. ps. Cõfitemini. 70. Añ. Iudica causam meã: defende qa potens es dñe. ps. Deus Deus meus. f. 8. cũ rel. Añ. Cũ angelis et pueris fideles inueniamur triũphatori mortis clamãtes, Hosanna in excelsis. Aña. Cõfundãtur, q me persequunt, et nõ cõfundar ego dñe Deus me⁹. Cap. Fratres, hoc enim. 179. Hym. Lustris sex. 176. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. Ad Bñs. Añ. Turba multa, q̃ cõuenerat ad diẽ festũ, clamabat dño: Bñdictus, q venit in noie dñi, Hosãna in excelsis. Orõ. O ps sempiterne Deus. f. 179.

C Ad j. Aña. Pueri Hebreorum tollentes ramos oliuarum, obuiauerunt dño clamantes, et dicentes: Hosanna in excelsis. Ad iij. Aña. Pueri Hebreorũ vestimẽta prosternebãt in via, et clamabãt dicẽtes, Hosanna filio Dauid, benedictus qui venit in noie dñi. Cap. Fratres, hoc enim. 179. ℟. b. Erue a fra. 175. et De ore leo. de Dñica preterita. Ad Sextã. Añ. Tibi reuelaui causam meam defensor vitę meę: Domine Deus meus. Capit.

Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediẽs vsq ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltauit ipsum, et donauit illi nomẽ: quod est super omne nomen. ℟. De ore Leonis. et Ne perdas. Ad Nonã. Aña. Inuocabo nomen tuum domine: ne auertas faciem tuã a clamore meo. Cap.

In noie Iesu oẽ genu flectatur, celestiũ, terrestrium, et infernorum: et ois lingua confiteatur, quia dñs noster Iesus Chrs in gloria est Dei patris. vt su. ℟. Ne perdas. et Eripe me de. Ad Vesp. Añ. Dixit. 52. cũ rel. de Dñica. Cap. Ffes hoc. 179. Hy⁹ Vexilla re. 177. ℣. Eripe. Ad M. Aña. Scriptũ est enim, percutiã pastorẽ, et dispergẽtur oues gregis: postq̃ aũt resurrexero, pcedã vos in Galileam: ibi me videbitis dicit dñs. Oratio. Omnipotens sempiterne. 179. Ab hac die vsq ad oct. pasche si occurrat aliqd festũ noue lect. trãsferi post oct. Triũ vero lect. a feria v. in Cena Dñi. vsq ad feriã iij. Pasche nulla fit come.

FERIA SECVNDA.

Hodie nõ de Offm Defunctorum. C Inuitat. et alia vsq ad lect. vt in precedenti hebdomada. Lcõ s. euã. sm Iohãnem. Le. j.

12. c. In illo tpe: Ante sex dies Pasche venit Ies⁹ Bethaniã, vbi fuerat Lazarus mortu⁹, quem suscitauit Iesus. Et rel. Homilia s. Augustini episcopi.

Ne putarent hoies phantasma esse factum qa mortuus

mus reſurrexit, Lazarus vnus erat ex recumbentibus: viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur, infidelitas Iudęorũ confundebatur. Diſcumbebat ergo Jeſus cũ Lazaro, ⁊ ceteris: miniſtrabat Martha vna ex ſororibus Lazari. Maria vero altera ſoror Lazari accepit librã vnguẽti nardi piſtici precioſi, ⁊ vnxit pedes Jeſu, ⁊ extersit capillis ſuis pedes eius, ⁊ domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Factum audiuimus, requiramus myſteriũ. ℟. Viri impij dixerunt, opprimamus virũ iuſtũ iniuſte, ⁊ deglutiamus eum tanq̃ infernus viuum: auferamus memoriã illius de terra: ⁊ de ſpolijs eius ſortes mittamus inter nos: ipſi enim homicidę theſaurizauerũt ſibi mala: Inſipiẽtes ⁊ maligni oderũt ſapientiã: ⁊ rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. ℣. Hęc cogitauerũt, ⁊ errauerunt, ⁊ excęcauit illos malitia eorũ. Inſipiẽtes. L. ij.

Quęcũq; aĩa fidelis vis eſſe cum Maria, vnge pedes dñi precioſo vnguento. Vnguentũ illud iuſtitia fuit, ideo libra fuit. Erat autẽ vnguentum nardi piſtici precioſi. Quod ait, piſtici locum aliquẽ credere debemus, vnde hoc erat vnguentum precioſũ. Nec tamen hoc vacat, ⁊ ſacramento optime conſonat: piſtis Gręce, Latine dicitur fides. Quęrebas operari iuſtitiã: iuſtus ex fide viuit. Vnge pedes Jeſu bene viuendo, dominica ſectare veſtigia, capillis terge: ſi habes ſuperflua, da pauperibus: ⁊ dñi pedes terſiſti. Capilli enim ſuperflua corporis videntur. Habes quod agas de ſuperfluis tuis: tibi ſuperflua ſunt, ſed dñi pedibus neceſſaria ſunt: forte in terra dñi pedes indigent. ℟. Opprobrium factus ſum nimis inimicis meis: viderunt me: ⁊ mouerunt capita ſua. Adiuua me domine Deus meus. ℣. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa: ⁊ ſermonibus odij circũdederũt me. Adiuua me. Lectio iij.

De quibus enim niſi de membris ſuis in fine dicturus eſt? Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: ſuperflua veſtra impendiſtis: ſed pedibus meis obſecuti eſtis. Domus autem repleta eſt odore: mũdus impletus eſt fama bona: nã bonus odor fama bona eſt. Qui male viuunt, ⁊ Chriſtiani vocantur, iniuriã Chriſto faciunt, de quibus dictum eſt ꝙ per eos nomẽ Dei blaſphematur. Si per tales nomen Dei blaſphematur, per bonos nomen Dei laudatur. Audi apoſtolũ: Chriſti bonus odor ſumus, inquit, in oĩ loco. ℟. Inſurrexerunt in me viri iniqui, abſq; miſericordia, quęſierunt me interficere: ⁊ non pepercerũt in faciẽ meã ſpuere, ⁊ lanceis ſuis vulnerauerũt me: ⁊

concuſſa

concuſſa ſunt oīa oſſa mea. Ego
autē exiſtimabā me tanq̄ȝ mor/
tuū ſup terrā. ℣. Effuderūt furo
rē ſuū in me, fremuerūt contra
me dētibus ſuis. Ego. Inſur.
Ad Laudes, ⁊ p horas. Aña.
Faciē meā nō auerti ab in/
crepātibus, ⁊ cōſpuētibus
in me. Pſalmi de feria. 23. Añ.
Framea ſuſcitare aduerſus eos,
qui diſpergunt gregem meum.
Aña. Appenderunt mercedē
meā triginta argenteis, quibus
appreciatus ſum ab eis. Aña.
Inundauerūt aquę ſuper caput
meū: dixi, perij: inuocabo nomē
tuum dn̄e Deus. Aña. Labia
inſurgentiū, ⁊ cogitationes eo/
rum vide dn̄e. Capit. Venite,
mittamus. 176. Hym. Luſtris
ſex, ibidē. ℣. Eripe me de ini.
Ad Bn̄s. Añ. Clarifica me pr̄
apud temetipſū claritate, quā
habui, priuſq̄ȝ mundus fieret.
Deinde preces i Pſalt. 24. Orō.
Da, q̄ſumus, ops Deus:
vt qui in tot aduerſis ex
noſtra infirmitate deficimus, in/
tercedēte vnigeniti filij tui paſ/
ſione reſpiremus. Per eundē.
Ad Veſpe. Aña. Inclinauit.
ps. Dilexi. 54. cū reliq. Cap.
Tu autem dn̄e Sabaoth. 177.
Hym. Vexilla regis. ibidē. ℣.
Eripe me dn̄e ab. Ad M. Añ.
Nō haberes in me poteſtatē, niſi
deſuper tibi datū fuiſſet. Orō.
Adiuua nos Deus ſalutaris
nr̄: ⁊ ad beneficia recolēda
quibus nos inſtaurare dignatus es,
tribue venire gaudētes. Per.

FERIA SECVNDA.

De Ieremia propheta. Lec. j.

Quid eſt q̄ dilectus meus 11.c.
in domo mea fecit ſcelera
multa? nunq̇d carnes ſanctę au/
ferent a te malitias tuas, in qui/
bus gloriata es? Oliuā vberem,
pulchrā, fructiferā, ſpecioſā vo/
cauit dn̄s nomen tuum: ad vocē
loquelę grādis exarſit ignis in
ea, ⁊ cōbuſta ſunt frutecta eius.
Et dn̄s exercituū, qui plantauit
te, locutus eſt ſuper te malū, pro
malis dom⁹ Iſrael, ⁊ domus Iu/
da, quę fecerunt ſibi ad irritan/
dum me libantes Baalim. Tu
autem domine demonſtraſti mi/
hi, ⁊ cognoui: tu oſtendiſti mihi
ſtudia eorū. Et ego quaſi agnus
māſuetus, q portat ad victimā:
⁊ nō cognoui, q2 cogitauerūt ſu/
p me cōſilia dicētes: Mittamus
lignū in panē eius, ⁊ eradamus
eū de terra viuentiū: ⁊ nomen
eius nō memoret amplius. Tu
autē dn̄e Sabaoth, q iudicas
iuſte, ⁊ probas renes ⁊ corda, vi/
deā vltionē tuā ex eis: tibi enī
reuelaui cauſam meā. ℟. Cō/
tumelias ⁊ terrores paſſus ſum
ab eis, qui erāt pacifici mei, ⁊ cu/
ſtodiētes latus meū dicētes, De/
cipiamus eū, ⁊ p̄ualeamus illi:
ſed tu dn̄e mecū es tanq̄ȝ bella/
tor fortis. Cadent in opprobriū
ſempiternum, vt videas vindi/
ctā in eis, quia tibi reuelaui cau/
ſam

Digitized by Google

ſuu meum. ℣. Judica domine cauſa3 anime mee, defenſor vite mee. Cadant. Lectio ſcd̄a.

I Uſtus quidem tu es dñe, ſi diſputē tecum: veruntamē iuſta loquar ad te. Quare via impioꝝ proſperatur: bene eſt omnibus, qui preuaricantur, ⁊ inique agūt? Plātaſti eos, ⁊ radicē miſerūt: proficiunt, ⁊ faciūt fructum: prope es tu ori eorum, ⁊ longe a renibus eoꝝ: ⁊ tu dñe noſti me, vidiſti me, ⁊ probaſti cor meū tecū. Cōgrega eos quaſi gregē ad victimā, ⁊ ſanctifica eos in die occiſionis. Uſquequo lugebit terra, ⁊ herba oīs regionis ſiccabit propter maliciā habitātiū in ea? Cōſumptū eſt aīal, ⁊ volucre, qm̄ dixerūt: Nō videbit nouiſſima nr̄a. ℟. O eus Iſrael ꝓpter te ſuſtinui improperiū, operuit reuerētia faciem meā, extraneus factus ſu3 fratribus meis, ⁊ hoſpes filijs matris mee. Qm̄ zelus domus tue comedit me. ℣. Intēde aīe mee, ⁊ libera ea3, propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Le. iii.

R Eliqui domū mea3, dimiſi hereditatē meā, dedi dilectā animā meā in manus inimicorum eius. Facta eſt mihi hereditas mea quaſi leo in ſylua: dedit ꝯtra me vocē: ideo odiui eā. Nunquid auis diſcolor hereditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totū? venite, congregamini oēs beſtie terre: ꝓperate ad deuorandum. Paſtores multi demoliti ſunt vineā meā, cōculcauerūt partē meā, dederunt portionē meā deſiderabilē in deſertū ſolitudinis: poſuerunt ea3 in diſſipatione3, luxitq3 ſuper me. Deſolatione deſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt, qui recogitet corde. ℟. Synagoga populorū circūdederunt me: ⁊ non reddidi retribuētibus mihi mala. Cōſumetur dñe nequitia peccatoꝝ, ⁊ diriges iuſtū. ℣. Judica me dñe ſcđm iuſtitiam meam, ⁊ ſcđm innocentiam meam ſuper me. Conſumetur. Synagoga.

Ad Laudes, ⁊ p horas. Añ.

V Ide dñe, ⁊ conſidera, qm̄ tribuloꝛ, velociter exaudi me. Pſalmi de fer. f.29. Añ. Diſcerne cauſa3 meā dñe: ab homine iniquo ⁊ doloſo eripe me. Añ. Cu3 tribularer, clamaui ad dñm de ventre inferi, ⁊ exaudiuit me. Añ. Dñe vi3 patioꝛ, reſpōde pro me: q2 neſcio quid dicā inimicis meis. Añ. Dixerūt impij, opprimamus virū iuſtu3: qm̄ cōtrarius eſt operibus noſtris. Ad Bñs. Antipho. Ante diē feſtū Paſche ſciēs Jeſus q2 venit hoꝛa eius, cū dilexiſſet ſuos, in finē dilexit eos. Oro.

O Mnipotens ſempiterne deus: da nobis ita dñice Paſſionis ſacramēta pagere: vt indulgētiā pcipere mereamur. Per eūdē. Ad Veſper. Añ. In domū dñi. ps. Letatus ſum. fo. 55. cū re. ſ.

Ad

Digitized by Google

Ad Mag. Añt. Poteſtatem habeo ponendi animam meã, & iterum ſumendi eam. Oratio.

Tua nos miſericordia deus & ab omni ſurreptione vetuſtatis expurget: & capaces ſanctę nouitatis efficiat. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Non dñr Pſalmi Graduales.

De Jeremia propheta. Lect. j.

c.17. Expectatio Iſrael dñe. Oẽs, qui te derelinquunt, cõfundentur, recedentes a te in terra ſcribentur: quã dereliquerũt venam aquarum viuentium dominũ. Sana me dñe, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quã laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: Ubi eſt verbum domini? veniat. Et ego non ſum turbatus te paſtorem ſequẽs, & diẽ hominis non deſideraui: tu ſcis. Quod egreſſũ eſt de labys meis rectũ in conſpectu tuo fuit. Nõ ſis tu mihi formidini: ſpes mea tu in die afflictionis. Cõfundãtur, qui me perſequuntur, & nõ cõfundar ego: paueant illi, & nõ pauẽa ego: induc ſuper eos diez afflictionis, & duplici contritione cõtere eos. R. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me: & pro eo vt me diligerent, detrahebãt mihi: Ego autem orabam: & exaudiſti me domine Deus meus. V. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odiũ pro dilectione mea. Ego autem. Lectio ſecunda.

Quis audiuit talia horribilia quę fecit nimis virgo Iſrael? nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli poſſunt aquę erumpentes frigidę, & defluentes? Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libantes, & impingentes in vijs ſuis, in ſemitis ſęculi, vt ambularẽt per eas in itinere nõ trito: vt fieret terra eorũ in deſolationẽ, & in ſibilum ſempiternũ: oĩs qui prętérierit per eã obſtupeſcet, & mouebit caput ſuũ. Sicut ventus vrens diſpergã eos: coram inimico dorſum, & nõ faciẽ, oſtendã eis in die perditionis eorũ. Et dixerunt, Venite, & cogitemus contra Jeremiã cogitationes: nõ enim peribit lex a ſacerdote, neq; cõſilium a ſapiente, nec ſermo a propheta. Venite, & percutiamus eum lingua, & nõ attendamus ad vniuerſos ſermones eius. R. Dixerunt impij. ſ. vt in iij. noc. pcedẽ. dñicę. L. iij.

Attende dñe ad me, & audi vocẽ aduerſariorũ meorũ: Nunqd redditur pro bono malũ, qa foderunt foueã aĩę meę? Recordare quod ſteterim in cõſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuã ab eis. Propterea da filios eorũ in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorũ abſq; liberis, & viduę: & viri earum interficiantur morte. Juuenes

Digitized by Google

Iuuenes eoꝝ cõfodiantur gla-
dio in prelio. Audiatur clamor
de domibus eoꝝ: adduces enim
ſuper eos latronem repente, q̃a
foderunt foueã vt caperent me,
⁊ laqueos abſcõderunt pedibus
meis. Tu autẽ dñe ſcis omne cõ-
ſilium eoꝝ aduerſum me in mor-
tem: ne propitieris iniquitati eo-
rum, ⁊ peccatum eoꝝ a facie tua
non deleatur: fiant corruentes
in conſpectu tuo, in tempore fu-
roris tui abutere eis. ℟. Cir-
cumdederunt me viri. fol. 182.
Ad Laudes, ⁊ p Horas. Aña.

Libera me de ſanguinibus
Deus Deus meus: ⁊ exul-
tabit lingua mea iuſtitiam tuã.
Pſal. de fer. 33. Aña. Contu-
melias ⁊ terrores paſſus ſum ab
eis: ⁊ dñs mecũ eſt tãquam bel-
lator fortis. Aña. Ipſi vero in
vanum quęſierunt aĩam meam,
introibunt in inferiora terrę.
Aña. Omnes inimici mei au-
dierunt mala mea: dñe lętati
ſunt, qm̃ tu feciſti. Aña. Alliga
dñe in vinculis nationes gen-
tium: ⁊ reges eoꝝ in cõpedibus.
Ad Benedictus. Antiphona.
Simon dormis? non potuiſti
vna hora vigilare mecũ? Oro.

Preſta, q̃s, oĩps deus: vt q
noſtris exceſſib⁹ inceſſan-
ter affligimur: per vnigeniti filij
tui paſſionẽ liberemur. Qui te.
Ad Veſp. Aña. Non confun-
dentur. Niſi dñs. 55 cum rel.
Ad Magnificat. Antiphona.
Ancilla dixit Petro: vere tu ex
illis es: nam ⁊ loquela tua ma-
nifeſtum te facit. Deinde Pre-
ces vt in Pſalt. fo. 24. Oratio.

Reſpice, q̃s domine, ſu-
per hãc familiã tuã:
pro qua dominus no-
ſter Jeſus Chriſtus
non dubitauit manibus tradi
nocentium, ⁊ crucis ſubire tor-
mentum. Qui tecum viuit.
¶ Trib⁹ ſeq. diebus dicto ſecre.
Pater noſter. Aue Maria. ⁊ ad
Matut. Credo. omnibus alijs
pretermiſſis abſolute incipitur
officium ad Matut. ⁊ Veſpe.
ab Antiphona primi pſalmi, ⁊
antiphonę duplicantur, ſicut in
feſto duplici. Pſalmi dñr ſine
Gloria pa. per omnes horas, ⁊
in fine cuiuſlibet pſalmi ad Ma-
tutinũ extinguitur vna ex quin-
decim candelis poſitis in can-
delabro triangulari ante altare.

FERIA QVINTA
in Cęna Domini duplex.

Ad Matut. In i. noct. Aña.



Zelus do-
mus tuę
comedit me, ⁊
opprobria ex-
probrantiũ ti-
bi ceciderũt ſu-
per me. pſal.
Saluũ me fac
deus. 34 Aña.
Auertantur retrorſum, ⁊ erube-
ſcant, qui cogitant mihi mala. pſ.
Deus in adiutorium. 35. Aña.

Digitized by Google

Deus meus eripe me de manu peccatoris. Pſ. In te dñe. 35. ꝟ. Auertantur retrorſum, et erubeſcant. ℟. Qui cogitant mihi mala. Hoc triduo poſt ꝟ. noc. dicitur. Pr̃ nr̃. nec pnūciatur Et ne nos. nec dr̃ Abſolo, neqꝫ dant Bñdictiones ante lcōnes. In fine lcō. nō dr̃ Tu autem. ſed prime tres lec. Jeremie terminantur, vt infra.

Incipit lamentatio Jeremie prophete. Lectio i. Aleph.

Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua dña gentium: princeps prouinciarū facta eſt ſub tributo. Beth. Plorans plorauit in nocte, et lacryme eius in maxillis eius. Non eſt qui cōſoletur eā ex omnibus charis eius. Oēs amici eius ſpreuerūt eam, et facti ſunt ei inimici. Gimel. Migrauit Juda, propter afflictionem et multitudinem ſeruitutis, habitauit inter gētes, nec inuenit requiem. Oēs pſecutores eius apprehenderūt eā inter anguſtias. Daleth. Vie Sion lugent, eo q̄ nō ſint qui veniant ad ſolennitatē. Oēs porte eius deſtructe, ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſquallide, et ipſa oppreſſa amaritudine. He. Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt, quia dñs locutus eſt ſuper eam, propter multitudinem iniquitatū eius. Paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem, ante faciem tribulantis: Jeruſalē, Jeruſalem, cōuertere ad dñm Deum tuum.

Sic terminantur lcōnes de lamentatione in hoc triduo. ℟. In monte Oliueti orauit ad patrem. Pr̃ ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte. Spūs qdē promptus eſt, caro autē infirma: fiat volūtas tua. ꝟ. Vigilate et orate, vt nō intretis in tētationē. Spūs. Lectio ii. Vau.

Et egreſſus eſt a filia Sion oīs decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes, nō inuenientes paſcua, et abierunt abſqꝫ fortitudine ante faciē ſubſequentis. Zain. Recordata eſt Jeruſalem dierū afflictionis ſue, et preuaricationis omniū deſiderabilium ſuorū, que habuerat a diebus antiquis, cū caderet populus eius in manu hoſtili, et nō eſſet auxiliator. Viderūt eā hoſtes, et deriſerūt ſabbatha eius. Heth. Peccatum peccauit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Omnes qui glorificabāt eam, ſpreuerūt illam: quia viderunt ignominiam eius. Ipſa autem gemēs, conuerſa eſt retrorſum. Teth. Sordes eius in pedib' eius, nec recordata eſt finis ſui. Depoſita eſt vehemēter, nō habens cōſolatorem. Vide dñe afflictionem meam: qm̄ erectus eſt inimicus. Jeruſalem, Jeruſalē. ℟. Triſtis eſt aīa mea vſque ad mortē, ſuſtinete hic, et vigilate mecū, nūc videbitis turbā q̄ circundabit me. Vos fugā capietis,

expiteris, ⁊ ego vadã imolari ꝑ vobis. ℣. Ecce appropinquat hora, ⁊ filius hominis tradet in manus pctõꝝ. Vos. L. iij. Jod.

Manum ſuã miſit hoſtis ad oĩa deſiderabilia eius: quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus prę ceperas ne intrarent in eccleſiã tuã. Caph. Omnis pplus eius gemens, ⁊ quęrens panẽ: dederũt precioſa quęqȝ pro cibo ad refocillandam animam. Vide dñe, ⁊ ꝯſidera, qm̃ facta ſum vilis. Lamed. O vos omnes, qui trãſitis per viã, attẽdite, ⁊ videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus: qm̃ vindemiauit me, vt locutus eſt dñs in die irę furoris ſui. Mem. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, ⁊ erudiuit me: expandit rete pedibus meis, cõuertit me retrorſuȝ: Poſuit me deſolatam, tota die mœrore cõfectam. Num. Vigilauit iugum iniqtatum meaꝝ: in manu eius cõuolutę ſunt, ⁊ impoſitę collo meo: Infirmata eſt virtus mea: dedit me dñs in manum, de qua nõ potero ſurgere. Jeruſalem, Jeruſalem. ℟. Ecce vidimus eum non habentẽ ſpeciem, neqȝ decorem: aſpectus eius in eo nõ eſt: hic peccata noſtra portauit, ⁊ pro nobis dolet: ipſe autẽ vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: Cuius liuore ſanati ſumus. ℣. Vere lãguores noſtros ipſe tulit, ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Cuius. Ecce vidim⁹.

In ij. noc. Aña. Liberauit dñs pauperem a potente, ⁊ inopem, cui non erat adiutor. ps. Deus iudiciũ. 35. Aña. Cogitauerũt impij, ⁊ locuti ſunt nequitiam: iniqtateȝ in excelſo locuti ſunt. ps. Quã bonus Iſrael. 36. An. Exurge dñe, ⁊ iudica cauſam meam. ps. Vtquid Deus. 36. ℣. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ℟. Et de manu cõtra legem agentis, ⁊ iniqui.

Ex tractatu S. Auguſtini epiſcopi ſuper pſalmos. Lect. iiij.

Exaudi Deus orõnẽ meã, ⁊ ne deſpexeris deprecationẽ meã: intende mihi, ⁊ exaudi me. Satagentis, ſoliciti, in tribulatione poſiti, verba ſunt iſta. Orat multa patiens, de malo liberari deſiderans. Supereſt vt audiamus in quo malo ſit: ⁊ cũ dicere cęperit, agnoſcamus ibi nos eſſe: vt cõmunicata tribulatione ꝯiungamus orõnẽ. Cõtriſtatus ſum, inqt, in exercitatione mea, ⁊ cõturbatus ſum. Vbi ꝯtriſtatus? vbi conturbatus? in exercitatione mea inqt. Hoĩes malos, quos patitur, cõmemoratus eſt: eandemqȝ paſſionem maloꝝ hominũ, exercitationeȝ ſuam dixit. Ne putetis gratis malos eſſe in hoc mundo, ⁊ nihil boni de illis agere deũ: Omnis malus, aut ideo viuit, vt corrigatur: aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. ℟.

Amicus meus osculi me tradidit ſigno: quē oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eū: hoc malū fecit ſignū, q̄ p oſculū adimpleuit homicidiū. Infelix ꝓtermiſit ꝓciū ſanguinis, ⁊ in fine laqueo ſe ſuſpēdit. ℣. Bonū erat ei, ſi natus nō fuiſſet hō ille. Infelix. L. v.

Utinā ergo qui nos modo exercēt cōuertanť, ⁊ nobiſcū exerceanť: tamen quandiu ita ſunt, vt exerceant nos, nō eos oderimus: q2 in eo q̄ malus eſt quis eoꝝ, vtrū vſq3 in finē perſeueraturus ſit, ignoramus. Et plerunq3 cū tibi videris odiſſe inimicū, fratrē3 odiſti, ⁊ neſcis. Diabolus, ⁊ angeli eius in ſcripturis ſanctis manifeſtati ſunt nobis, q̄ ad ignē ęternū ſunt deſtinati: ipſoꝝ tantū deſperanda eſt correctio, cōtra quos habemus occultam luctā3: ad quam luctam nos armat apl's, dicens: Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē: ideſt, non aduerſus hoies quos videtis, ſed aduerſus principes, ⁊ poteſtates, ⁊ rectores mūdi tenebraꝝ harū. Ne forte cum dixiſſet mūdi, intelligeres dęmones eſſe rectores cęli ⁊ terrę: mundi dixit, tenebrarū haru3: mundi dixit, amatorum mundi: mundi dixit, impiorum ⁊ iniquoru3: mundi dixit, de quo in euangelio dicit: Et mundus eu3 non cognouit. ℟. Iudas mercator peſſimus oſculo petijt dominum: ille vt agnus innocens nō negauit Iude oſculu3: Denariorum numero Chriſtum Iudęis tradidit. ℣. Melius illi erat, ſi natus nō fuiſſet. Denarioru3. Lectio vj.

Quoniā vidi iniquitatē, ⁊ cōtradictionē in ciuitatē. Attēde gloriā crucis ipſius. Iā in fronte regū crux illa fixa eſt, cui inimici inſultauerunt. Effectus probauit virtutē. Domuit orbē, nō ferro, ſed ligno. Lignū crucis cōtumelijs dignū viſum eſt inimicis, ⁊ ante ipſum lignū ſtātes caput agitabāt, ⁊ dicebāt: Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce. Extendebat ille manus ſuas ad populū nō credētē ⁊ cōtradicentē. Si enim iuſtus eſt q̄ ex fide viuit, iniquus eſt qui nō habet fide3. Quod ergo hic ait iniquitatē, perfidiam intellige. Uidebat ergo dn̄s in ciuitate iniquitatē, ⁊ cōtradictionem, ⁊ extendebat manus ſuas ad populū non credentē, ⁊ cōtradicētem, ⁊ tamē ipſos expectans dicebat, Pater ignoſce illis, quia neſciūt quid faciūt. ℟. Unus ex diſcipulis meis tradēt me hodie: Uę illi per quē tradar ego. Melius illi erat ſi natus nō fuiſſet. ℣. Qui intingit mecum manū in paropſide, hic me traditurus eſt in manus peccatoꝝ. Melius. Unus. In iij. noct. Aña. Dixi iniq̄s, nolite lo q̄ aduerſus Deū iniquitatē. Ps. Cōfitebimur. 36. Aña. Terra tremuit ⁊ quieuit,

Digitized by Google

quieuit, dũ exurgeret in iudicio
deus. Ps. Notus in Judea. 37.
Aña. In die tribulationis meę
deum exquiſiui manibus meis.
Ps. Voce mea. 37. ℣. Exurge
dñe. ℟. Et iudica cauſã meã.
De epiſtola prima beati Pauli
apoſtoli ad Corinthios. L. vij.
ca. xi Hoc autẽ pręcipio non lau
dãs, q nõ in melius, ſed in
deterius cõuenitis. Primũ qdẽ
cõuenientibus vobis in eccleſiã,
audio ſciſſuras eſſe inter vos: ꝛ
ex parte credo: nã oportet hęre-
ſes eſſe, vt q probati ſunt, mani-
feſti fiãt in vobis. Cõueniẽtibus
ergo vobis in vnũ, iã nõ eſt dñi-
cã cęnã mãducare: vnuſquiſqꝫ
enĩ ſuã cęnã pręſumit ad man-
ducãdũ: ꝛ alius qdẽ eſurit, alius
autẽ ebrius eſt. Nũquid domos
nõ habetis ad mãducandũ ꝛ bi
bendũ? aut eccleſiam dei contẽ-
nitis, ꝛ cõfunditis eos, q non ha
bent? Quid dicã vobis? laudo
vos, in hoc non laudo. ℟. Erã
quaſi agnꝰ innocẽs, ductus ſũ
ad immolandũ, ꝛ neſciebã: cõſi
liũ fecerunt inimici mei aduer-
ſum me, dicẽtes: Venite mitta-
mus lignũ in panẽ eius, ꝛ erada
mus eũ de terra viuentium. ℣.
Oẽs inimici mei aduerſum me
cogitabant mala mihi: verbum
iniquũ mandauerunt aduerſũ
me, dicentes. Venite. Lc. viij.
Ego enim accepi a dño, qđ
ꝛ tradidi vobis: quoniam
dñs Jeſus in qua nocte tradeba
tur, accepit panẽ, ꝛ gratias agẽs
fregit, ꝛ dixit: Accipite ꝛ mãdu
cate: hoc eſt corpus meũ, quod
pro vobis tradetur: hoc facite in
meã cõmemorationẽ. Simili-
ter ꝛ calicem poſtquã cęnauit,
dicens: Hic calix nouũ teſtamẽ-
tũ eſt in meo ſanguine: hoc faci-
te, quotieſcunqꝫ bibetis, in meã
cõmemorationem. Quotieſcun
que enim manducabitis panẽ
hunc, ꝛ calicẽ bibetis, mortem
domini annunciabitis donec ve
nec veniat. ℟. Vna hora non
potuiſtis vigilare mecum, qui
exhortabamini mori pro me?
Vel Judã non videtis quomo-
do nõ dormit, ſed feſtinat tradẽ-
re me Judęis? ℣. Quid dormi-
tis? ſurgite, ꝛ orate: ne intretis
in tentationem. Vel. Lectio ix.
Itaqꝫ quicunque mandu-
cauerit panẽ, ꝛ biberit ca-
licem dñi indigne, reus erit cor-
poris, ꝛ ſanguinis dñi. Probet
autem ſeipſum homo: ꝛ ſic de
pane illo edat ꝛ de calice bibat.
Qui enĩ manducat ꝛ bibit in-
digne, iudiciũ ſibi manducat
ꝛ bibit, non dijudicans corpus
dñi. Ideo inter vos multi īfirmi
ꝛ imbecilles, ꝛ dormiũt multi. Qđ
ſi noſmetipſos dijudicaremus,
nõ vtiqꝫ iudicaremur. Dũ iudi
camur autẽ a dño corripimur,
vt nõ cũ hoc mundo dãnemur.
℟. Seniores ppli cõſiliũ fece-
runt: Vt Jeſũ dolo tenerent, ꝛ
occiderẽt: cũ gladijs, ꝛ fuſtibus

exierūt tanq̄ʒ ad latronē ℣. Collegerunt pontifices, ⁊ pharisei conciliuʒ. ℟. Seniores popu.

Ad Laudes. Antiphona.

Iustificeris dñe in sermonibus tuis, ⁊ vincas cum iudicaris. ps. Miserere. 23. Aña. Dñs tanq̄ʒ ouis ad victimā ductus est, ⁊ nō aperuit os suū. ps. Dñe refugiū. 39. Aña. Cōtritū est cor meū in medio mei, cōtremuerunt omnia ossa mea. ps. Deus Deus meus. 8. Aña. Exaltatus es in virtute tua, ⁊ in refectione sancta tua dñe. ps. Cantemus dño. 40. Aña. Oblatus est quia ipse voluit: ⁊ peccata nostra ipse portauit. psal. Laudate dominum de celis. 9. Cap. ⁊ hym. non dnr. ℣. Homo pacis mee, in quo speraui. ℟. Qui edebat panes meos, ampliauit aduersuʒ me supplātationem. Ad Bns. Antipho. Traditor autē dedit eis signuʒ dicēs: quē osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Interiʒ dū dr canticū, Benedictus, extinctis prius oībus cādelis in cādelabro triāgulari pter vnam, q̄ posita est in sūmitate candelabri, extinguūtur paulatiʒ sex cādele supra altare, ita vt in vltimo versu extinguat vltima cādela: similiter extinguunt lāpades ⁊ luminaria p ecclesiaʒ. Cū repetitur Aña. Traditor, ex cādelabro accipit suprema cādela, ⁊ sub altari abscōdit in cornu epistole: repetita Aña. post Benedictus ℣. Christus factus est pro nobis obediēs vsq̄ʒ ad mortē. Scda nocte addit Mortē autē crucis. Tertia nocte addit Propter quod ⁊ deus exaltauit illū, ⁊ dedit illi nomē, quod est sup oē nomen. Et sicut in Matu. ita dr p horas diei. Cū incipit ℣. Christus factus est, oēs genuflectunt: ⁊ eo finito dr Pater noster, totū sub silentio, postea ps. Miserere. 23. aliquātulo altius: quo finito sine Oremus, dr Oro. Respice q̄s. 184. simili voce: sed Qui tecū, dr sub silentio Finita oratione fit fragor, ⁊ strepitus aliquantulū: mox pfert cādela accēsa, ⁊ oēs cū silētio discedunt. Prima. iij. vj. ⁊ ix. dictis secreto Pater noster. Aue maria, ⁊ ad primā Credo. absolute inchoant a psal. cōsuetis: q ad Primā sunt vt in festis: qbus finitis dr ℣. Chrs factus est. Deinde flexis genibus dr secre. Pr nr. ps. Miserere. 24. Oro. Respice q̄s. 184. sicut in Mat. In hoc triduo nō annūciat aliqd de Martyrologio, nec dicit Preciosa. Vespere, dicto secre. Pater nr. ⁊ Aue Maria, incipiuntur absolute a prima Aña.

Calicē salutaris accipiā, ⁊ nomen dñi inuocabo. ps. Credidi. 54. An. Cū his q oderūt pacē, erā pacificus: dū loquebar illis, impugnabāt me gratis. ps. Ad dñm cū tri. 54. An. Ab hoībus iniquis libera me dñe. ps.

ps. Eripe me. 58. Aña. Cuſto/
di me a laqueo, quem ſtatuerũt
mihi, ⁊ a ſcãdalis operantiũ ini
quitatem. ps. Dñe clamaui ad
te. 59. Aña. Conſiderabam ad
dexterã, ⁊ videbã, ⁊ nõ erat qui
cognoſceret me. ps. Voce mea.
f. 59. Cap. Hym. ⁊ ℣ſic. nõ dñr
in hoc triduo. Ad Mag. Aña.
Cenantibus autẽ illis accepit
Jeſus panẽ, ⁊ benedixit, ac fre/
git, deditq; diſcipulis ſuis. ℣.
Chriſtus factus eſt. cũ reſ. vt ſu
pra in Matutino. Ad Cõpleto
rium non dicitur Jube domne.
nec lectio breuis, ſed facta Con/
feſſione, ⁊ Abſolutione incipi/
tur a pſalmo. Cum inuocarem.
dictis pſal. dicit Nũc dimittis.
Deinde ℣. Chriſtus factus eſt.
cũ reliq. vt ſup. ad alias Horas.
Sic terminant̃ oẽs hore in hoc
triduo vſq; ad veſp. Sabb. ſcti.

FERIA SEXTA
in Paraſceue. duplex.

Ad Mat. In primo noc. Añ.



AStiterũt reges ter/ re, ⁊ principes cõuenerunt in vnũ, aduerſus dñm, ⁊ aduer/ ſus Chriſtum eius. ps. Qua/ re fremuerũt. 2.
Aña. Diuiſerunt ſibi veſtimen
ta mea, ⁊ ſup veſtem meam mi/
ſerunt ſortem. ps. Deus Deus
meus reſpice 14. Aña. Inſurre
xerunt in me teſtes iniqui, ⁊ mẽ
tita eſt iniquitas ſibi. ps. Dñs
illuminatio. 19. ℣. Diuiſerunt
ſibi veſtimenta mea. ℟. Et ſu
per veſtem meã miſerunt ſortẽ.

De Lamẽtatione Jeremię pro/
phete. Lectio j. Heth.

COgitauit dñs diſſipare mu 2. ca.
rũ filię Sion: tetẽdit funi/
culum ſuum, ⁊ non auertit ma/
nũ ſuã a perditione: luxitq; an
temurale, ⁊ murus pariter diſſi
patus eſt. Teth. Defixę ſunt in
terra portę eius: perdidit ⁊ cõtri
uit vectes eius, regem eius, ⁊
principes eius in gentibus. Nõ
eſt lex, ⁊ prophetę eius non in/
uenerunt viſionem a dño. Jod.
Sederunt in terra, cõticuerunt
ſenes filię Sion, conſperſerunt
cinere capita ſua, accincti ſunt
cilicijs, abiecerunt in terra capi
ta ſua virgines Jeruſalẽ. Caph.
Defecerunt pre lacrymis oculi
mei: cõturbata ſunt viſcera mea:
Effuſum eſt in terra iecur meũ:
ſuper contritionem filię populi
mei, cum deficeret paruulus, ⁊
lactens in plateis oppidi. Jeru
ſalem, Jeruſalem. ℟. Omnes
amici mei dereliquerunt me, ⁊
preualuerunt inſidiantes mihi:
tradidit me quẽ diligebam: Et
terribilibus oculis, plaga cru/
deli percutientes, aceto potabãt
me. ℣. Inter iniquos proiece/
runt me, ⁊ non pepercerunt anime
mee. Et. Lectio ij. Lamed.
MAtribus ſuis dixerũt, vbi

 eſt

Digitized by Google

eſt triticum, ⁊ vinum? cum defi-
cerent quaſi vulnerati in plateis
ciuitatis, cum exhalarẽt animas
ſuas in ſinu matrũ ſuarum. Mem.
Cui cõparabo te, vel cui aſſimi-
labo te filia Jeruſalem? cui exe-
quabo te, ⁊ cõſolabor te virgo
filia Sion? Magna eſt enim ve-
lut mare contritio tua: quis me-
debitur tui? Nun. Prophete
tui viderunt tibi falſa ⁊ ſtulta,
nec aperiebãt iniquitatẽ tuã, vt
te ad penitentiam prouocarent:
Viderunt autem tibi aſſumptio-
nes falſas, ⁊ eiectiões. Samech.
Plauſerunt ſuper te manibus
omnes tranſeuntes per viã: ſibi-
lauerũt, ⁊ mouerunt capita ſua
ſuper filiã Jeruſalem, Heccine
eſt vrbs, dicentes, perfecti deco-
ris, gaudiũ vniuerſe terre? Je-
ruſalẽ, Jeruſalem. ℟. Velum
templi ſciſſum eſt: Et omnis ter-
ra tremuit, latro de cruce clama
bat dicens, Memento mei dñe,
dum veneris in regnum tuum.
℣. Petre ſciſſe ſunt, ⁊ monumẽ
ta aperta ſunt, ⁊ multa corpora
ſanctorũ qui dormierãt ſurrexe
runt. Et omnis. L. iij. Aleph.

Ego vir videns paupertatẽ
meam, in virga indignatio-
nis eius. Aleph. Me minauit
⁊ adduxit in tenebras, ⁊ non in
lucem. Aleph. Tantũ in me ver
tit, ⁊ conuertit manum ſuam to
ta die. Beth. Vetuſtã fecit pel-
lem meam, ⁊ carnem meam: cõ-
triuit oſſa mea. Beth. Aedifica
uit i gyro meo, ⁊ circũdedit me
felle, ⁊ labore. Beth. In tene-
broſis collocauit me, quaſi mor
tuos ſẽpiternos. Gimel. Circũ-
edificauit aduerſum me, vt non
egrediar, aggrauauit cõpedem
meũ. Gimel. Sed ⁊ cũ clamaue
ro, ⁊ rogauero, excluſit orõnem
meam. Gimel. Concluſit vias
meas lapidib⁹ quadris, ſemitas
meas ſubuertit. Jeruſalem, Je-
ruſalem. ℟. Vinea mea electa,
ego te plãtaui. Quomodo cõ-
uerſa es in amaritudinem, vt me
crucifigeres, ⁊ Barabbã dimit-
teres? ℣. Sepiui te, ⁊ lapides ele
gi ex te, ⁊ edificaui turrim. Quo.
Vinea mea. In ij. noct. Aña.
Vim faciebãt, q querebãt aiam
meã. ps. Dñe ne in furore. 37.
Aña. Cõfundantur ⁊ reuerean-
tur qui querunt animam meam,
vt auferant eam. ps. Expectãs
expectaui. 25. Añ. Alieni inſur
rexerunt in me, ⁊ fortes quesierũt
animam meam. ps. Deus in no
mine tuo ſaluum. 10. ℣. Inſurre-
xerunt in me teſtes iniqui. ℟.
Et mentita eſt iniquitas ſibi.
Ex tractatu S. Auguſtini epi-
ſcopi ſuper pſalmos. Lectio iiij.

Protexiſti me Deus a con
uentu malignantiũ, a mul ps. 63
titudine operantiũ iniquitatem.
Jam ipſum caput noſtrũ intuea-
mur. Multi martyres talia paſſi
ſunt, ſed nihil ſic elucet, quomo-
do caput martyrum: ibi melius
intuemur quod illi experti ſũt.
Protectus

Protectus eſt a multitudine ma-
lignantium, protegente ſe Deo:
protegēte carnē ſuā in ipſo filio
⁊ hoīe, quē gerebat: quia filius
hoīs eſt, ⁊ filius Dei eſt: Filius
Dei propter formam Dei, filius
hoīs, propter formā ſerui, habēs
poteſtatē ponere aīam ſuā, ⁊ re-
cipere eā. Quid potuerunt face-
re inimici? Occiderunt corpus,
aīam autē non occiderūt. Intē-
dite. Parū ergo erat, dn̄m hor-
tari martyres verbo, niſi firma-
ret exemplo. R. Tanquā ad
latronem exiſtis cum gladijs ⁊
fuſtibus, comprehendere me.
Quotidie apud vos erā in tem-
plo, docens: ⁊ non me tenuiſtis:
⁊ ecce flagellatū ducitis ad cru-
cifigendū. V. Cūq; inieciſſent
manus in Jeſū, ⁊ tenuiſſent eū,
dixit ad eos. Quotidie. Lc. v.

Noſtis qui conuentus erat
malignantium Judæorū, ⁊
quæ multitudo erat operantium
iniquitatem? Quā iniquitatē?
Quia voluerunt occidere dn̄m
Jeſum Chriſtum. Tanta opera
bona, inquit, oſtēdi vobis: pro-
pter quod horū me vultis occi-
dere? Pertulit oēs infirmos eo-
rū, curauit oēs languidos eo-
rum, prædicauit regnū cælorū,
non tacuit vitia eorū: vt ipſa po-
tius eis diſplicerēt, nō medicus
a quo ſanabātur. His omnibus
curationibus eius ingrati, tanq̄
multa febre frenetici, inſanientes
in medicū, qui venerat curare
eos, excogitauerunt conſilium
perdendi eum, tanquam ibi vo-
lentes probare vtrum vere ho-
mo ſit, qui mori poſſit, an aliq̄d
ſuper homines ſit, ⁊ mori ſe non
permittat. Verbum ipſorum
agnoſcimus in ſapientia Salo-
monis. Morte turpiſſima, in-
quiunt, cōdemnemus eū: inter-
rogemus eum: erit enim reſpe-
ctus in ſermonibus illius. Si
enim vere filius Dei eſt, liberet
eum. R. Tenebræ factæ ſunt,
dū crucifixiſſent Jeſū Judæi, ⁊
circa horā nonā exclamauit Je-
ſus voce magna: Deus meus vt-
quid me dereliquiſti? Et inclina-
to capite emiſit ſpiritū. V. Ex-
clamās Jeſus voce magna, ait:
Pater in manus tuas cōmendo
ſpiritū meum. Et incli. Lc. vi.

Exacuerunt tanq̄ gladiū
linguas ſuas. Non dicant
Judæi: non occidimus Chriſtū.
Etenim ꝓpterea eū dederūt iu-
dici Pilato, vt quaſi ipſi a mor-
te eius viderent immunes. Nā
cū dixiſſet eis Pilatus, Vos eū
occidite: reſponderunt, Nobis
nō licet occidere quenquā. Ini-
quitatē facinoris ſui in iudicē
hoīem refundere volebāt. Sed
nunquid Deū iudicē fallebant?
Quod fecit Pilatus, in eo ipſo
quod fecit aliquantulum parti-
ceps fuit: ſed in cōparatione illo-
rum multo ipſe innocētior. In-
ſtitit enī quantū potuit, vt illū
ex eorū manibus liberaret. Nam

propterea flagellatū produxit ad eos. Non perſequēdo dominum flagellauit, ſed eorū furori ſatisfacere volens, vt vel ſic iam miteſcerent, ⁊ deſinerent velle occidere, cum flagellatum viderent. Fecit ⁊ hoc. At vbi perſeuerauerūt, noſtis illū lauiſſe manus, ⁊ dixiſſe, quod ipſe non feciſſet, mundū ſe eſſe a morte illius. Fecit tamen. ſed ſi reus qui fecit vel inuitus, illi innocentes qui coegerunt vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum ſententiā, ⁊ iuſſit eū crucifigi, ⁊ quaſi ipſe occidit, ⁊ vos o Judei occidiſtis. Unde occidiſtis? gladio lingue. Acuiſtis enim linguas veſtras. Et quādo percuſſiſtis, niſi quādo clamaſtis: Crucifige crucifige? ℟. Animam meā dilectam tradidi in manus iniquorum, ⁊ facta eſt mihi hereditas mea ſicut leo in ſylua: dedit contra me voces aduerſarius dicēs. Congregamini ⁊ properate ad deuorandum illum: poſuerunt me in deſerto ſolitudinis, ⁊ luxit ſuper me omnis terra. Quia nō eſt inuentus qui me agnoſceret, ⁊ faceret bene. ℣. Inſurrexerūt in me viri abſque miſericordia, ⁊ non pepercerunt anime mee. Quia. Animā. In iij. no. Añ. Ab inſurgentibus in me libera me domine, quia occupauerunt animam meam. ps. Eripe me de. 31. Aña. Lōge feciſti notos meos a me: traditus ſum, ⁊ non egrediebar. ps. Dñe deus ſalutis. 41. Añ. Captabūt in aiam iuſti, ⁊ ſanguinem innocentem condemnabūt. ps. Deus vltionū. 43. ℣. Locuti ſunt aduerſū me lingua doloſa. ℟. Et ſermonibus odij circundederunt me, ⁊ expugnauerūt me gratis.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Hebreos. Lectio vij.

Feſtinemus ingredi in illā requiem, vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exēplū. 4. ca. Uiuus eſt enim ſermo dei, ⁊ efficax, ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti, ⁊ pertingens vſque ad diuiſionē anime, ⁊ ſpiritus: compagum quoque ac medullarum, ⁊ diſcretor cogitationum, ⁊ intentionum cordis: ⁊ non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia autē nuda, ⁊ aperta ſunt oculis eius, ad quē nobis ſermo. Habētes ergo pontificē magnū, qui penetrauit celos, Jeſum filiū Dei, teneamus ſpei noſtre cōfeſſionē. Non enim habemus Pontificem qui non poſſit cōpati infirmitatibus noſtris, tentatū autē per oīa pro ſimilitudine abſque peccato. ℟. Tradiderunt me in manus impiorum, ⁊ inter iniquos proiecerūt me, ⁊ nō pepercerūt aīe mee: cōgregati ſunt aduerſum me fortes: Et ſicut gigantes ſteterunt contra me. ℣. Alieni inſurrexerunt aduerſū me, ⁊ fortes que ſierunt aiam meam. Et. L. viij

A deamus

Digitized by Google

Adeamus ergo cu3 fiducia ad thronum gratię eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Non nanq3 Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quę ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Qui cōdolere poſſit his, qui ignorāt, & errant: qm̄ & ipſe circūdatus eſt infirmitate. Et propterea debet quemadmodū pro populo, ita etiā & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. ℟. Jeſu3 tradidit impius ſummis principibus ſacerdotum & ſenioribus populi. Petrus aute3 ſequebat eum a longe, vt videret finem. ℣. Adduxerunt autem eum ad Caypham principem ſacerdotum, vbi ſcribę & Phariſei conuenerant. Petrus.

Nec quiſquā ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquā Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt Pōtifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quēadmodū & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in ęternum ſm ordinem Melchiſedech. Qui in diebus carnis ſuę preces ſupplicationeſq3 ad eum qui poſſit ſaluum illum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et quidē cū eſſet filius Dei, didicit ex his, q̄ paſſus eſt, obedietiā: & cōſummatus factus eſt oībus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis ęternę, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech. ℟. Caligauerunt oculi mei a fletu meo: quia elongatus eſt a me qui conſolabatur me. Videte omnes populi, Si eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. ℣. O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte. Si eſt. Caligauerunt.

Ad Laudes. Antiphona.

Proprio filio ſuo nō pepercit Deus, ſed pro nobis oībus tradidit illum. ps. Miſerere.23. Aña. Anxiatus eſt ſup me ſpiritus meus, in me turbatū eſt cor meū. ps. Dñe exau.44. Aña. Ait latro ad latronē. Nos quide3 digna factis recipimus: hic aute3, quid fecit? memento mei dñe dum veneris in regnū tuū. ps. Deus Deus meus.8. Aña. Cū cōturbata fuerit anima mea dñe, miſericordię memor eris. ps. Dñe audiui.45. Aña. Memento mei dñe dum veneris in regnum tuum. ps. Laudate dñm de cę.9. ℣. Collocauit me in obſcuris. ℟. Sicut mortuos ſęculi. Ad Bñs. Aña. Poſuerunt ſup caput eius cauſam ipſius ſcriptā, Jeſus Nazarenus, rex Judęoꝝ. ℣. Chrs factus eſt. Morte. ps. Miſere.23. & oratio. Reſpice q̄ſo dñe.184. Ad Veſp. Aña. & pſal. pręteriti diei

vitei dn̄r ſine cātu. Ad Vẽſ. Añ. Cū accepiſſet acetū dixit: Cōſummatū eſt: & inclinato capite emiſit ſpiritum. ℣. & alia. vt ſu.

SABBATHO Sancto. duplex.

Ad Matut. in j. noctur. Aña.



IN pace in idipſum dormiam, & requieſcam. ps. Cum inuocarem. 61. Aña. Habitabit i tabernaculo tuo, requieſcet in monte ſancto tuo. ps Domine quis habitabit. 4. Aña. Caro mea requieſcet in ſpe. ps. Cōſerua me domine. 5. ℣. In pace in idipſum. ℟. Dormiam & requieſcam.

De Lamētatione Ieremię prophetę. Lectio prima. Heth.

cap. 3 MIſericordię dn̄i, q᷑ non ſumus cōſumpti: q̄a non defecerunt miſerationes eius. Heth. Noui diluculo, multa eſt fides tua. Heth. Pars mea dominus, dixit anima mea: ꝓpterea expectabo eū. Teth. Bonus eſt dn̄s ſperātibus in eum, animę quęrēti illū. Teth. Bonum eſt pręſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Teth. Bonū eſt viro cū portauerit iugū ab adoleſcētia ſua. Iod. Sedebit ſolitarius, & tacebit, q᷑ leuauit ſe ſuper ſe. Iod. Ponet in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes. Iod. Dabit percutienti ſe maxillā: ſaturabitur opprobrijs. Ieruſalem, Ieruſalē. ℟. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt, & dū male tractaretur, nō aperuit os ſuū: traditus eſt ad mortē, Vt viuificaret populū ſuum. ℣. Tradidit in mortem animam ſuam, & inter ſceleratos reputatus eſt. Vt viuificaret. Lec. ij. Aleph.

QVomodo obſcuratum eſt aurū, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearū. Beth. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli. Gimel. Sed & lamię nudauerūt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio i deſerto. Daleth Adhęſit lingua lactētis ad palatū eius in ſiti: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. He. Qui veſcebantur voluptuoſe interierūt in vijs: Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Vau Et maior effecta eſt iniquitas filię populi mei peccato Sodomorū: quę ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. Ieruſalem, Ieruſalem. ℟. Ieruſalem ſurge, & exue te veſtibus iucunditatis: induere cinere, & cilicio: Quia in te occiſus eſt ſaluator Iſrael. ℣. Deduc quaſi torrentem lacrymas per

per diem ꝛ noctez, ꝛ non taceat pupilla oculi tui. Quia in te.

Incipit oratio Jere. prophete. L. iij.

ca. 5 Recordare dñe, quid acciderit nobis: intuere, ꝛ reſpice opprobrium noſtruz. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtre ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſq; patre, matres noſtre quaſi vidue. Aquaz noſtrã pecunia bibimus, ligna noſtra precio comparauimus. Ceruicibus nr̃is minabamur: laſſis nõ dabatur requies. Aegypto dedimus manuz, ꝛ Aſſyrijs, vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerunt, ꝛ nõ ſunt: ꝛ nos iniquitates eorũ portauimus. Serui dñati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eoruz. In animabus noſtris afferebamus panẽ nobis, a facie gladij in deſerto. Pellis noſtra, quaſi clibanus exuſta eſt, a facie tempeſtatũ famis. Mulieres in Syõ humiliauerũt, ꝛ virgines in ciuitatibus Juda. Jeruſm. ℟. Plange quaſi virgo plebs mea, vlulate paſtores in cinere ꝛ cilicio: Quia veniet dies dñi magna, ꝛ amara valde. ℣. Accingite vos ſacerdotes, ꝛ plangite miniſtri altaris, aſpergite vos cinere. Quia. Plange.

In iij. noctur. Aña. Eleuamini porte eternales, ꝛ introibit rex glorie. ps. Domini eſt terra. 23. Añ. Credo videre bona dñi in terra viuentium. ps. Dñs illuminatio mea. 26. Aña Dñe abſtraxiſti ab inferis animã meaz. ps. Exaltabo. 29. ℣. Tu autez domine miſerere mei. ℟. Et reſuſcita me, ꝛ retribuam eis.

Ex tractatu S. Auguſtini epiſcopi, ſuper pſalmos. Lec. iiij.

Accedet homo ad cor altũ, ꝛ exaltabitur Deus. Illi dixerũt, quis nos videbit? Defecerunt ſcrutãtes ſcrutationes ꝛ cõſilia mala. Acceſſit hõ ad ipſa cõſilia, paſſus eſt ſe teneri vt homo. Nõ enim teneretur niſi homo, aut videretur niſi homo, aut cederetur niſi homo, aut crucifigeretur, aut moreretur, niſi homo. Acceſſit ergo homo ad illas omnes paſſiones, que in illo nihil valerẽt, niſi eſſet homo. Sed ſi ille non eſſet hõ, nõ liberaretur homo. Acceſſit homo ad cor altũ, id eſt cor ſecretum, obijciẽs aſpectibus humanis hominem, ſeruans intus Deũ, celãs formã Dei, in qua equalis eſt patri, ꝛ offerens formaz ſerui, qua minor eſt patre. ℟. Receſſit paſtor noſter, fons aque viue, ad cuius trãſitũ ſol obſcuratus eſt. Nã ꝛ ille captus eſt, qui captiuum tenebat primum hominem: hodie portas mortis ꝛ ſeras pariter ſaluator noſter diſrupit. ℣. Deſtruxit quidẽ clauſtra inferni, ꝛ ſubuertit potẽtias diaboli. Nam ꝛ ille. Lectio v.

Quo perduxerũt illas ſcrutationes ſuas, quas perſcrutantes

Digitized by Google

tantes defecerũt, vt etiã, mortuo dño ⁊ ſepulto, cuſtodes ponerẽt ad ſepulcrum? Dixerunt enim Pilato. Seductor ille, hoc appellabat noĩe dñs Jeſus Chrs ad ſolatium ſeruoꝝ ſuoꝝ, quando dicũtur ſeductores. Ergo illi Pilato, q̄a Seductor ille, inquiũt, dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgã: Jube itaqꝫ cuſtodiri ſepulcrũ vſqꝫ in diẽ tertiũ, ne forte veniãt diſcipuli eius, ⁊ furent eũ, ⁊ dicant plebi: Surrexit a mortuis: Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiã, ite, cuſtodite, ſicut ſcitis. Jlli autem abeuntes munierũt ſepulcrũ, ſignãtes lapidẽ cum cuſtodibus. ℟. O vos oẽs, q̄ trãſitis p viã, attẽdite ⁊ videte, Si eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. ℣. Attendite vniuerſi ppli, ⁊ videte dolorem meuꝫ. Si eſt do. L. vj.

Poſuerũt cuſtodes milites ad ſepulcrũ, cõcuſſa terra dominus reſurrexit: miracula facta ſunt talia circa ſepulcruꝫ, vt ipſi milites, q̄ cuſtodes aduenerant, teſtes fierent, ſi vellẽt vera nunciare. Sed auaritia illa quę captiuauit diſcipuluꝫ comitem Chriſti, captiuauit ⁊ militeꝫ cuſtodem ſepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam, ⁊ dicite quia vobis dormientibus venerunt diſcipuli eius, ⁊ abſtulerunt eum. Uere defecerunt ſcrutãtes ſcrutationes. Quid eſt q̄d dixiſti? o infelix aſtutia. Tãtum ne deſeris lucẽ conſilij, pietatis, ⁊ in profunda verſutia demergeris, vt hoc dicas: dicite, q̄a vobis dormientibꝰ venerunt diſcipuli eius, ⁊ abſtulerũt eũ? Dormientes teſtes adhibes? vere tu ipſe obdormiſti, qui ſcrutãdo talia feciſti. ℟. Ecce quõ moritur iuſtus, ⁊ nemo pcipit corde: ⁊ viri iuſti tolluntur, ⁊ nemo ꝯſiderat: a facie iniq̄tatis ſublatus eſt iuſtus: Et erit in pace memoria eius. ℣. Tanq̄ꝫ agnus corã tondente ſe obmutuit: ⁊ nõ aperuit os ſuum, de anguſtia ⁊ de iudicio ſublatus eſt. Et erit. Ecce.

Jn iij. noct. Aña. Deus adiuuat me: ⁊ dñs ſuſceptor eſt aię meę. Ps. Deus in noĩe tuo. 10. Añ. Jn pace factꝰ eſt locus eius, ⁊ in Siõ habitatio eius. Ps. Notus in Judęa Deus. 37. Aña. Factꝰ ſum ſicut homo ſine adiutorio, inter mortuos liber. Ps. Domine deus ſalutis meę. 42. ℣. Jn pace factus eſt locus eius. ℟. Et in Sion habitatio eius.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Hebręos. Lectio vij.

Chriſtus aſſiſtens Põtifex futuroꝝ bonoꝝ, per amplius ⁊ perfectius tabernaculũ non manufactum, ideſt non huius creationis. Neqꝫ per ſanguinem hircorum, aut vituloꝝ, ſed per propriuꝫ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, ęterna redẽptione inuẽta. Si enim ſanguis ca. 9.

hircorum.

hircoꝝ, ⁊ tauroꝝ, ⁊ cinis vitulę aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationē carnis: quanto magis ſanguis Chriſti, qui per ſpiritū ſanctū ſeipſum obtulit immaculatum deo, emundabit conſcientiam noſtrā ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti? ℟. Aſtiterunt reges terrę, ⁊ principes conuenerunt in vnum, Aduerſus dominum, ⁊ aduerſus Chriſtum eius. ℣. Quare fremuerunt gentes, ⁊ populi meditati ſunt inania? Aduerſus. Lectio viij.

Et ideo noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedēte, in redēptionē earū pręuaricationū, quę erāt ſub priori teſtamento, repromiſſionē accipiāt, qui vocati ſunt ęternę hereditatis. Ubi enim eſt teſtamentum, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatū eſt: alioquin nōdū valet, dum viuit q teſtatus eſt: vnde nec primū qdē ſine ſanguine dedicatū eſt. ℟. Aeſtimatus ſum cum deſcēdentibus in lacū. Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. ℣. Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, ⁊ in vmbra mortis. Factus. Lectio.

Lecto enim omni mādato legis a Moyſe vniuerſo pplo, accipiēs ſanguinē vituloꝝ ⁊ hircoꝝ, cū aqua, ⁊ lana coccinea, ⁊ hyſſopo, ipſum quoq; librū, ⁊ oēm pplm aſperſit dicēs: Hic ſanguis teſtamēti, qđ mandauit ad vos deus. Etiā tabernaculū, ⁊ oīa vaſa miniſterij ſanguine ſimiliter aſperſit. Et oīa pene in ſanguine mundant ſm legē: ⁊ ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. ℟. Sepulto dño ſignatū eſt monumentum, voluētes lapidē ad oſtiū monumēti. Ponētes milites, q cuſtodirent illū. ℣. Accedētes principes ſacerdotum ad Pilatū petierunt illū. Ponentes. Sepul.

Ad Laudes. Antiphona.

O Mors, ero mors tua, morſus tuus ero inferne. Pſ. Miſerere. 23. Añ. Plangēt eū quaſi vnigenitum, qa innocens dominus occiſus eſt. Pſ. Iudica me. 29. Añ. Attendite vniuerſi ppli, ⁊ videte dolorem meū. Pſ. Deus deus meus ad te luce. 8. Añ. A porta inferi erue domine animā meam. Pſ. Ego dixi. 29. Añ. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, ⁊ videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Pſ. Laudate dominum de cęlis. 9. ℣. Caro mea requieſcet in ſpe. ℟. Et nō dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Ad Bñs. Añ. Mulieres ſedētes ad monumentū lamentabant flentes dñm. ℣. Chriſtus factus. ⁊ Mortē. ⁊ Propter. Pſ. Miſerere mei. 23. [illegible]

C[illegible]

[illegible]

[illegible]

munione ſacerdotis ſtatim pro veſp. dr Aña. Hal. hal. hal. ps. Laudate dominum omnes. 54. cum Gloria patri. Sicut erat. & repetitur Aña. Haleluiah. Cap. hym. & ℣. no dicuntur. Ad Mag. Aña. Veſpere autē ſabbathi, que luceſcit in prima ſabbathi, venit Maria Mag/dalene, & altera Maria videre ſepulcrum, halah. Canticum. Magnificat. cum Gloria pat. Sicut. & repetitur Aña. Ve/ſpere autem. Deinde ſacerdos dicit Dñs vobiſcum. Oratio.

Spiritū nobis dñe tue cha/ritatis infunde: vt quos ſa/cramentis paſchalibus ſatiaſti tua facias pietate concordes. Per dñm. in vnitate eiuſdem. Deinde Dñs vobiſcū. Poſtea Diaconus dicit Ite Miſſa eſt, halah, halah. ℟. Deo gras, hal. halah. ¶ Ad Completoriū. Iube dõne. Bndictio. Noctē quietam. Lec. bre. Frēs, ſobrij eſtote. 61. ℣. Adiutorium nrm. Facta pfeſſione & Abſolone dr ℣. Cōuerte nos deus. ℣. Deus in adiutorium. Gloria patri. & amplius nō dr Laus tibi dñe, rex eterne glorie. ſed eius loco deinceps dicit halah. Deinde ſine Aña dñr pſalmi conſueti. Cap. ℣. & hym. non dñr. Ad Nunc dimittis, Aña. Veſpere autem ſabbathi. vt ſup. in veſpe. Oratio. Viſita, qs dñe. In fine Aña Regina celi. vt in Pſalt.

DOMINICA RESVRRECTIONIS, quod eſt Paſcha. Duplex.

Ad Matutinum.

℣. Domine labia mea aperies. Deus in adiutorium. &c.

Inuitatorium.



Surrexit Dominus vere, halah. ps. Venite. fo. 1. Hymni & Capitula nō dicuntur in aliqua horarum vſque ad veſpe. ſabbathi in Albis, nec verſic. niſi in nocturn.

Ad Nocturnum. Antiphona.

Ego ſum, qui ſum. & conſi/lium meum nō eſt cum im/pijs, ſed in lege domini volūtas mea eſt, halah. ps. Beatus vir qui non abijt. 2. Aña. Poſtu/laui patrem meum, haleluiah, dedit mihi gentes, halah, in he/reditatē, halah. ps. Quare fre/muerūt. 2. Aña. Ego dormiui, & ſomnum cepi, & exurrexi, qm dñs ſuſcepit me, halah, hal. ps. Domine quid multiplicati. 2. ℣. Surrexit dominus de ſepul/cro, haleluiah. ℟. Qui pro no/bis pependit in ligno, haleluiah. Abſol. Exaudi dñe Ieſu Chre. Lcō ſcti euāg. ſm Marcū. L. 1.

In illo tempore, Maria 16.c.
Magdalene, & Maria Ia/cobi,

cobi, ⁊ Salome, abeuntes eme/
runt aromata: vt venientes vn
gerent Jeſum. Et reliqua.

Homilia ſcti Gregorij pape.

AVdiſtis, fratres cariſſimi,
quod ſancte mulieres, que
dominum fuerant ſecute, cũ aro
matibus ad monumentum ve
nerunt, ⁊ ei quem viuentem di/
lexerant, etiam mortuo ſtudio
humanitatis obſequũtur. Sed
res geſta aliquid in ſancta eccle
ſia ſignat gerendum. Sic quip
pe neceſſe eſt vt audiamus que
facta ſunt, quatenus cogitemus
etiam que nobis ſint ex eorum
imitatione facienda. Et nos er/
go in eum, qui eſt mortuus, cre
dentes, ſi odore virtutum refer/
ti cum opinione bonorum ope/
rum dominum querimus, ad
monumentum profecto illius cũ
aromatibus venimus. Ille au/
tem mulieres angelos vident,
que cum aromatibus venerũt:
quia videlicet ille mẽtes ſuper/
nos ciues aſpiciunt, que cum
virtutum odoribus ad dominũ
per ſancta deſideria proficiſcun
tur. Tu autem. ℞. Angelus
domini deſcendit de cęlo, ⁊ ac/
cedens reuoluit lapidem, ⁊ ſu/
per eum ſedit, ⁊ dixit mulierib⁹.
Nolite timere: ſcio enim quia
crucifixum queritis: iam ſurre/
xit: venite ⁊ videte locũ vbi po/
ſitus erat dñs, ha la. ℣. Et in/
troeuntes in monumentũ vide/
runt iuuenem ſedentem in dex/
tris, coopertũ ſtola cãdida, ⁊ ob/
ſtupuerunt, q dixit illis. Nolite.
℣. Gloria pat. Repetitur ℞.
Angelus dñi. vſq; ad ℣. Lec.

NOtandum vero nobis eſt,
quid nam ſit, ꝙ in dextris
ſedere angelus cernitur. Quid
namque per ſiniſtram, niſi vita
preſens? quid vero per dexterã,
niſi perpetua vita deſignatur?
Unde in Canticis Canticorũ
ſcriptum eſt: Leua eius ſub ca/
pite meo, ⁊ dextera illius ample
xabitur me. Quia ergo redem/
ptor noſter iã preſentis vite cor
ruptionem tranſierat, recte an/
gelus, qui nunciare perennem
eius vitã venerat, in dextera ſe/
debat: qui ſtola cãdida cooper/
tus apparuit, quia feſtiuitatis
noſtre gaudia nunciauit. Can/
dor etenim veſtis ſplendorẽ no/
ſtre denunciat ſolẽnitatis. No/
ſtre dicamus, an ſue? ſed vt fa/
teamur verius, ⁊ ſue dicamus ⁊
noſtre. Illa quippe redẽptoris
nr̃i reſurrectio, ⁊ nr̃a feſtiuitas
fuit, qa nos ad immortalitatẽ re
duxit: ⁊ angelorũ feſtiuitas exti/
tit, qa nos reuocãdo ad cęleſtia,
eorum numerum impleuit. ℞.
Dum tranſiſſet ſabbatũ, Maria
Magdalene, ⁊ Maria Jacobi,
⁊ Salome, emerũt aromata: Ut
venientes vngerẽt Jeſum, ha la
ha. ℣. Et valde mane vna ſab/
bathorũ veniunt ad monumen/
tum orto iam ſole. Ut venientes.
Gloria. Ut venientes. Lc. iii.

Lii

IN ſua ergo ac noſtra feſti/
uitate angelus in albis ve/
ſtibus apparuit: qa duz nos p re/
ſurrectioné dñicam ad ſuperna
reducimur, cęleſtis patrię dam/
na reparantur. Sed quid adue/
nientes fęminas affatur, audia/
mus: Nolite expaueſcere: ac ſi
aperte dicat: Paueant illi, qui
non amant aduentuz ſupernoꝝ
ciuiũ: pertimeſcant qui carnali/
bus deſiderijs preſſi, ad eoruz ſe
ſocietatem pertingere poſſe de/
ſperant: vos auté cur pertimeſci
tis, q̃ veſtros conciues videtis?
Unde ꝛ Matthęus angelũ ap/
paruiſſe deſcribẽs ait: Erat aſpe
ctus eius ſicut fulgur, ꝛ veſtimẽ
ta eius ſicut nix. In fulgure ete/
nim terror timoris eſt, in niue au
tem blandimentum candoris.
Poſt tertiá lect. dr Te Deum.

Ad Laudes. Antiphona.

ANgelus auté dñi deſcẽdit
de cęlo, ꝛ accedẽs reuoluit
lapidé, ꝛ ſedebat ſuper euz, hal.
halab. ps. Dñs regna. 8. cu reſ.
Añ. Et ecce terręmotus factus
eſt magnus, angelus enim dñi
deſcendit de cęlo, halab. Aña.
Erat autem aſpectus eius ſicut
fulgur, veſtimenta autẽ eius ſi/
cut nix, halab, halab. An. Pręe
timore autez eius exterriti ſunt
cuſtodes: ꝛ facti ſunt velut mor
tui, halab. Aña. Reſpondens
autẽ angelus dixit mulieribus,
Nolite timere: ſcio enim quod
Jeſum quęritis, haleluiab.

Loco Capli ꝛ hym. dicitur.

HAec dies quam fecit dñs,
exultemus, ꝛ letemur i ea.
Ad Bñs. Añ. Et valde mane
vna ſabbatoꝝ veniunt ad mo/
numentũ orto iá ſole, hal. Oro.

DEus, qui hodierna die per
vnigenitũ tuum ęternita/
tis nobis aditum deuicta morte
reſeraſti: vota noſtra quę preue
niendo aſpiras, etiam adiuuan/
do proſequere. Per eundez. ℣.
Dñs vobiſcum. ℣. Benedica/
mus dño, halab, hala. ℟. Deo
gratias, halab, halab. Sic dr
Bñdicamus i Veſp. ꝛ ad Mat.
tin, vſqz ad veſp. Sabb. in albis.
¶ Ad Primá, iij. vj. ꝛ ix. poſt
Deus in adiutoriũ. ꝛ Gĺia pa.
dr halab: Et non dr amplius
Laꝰ tibi dñe, rex ęternę glorię.
ꝛ ſine hym. dñr pſalmi cõſueti:
ad Primá tamen vt in feſtis: q/
bus finitis, dr Hęc dies quá fe.
Poſtea Oro, quę ad Primá dr
O ñe Deus ops q ad principiũ.
vt in Pſalterio. Precioſa. cũ
reſ. ꝛ ad Abſol. cap. Si cõſurre
xiſtis cũ Chro. ¶ Ad veſ. Añ.
Angelus aũt dñi. vts cũ reſ. de
Lau. ꝛ ps. Dixit do. 52. cũ reſ.
In ſine ps. In exitu. Sic dr v/
que ad veſp. Sabbathi: poſtea
Hęc dies. Ad Magnifi. Aña.
Et reſpicientes viderunt reuo/
lutum lapidem: erat quippe ma
gnus valde, haleluiab. Oratio.
Deus, qui hodierna die p vni.
¶ Ad Complet. facta prius cõ/
feſſione

feſſione, poſt ℣. Conuerte nos. ℣. Deus in adiutorium. Gloria patri. d\[n\]r pſal. conſueti. quibus finitis d\[ici\]t Halab, halab, halab. Canticum. Nunc dimittis ſer. poſtea Hec dies quã fe. ⁊ Oro. Viſita, queſumus, domine.

¶ Predictus modus horarum ſeruat vſq\[ue\] ad veſ. Sab. in Albis.

FERIA II. Duplex.

Ad Mat. Inui. Añe. Pſal. ad noct. ⁊ Laud. d\[icu\]nr vt ſup. in die Paſche per totam Octauã. ℣. Surrexit dominus de ſepulcro, haleluiah. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah.

Lcõ s. euãg. ſm Lucam. Le. j.

Luc. 24 In illo tempore: Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emaus. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Pape.

Audiſtis fratres chariſſimi, q\[uod\] duobus diſcipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, ſed tantum de ſe loquentibus, d\[omi\]n\[u\]s apparuit: ſed tis ſpeciem quam recognoſcerẽt, nõ oſtendit. Hoc ergo egit foris d\[omi\]n\[u\]s in oculis corporis, quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi nanq\[ue\] apud ſemetipſos intus ⁊ amabãt, ⁊ dubitabãt: eis autẽ d\[omi\]n\[u\]s foris ⁊ p\[rae\]ſens aderat, ⁊ quis eſſet nõ oſtendebat. De ſe igit\[ur\] loquẽtibus preſentiã exhibuit, ſed de ſe dubitãtibus cognitionis ſue ſpeciez abſcõdit. ℟. Maria Magdalene, ⁊ altera Maria ibãt diluculo ad monumentum. Ieſum quem queritis, non eſt hic: ſurrexit, ſicut locutus eſt: precedet vos in Galileam: ibi eũ videbitis, haleluiah, haleluiah. ℣. Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum orto iam ſole: ⁊ introeuntes viderũt iuuenem ſedentem in dextris, qui dixit illis. Ieſum. Lectio ij.

Verba quidẽ cõtulit, durictiam intellectus increpauit, ſcripture ſacre myſteria, q\[uae\] de ipſo erant, aperuit: ⁊ tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire ſe longius finxit. Fingere nãq\[ue\] cõponere dicimus: vnde ⁊ compoſitores luti figulos vocamus. Nihil ergo ſimplex veritas per duplicitatem fecit, ſed talem eis ſe exhibuit i\[n\] corpore, qualis apud illos erat in mẽte. Probandi autẽ erant, ſi hi qui eũ etſi necdum vt deũ diligerent, ſaltẽ vt pegrinũ amare potuiſſent. ℟. Surrexit paſtor bonus, q\[ui\] a\[n\]i\[m\]am ſuã poſuit p\[ro\] ouib\[us\] ſuis, ⁊ pro grege ſuo mori dignatus eſt, Halab, halab, halab. ℣. Etenim Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Hal. Gloria. Hal. L. iij.

Sed q\[uia\] eſſe extranei a charitate non poterant hi cum quibus veritas gradiebat\[ur\], eum ad hoſpitium quaſi peregrinũ vocant. Cur autẽ dicimus, vocant,

cãt, cum illic ſcriptum ſit, & coegerunt eum? Ex quo nimirum exẽplo colligitur, quia peregrini ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt, ſed etiam trahendi. Menſaz igitur ponũt: & panes, ciboſq; offerunt: & Deum quez in ſcripturę ſacrę expoſitiõe nõ cognouerãt, in panis fractione cognoſcũt. Audiendo ergo pręcepta Dei, illuminati non ſunt, faciẽdo illuminati ſunt: q2 ſcriptum eſt: Non auditores legis iuſti ſunt apud Deuz, ſed factores legis iuſtificabunt. Qui ergo vult audita intelligere, feſtinet ea, quę iã audire potuit opere implere. Ecce dñs non eſt cognitus dũ loqueretur, & dignatus eſt cognoſci dum paſcitur.

Ad B. Aña. Jeſus iunxit ſe diſcipulis ſuis in via, & ibat cum illis: oculi autez eorum tenebantur ne eũ agnoſcerẽt, & increpauit eos dicẽs: O ſtulti & tardi corde ad credendum in his, quę locuti ſunt prophetę, hal. Oro.

DEus, qui ſolennitate Paſchali, mũdo remedia cõtuliſti: populum tuuz, quęſumus, cęleſti dono proſequere: vt & perfectam libertatem conſequi mereatur, & ad vitam proficiat ſempiternã. Per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium.

Ad Magnificat. Antiphona. Qui ſunt hi ſermones, quos cõfertis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes? halelab. Oro vt ſ.

FERIA III. Duplex.

℣. Surrexit dñs vere, halelab.
℟. Et apparuit Simoni, hal.

Lcõ s. euãg. ſm Lucam. Lc. ij. c.24

IN illo tempore: Stetit Jeſus in medio diſcipulorum ſuorum, & dixit eis: Pax vobis: ego ſum, nolite timere. Et reli.

Homilia Sãcti Ambroſij epi.

MIrũ quomodo ſe natura corporea p impenetrabile corpus infuderit inuiſibili acceſſu, viſibili cõſpectu, tãgi facilis, difficilis ęſtimari. Denique cõturbati diſcipuli ęſtimabãt ſe ſpiritũ videre. Et ideo dñs vt ſpeciẽ nobis reſurrectionis oſtẽderet, Palpate, inquit, & videte: q2 ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere. Nõ ergo per incorporeã naturam, ſed per reſurrectionis corporeę qualitatẽ impervia vſu clauſa penetrauit. Nez quod tangitur, corpus eſt: quod palpatur, corpus eſt. ℟. Virtute magna reddebãt apoſtoli Teſtimoniũ reſurrectionis Jeſu Chriſti dñi noſtri, haleluiab, halelab. ℣. Repleti quidem ſpiritu ſancto loquebantur cum fiducia verbũ Dei. Teſti. Lc. ij.

IN corpore autez reſurgemus. Seminatur enim corpus animale, ſurgit corpus ſpirituale: ſed illud ſubtilius, hoc craſſius, vtpote adhuc terrenę labis qualitate cõcretũ. Nã quomodo nõ corpus, in quo manebãt inſignia vulnerũ, veſtigia cicatricum,

catricū, q̄ dn̄s palpāda obtulit?
In quo non ſolū fidē firmat, ſed
etiā deuotionē acuit, quod vul-
nera ſuſcepta pro nobis cęlo in-
ferre maluit, abolere noluit, vt
deo patri, noſtrę p̄cia libertatis
oſtenderet. Talem ſibi pater ad
dexteram locat, trophęum no-
ſtrę ſalutis amplectēs: tales illic
martyres nobis cicatricis ſuę
corona monſtrauit. ℟. O e ore
prudentis procedit mel, hale-
luiah, dulcedo mellis eſt ſub lin
gua eius, haleluiah. Fauus di-
ſtillans labia eius, haleluiah,
haleluiah. ℣. Sapientia requie
ſcit in corde eius, ⁊ prudentia in
ſermone oris illius. Fauus.
Gloria. Fauus. Lectio iij.

At quū ſermo huc noſter vſ
que euaſit, conſideremus
qua gratia ſm̄ Iohānem credi-
derint apoſtoli, qui gauiſi ſunt:
ſm̄ Lucā quaſi increduli redar-
guantur: ibi ſpiritum ſanctum
acceperint, hic ſedere in ciuitate
iubeantur, quoadusq; induant
virtute ex alto. Et videtur mihi
quaſi Apoſtolus maiora ⁊ altio
ra tetigiſſe, hic ſequentia, ⁊ hu-
manis proxima: hic hiſtorico
vſus circuitu, ille compendio:
quia ⁊ de illo dubitari non poteſt,
qui teſtimonium perhibet de iis,
quibus ipſe interfuit, ⁊ verū eſt
teſtimoniū eius: ⁊ ab hoc quoq;
qui euangeliſta eſſe meruit, vel ne
gligētię, vel mēdacii ſuſpicionē
inīquū eſt propulſari. Et ideo ve-
rum putamus vtrumq;, nō ſen-
tentiarum varietate, nec perſo-
narum diuerſitate diſtinctum.
Nam etſi primo Lucas eos nō
credidiſſe dicat, poſtea tamen
credidiſſe demōſtrat: ⁊, ſi prima
conſideremus, cōtraria ſunt: ſi
ſequentia, certum eſt cōuenire.
Ad Benedictus. Antiphona.
Stetit Jeſus in medio diſcipu-
lorum ſuorum, ⁊ dixit eis: Pax
vobis, haleluiah, hal. Oratio.

Deus, qui eccleſiam tuam
nouo ſemper fętu multi-
plicas: concede famulis tuis: vt
ſacramētum viuendo teneant,
quod fide perceperunt. Per do.
Ad Mag. An. Videte manus
meas, ⁊ pedes meos, quia ego ip
ſe ſum, hal. ah, hal. ah. Oro. vt ſu.

FERIA QVARTA.

℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, hal. ah.
℟. Viſo domino, haleluiah.
Lcō ſ. euāg. ſm̄ Johannē. C. j.

In illo tempore: Manife- C. 21.
ſtauit ſe iterū Jeſus diſcipu
lis ſuis ad mare Tiberiadis: ma
nifeſtauit autē ſic. Erant ſimul
Simon Petrus, ⁊ Thomas, qui
dicitur Didymus. Et reliqua.
Homilia S. Gregorii Papę.

Lectio ſancti euāgelii, quę
modo in vr̄is auribꝰ lecta
eſt, fratres chariſſimi, quęſtione
animū pulſat, ſed pulſatione ſua
vim diſcretionis indicat. Quę-
ri etenim poteſt, cur Petrus, qui
piſcator ante cōuerſionem fuit,
poſt ꝯuerſionē ad piſcationē re-

diꝗ̃t? Et cū veritas dicat, Nemo mittēs manū ſuam ad aratrū, ⁊ aſpiciens retro, aptus eſt regno dei: cur repetijt qḋ reliquit? Sed ſi virtus diſcretionis inſpicitur, citius videtur: quia nimirū negocium, quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. ℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix Dauid, aperire librum ⁊ ſoluere ſeptem ſignacula eius, Halleluiah, halleluiah, halleluiah. ℣. Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, ⁊ diuinitatem, ⁊ ſapientiam, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorem, ⁊ gloriam, ⁊ benedictionem. Hallelu. Lec. iij.

Nam piſcatorem Petrum, Mattheū vero Teloneariū ſcimus: ⁊ poſt conuerſionem ſuam ad piſcationem Petrus redijt, Mattheus vero ad telonei negocium non reſedit. Quia aliud eſt victuꝫ per piſcationē quęrere, aliud telonei lucris pecunias augere. Sūt eniꝫ pleraqꝫ negocia, quę ſine peccatis exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt. Quę ergo ad peccatum implicant, ad hęc neceſſe eſt vt poſt cōuerſionē animus nō recurrat. ℟. Ego ſuꝫ vitis vera: ⁊ vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructū multū, halleluiah, halleluiah. ℣. Sicut dilexit me pater, ⁊ ego dilexi vos. Qui. Glo. Qui. L. iiij.

Quęri etiam poteſt, cur, diſcipulis in mari laborantibus poſt reſurrectionem ſuam dn̄s in litore ſtetit, qui ante reſurrectionem ſuam coraꝫ diſcipulis in fluctibus maris ambulauit? Cuius rei ratio feſtine cognoſcitur: ſi ipſa, quę tūc inerat, cauſa pēſetur. Quid etenim mare, niſi pręſens ſęculuꝫ deſignat, quod ſe caſuum tumultibus, ⁊ vndis vitę corruptibilis illidit. Quid per ſoliditatē litoris, niſi illa perpetuitas quietis ęternę figuratur? Quia igitur diſcipuli adhuc fluctibus mortalis vitę inerant, in mari laborabant. Quia autēꝫ redēptor noſter iaꝫ corruptionē carnis exceſſerat, poſt reſurrectionē ſuā in litore ſtabat.

Ad Benedictus. Antiphona.

Mittite in dexteram nauigij rete, ⁊ inuenietis, halleluiah. Oratio.

Deus, qui nos reſurrectionis dn̄icę annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt per temporalia feſta quę agimus, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundem.

Ad Mag. Ana. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Afferte de piſcibus, quos prehendidiſtis nunc. Aſcendit autē Simō Petrus, ⁊ traxit rete in terram plenum magnis piſcibus, halleluiah.

FERIA QUINTA.

℣. Surrexit dominus de ſepulcro, halleluiah. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, halleluiah.

Lectio

Lcõ. euã. ſm Johannẽ. Le. j.

20 IN illo tempore, Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis ſedentes. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

MAria Magdalene, q̃ fuerat in ciuitate peccatrix, amãdo veritatẽ lauit lacrymis maculas criminis, & vox veritatis impletur qua dicitur, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, qm̃ dilexit multũ. Que eni3 prius frigida peccãdo remanſerat, poſtmodũ amãdo fortiter, ardebat. Nã poſtquã venit ad monumẽtũ, ibiq3 corpus dñicũ nõ inuenit, ſublatu3 credidit, atq3 diſcipulis nunciauit: qui venientes viderunt, atq3 ita eſſe, vt mulier dixerat, crediderũt: & de eis protinus ſcriptum eſt, Abierunt ergo diſcipuli ad ſemetipſos, ac deinde ſubiungitur, Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. R. Tulerunt dominum meum, & neſcio vbi poſuerunt eum, Dicunt ei angeli: Mulier quid ploras? ſurrexit ſicut dixit. Precedet vos in Galileam: ibi eũ videbitis, alla, al. V. Cũ ergo fleret inclinauit ſe, & proſpexit in monumentũ, & vidit duos angelos in albis ſedẽtes, qui dicũt ei. Prece. Le. ij.

QUa in re penſandum eſt, huius mulieris mentem quãta vis amoris accenderat: que a monumento dñi, etiam diſcipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat enim, quem non inueniebat: flebat inquirendo, & amoris eius igne ſuccenſa, eius quẽ ablatũ credidit, ardebat deſiderio. Unde contigit, vt eũ tunc ſola videret, que remanſerat vt q̃reret: q3 nimirũ virtus boni operis perſeuerãtia eſt, & voce veritatis dicitur: Qui aũt perſeuerauerit vſq3 in finẽ, hic ſaluus erit. R. Congratulamini mihi oẽs qui diligitis dñm: quia quẽ querebã, apparuit mihi. Et dum flerem ad monumẽtu3, vidi dñm, alla, alla. V. Recedentibus diſcipulis nõ recedeba3: & amoris eius igne ſuccenſa ardebam deſiderio. Et. Gloria. Et.

Lectio tertia.

MAria ergo cu3 fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentũ. Certe iam monumentũ vacuũ viderat, iam ſublatu3 dñm nunciauerat. Quid eſt quod ſe iterũ inclinat, iterum videre deſiderat? Sed amanti ſemel aſpexiſſe non ſufficit: quia vis amoris intẽtionẽ multiplicat inquiſitionis. Que ſiuit ergo prius, & minime inuenit: perſeuerauit vt quereret, vnde & contigit vt inueniret: actumq3 eſt, vt deſideria dilata creſcerent, & creſcentia caperent quod inueniſſent.

Ad Benedictus. Antiphona. Maria ſtabat ad monumentum

Digitized by Google

plorās, ⁊ vidit duos angelos in albis ſedētes, ⁊ ſudariū qđ fuerat ſup caput Jeſu, hal. Oro.

DEus, q diuerſitatē gentiū in cōfeſſione tui nominis adunaſti: da, vt renatis fonte baptiſmatis, vna ſit fides mentiū, ⁊ pietas actionum. Per dñm.

Ad Mag. Aia. Tulerūt dñm meū, ⁊ neſcio vbi poſuerūt eū: ſi tu ſuſtuliſti eū, dicito mihi, haleluiah, ⁊ ego eum tollam, halah.

FERIA SEXTA.

℣. Surrexit dñs vere, halah.
℟. Et apparuit Simoni, hal.

Lcō ſ. euāg. ſm Mattheū. L. j.

ca. 28 IN illo tempore. Undecim diſcipuli abierunt in Galilęam, in montem vbi conſtituerat illis Jeſus. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presb.

POſt reſurrectionē Jeſus in mōte Galilęę conſpicitur: ibiq; adoratur: licet quidā dubitarint, ⁊ dubitatio eorū noſtrā augeat fidem. Tunc manifeſtius oſtendit Thomę ⁊ latus lancea vulneratum, ⁊ manus fixas demonſtrat clauis. Accedēs Jeſus locutus eſt eis dicēs: Data eſt mihi oīs poteſtas in cęlo ⁊ in terra. Illi poteſtas data eſt, qui paulo ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat, qui poſtea reſurrexit. In cęlo autē ⁊ in terra poteſtas data eſt: vt qui ante regnabat in cęlo, per fidē credētiū regnet ⁊ in terris. ℟. Surgēs Jeſus dñs noſter, ⁊ ſtās in medio diſcipulorū ſuorum dixit. Pax vobis, haleluiah: gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño, hal. ℣. Una ergo ſabbathorū, cū fores eſſent clauſę, vbi erant diſcipuli cōgregati, venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio eorū, ⁊ dixit eis. Pax vobis. L. ij.

EUntes autē docete oēs gētes, baptizantes eos in nomine patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſācti. Primū docēt oēs gētes, deinde doctas intingūt aqua. Nō enim poteſt fieri, vt corpus baptiſmi recipiat ſacramentū, niſi ante aīa fidei ſuſceperit veritatē. Baptizant autē in noīe pris ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti: vt quorū vna eſt diuinitas, vna ſit largitio: nomenq; Trinitatis vnus Deus eſt. ℟. Expurgate vetus fermentū vt ſitis noua conſperſio, etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chrs: Itaq; epulemur in dño. halah. ℣. Mortuus eſt ꝓpter delicta nra, ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtrā. Itaq;. Gloria. hal. L. iij.

DOcentes eos ſeruare oīa, quęcunq; mādaui vobis. Ordo pcipuus: iuſſit apoſtolis, vt primum docerēt oēs gentes: deinde fidei intingerēt ſacramēto: ⁊ poſt fidē, ac baptiſma, quę eſſent obſeruanda pręciperent. Ac ne putemus leuia eſſe quę iuſſa ſunt, ⁊ pauca, addidit: Omnia quęcunq; mādaui vobis: vt quicūq; crediderint, qui in Tri

nitate

Digitized by Google

nime fuerint baptizati, omnia faciāt, q̄ precepta ſunt. Et ecce ego vobiſcū ſū vſq; ad cōſummationē ſeculi. Qui vſq; ad cōſummationem ſeculi eum diſcipulis ſe futurum eſſe promittit, ꝛ illos oſtēdit ſemper eſſe victuros, ꝛ ſe nunquā a credentibus receſſurum. Ad Bñs. Aña. Undecī diſcipuli in Galilea videntes dn̄m adorauerūt, hal. Oro.

Omnipotens, ſempiterne Deus, qui paſchale ſacramentū in recōciliationis humane federe cōtuliſti: da mentibus noſtris: vt quod pfeſſione celebramus, imitemur effectu. Per dominū no. Ad Mag. Aña. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo, ꝛ in terra, halleluiah.

SABBATHO
In Albis.

℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, halah. ℟. Viſo domino, halleluiah. Lcō. ſcā. euā. ſ. Johānē. Le. j.

.20 In illo tempore: Una ſabbati Maria Magdalene venit mane, cū adhuc tenebre eſſent, ad monumentū. Et rel. Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio ſancti euāgelij, quā modo fratres audiſtis, valde in ſupficie hiſtorica, eſt aperta: ſed eius nobis ſunt myſteria ſub breuitate requirenda. Maria Magdalene, cum adhuc tenebre eſſent, venit ad monumētum. Juxta hiſtoriam notatur hora, juxta intellectū vero myſticum, requirentis ſignatur intelligentia. Maria enim auctorem o[m]ium, quem carne viderat mortuū, querebat in monumēto: ꝛ quia hūc minime inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebre quando venit ad monumentū. Cucurrit ergo citius, diſcipuliſq; nunciauit: ſed illi pre ceteris cucurrerunt, qui pre ceteris amauerūt, videlicet Petrus ꝛ Johānes. ℟. Chriſtus reſurgens ex mortuis iā nō morit, mors illi vltra nō dn̄abit: quod enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel: Quod autē viuit, viuit Deo, hal. halah. ℣. Mortuus eſt ſemel pp̄ter delicta nr̄a: ꝛ reſurrexit pp̄ter iuſtificationem noſtrā. Quod. Le. ij.

Currebāt autē duo ſimul, ſed Johānes precucurrit citius Petro, ꝛ venit prior ad monumentū, ꝛ ingredi nō preſumpſit. Uenit ergo poſterior Petrus, ꝛ intrauit. Quid fratres, quid curſus iſte ſignificat? Nunquid hec tam ſubtilis euāgeliſte deſcriptio a myſterijs vacare credenda eſt? minime. Neque enim ſe Johannes, ꝛ preiſſe, ꝛ non intraſſe diceret, ſi in ipſa ſua trepidatione myſteriū aliquod defuiſſe crediſſet. Quid ergo per Johannem, niſi ſynagoga? quid per Petrum, niſi Eccleſia deſignatur? ℟. Iſti ſunt agni nouelli, qui annunciauerunt, halleluiah, mo

Digitized by Google

do venerunt ad fontes. Repleti ſunt claritate, hal. hal. ℣. In cõſpectu agni, amicti ſunt ſtolis albis, ⁊ palmę in manibus eo℞. Repleti, G lo. Repleti. Lec. iij.

NEc miru₃ eſſe videatur, ꝙ per iuniore₃ ſynagoga, ꝑ ſeniorem vero Eccleſia ſignari perhibetur: quia etſi ad Dei cultu₃ prior eſt ſynagoga quã Eccleſia Gentiũ, ad vſum tamẽ ſęculi prior eſt multitudo Gentiũ, quam ſynagoga, Paulo atteſtante, qui ait: Quia nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale. Per ſeniorẽ ergo Petrũ ſignificatur Eccleſia Gentiũ: ꝑ iuniorẽ vero Johannẽ ſynagoga Judęorum. Currunt ambo ſimul: quia ab ortus ſui tempore vſq₃ ad occaſum pari ⁊ cõmuni via, etſi non pari ⁊ cõmuni ſenſu gentilitas cum ſynagoga cucurrit. Venit ſynagoga prior ad monumentũ, ſed minime intrauit, q2 legis qdem mandata percepit, ꝓphetias de incarnatione ac paſſione dñica audiuit, ſed credere in mortuum noluit. Ad Bñs. Aña. Currebãt duo ſimul, ⁊ ille alius diſcipulus ꝓcucurrit citi⁹ Petro, ⁊ venit prior ad monumentũ, halab. Oratio.

COncede, q̃ſumus, omnipotens Deus: vt qui feſta paſchalia venerando egimus, per hęc contingere ad gaudia ęterna mereamur. Per dñm. Ad Veſperas offm ſit duplex. Aña. hal. hal. hal. ps. Benedictus. 59. cũ reł. de Pſalt. Cap.

CArissimi, oẽ quod natum eſt ex Deo vincit mundum: ⁊ hęc eſt victoria, quę vincit mundũ, fides noſtra. Hym. 1. Jo. 5.
Ad cęnam agni prouidi. 200. Oẽs hymni eiuſdẽ metri terminant̃ cũ verſu. Gloria tibi dñe. Qui ſurrexiſti a mortuis ⁊c. ℣. Mane nobiſcũ dñe, halab. ℟. Quonia₃ aduesperaſcit, halab. Ad Mag. Aña. Cum eſſet ſero die illa, vna ſabbathorum, ⁊ fores eſſent clauſę: vbi erant diſcipuli congregati in vnum, ſtetit Jeſus in medio ⁊ dixit eis, Pax vobis, halelujab. Oratio.

PReſta, q̃s, omnipotens Deus: vt qui paſchalia feſta peregimus, hęc te largiente moribus ⁊ vita teneamus. Per do. ℣. Benedicamus domino deinceps dicitur ſine halab.

¶ Cõpletoriũ dicit̃ vt in pſalt. omiſſis precibus, ⁊ loco Añ. Miſerere, dr Aña, halab, hal. hal. Et in fine Añę Salua nos, addit̃ halab. Et ſic dr vſq₃ ad dñicã Trinitatis excluſiue: ⁊ quãdo nõ eſt dup. nec infra oct. nõ dñr preces. Ad ℟ia b. ⁊ ℣. ꝑ oẽs horas iungit̃ halab. vſq₃ ad Sabb. poſt Pẽt. preter q̃₃ in ℣ſi. ad ꝓces Primę, ⁊ Cõplet. quãdo nõ eſt dupl. Et q̃ncunq₃ halab. breui ℟io iũgitur, duplicatur, ſed in ℣ſicu. dr ſemel.

Domi/

DOMINICA in Albis,

In octa. Paſche officiũ fit dupl. Ad Mat. Inuit. Surrexit dñs vere, halah. ps. Venite. Hy. Rex ſempiterne. 199. vt iiij. fer. In i. noctur. Aña. Halah, Lapis reuolutus eſt, halah, ab oſtio monumenti, halah, haleluiah. pſalmi de Dñica, vt in pſalte. fol. 2. qui dicuntur in quolibet noctur. ſub vna Ant. dicta. ℣. Surrexit dominus de ſepulcro, haleluiah. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah.

De epła B. Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes. Lectio prima.

ca. 3 SI cõſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quę ſurſum ſunt ſapite, non quę ſuper terram. Mortui eniꝫ eſtis, ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc ⁊ vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra vr̃a, quę ſunt ſuper terrã, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, ⁊ auaritiam, quę eſt idoloꝝ ſeruitus. Propter q̃ venit ira Dei ſup filios incredulitatis, in q̃bus ⁊ vos ambulaſtis aliqñ, cũ viueretis in illis. ℟. Angelus dñi deſcẽdit de cęlo, ⁊ accedẽs reuoluit lapidem, ⁊ ſuper eum ſedit, ⁊ dixit mulieribus: Nolite timere: ſcio enim q crucifixum quęritis: iaꝫ ſurrexit, venite, ⁊ videte locum vbi poſitus erat dominus, haleluiah. ℣. Et introeuntes in monumentũ viderunt iuuenem ſedentem a dextris coopertum ſtola candida, ⁊ obſtupuerunt: q dixit illis. Nolite. Lectio ſcd̃a.

NUnc autem deponite ⁊ vos omnia, irã, indignationeꝫ, malitiã, blaſphemiã, turpem ſermonẽ de ore veſtro. Nolite mẽtiri inuicẽ: expoliantes vos veterẽ hominẽ cuꝫ actibus ſuis, ⁊ induẽtes nouũ, eũ q renouatur in agnitionẽ Dei ſm imaginem eius, qui creauit illum, vbi non eſt maſculus ⁊ fęmina, Gentilis ⁊ Iudęus, circunciſio ⁊ pręputium, Barbarus ⁊ Scytha, ſeruus ⁊ liber, ſed oia ⁊ in omnib⁹ Chr̃s. Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti ⁊ dilecti, viſcera miſericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patientiam, ſupportantes inuicẽ, ⁊ donãtes vobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquẽ habet querelã. Sicut ⁊ dñs donauit vobis, ita ⁊ vos. ℟. Angelus dñi locutus eſt mulieribus dicens: Queꝫ quęritis? an Ieſuꝫ quęritis? iam ſurrexit, Venite, ⁊ videte, halah, haleluiah. ℣. Ieſum quęritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit, non eſt hic. Venite. Lec. iij.

SUper oia autẽ hęc charitatẽ habete, quod eſt vinculũ pfectionis, ⁊ pax Chri exul

tet in cordibus veſtris, in qua ⁊ vocati eſtis ī vno corpore: ⁊ grati eſtote. Verbum Chꝛi̅ habitet in vobis abūdanter, in oī ſapiē/tia docētes, ⁊ cōmonentes voſmetipſos in pſalmis, ⁊ hymnis, ⁊ cāticis ſpiritualibus, in gra/tia cātantes in cordibus veſtris Deo. Omne quodcunqꝫ facitis in verbo, aut in opere, oīa in no/mine dn̄i noſtri Ieſu Chꝛi̅ faci/te, gratias agentes Deo, ⁊ patri ꝑ ipſum. ℟. Dū tranſiſſet. 192. ⁊ reliqua ℟ia ꝓcedētis hebdō̄ dicant̄ ꝑ ordinē vt notant̄ in ſe/quen. lectio. In ij. noct. Aña. Halab, quē queris. ⁊c. pſal's. Cōſerua. 5. cū rel. vt s̄. in pſal. ℣. Surrexit dn̄s vere, halab. ℟. Et apparuit Simoni, hal. Sermo . Auguſtini epi. L. iiij.

PAſchalis ſolēnitas hodier/na feſtiuitate concludit̄, ⁊ ideo hodie neophytorū habitus cōmutatur, ita tamen vt cādor, q̄ habitu deponit̄, ſemꝑ in corde teneat̄. In qua q̄dē pꝛimū nobis agēdū eſt, vt q̄a paſchales dies ſunt, id eſt indulgētię ac remiſ/ſionis, ita a nobis ſanctoꝝ dierū feſtiuitas agatur, vt relaxatio/ne corpoꝝ puritas nō obſcuret̄, ſed potius abſtinētes ab oī luxu, ebꝛietate, laſciuia, demus operā ſobrię remiſſioni, ac ſanctę ſince/ritati: vt quicq̄d modo corpora/li abſtinentia non acquirimus, mentium puritate quęramus. ℟. Maria Mag. 193. Lec. v.

AD omnes quidem prīnet ſermo, quos cura noſtra cō/plectitur: verūtamen, hodie ter/minata ſacramentoꝝ ſolēnita/te vos alloquimur nouella ger/mina ſanctitatis, regenerata ex aqua ⁊ Spiritu ſancto: germē piū, examen nouellū, flos noſtri honoris, ⁊ fructus laboris, gau/diū ⁊ corona mea: oēs qui ſtatis in dn̄o apoſtolicis verbis vos al/loquor. Ecce nox pręceſſit, dies autē appropinquauit. Abijcite opera tenebrarū, ⁊ induite vos arma lucis, ſicut in die honeſte ambulemus. Nō in cōmeſſatio/nibus ⁊ ebꝛietatibus, nō in cubi/libus ⁊ impudicitijs, nō in con/tentione, ⁊ ęmulatione, ſed indui/mini dn̄m Ieſum Chꝛiſtū. ℟. Surrexit paſtor. 193. Lect. vj.

HAbemus, inquit, certiorē ꝓpheticū ſermonē, cui be/ne facitis intēdentes, tanq̄ꝫ lucer/nę, lucēti in obſcuro loco, donec dies luceſcat, ⁊ lucifer oriat̄ ī cor/dib⁹ vr̄is. Sint ergo lūbi vr̄i ac/cincti, ⁊ lucernę ardētes in mani/bus vr̄is, ⁊ vos ſimiles hoībus expectātibus dn̄m ſuū, quādo re/uertat̄ a nuptijs. Ecce dies adue/niūt in q̄bus dn̄s dicit: Puſil/lū, inquit, ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum puſillum, ⁊ videbitis me. Hęc eſt hora: de qua dixit: Vos triſtes eritis, ſęculū autem gaudebit, id eſt vita iſta tentatio/nibus plena, in qua ꝑegrinamur ab eo. Sed iterū, inquit, videbo

vos,

Digitized by Google

voſ, ⁊ gaudebit cor veſtrum, ⁊
gaudiū veſtrum nemo tollet a
vobis. ℞. Virtute magna. 193.
In iij. noct. An. Mař. noli flere.
Ps. Celi enarrāt. 7. cū rel. vt in
Pſalt. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli,
halab. ℞. Viſo dño, halab.
Lcō 5. euā. ſm Johannē. L. vij.

c. 20 In illo tempore: Cum eſſet ſero die illa vna ſabbathorum, ⁊ fores eſſent clauſę, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Judeorum, venit Jeſus, ⁊ ſtetit in medio, ⁊ dixit eis: Pax vobis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

Prima lectionis huius euāgelicę queſtio animū pulſat, quomodo poſt reſurrectionem corpus Dominicum verū fuit, quod clauſis ianuis ad diſcipulos ingredi potuit? Sed ſciendū nobis eſt, q diuina operatio, ſi ratione cōprehenditur, nō eſt admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio prębet experimentū. Sed hęc ipſa Redemptoris noſtri opera, quę ex ſemetipſis cōprehendi nequaq̄ poſſunt, ex alia eius operatione penſanda ſunt, vt rebus mirabilibus fidē prębeant facta mirabiliora. Illud enim corpus dñi intrauit ad diſcipulos clauſis ianuis, quod videlicet ad humanos oculos p natiuitatē, ſuā clauſo exijt vtero Virginis. Quid ergo mirū, ſi clauſis ianuis poſt reſurrectionē ſuā in ęternū iam victurus intrauit, q moriturus veniēs, nō aperto virginis vtero exijt? ℞. De ore pru. 194. L. viij.

Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuētiū dubitabat, oſtēdit eis protinus manus, ⁊ latus: palpādā carnem prębuit, quā clauſis ianuis introduxit. Qua in re duo mira, ⁊ iuxta humanā rationem ſibi valde cōtraria oſtendit: dum poſt reſurrectionē ſuā corpus ſuū incorruptibile, ⁊ tamē palpabile demōſtrauit. Nā ⁊ corrūpi neceſſe eſt, quod palpatur: ⁊ palpari nō poteſt quod nō corrumpit. Sed miro modo atq; ineſtimabili Redemptor noſter ⁊ incorruptibile poſt reſurrectionē, ⁊ palpabile corpus exhibuit, vt mōſtrādo incorruptibile, inuitaret ad pręmium, ⁊ prębēdo palpabile, firmaret ad fidē. Et incorruptibilē ſe ergo, ⁊ palpabilē demōſtrauit: vt profecto eſſe poſt reſurrectionē oſtenderet corpus ſuū, ⁊ eiuſdē naturę, ⁊ alterius glorię. ℞. Surgēs Jeſus. 195. vt in fe. vj. L. ix.

Pax vobis. Sicut miſit me pr̄, ⁊ ego mitto vos. Ideſt ſicut miſit me pr̄ Deus Deū, ⁊ ego mitto vos homo hoīes. Pr̄ filiū miſit, q hunc pro redēptione generis humani incarnari cōſtituit. Quē videlicet in mūdū venire ad paſſionē voluit, ſed tamen amauit eū, quē ad paſſionē miſit. Electos vero aplos dñs

non

non ad mundi gaudia, ſed ſicut ipſe miſſus eſt, ad paſſiones in mundū mittit. Quia ergo, & filius amatur a patre, & tamen ad paſſionē mittitur: ita & diſcipuli a dño amant, qui tamen ad paſſionem mittuntur in mundum. Itaq; recte dicitur: Sicut miſit me pater & ego mitto vos. Ideſt ea vos charitate diligo, cum inter ſcandala perſecutorum mitto, qua me charitate pater diligit, quem venire ad tolerandas paſſiones fecit.

Ad Laudes. Aña Halelu. ps. Dñs regna. 8. cū rel. ps. & Añ. de pſalt. Cap. Chariſſimi, oē. 196 Hym. Aurora lucis. 200. vt in ſcda fer. ℣. In reſurrectione tua Chriſte, hal. ℟. Celi & terra letentur, halelu. Ad Bñs. Aña. Cum eſſet ſero. 196. vt ſupra in veſpe. Oro vt ſup. Ad i. Aña. Hal. hal. hal. hal. ps. Deus in nomine tuo. Beati immaculati. Retribue. & Quicūq;. Cap. Regi ſclorū. ℟. bre. Chriſte fili Dei viui, miſerere nobis, hal. halelu. ℣. Qui ſurrexiſti a mortuis. Halelu, halelu. Gloria pa. ℣. Exurge Chriſte adiuua nos, halelu. ℟. Et libera nos propter nomen tuum, haleluiah.

& ſic dr ℟. bre. vſq; ad Aſcēſi. & qn non eſt duplex, dñr preces de Dñica, vt i Pſalterio. Oro. Domine Deus omnipotens.

Ad Abſol. cap. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, vt in Pſalt. 13.

Ad iij. & alias hor. Añ. Halelu. hal. hal. hal. Cap. Chariſſimi. omne. 196. ℟. b. Surrexit dñs de ſepulcro, hal. hal. ℣. Qui pro nobis pepēdit in ligno. Halelu, hal. Gloria. Surrexit dñs. ℣. Surrexit dñs vere, halelu. ℟. Et apparuit Simoni, halelu.

Ad Sextam. Capitulum. Job. 5.

Quis eſt autem, qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Jeſus eſt filius Dei? hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem Jeſus Chriſtus, nō in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. ℟. Surrexit dominus vere, haleluiah, haleluiah. ℣. Et apparuit Simoni. Halelu. Gloria. Surrexit. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, halelu. ℟. Viſo dño, halelu. Ad ix. Caplm.

Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: qm̄ hoc eſt teſtimoniū dei, quod maius eſt: quia teſtificatus eſt de filio ſuo: Qui credit in filiū dei, habet teſtimonium dei in ſe. ℟. Gauiſi ſunt diſcipuli, hal. halelu. ℣. Viſo dño. Hal. Gloria. ℣. Mane nobiſcū dñe, hal. ℟. Qm̄ aduespeaſcit, hal. Ad Veſpe. Aña. Halelu. ps. Dixit dominus. 52. cum reliq. de dñica, qui ſub vna tantū Aña dñr. Cap. Chariſſimi oē. 196. Hy⁹. Ad cenā. 200. ℣. Mane nobiſcu3 dñe: halelu. ℟. Qm̄ aduesperaſcit, halelu. Ad Mag. Añ. Poſt dies octo ianuis

ianuis clauſis ingreſſus dñs di/
xit eis, Pax vobis, hal, halab.
Or̃o. Præſta q̄s.196. Hym. ℣.
& ℟. bre. huius dnicę dñr vſq;
ad Aſcenſio. etiā in feriali offõ.

FERIA SECVNDA.

Inuit. Halab, halab, halab.
pſals. Venite. Hymnus.

Rex ſempiterne dñe,
Rerū creator oīum,
Qui eras ante ſęcula
Sēper cū patre fili⁹,
Qui mundi in primordio
Adam plaſmaſti hominem,
Cui tuę imagini
Vultum dediſti ſimilem.
Quem diabolus deceperat
Hoſtis humani generis,
Cuius tu formam corporis
Aſſumere dignatus es,
Ut hominem redimeres,
Quem ante iam plaſmaueras,
Et nos deo coniungeres,
Per carnis contubernium.
Quem editum ex virgine
Paueſcit omnis anima,
Per quem & nos reſurgere
Deuota mente credimus,
Qui nobis per baptiſmum
Donaſti indulgentiam,
Qui tenebamur vinculis
Ligati conſcientię,
Qui crucem propter homines
Suſcipere dignatus es,
Dediſti tuum ſanguinem
Noſtrę ſalutis precium:
Queſumus auctor omnium,
In hoc Paſchali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi domine,
Qui ſurrexiſti a mortuis,
Cum patre & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.

Aña. Hal. ps. Dñs illumi.19.
cū reſ. de ij. fer. vt in Pſalterio.
pſal. feriales noc. & veſp. dñr ſub
vna Aña. Hal. vſq; ad Aſceſ.
℣. Surrexit dominus de ſepul/
cro, haleluiah. ℟. Qui pro no
bis pepēdit in ligno, haleluiah.

Incipit liber Actuum apoſto/
lorum. Lectio prima.

Primū quidem ſer/
monem feci de om/
nibus, o Theophi/
le, quę cępit Ieſus
facere & docere, vſ/
que in diē, qua pręcipiēs apl'is
per ſpiritū ſanctum quos elegit
aſſumptus eſt: quib⁹ & pręhuit
ſeipſum viuum poſt paſſionem
ſuā in multis argumētis, p dies
quadraginta apparens eis, & lo
quens de regno dei. Et ꝯueſcēs
pręcepit eis, ab Ieroſolymis ne
diſcederēt: ſed expectarent pro/
miſſionem patris, quā audiſtis
(inquit) per os meū: q2 Iohan
nes quidē baptizauit aqua, vos
autē baptizabimini ſpiritu ſctõ,
nõ poſt multos hos dies. Igitur
qui cõuenerant, interrogabant
eū, dicentes: Dñe, ſi in tempore
hoc reſtitues regnū Iſrael? Di/
xit autē eis: Nõ eſt veſtrū noſſe
tempora vel momēta quę pater
poſuit in ſua poteſtate: ſed acci/
pietis

pietis virtutẽ ſuperuenientis ſpi
ritus ſcti in vos: ⁊ eritis mihi te/
ſtes in Jeruſalem, ⁊ in omni Ju
dea, ⁊ Samaria, ⁊ vſq; ad vlti/
mũ terre. ℟. Uirtute mag. 193.
vt ſup. in iij. fer. infra Oct. vnde
etiã ſumũtur, que in ſequẽtibus
lectionibus ſignata ſunt. Le. ij.

ET cum hec dixiſſet, viden
tibus illis eleuatus eſt, ⁊
nubes ſuſcepit eũ ab oculis eo/
rum. Cumq; intuerentur in ce
lũ euntem illũ, ecce duo viri aſti
terunt iuxta illos in veſtibus al/
bis, qui ⁊ dixerunt: Uiri Gali/
lei, quid ſtatis aſpicientes in ce/
lũ? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt
a vobis in celũ, ſic veniet quem/
admodum vidiſtis eum euntẽ
in celũ. Tunc reuerſi ſunt Jero
ſolymam a monte, qui vocatur
Oliueti, qui eſt iuxta Jeruſalẽ,
ſabbathi habens iter. Et cũ in/
troiſſent in cenaculum, aſcende
runt vbi manebant Petrus, ⁊
Johãnes, Jacobus ⁊ Andreas,
Philippus, ⁊ Thomas, Bar/
tholomeus, ⁊ Mattheus, Ja/
cobus Alphei, ⁊ Simon Zelo/
tes, ⁊ Judas Jacobi. Hi oẽs erãt
perſeuerãtes vnanimiter in ora
tione cum mulieribus, ⁊ Maria
matre Jeſu, ⁊ fratribus eius.
℟. De ore prudẽtis. 194. L. iij.

IN diebus illis: Exurgens
Petrus in medio fratrum
dixit: (erat autẽ turba hominũ
ſimul fere centum viginti.) Ui
ri fratres oportet impleri ſcri/
pturam, quã predixit ſpiritus
ſanctus per os Dauid de Juda,
qui fuit dux eorũ q cõprehende/
runt Jeſum, qui cõnumeratus
erat in nobis, ⁊ ſortitus eſt ſor/
tem miniſterij huius. Et hic qui
dem poſſedit agrũ de mercede
iniqtatis, ⁊ ſuſpẽſus crepuit me/
dius, ⁊ diffuſa ſunt oĩa viſcera
eius: ⁊ notum factum eſt oĩbus
habitãtibus Jerlm, ita vt appel
laret ager ille lingua eorũ Acel/
dama, hoc eſt ager ſanguinis.
Scriptũ eſt enim in libro pſal/
morũ, Fiat cõmoratio eorũ deſer
ta, ⁊ nõ ſit qui inhabitet in ea: ⁊
epiſcopatũ eius accipiat alter.
Oportet ergo ex his viris, q no
biſcũ ſunt ꝯgregati in omni tẽ/
pore, quo intrauit ⁊ exiuit inter
nos dñs Jeſus, incipiẽs a baptiſ/
mate Johãnis, vſq; in diẽ qua
aſſumptus eſt a nobis, teſtem re
ſurrectionis eius nobiſcũ fieri
vnũ ex iſtis. Et ſtatuerũt duos,
Joſeph q vocabatur Barſabas, q
cognominatus eſt Juſtus, ⁊ Mat
thiã: ⁊ orãtes dixerunt: Tu dñe,
q corda noſti oĩum, oſtẽde quẽ
elegeris ex his duobus vnũ, ac/
cipere locũ miniſterij huius, ⁊
apoſtolatus, de quo preuaricatus
eſt Judas: vt abiret in locũ ſuũ.
Et dederunt ſortes eis, ⁊ cecidit
ſors ſuper Matthiã, ⁊ annume
ratus eſt cũ vndecim apoſtolis.
Hoc tpe Paſch. nõ di iij. ℟. in
feriali offõ, ſed hym. Te deũ.
Ad Laud. Añ. Hal. cũ reſ. vt
in

Digitized by Google

in Dñica xpi. Dñs reg. Cap.

Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltra nõ dominabitur: qđ enim mortuus est, peccato mortuus est semel: qđ autẽ viuit, viuit deo. Hym.

Aurora lucis rutilat,
Celum laudibus intonat,
Mundus exultans iubilat,
Gemens infernus vlulat.
Cum rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara,
Soluit a pena miseros.
Ille qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Triumphans pompa nobili
Victor surgit de funere.
Solutis iam gemitibus,
Et inferni doloribus,
Quia surrexit dominus,
Resplendens clamat angelus.
ca. 5. Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronũ librũ ſcriptũ intus et foris: ſignatũ ſigillis ſeptem. Et vidi angelum fortem prędicantẽ voce magna: Quis eſt dignus aperire librum, et ſoluere ſignacula eius? Et nemo poterat, neq in cęlo, neq in terra, neq ſubtus terram, aperire librum, neq reſpicere illũ. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre eum. Et vnus de ſenioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix Dauid aperire librũ, et ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, et ecce in medio throni et quatuor animaliũ, et in medio ſeniorum agnum ſtantem: tanq̃ occiſum habentẽ cornua ſeptem et oculos ſeptem, q ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnẽ terram: et venit, et accepit de dextera ſedentis in throno librũ. ℟. Plateę tuę Jeruſalem ſternentur auro mundo, halleluiah: et cãtabitur in te canticũ lętitię, halleluiah. Et per oẽs vicos tuos ab vniuerſis dicetur, halleluiah, halleluiah. ℣. Luce ſplendida fulgebis, et oẽs fines terrę adorabũt te, halleluiah. Et per. Lec. ij.

Et cũ aperuiſſet librũ, quatuor aĩalia et viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habẽtes ſinguli citharas et phialas aureas plenas odoramentorum, quę ſunt orationes ſanctorũ: et cantabant canticum nouum dicentes: Dignus es domine aperire librũ: et ſoluere ſignacula eius, qm̃ occiſus es: et redemiſti nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et

populo

populo, ⁊ natione. Et feciſti nos
Deo noſtro regnū, ⁊ ſacerdo-
tes, ⁊ regnabimus ſuper terrã.
℞. Decantabat populus. 209.
vt in iij. noct. Dominicę. L. iiij.
ET vidi ⁊ audiui voces an-
gelorum multorum in cir
cuitu throni, ⁊ animalium, ⁊ ſe-
niorum: ⁊ erat numerus eorum
millia millium dicentium voce
magna: Dignus eſt agnus qui
occiſus eſt, accipere virtutem, ⁊
diuinitatē, ⁊ ſapientiã, ⁊ fortitu
dinem, ⁊ honorē, ⁊ gloriam, ⁊
benedictionē. Et oēm creaturã
quę in cęlo eſt, ⁊ ſuper terram, ⁊
ſub terra, ⁊ quę ſunt in mari, ⁊
quę in eo, omnes audiui dicen-
tes, ſedenti in throno, ⁊ agno.
Benedictio, ⁊ honor, ⁊ gloria,
⁊ poteſtas, in ſęcula ſęculorum.
Et quatuor animalia dicebant,
Amen. Et vigintiquatuor ſe-
niores ceciderunt in facies ſuas,
⁊ adorauerunt viuentē in ſęcu
la ſęculorum. Ad Bñs. Aña.
Mane nobiſcū, qm̄ aduespera-
ſcit, ⁊ inclinata eſt iamdies, hal.
Ad Ma. Añ. Triſtitia veſtra,
hal ab, vertet in gaudiū, ha ab.

FERIA QVINTA.

De libro Apocalypſis Beati
Johannis Apoſtoli. Lectio j.
c. 15 ET vidi aliud ſignū in cęlo
magnū ⁊ mirabile, ange-
los ſeptem, habentes plagas ſe-
ptem nouiſſimas, qm̄ in illis cō-
ſummata eſt ira. Et vidi tanq̃
mare vitreū miſtum igne, ⁊ eos
qui vicerunt beſtiam ⁊ imaginē
eius: ⁊ numerū nominis eius,
ſtãtes ſup mare vitreum, haben
tes citharas Dei, ⁊ cãtantes can
ticū Moyſi ſerui Dei, ⁊ cãticū
agni, dicentes: Magna ⁊ mira-
bilia ſunt opera tua dñe Deus
omnipotens: iuſtę ⁊ verę ſunt
vię tuę dñe rex ſanctorū. Quis
nō timebit te dñe, ⁊ magnifica-
bit nomen tuum? Quia ſolus
pius es, quoniam omnes gentes
venient, ⁊ adorabunt in conſpe
ctu tuo, qm̄ iudicia tua manife-
ſta ſunt. ℞. Dignus es do. 207.
Feria Dñicę repetūtur in hac ⁊
duabus ſequen. ferijs. Lec. ij.
ET poſt hęc vidi: Et ecce 15. c.
apertum eſt templū taber
naculi teſtimonij in cęlo, ⁊ exie-
runt ſeptē angeli habētes ſeptē
plagas de templo, veſtiti lapide
mūdo, ⁊ cãdido, ⁊ pręcincti cir
ca pectora zonis aureis. Et vnū
de quatuor animalibus dedit ſe
ptē angelis ſeptē phialas aureas
plenas iracūdię Dei viuentis in
ſęcula ſęculorū. Et impletum eſt
templū fumo a maieſtate Dei, ⁊
de virtute eius: ⁊ nemo poterat
introire in tēplū, donec cōſum-
marent ſeptē plagę ſeptē ange-
lorū. ℞. Ego ſicut. 208. Lec. iij.
ET audiui vocē magnā de
templo dicentē ſeptem an-
gelis: Ite ⁊ effundite ſeptē phia
las irę Dei in terra. Et abijt pri-
mus angelus, ⁊ effudit phialam
ſuam in terrã: ⁊ factū eſt vulnus

Digitized by Google

ſeuū ꝛ peſſimum in hoīes, qui habebant characterem beſtię, ꝛ in eos qui adorauerunt beſtiam ꝛ imaginem eius. Et ſecundus angelus effudit phialā ſuam in mare: ꝛ factus eſt ſanguis tanq̃ mortui: ꝛ omnis anima viuens mortua eſt in mari. Et tertius effudit phialā ſuā ſup flumina ꝛ ſuper fontes aquarum: ꝛ factus eſt ſanguis. Et audiui angelum aquarū dicentē. Iuſtus es dñe, qui es, ꝛ q eras ſanctus, qui hoc iudicaſti: quia ſanguinē ſanctorum ꝛ prophetarū effuderūt, ꝛ ſanguinem dediſti eis bibere, digni enim ſunt. Ad Bñs. Aña. Et intrauit cū illis: ꝛ factum eſt, dū recumberet cum illis, accepit panē ꝛ benedixit, fregit, ac porrigebat illis, haleluiah, halah.

Ad Magnificat. Antiphona. Amen amen dico vobis, mundus autem gaudebit ꝛ vos gaudebitis, ꝛ gaudium veſtrum nemo tollet a vobis, haleluiah.

FERIA SEXTA.

De libro Apocalypſis B. Iohannis apoſtoli. Lectio prima.

ca. 19 POſt hęc audiui quaſi vocē magnā turbarum multarum in cęlo dicentiū, haleluiah. Laus, ꝛ gloria, ꝛ virtus Deo noſtro, quia vera ꝛ iuſta iudicia eius, qui iudicauit de meretrice magna, quę corrupit terram in proſtitutione ſua, ꝛ vindicauit ſanguinē ſeruoꝝ ſuoꝝ de manibus eius. Et iterum dixerunt, halah. Et fumus eius aſcendit in ſęcula ſęculoꝝ. Et ceciderūt viginti quatuor ſeniores, ꝛ quatuor aīalia, ꝛ adorauerunt Deū ſedentem ſuper thronum dicentes, Amen, halah. Et vox de throno exiuit dicēs: Laudē dicite Deo noſtro oēs ſancti eius, ꝛ qui timetis Deum puſilli ꝛ magni. ℟. Locutus eſt. 208. L. ij.

ET audiui vocē quaſi tubę magnę, ꝛ ſicut vocē aquarum multaꝝ, ꝛ ſicut vocem tonitruoꝝ magnoꝝ, dicētiū, halah: qm regnauit dñs Deus noſter oīpotens. Gaudeamus, ꝛ exultemus, ꝛ demus gloriam ei, quia venerunt nuptię agni, ꝛ vxor eius pręparauit ſe. Et datum eſt illi, vt cooperiat ſe byſſino ſplendēti, ꝛ cādido: Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et dixit mihi: Scribe: Beati q ad cęnā nuptiarum agni vocati ſunt. Et dixit mihi: Hęc verba Dei vera ſunt: ꝛ cecidi ante pedes eius, vt adorarem eū. Et dixit mihi: Uide ne feceris: conſeruus tuus ſum: ꝛ fratrum tuoꝝ habentium teſtimonium Ieſu, Deum adora. Teſtimonium enim Ieſu eſt ſpiritus prophetię. ℟. Audiui vocem. 208. Lectio iij.

ET vidi cęlum apertum, ꝛ ecce equus albus: ꝛ qui ſedebat ſuper eum vocabatur Fidelis ꝛ Verax, ꝛ cum iuſtitia iudicat, ꝛ pugnat. Oculi autē eius ſicut flamma ignis: ꝛ in capite

eius

eius diademata multa: habens nomẽ ſcriptũ, quod nemo nouit niſi ipſe. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, et vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus qui ſunt in cęlo, ſequebantur eum in equis albis veſtiti byſſino albo, et mũdo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraqꝫ parte acutus, vt in ipſo pcutiat gẽtes. Et ipſe reget eas in virga ferrea, et ipſe calcat torcular vini furoris irę Dei omnipotentis. Et habet in veſtimento, et in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, et dominus dominantium. Ad Bñs. Añ. Cognouerunt dñm Jeſum, hal. in fractione panis, hal. Ad Mag. Añ. Dei. Ma. niſi occu. feſtũ ix. lec.

SABBATHO.

De libro Apocalypſis Beati Johannis Apoſtoli. Lectio j.

ca. 22 Et oſtẽdit mihi fluuiũ aq̃ viuę, ſplendidum tanquã cryſtallũ, procedentem de ſede Dei et agni. In medio plateę eius, et ex vtraqꝫ pte fluminis lignũ vitę afferẽs fructus duodecim, p menſes ſingulos reddens fructũ ſuũ: et folia ligni ad ſanitatem gentium, et oẽ maledictũ nõ erit amplius, ſed ſedes Dei, et agni in illa erũt: et ſerui eius ſeruient illi, et videbunt faciẽ eius, et nomẽ eius in frontibus eoꝝ. Et nox vltra non erit, et non egebunt lumine lucernę neqꝫ lumine ſolis, qm̃ dñs De⁹ illuminabit illos, et regnabunt in ſęcula ſęculoꝝ. Et dixit mihi: Hęc verba fideliſſima ſunt et vera: et dñs Deus ſpirituum prophetarum miſit angelum ſuum oſtendere ſeruis ſuis quę oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui cuſtodit verba prophetię libri huius. Lectio ij.

Et ego Johannes, qui audiui, et vidi hęc: et poſtq̃ audiſſẽ et vidiſſem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hęc oſtendebat. Et dixit mihi: Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum, et fratrũ tuorum prophetarum, et eorũ q ſeruant verba prophetię libri huius. Deum adora. Et dixit mihi: Ne ſignaueris verba prophetię libri huius. Tempus enim prope eſt. Qui nocet, noceat adhuc: et qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: et q iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: et ſanctus, ſanctificetur adhuc. Ecce venio cito, et merces mea mecum eſt, reddere vnicuique ſecundum opera ſua. Lectio tertia.

Ego ſum alpha et omega, primus et nouiſſimus, principium et finis. Beati qui lauant ſtolas ſuas in ſanguine agni, vt ſit poteſtas eorum in ligno vitę, et per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes, et venefici, et impudici, et homicidę, et idolis ſeruientes, et omnis qui amat, et facit mendacium.

daciũ. Ego Jeſus miſi angelũ meũ teſtificari vobis hęc in eccleſijs. Ego ſum radix ⁊ genus Dauid, ſtella ſplendida, ⁊ matutina: ⁊ ſpiritus ⁊ ſponſa dicunt, veni. Et qui audit, dicat. Veni: ⁊ qui ſitit veniat: ⁊ qui vult, accipiat aquã vitę gratis. Conteſtor enim omni audienti verba prophetię libri huius: Siquis appoſuerit ad hęc, apponet Deꝰ ſup illũ plagas ſcriptas in libro iſto: ⁊ ſiquis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet Deus partem eius de libro vitę, ⁊ de ciuitate ſancta, ⁊ de his quę ſcripta ſunt in libro iſto. Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum. Etiam, venio cito. Amẽ. Veni domine Jeſu. Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Ad Veſperas. Capitulum.

Jac. I. Chariſſimi, Omne datum optimum, ⁊ oẽ donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendẽs a patre luminũ: apud quem nõ eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Hym. Ad cęnã. 200. ℣. Mane nobiſcũ.

Ad Magnificat. Antiphona. Vado ad eum, qui miſit me, ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? halah, halah. Orõ.

Deus, qui fideliũ mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare, quod pcipis, id deſiderare quod promittis: vt inter mũdanas varietates, ibi noſtra fixa ſint corda, vbi vera ſunt gaudia. Per dominum noſtrũ Jeſum Chriſtũ.

DOMINICA IIII. poſt Paſcha.

Incipit epiſtola canonica B. Jacobi apoſtoli. Lectio prima.

Jacobus, Dei ⁊ domini noſtri Jeſu Chriſti ſeruus, duodecim tribubus, q̃ ſunt in diſperſione, ſalutem. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis, ſcientes ꝙ probatio fidei veſtrę patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat: vt ſitis perfecti, ⁊ integri in nullo deficiẽtes. Siquis autẽ veſtrũ indiget ſapientia: poſtulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, ⁊ non improperat, ⁊ dabitur ei: poſtulet autem in fide nihil hęſitãs. ℟. Si oblitus fuero tui, halelujah, obliuiſcatur mei dextera mea, Adhęreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, halelujah, halelujah. ℣. Super flumina Babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Adhęreat. Lectio ſecunda.

Qui enim hęſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vẽto mouetur, ⁊ circunfertur. Nõ ergo exiſtimet homo ille, quod accipiat aliquid a domino. Vir duplex

duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fęni tranſibit. Exortus eſt enim ſol cũ ardore, ⁊ arefecit fęnum: ⁊ flos eius decidit, ⁊ decor vultus eius deperijt. Ita ⁊ diues in itineribus ſuis marceſcet. ℟. Viderunt te aquę Deus, viderunt te aquę, ⁊ timuerunt. Multitudo ſonitus aquarum, vocem dederunt nubes, haleluiah, haleluiah, haleluiah. ℣. Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę, vidit ⁊ commota eſt terra. Multitudo. Lectio iij.

Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniã, cũ probatus fuerit, accipiet coronã vitę, quã repromiſit Deus diligentibus ſe. Nemo cum tentatur, dicat quoniã a Deo tentat̃. Deus enim intentator malo℞ eſt: ipſe enĩ neminem tentat. Unuſquiſque vero tentatur a cõcupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus: deinde cõcupiſcentia, cum cõceperit, parit peccatũ: peccatũ vero cum cõſummatũ fuerit, generat mortẽ. Nolite itaq; errare fratres mei dilectiſſimi. ℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis, haleluiah, In medio eccleſię laudabo te, haleluiah, haleluiah. ℣. Cõfitebor tibi in populis domine, ⁊ pſalmũ dicam tibi in gentibus. In medio.

Ex tractatu s. Cypriani mart. de bono patientię. Lectio iiij.

De patientia locuturus, fratres dilectiſſimi, ⁊ vtilitates eius ⁊ cõmoda ꝓdicaturus, vnde potius incipiã, quã ꝙ nũc quoq; ad audientiã veſtrã patientiam video eſſe neceſſariam? vt nec hoc ipſum quod auditis, ⁊ diſcitis, ſine patiẽtia facere poſſitis: Tunc enim demũ ſermo, ⁊ ratio ſalutaris efficaciter diſcit̃, ſi patiẽter quod dicit̃ audiatur. Nec inuenio fratres dilectiſſimi, inter cęteras cęleſtis diſciplinę vias, qd magis ſit vel vtilius ad vitã, vel maius ad gloriã, quã vt q pręceptis dominicis obſequio timoris ac deuotionis innitimur, patientiam maxime tota obſeruatione tueamur. Hãc ſe ſectari philoſophi quoq; profitentur: ſed tam illic patiẽtia falſa eſt, quam ⁊ falſa ſapientia eſt. Unde enim vel ſapiens eſſe, vel patiens poſſit, q nec ſapientiam, nec patientiam Dei nouit? ℟. In eccleſiis benedicite Deo, halab. Dño de fontibus Iſrael, halab, haleluiah. ℣. Pſalmum dicite nomini eius, date gloriã laudi eius. Domino. Lectio v.

Nos autẽ, fratres dilectiſſimi, q philoſophi non verbis, ſed factis ſumus: nec veſtitu ſapientiã, ſed virtute ꝓferimus: qui virtutũ conſcientiã magis, ꝙ iactantiã nouimus: qui non loquimur magna, ſed viuimus

quaſi

quaſi dui, ⁊ cultores dei: patiētiā quā magiſterijs cęleſtibus, diſcimus, obſequijs ſpiritualib⁹ prębeamus. Eſt enim nobis cū Deo virt⁹ iſta cōmunis: inde patiētia incipit, inde claritas eius ⁊ dignitas caput ſumit. Origo ⁊ magnitudo patiētię deo auctore procedit. Diligenda res domini, quę deo cara eſt. Bonū quod amat, maieſtas diuina commēdat. Si dñs nobis ⁊ pater ⁊ Deus eſt, ſectemur patientiam domini pariter ⁊ patris: quia ⁊ ſeruos oportet eſſe obſequentes, ⁊ filios nō decet eſſe degeneres. ℟. In toto corde meo, hal'ab: exquiſiui te, hal'ab. Ne repellas me a mandatis tuis, hal'ab. hal'ab. ℣. Benedictus es tu domine: doce me iuſtificationes tuas. Ne. Le. vi.

Patiētia eſt, quę nos Deo ⁊ cōmendat, ⁊ ſeruat: Ipſa eſt, quę irā tēperat, quę linguam frenat, quę mentē gubernat, pacē cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetū frangit, timoris violentiam comprimit: incēdiū ſimultatis extinguit, coercet potentiā diuitū, inopiam pauperū refouet, tuet in virginibus beatam integritatem, in viduis laborioſam caſtitatē, in coniunctis ⁊ maritatis indiuiduā charitatē, facit humiles in ꝓſperis, in aduerſis fortes, contra iniurias ⁊ cōtumelias mites: docet delinquentibus cito ignoſcere: ſi ipſe delinquas, diu ⁊ multum rogare, tētationes expugnat, ꝑſecutiōes tolerat, paſſiones ⁊ martyria cōſummat. Ipſa eſt, quę fidei noſtrę fundamēta firmiter munit. ℟. Hymnū cātate nobis, hal'. Quomodo cātabimus canticū dñi in terra aliena? hal'ab, hal'. ℣. Illic interrogauerunt nos q captiuos duxerūt nos, verba cantionum. Quomodo. Glo. Quo. Lcō s. euā. ſm Iohannē. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Vado ad eū, q miſit me: ⁊ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Et reſ. 16. c.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Cum dñs Jeſus prędixiſſet diſcipulis ſuis perſecutiones, quas paſſuri erāt poſt eius abſceſſum, ſubiūxit atq; ait: Hęc autē vobis ab initio nō dixi, qa vobiſcū erā: nunc autē vado ad eum, qui miſit me. Ubi primum videndū eſt, vtrū eis futuras nō prędixerit ante paſſiones. Sed alij tres euāgeliſtę ſatis eū prędixiſſe iſta demonſtrant, antequā ventū eſſet ad cęnā: qua peracta ſm Iohannem iſta locutus eſt, vbi ait: Hęc vobis ab initio nō dixi, quia vobiſcum eram. ℟. Deus canticum nouum cantabo tibi, hal'ab. In pſalterio decē chordarū pſallā tibi, haleluiah, haleluiah. ℣. Deus meus es tu, ⁊ confitebor tibi: Deus meus es tu, ⁊ exaltabo te. In. Lec. viij.

An forte hinc iſta ſoluitur queſtio, quia illi cū narrāt

paſſioni proximũ fuiſſe, cũ hęc diceret? Nõ ergo ab initio quando cum illis erat, quia iam diſceſſurus, iamq; ad patrẽ perrecturus, hęc dixit. Et ideo etiam ſm illos Euangeliſtas veruʒ eſt, qđ hic dictuʒ eſt: Hęc autem vobis ab initio nõ dixi. Sed quid agimus de fide euangelij ſm Matheum? qui hęc e iſa dño nõ ſolũ cũ iam eſſet in Paſcha cum diſcipulis cęnaturus imminente paſſione, veruʒ etiam ab initio denunciata eſſe commemorat: vbi primum nominatim duodecim apoſtoli exprimunt, ꝛ ad opera diuina mittunt. ℟. Bonuʒ eſt cõfiteri dño, halab. Et pſallere, hal. ℣. In decachordo pſalterio cum cãtico, ꝛ cithara. Et. L. ix.

Quid ſibi ergo vult, quod hic ait: Hęc autẽ vobis ab initio non dixi, quia vobiſcũ erã? niſi ea, q̃ Jeſus hic dixit de ſpiritu ſancto, q; ſit vẽturus ad eos, ꝛ teſtimoniũ perhibiturus quãdo illi mala illa paſſuri ſũt. Hoc eniʒ ab initio non dixit, qꝛ cũ ipſis erat. Conſolator ergo ille, vel aduocatus (vtrũq; eniʒ interpretat, quod eſt Gręce paraclitus) Chrõ abſcedẽte neceſſarius fuerat. Et ideo de illo nõ dixerat ab initio, quãdo cũ illis erat, qꝛ eius pſentia ꝯſolabant. Ad Lau. Cap. Chariſſimi, Omne datũ. 212. Ad Bñs. Aña. Vado ad eũ, qui me miſit: ꝛ nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? halab, hal. Ad iij. Cap. Chariſſimi Omẽ datum. 212. ℟. Surrexit dñs de ſepul. 198. ꝛ Surrexit dñs ve. Ad vj Cap.

Scitis fratres mei dilectiſſimi, ſit aũt ois homo velox ad audiendum, tardus autẽ ad loquendũ, ꝛ tardus ad irã. Ira eniʒ viri iuſtitiã dei nõ operat. ℟. Surrexit dñs vere. 198. ꝛ Gauiſi. Ad Nonam. Cap. Jac. j.

Propter quod abijcientes omnem immunditiam, ꝛ abundantiam malitię, in mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ, quod poteſt ſaluare animas veſtras. ℟. Gauiſi ſunt diſci. 298. ꝛ Mane nobiſ. Ad veſp. Cap. Chariſſimi, Omne datũ. fol. 212. Hym. Ad Cęnam fol. 200. ℣. Mane nobiſcũ. Ad M. Aña. Vado ad eum, qui miſit me: ſed quia hęc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ, halleluiah. Oratio vt ſup. fol. 212. vt ſu.

FERIA SECVNDA.

De epiſtola canonica beati Jacobi Apoſtoli. Lectio prima.

Omne datum optimum, ꝛ omne donũ pfectũ de ſurſuʒ eſt deſcendens a patre luminum, apud quẽ non eſt trãſmutatio, nec viciſſitudinis obũbratio. Volũtarie enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initiũ aliquod creaturę ei⁹. Scitis fratres mei dilectiſſimi. Sit autem ois homo velox ad audiendũ, tardus autẽ ad loquendũ, ꝛ tardus 1. ca.

dus ad irã. Ira enĩ viri iuſti/
tiaʒ Dei nõ operatur. ℟. Di/
cant nũc qui redempti ſunt, ha/
leluiah. A dño, hal'ah, hal'ah.
℣. Quos redemit de manu ini/
mici, ⁊ de regionibus congrega
uit eos. A domino. Lectio ij.

PRopter quod abijcientes
oẽm immunditiã, ⁊ abun
dantiã malitię, in mãſuetudine
ſuſcipite inſitũ verbũ, qḋ poteſt
ſaluare animas veſtras. Eſtote
auteʒ factores verbi, ⁊ nõ audi/
tores tantum, fallentes voſmet/
ipſos. Quia ſiquis auditor eſt
verbi, ⁊ nõ factor, hic cõparabit
viro cõſiderãti vultuʒ natiuita/
tis ſuę, in ſpeculo. Conſiderauit
enim ſe, ⁊ abijt, ⁊ ſtatim oblitus
eſt qualis fuerit. ℟. Cantate
dño hal'ah. Pſalmũ dicite ei,
hal'ah. ℣. Afferte dño gloriã, ⁊
honorẽ: afferte domino gloriaʒ
nomini eius. Pſalmum. L. iij.

QUi autẽ perſpexerit in le/
ge perfectę libertatis, ⁊
permanſerit in ea, non auditor
obliuioſus factus, ſed factor ope
ris, hic beatus in facto ſuo erit.
Siqs autẽ putat ſe religioſuʒ eſ
ſe, nõ refrẽnãs linguã ſuam, ſed
ſeducẽs cor ſuũ, huius vana eſt
religio. Religio mũda ⁊ imma/
culata apud Deuʒ ⁊ patrẽ hęc
eſt. Viſitare pupillos, ⁊ viduas
in tribulatione eorũ, ⁊ immacu
latũ ſe cuſtodire ab hoc ſęculo.
Ad Benedictus. Antiphona.
Nonne cor noſtruʒ ardens erat
in nobis de Jeſu dum loquere/
tur nobis in via ? haleluiah.
Ad Mag. Añа. Ego veritatẽ
dico vobis, expedit vobis vt ego
vadam: ſi enim non abiero, pa/
raclitus non veniet ad vos, hal'.

FERIA TERTIA.

De epiſtola canonica beati Ja/
cobi Apoſtoli. Lectio prima.

FRatres mei, nolite in per ca. 2.
ſonarũ acceptione habere
fidẽ dñi noſtri Jeſu Chriſti glo
rię. Eteniʒ ſi introierit in cõuen
tuʒ veſtrum vir aureum annu/
lum habens in veſte candida, in
troierit auteʒ ⁊ pauper in ſordi/
do habitu, ⁊ intendatis in eum,
qui indutus eſt veſte pręclara, ⁊
dixeritis ei: Tu ſede hic bene,
pauperi aũt dicatis: Tu ſta illic,
aut ſede ſub ſcabello pedũ meo/
ruʒ: nonne iudicatis apud vos/
metipſos, ⁊ facti eſtis iudices co
gitationum iniquaruʒ? ℟. In
eccleſijs. 213. ℟ia Dñicę dñr in
hac ⁊ ſequenti feria. Lectio. ij.

AUdite fratres mei dilectiſſi
mi: Nõne Deus elegit pau
peres in hoc mundo, diuites in
fide, ⁊ heredes regni qḋ repro/
miſit Deus diligentibus ſe? Uos
autem exhonoraſtis pauperem.
Nonne diuites per potentiam
opprimunt vos, ⁊ ipſi trahunt
vos ad iudicia? Nonne ipſi bla/
ſphemant bonum nomen quod
inuocatum eſt ſuper vos. Si ta/
men legem perficitis regalem ſe
cunduʒ ſcripturas, Diliges pro/
ximum

ximum tuū, ſicut te ipſum: bene facitis. Si autē perſonas accipitis, peccatū operamini redarguti a lege, quaſi trāſgreſſores. ℟. In toto corde. 213. Lec. iij.

Quicunqꝫ autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omniū reus. Qui enim dixit, Non mechaberis: dixit, ꝛ, Non occides, Quod ſi non mechaberis, occides autem, factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini, ꝛ ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudiciū enī ſine miſericordia illi qui non facit miſericordiam: Superexaltat autem miſericordia iudiciū.

Ad Bns. Ana. Pax vobis, ego ſū, halab, nolite timere, halab.

Ad Mag. Ana. Cum venerit paraclitus ſpiritus veritatis, ille arguet mundū de peccato, ꝛ de iuſtitia, ꝛ de iudicio, haleluiah.

FERIA QVARTA.

De epiſtola canonica beati Iacobi Apoſtoli. Lectio prima.

Ca. 2. Quid pderit, fratres mei, ſi fidē quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nūquid poterit fides ſaluare eum? Si autem frater, aut ſoror nudi ſint, ꝛ indigeāt victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, ꝛ ſaturamini: nō dederitis autē eis, quę neceſſaria ſunt corporis, qd pderit? Sic fides, ſi nō habeat opera, mortua eſt, in ſemetipſa. ℟. Deus cāticū. 213. L. ij.

Sed dicet quis: Tu fidē habes, ꝛ ego opera habeo: oſtende mihi fidem tuā ſine operibus, ꝛ ego oſtendā tibi ex operibus fidem meam. Tu credis, quoniā vnus eſt Deus? bene facis: ꝛ dęmones credūt, ꝛ cōtremiſcunt. Vis autem ſcire o homo inanis quoniā fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter, nonne ex operibus iuſtificatus eſt: offerens Iſaac filiū ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: ꝛ ex operibus fides cōſummata eſt? ℟. Bonū eſt cōfiteri dño. 214. Lectio tertia.

Et ſuppleta eſt ſcriptura, dicens: Credidit Abrahā Deo, ꝛ reputatū eſt illi ad iuſtitiā: ꝛ amic⁹ Dei appellatus eſt. Videtis qm̄ ex operibus iuſtificatur homo, ꝛ nō ex fide tantū? Similiter autem ꝛ Raab meretrix, nonne ex operibus iuſtificata eſt ſuſcipiens nuncios, ꝛ alia via ejciens? Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita ꝛ fides ſine operibus mortua eſt.

Ad Bns. Ana. Spirit⁹ carnē ꝛ oſſa non habet: ſicut me videtis habere: iam credite, halab.

Ad Magnificat Antiphona.

Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo: cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, haleluiah.

Feria

FERIA QVINTA.

De epiſtola canonica beati Iacobi apoſtoli. Lectio prima.

ca. 3. NOlite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniam maius iudicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Siquis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam freno circunducere totum corpus. Si autẽ equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circunferimus.

℟. Si oblitus. 212. Lectio ij.

ET ecce, naues cum magnę ſint, ⁊ a ventis validis minentur, circunferuntur tamen a modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit. Ita ⁊ lingua modicum quidẽ mẽbrum eſt, ⁊ magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnã ſyluam incendit: ⁊ lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. ℟. Viderunt te. 213. Lectio tertia.

LIngua conſtituitur in mẽbris noſtris, quę maculat totum corpus, ⁊ inflammat rotam natiuitatis noſtrę inflammata a gehenna. Omnis enim natura beſtiarum, ⁊ volucrum, ⁊ ſerpentum, ⁊ cetorum domantur, ⁊ domita ſunt a natura humana: linguam autem nullus hominũ domare poteſt: inquietũ malũ, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus deũ ⁊ patrem: ⁊ in ipſa maledicimus homines, q ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei facti ſũt. Ex ipſo ore procedit benedictio ⁊ maledictio.

Ad Benedictus Antiphona. Obtulerunt diſcipuli domino partem piſcis aſſi ⁊ fauum mellis, haleluiah, haleluiah.

Ad Magnificat Antiphona. Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quęcunque audiet, loquetur, ⁊ quę ventura ſunt, annunciabit vobis, haleluiah.

FERIA SEXTA.

De epiſtola canonica beati Iacobi apoſtoli. Lectio prima.

ca. 4. VNde bella ⁊ lites in vobis? nõne ex cõcupiſcentijs veſtris, quę militant in membris veſtris? Concupiſcitis, ⁊ nõ habetis: occiditis, ⁊ zelatis, ⁊ nõ poteſtis adipiſci: litigatis, ⁊ belligeratis: ⁊ non habetis, propterea ꝙ non poſtulatis. Petitis ⁊ nõ accipitis, eo ꝙ male petatis, vt in concupiſcentijs veſtris inſumatis. Adulteri, neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt dei? Quicunq; ergo voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. ℟. In eccleſijs. 213. Lectio ij.

AN putatis, quia inaniter ſcriptura dicat, Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis: maiorem autẽ dat gratiã: propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiã. Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem

tẽ diabolo, ⁊ fugiet a vobis. Appropinquate Deo, ⁊ appropinquabit vobis. Emũdate manus peccatores: ⁊ purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, ⁊ lugete, ac plorate. Riſus veſter in luctũ conuertatur, ⁊ gaudiũ in merorẽ. Humiliamini in conſpectu domini, ⁊ exaltabit vos. R. In toto cor. 213. L. iij.

Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, ⁊ iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex. Unus eſt enim legiſlator, ⁊ iudex, qui poteſt perdere, ⁊ liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut craſtino ibimus in illam ciuitatẽ, ⁊ faciemus ibi quidem annũ, ⁊ mercabimur, ⁊ lucrũ faciem⁹. (qui ignoratis, q̃d erit in craſtino. Quę eſt enim vita veſtra? vapor eſt, ad modicũ parẽs, ⁊ deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis: Si dñs voluerit, ⁊ ſi vixerim⁹, faciemus hoc aut illud. Ad Bñs. Añ. Iſti ſunt ſermones, quos dicebam vobis, cum eſſem vobiſcũ, halab, halab. Ad veſp. mihi occurrat ſcũ u na/ uel cõnũa caplo fit de s. Maria.

SABBATHO.

De epla cano. b. Iacobi apli. L. j

a.5. Agite nũc diuites, plorate, vlulãtes in miſerijs veſtris quę aduenient vobis. Diuitię veſtrę putrefactę ſunt, ⁊ veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt: aurũ ⁊ argentũ veſtrũ ęruginauit: ⁊ ęrugo eorũ i teſtimonium vobis erit, ⁊ manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quę fraudata eſt a vobis, clamat: ⁊ clamor eorũ in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſuper terram, ⁊ in luxurijs enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Addixiſtis, ⁊ occidiſtis iuſtũ, ⁊ nõ reſtitit vobis. Lectio ſecunda.

Patientes igitur eſtote, fratres, vſq; ad aduentũ domini. Ecce agricola expectat p̃cioſum fructum terrę, patienter ferens donec accipiat temporaneũ, ⁊ ſerotinũ. Patientes eſtote ⁊ vos, ⁊ confirmate corda veſtra, quoniã aduent⁹ domini appropinquabit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrũ, vt nõ iudicemini. Ecce iudex ante ianuã aſſiſtit. Exemplũ accipite, fratres, exit⁹ mali, ⁊ lõganimitatis, ⁊ laboris, ⁊ patiẽtię, prophetas, q̃ locuti ſunt in noĩe dñi. Ecce beatificam⁹ eos, qui ſuſtinuerũt. Sufferẽtiã Iob audiſtis, ⁊ finẽ dñi vidiſtis, q̃m miſericors dñs eſt ⁊ miſerator. Lectio iij.

Ante oĩa autẽ fratres mei, nolite iurare, neq; p̃ cęlũ, neq;

neq; p terrā, neq; aliud quodcū q; iuramentū. Sit aūt ſermo veſter, eſt, eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis. Triſtatur autem aliquis veſtrum? oret. Aequo animo eſt? pſallat. Infirmatur quis in vobis? inducat preſbyteros eccleſię, ⁊ orent ſuper eum vngentes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmum, ⁊ alleuiabit eū dominus: ⁊ ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Confitemini ergo alterutrū peccata veſtra, ⁊ orate pro inuicē vt ſaluemini: multū enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Ad Veſperas. Capitulum.

Iac. 1. Chariſſimi, eſtote factores verbi, ⁊ non auditores tantum, fallentes voſmetipſos: quia ſi quis auditor eſt verbi ⁊ non factor, hic comparabitur viro cōſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpeculo. Conſiderauit enim ſe, ⁊ abijt, ⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Hymnus. Ad cenam. folio 200. ℣. Mane.

Ad Magnificat. Antiphona.

Uſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo: petite, ⁊ accipietis, haleluiah. Oratio.

Deus, a quo bona cuncta procedunt: largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante quę recta ſunt, ⁊ te gubernante eadem faciamus. Per dominum noſtrū Ieſum Chri.

DOMINICA V. poſt Paſcha.

Incipit Epiſtola prima canonica B. Petri Apoſtoli. Lec. i.

Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Pōti, Galatię, Cappadocię, Aſię. ⁊ Bithinię ſecūdum preſcientiam Dei patris, in ſanctificationem ſpiritus: in obedientiam ⁊ aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti: gratia vobis ⁊ pax multiplicetur. Benedictus Deus, ⁊ pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundū miſericordiam ſuam magnā regenerauit nos in ſpem viuam: per reſurrectionē Ieſu Chriſti ex mortuis, in hereditatē incorruptibilē, ⁊ incōtaminatā, ⁊ immarceſcibilē, cōſeruatā in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem, in ſalutem paratā reuelari in tempore nouiſſimo. ℟. Si oblitus. 212.

Feria dñr de pcedēti dñica. L. ij.

In quo exultabitis, modicū nunc, ſi oportet, contriſtari in varijs tentationibus: vt probatio veſtrę fidei, multo precioſior auro, quod per ignē probatur, inueniatur in laudē, ⁊ gloriam, ⁊ honorē, in reuelationē Ieſu Chriſti: quem cum non videritis diligitis: in quem nunc quoq; non videntes, creditis: credentes autē exultabitis lętitia inenarrabili, ⁊ glorificata, re/

por/

Digitized by Google

portantes finē fidei veſtrę, ſalutem aīarū veſtrarū. De qua ſalute exquiſierunt atqꝫ ſcrutati ſunt prophetę, q de futura in vobis gratia prophetauerūt, ſcrutātes in quod, vel quale tēpus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, pnuncians eas, q̄ in Chr̄o ſunt paſſiones, ⁊ poſteriores glorias: qbus reuelatū eſt, qr nō ſibimetipſis, vobis autē miniſtrabant ea, q̄ nūc nūciata ſunt vobis, per eos qui euangelizauerūt vobis Spiritu ſancto miſſo de cęlo, in quē deſiderant angeli proſpicere. ℟. Viderunt. 213. Lec. iij.

PRopter qđ ſuccincti lumbos mentis veſtrę, ſobrij, perfecti ſperate in eā, q̄ offertur vobis gratiā, in reuelationē Jeſu Chriſti, quaſi filij obedientię, nō cōfigurati prioribus ignorantię veſtrę deſiderijs, ſed ſecūdū eū qui vocauit vos ſanctum: vt ⁊ ipſi in oī cōuerſatione ſancti ſitis: quoniam ſcriptum eſt: Sācti eritis, quoniā ego ſanctus ſum. Et ſi patrē inuocatis eum, q ſine acceptione perſonarū iudicat, ſecundum vniuſcuiuſqꝫ opus: in timore incolatus veſtri tēpore cōuerſamini: ſcientes q nō corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra cōuerſatione paternę traditionis, ſed precioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, ⁊ incontaminati, pręcogniti quidē ante mundi cōſtitutionē, manifeſtati autē nouiſſimis temporibus propter vos, qui p ipſum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitauit eū a mortuis, ⁊ dedit ei gloriā, vt fides veſtra, ⁊ ſpes eſſet in Deo. ℟. Narrabo. 213.

Ex libro S. Ambroſii epiſcopi de fide reſurrectionis. Lec. iiij.

QVoniā Dei mori non poterat ſapientia, reſurgere autē nō poterat quod mortuū nō erat, aſſumit caro q̄ mori poſſet: vt dū moritur quod ſolet, qđ mortuū fuerat hoc reſurgeret. Neqꝫ enim poterat eſſe niſi per hoīem reſurrectio: quoniā ſicut p hominē mors, ita p hominē reſurrectio mortuorū. Ergo reſurrexit homo, quoniā homo mortuus: ⁊ reſuſcitatus homo, ſed reſuſcitās Deus: tunc ſm carnē homo, nunc p oīa Deus. Nunc enim ſecundū carnē iam nouimus Chriſtum, ſed carnem per gratiā tenemus: vt ipſum primitias quieſcentiū, ipſum primogenitū ex mortuis nouerimus. ℟. In eccleſijs. 213. Lec. v.

PRimitię vtiqꝫ eiuſdē ſunt generis atqꝫ naturę, cuius reliqui fructus: quorū pro lętiore prouentu primitiua Deo munera deferunt: ſacrū munus pro oībus, ⁊ quaſi reparatę quędā liba naturę. Primitię ergo quieſcentiū Chriſtus: ſed vtrū ſuorū quieſcētiū, qui quaſi mortis exortes dulci quodā ſopore tenētur, an oīum mortuorū? Sed ſi-

cut in Adã oẽs moriuntur, ita
ꝛ in Chriſto oẽs viuificabũtur.
Itaq; ſicut primitię mortis in
Adã, ita etiã primitię reſurre-
ctionis in Chro. Oẽs reſurgẽt,
ſed nemo deſperet: neq; iuſtus
doleat cõmune ꝯſortiũ reſurgen
di, cuz pcipuum fructum virtu
tis expectet. Oẽs quidem reſur-
gẽt, ſed vnuſquiſq;, vt ait Apo-
ſtolus, in ſuo ordine. Commu-
nis eſt diuinę fructus clemẽtię,
ſed diſtinctus ordo meritorum.
℟. In toto corde. 213. Le. vj.

Aduertimus quã graue ſit
ſacrilegiũ, reſurrectionem
non credere. Si eniz non reſur-
gemus, ergo Chrs gratis mor-
tuus eſt: ergo Chriſtus nõ ſur-
rexit. Si eniz nobis nõ reſurre-
xit, vtiq; non ſurrexit qui ſibi
cur reſurgeret rationẽ nõ habe-
bat. Reſurrexit in eo mundus,
reſurrexit in eo cęlũ, reſurrexit
in eo terra. Erit eniz cęlũ nouũ,
ꝛ terra noua. Sibi aũt non erat
neceſſaria reſurrectio, quẽ mor-
tis vincula non tenebant. Naz
etſi ẽm hoiem mortuus, in ipſis
tamen erat liber infernis. Vis
ſcire quã liber? Factus ſuz ſicut
homo ſine adiutorio inter mor-
tuos liber. Et bene liber, qui ſe
poterat ſuſcitare, iuxta quod
ſcriptum eſt: Soluite templum
hoc, ꝛ in triduo reſuſcitabo il-
lud. Et bene liber, qui alios
deſcendebat redempturus. ℟.
Hymnum cantare. folio 213.

Lcõ ſ. euã. ẽm Johãnẽ. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jeſus di- 16. c.
ſcipulis ſuis: Amẽ amẽ di-
co vobis, ſiqd petieritis patrez
in noie meo, dabit vobis. Et rel.

Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

Domini verba nũc iſta tra-
ctanda ſunt. Amen dico
vobis: ſiquid petieritis patrẽ in
noie meo, dabit vobis. Jã dictũ
eſt in ſuperioribus huius dñici
ſermonis partibus ꝓpter eos q
non nulla petunt a pre in Chri
noie, nec accipiũt: Nõ petitur in
noie Saluatoris qcquid petit
cõtra rationẽ ſalutis. Nõ enim
ſonuz literaruz ac ſyllabarũ, ſed
quod ipſe ſonus ſignificat, ꝛ qd
eo ſono recte ac veraciter intelli
gitur, hoc accipiẽdũ eſt dicere,
cuz dicit, In nomine meo. ℟.
Deus cãticum. 213. Lectio viij.

Vnde q hoc ſentit de Chri
ſto, quod non eſt de vnico
Dei filio ſentiendum, non petit
in eius noie, etiam ſi non taceat
literis ac ſyllabis Chrm: qm in
eius noie non accipit qd petit.
Qui vero qd eſt de illo ſentien-
dum, ſentit: ipſe in eius noie pe-
tit ꝛ accipit qd petit, ſi nõ cõtra
ſuã ſalutẽ ſempiternã petit: acci
pit autẽ, quãdo debet accipere.
Quędam autez non negantur:
ſed, vt cõgruo dentur tempore,
differuntur. Ita ſane intelligen
dum eſt quod ait, Dabit vobis:
vt ea beneficia ſignificata ſciant
his verbis, quę proprie ad eos
pertinent.

Digitized by Google

pertinent, qui petūt. Exaudiūtur quippe oēs ſancti ꝑ ſe ipſis, non autē pro oibus exaudiunt vel amicis, vel inimicis ſuis, vel quibuſlibet aliȷs: quia nō vtcūqꝫ dictū eſt, dabit: ſed dabit vobis. ℞. Bonum eſt cōfi. 214. L. ix.

Uſqꝫ modo, inquit, nō petiſtis quicq̄ȝ in noīe meo: petite, ⁊ accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum. Hoc quod dicit, gaudiū plenū, non profecto carnale, ſed ſpirituale gaudium eſt: ⁊ quando tantum erit, vt aliquid ei iam non ſit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur qḋ pertineat ad hoc gaudiū conſequēdū: hoc eſt in nomine Chriſti petendum, ſi diuinaȝ intelligimus gratiam, ſi vere beatā poſcimus vitaȝ: quicquid autē aliud petitur, nihil petitur: nō quia nulla omnino res eſt, ſed quia in tante rei comparatione, quicquid aliud concupiſcitur, nihil eſt.

Ad Lau. Cap. Cariſſimi eſtote, fol. 216. Hym. Aurora. 200. Ad Bns. Aña. Uſque modo. vt ſup. i veſp. 216. Ad iij. Cap. Cariſſimi eſtōte. 216. ℞. Surrexit dñs de ſepul. 198. ℣. Surrexit dñs vere. Ad vj. Cap.

Iac. 1. Qui autem perſpexerit in lege perfecte libertatis, ⁊ ꝑmāſerit in ea, nō auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. ℞. Sur. dñs ve. 198. ℣. Gauiſi ſūt.

Ad Nonam. Capitulum.

Religio mūda ⁊ immaculata apud deū ⁊ patrē hec ē, viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝝ, ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. ℞. Gauiſi ſūt diſci. 198. ℣. Mane. Ad veſp. Cap. Cariſſimi, eſtote. 216. Hym. Ad cenam agni. f. 200. ℣. Mane. Ad M. Aña. Petitē ⁊ accipietis, vt gaudiū veſtrum ſit plenum: ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, ⁊ credidiſtis, haleluiah.

FERIA SECVNDA. in Rogationibus.

Si hodie occur. feſtū ix. lec. fit ď eo cū ix. lcō. de ſeq. Hom. ⁊ cō. de fer. ad Lau. tātū vt infra. De feſto autē iij. lcōnū fit tātū cōm. Lcō ſ. euāg. ſm Lucam. Lec. j.

In illo tpe: Dixit Jeſ. diſcipulis ſuis: Quis veſtruȝ habebit amicuȝ: ⁊ ibit ad illū media nocte, ⁊ dicet illi, Amice accōmoda mihi tres panes. Et reli. 11.c.

Homilia ſ. Ambroſii epiſcopi.

Hic eius precepti locus eſt: vt omnibus momentis, non ſolum diebus, ſed etiā noctibus oratio deferatur. Uides enim, quod iſte, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico ſuo poſtulans, ⁊ in ipſa petendi intentione perſiſtens, non defraudetur orans? Qui ſunt iſti tres panes, niſi myſterij celeſtis alimentum? Quia ſi diliges dñm

Dei tui, nō ſolum tibi, ſed etiā alijs poteris emereri. Quis autē amicior nobis, quā qui pro nobis corpus ſuum tradidit?

Dicūtur tria R. ia hac nocte, j. & ij. vt in ij. feria prę cedentis hebdo. tertiū qđ eſt primū dñicę. R. Dicat nunc qui. 214. Lectio ij.

Petijt ab hoc media nocte panes Dauid: petijt, & accepit: petijt enim, quando dicebat, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi. Ideo meruit hos panes, quos appoſuit nobis edendos. Petijt, cum dicit: Lauabo per ſingulas noctes lectū meū. Neq; enim timuit, ne excitaret dormientē, quē ſcit ſemper vibrare vigilantē. Et ideo ſcriptorum memores, noctibus ac diebus orationi inſtantes, peccatis noſtris veniam poſtulemus. R. Cātate domino. Lectio iij.

Nam ſi ille tā ſanctus, & q regni erat neceſſitatib⁹ occupatus, ſepties in die laudem dño dicebat, matutinis & veſpertinis ſacrificijs ſemper intentus: quid nos facere oportet? qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mētis fragilitate delinquimus: vt de via laſſis, & iſtius ſęculi curſu, ac vitę huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectionis deeſſe non poſſit, qui hominis cor confirmet. Nec ſolū media nocte dñs, ſed omnibus prope docet vigilandū eſſe momētis. Venit enim in veſpertina, & ſecunda, & tertia vigilia: & pulſare conſueuit. Beati itaq; ſerui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. R. Si oblitus. 212. Hac nocte non dr̄ Te Deum. ſed iij. R. In duab⁹ ſeq. ferijs dr̄. Ad Bñs. Añ Petite & accipietis, quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis, hal. Orō.

Preſta, qs, oṗs Deus: vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra aduerſa omnia, tua ſemper protectione muniamur. Per dñm.

Hęc Orō dr̄ ad Laudes, & p̄ Horas hodie tantū. Hoc triduo q nō interſunt proceſſionibus Rogationū, priuatiꝫ poſt mat. dicāt Litanias cū ſuis p̄cibus & Orōnibus ſine pſal. pęnitentialibus. Ad horas oia dñr vt in feriali offō tpe Paſc. 200. Ad M. añ Ipſe enim p̄r amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, hal. Oratio Dñicę v. poſt Paſcha. Deus a quo bona, 216. quę dr̄ etiam in duabus ſequentib. fer.

FERIA TERTIA. in Rogationibus.

De epiſtola prima Beati Petri Apoſtoli. Lectio prima.

Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadē cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſijt a peccatis: vt iā nō deſiderijs hominū, ſed volūtati Dei qđ reliquū eſt in carne, viuat tēporis. Sufficit enim preteritum 4. ca.

tum tẽpus ad voluntatẽ gentiũ cõſummandã, ijs, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorũ cultibus. In quo admirãtur nõ concurrentibus vobis in eandẽ luxurię confuſionem, blaſphemãtes: q reddent rationẽ ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatuȝ eſt, vt iudicentur quidem ſecundũ homines in carne, viuant autem ſm Deũ in ſpiritu. Omniũ autem finis appropinquauit.

℟ ij noc. Dñicę iij. poſt Paſcha. ℟. In eccleſijs. 213. ℒ. v.

Eſtote itaq; prudentes, & vigilate in orõnibus. Ante omnia autẽ mutuã in vobiſmet ipſis charitatẽ cõtinuã habentes, qȝ charitas operit multitudineȝ peccatorũ. Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione. Unuſquiſq; ſicut accepit gratiã, in alterutrũ illam adminiſtrantes: ſicut boni diſpenſatores multiformis gratię Dei. Siquis loquit, quaſi ſermones Dei: ſiqs miniſtrat, tanqȝ ex virtute quã adminiſtrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtũ cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. ℟ In theo. 213. ℒ. vi.

Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationẽ vobis fit: quaſi noui aliquid vobis cõtingat: ſed cõmunicãtes Chriſti paſſionibus, gaudete: vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis exultãtes. Si exprobramini in nõie Chriſti, beati eritis: quoniã quod eſt honoris, glorię, virtutis Dei, & q eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrũ patiatur, quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si autẽ vt Chriſtianus, nõ erubeſcat, glorificet autem Deũ in iſto nõie: qm̃ tempus eſt, vt incipiat iudicium a domo Dei.

Te Deuȝ. 8. Ad Bñs. Añ. Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere a mortuis; halleluiah. Ad Mag. Añ. Exiui a patre, & veni in munduȝ: iterũ relinquo mundum, & vado ad patrẽ, hal.

FERIA QVARTA. Rogationum,

In vigilia Aſcenſionis. Si hodie occurrat feſtũ nouẽ lec. fit de eo cũ ix. lec. de Hom. vigilię, & Oratione Dñicę, vt infra: de feſto autẽ trium lect. fit iiij. cõme.

Lcõ ſ. euãg. ſm Iohãnem. ℒ. j.

In illo tempore: Subleuatis Ieſus oculis in cęlũ dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Et reliqua. 17. c

Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

Poterat dñs noſter vnigenitus, & coęternus patri, in forma ſerui, & ex forma ſerui, ſi hoc opus eſſet, orare ſilentio: ſed ita ſe patri exhibere voluit pre-

cantorē, vt meminiſſet illū ſe eſſe doctorē. Porro quidē, quā fecit orationem pro nobis, notā fecit ⁊ nobis: quoniā tanti magiſtri nō ſolum apud ipſos ſermocinatio, ſed etiam ipſius pro ipſis ad patrē oratio, diſcipulorū eſt ędificatio: ⁊ futurorū, qui hęc dicta erāt audituri, profecto ⁊ noſtra, q futuri ſumus ſcripta lecturi. ℞. iiij. noct. dn̄icę iiij. poſt Paſcha. ℞. Deus canticū. 213. f. ij.

OStēdit ergo propter hoc quod ait: Pater venit hora, clarifica filiū tuū: oſtendit oē tēpus, ⁊ qd ⁊ quando faceret, vel fieri ſineret, ab illo eſſe diſpoſitū, q tēpori ſubditus nō eſt: qm̄ quę futura erāt p ſingula tpa, in dei ſapientia cauſas efficientes habet in qua nulla ſunt tēpora. Non ergo credatur hec hora fato vrgente veniſſe, ſed Deo potius ordinante: nec ſiderea neceſſitas Chriſti ꝯtexuit paſſionē: abſit enī vt ſidera mori cogerēt ſiderū ꝯditorē. ℞. Bonū eſt. 214. f. iij.

CLarificatus a patre filius nonnulli accipiunt in hoc q̄ ei nō pepercit, ſed pro nobis oībus tradidit eū: ſed ſi paſſione clarificatus dicit, quanto magis reſurrectione? nā in paſſione magis eius humilitas quam claritas cōmendat, Apoſtolo atteſtāte, qui dicit: Humiliauit ſemetipſū factus obediens vſq ad mortē, mortē autem crucis. Deinde ſequit, ⁊ de eius clarificatione iam dicit: Propter qđ ⁊ deus illū exaltauit, ⁊ donauit ei nomē, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Jeſu omne genu flectatur, cęleſtiū, terreſtriū, ⁊ infernorū: ⁊ omnis lingua cōfiteatur, qa dn̄s Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Hęc eſt glorificatio dn̄i noſtri Jeſu Chriſti: q̄ ab eius reſurrectione ſumpſit exordium. Te Deum. 8.

Ad Vēſ. Aña. Pater venit hora, clarifica filium tuum, claritate quam habui priuſquā mūdus eſſet apud te, halelulah.

Orō dr̄ de dn̄ica pt. vt ſup. 216.

IN ASCENSIONE DOMINI. Duplex.

Ad Veſp. Aña. Viri Galilei. cū reli. de lau. ps. Dixit dns. 52. ceteri. de dn̄ica. ⁊ loco vlt. ps. Laudate dn̄m oēs gēt. 54. Cap.



PRimū quidem ſermonem feci de omnib⁹ o Theophile, que cepit Jeſus facere, ⁊ docere, vſque in diē qua precipiēs apoſtolis, p ſpiritū ſanctū quos elegit, aſſumptus eſt. Act. 1. Hy.

IEſu noſtra redemptio,
Amor, ⁊ deſiderium,
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum:
Que te vicit clementia,

Ut

Ut terres noſtra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres:
Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Uictor triumpho nobili
Ad dextram patris reſidens:
Ipſa te cogat pietas,
Ut mala noſtra ſuperes
Parcendo, et voti compotes
Nos tuo vultu saties.
Tu eſto noſtrum gaudium,
Qui es futurus premium,
Sit noſtra in te gloria
Per cūcta ſemp ſecula. Amē.
℣. Aſcēdit Deus in iubilatiōe,
hal. ℟. Et dñs i voce tube, hal.
Ad M. Añ. Pater manifeſta
ui nomen tuū hominibus, quos
dediſti mihi: nūc autem pro eis
rogo, non pro mūdo, quia ad te
venio, haleluiah. Oratio.
Concede, qs, omnipotens
deus: vt qui hodierna die
vnigenitum tuum redemptorē
noſtrū ad celos aſcendiſſe credi
mus: ipſi quoq; mēte in celeſti
bus habitemus. Per eundem.
Ad Matuti. Inuitat. Halelab,
Chriſtum dominū aſcendentē
in celū. Uenite adoremus, hale
luiah. pſal'. Uenite. Hymn'.
Eterne rex altiſſime,
Redemptor et fidelium,
Quo mors ſoluta deperit,
Datur triumphus gratie.
Scandens tribunal dextere
Patris, poteſtas omnium
Collata Jeſu celitus,
Que non erat humanitus.
Ut trina rerum machina
Celeſtium, terreſtrium,
Et infernorum condita,
Flectat genu iam ſubdita.
Tremunt videntes angeli
Uerſa vice mortalium,
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.
Tu eſto noſtrum gaudium,
Manens olympo preditum:
Mundi regis qui fabricam,
Mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes queſumus,
Ignoſce culpis omnibus,
Et corda ſurſum ſubleua
Ad te ſuperna gratia,
Ut cum repente ceperis
Clarere nube iudicis,
Penas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.
Gloria tibi domine,
Qui ſcandis ſuper ſydera,
Cum patre et ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.
Sic terminant hym. eiuſdē me
tri vſq; ad Pēte excepto hym
no ad veſpe. In i. noctur. Aña.
Eleuata eſt magnificentia tua
ſuper celos Deus, halab, ps.
Domine dñs noſter. f. 3. Aña.
Dñs in templo ſancto ſuo, dñs
in celo, halab. Pſal'. In domi
no confi. 4. Aña. A ſummo ce
lo egreſſio eius, et occurſus eius,
haleluiah. ps. Celi enarrāt. 7.
℣. Aſcendit Deus in iubilatio
ne, haleluiah. ℟. Et dominus
in voce tube, haleluiah.

Incipit liber Actuū aplo℞. c. j.

PRimum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, q̄ cępit Ieſus facere ꝛ docere, vſque in diem, qua pręcipiens Apoſtolis, per ſpiritum ſanctum quos elegit, aſſumptus eſt: quibus ꝛ prębuit ſeipſuʒ viuum poſt paſſionem ſuā in multis argumentis, per dies quadraginta apparēs eis, ꝛ loquēs de regno Dei. Et cōueſcens pręcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris, quā audiſtis (inquit) ꝑ os meū: qꝛ Iohannes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizamini ſpiritu ſancto, non poſt multos hos dies. ℟. Poſt paſſionem ſuam per dies quadraginta apparens eis, ꝛ loquens de regno Dei, halleluiah. Et videntibus illis eleuatus eſt, hal'ah: Et nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum, hal'ah. ℣. Et conueſcens pręcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederēt, ſed expectarent promiſſionem patris. Et videntibus. Lectio ſcda.

IGitur q cōuenerāt, interrogabant eū dicētes: Dn̄e ſi in tempore hoc reſtitues regnū Iſrael? Dixit autem eis: Nō eſt veſtrum noſſe tempora vel momēta, quę pater poſuit in ſua poteſtate: ſed accipietis virtutē ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos, ꝛ eritis mihi teſtes in Ieruſalem, ꝛ in oī Iudęa, ꝛ Samaria, ꝛ vſqꝫ ad vltimū terrę. Et cum hęc dixiſſet, videntibus illis eleuatus eſt, ꝛ nubes ſuſcepit eū ab oculis eoruʒ. ℟. Omnis pulchritudo dn̄i exaltata eſt ſup ſidera. Species eius in nubibus cęli, ꝛ nomē eius in ęternuʒ permanet, hal'ah. ℣. A ſummo cęlo egreſſio eiꝰ, ꝛ occurſus eius vſqꝫ ad ſummū eius. Species. L. iij.

CUmqꝫ intuerērur in cęlū euntem illū, ecce duo viri aſtiterūt iuxta illos in veſtibus albis, qui ꝛ dixerūt: Viri Galilęi, quid ſtatis aſpicientes in cęlū? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cęlū, ſic veniet quemadmodū vidiſtis eū euntē in cęlum. Tūc reuerſi ſunt Ieroſolymā a mōte, qui vocat Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalē, ſabbati habens iter. Et cū introiſſent in cęnaculū, aſcenderunt vbi manebant Petrus, ꝛ Iohannes, Iacobus ꝛ Andreas, Philippus, ꝛ Thomas, Bartholomęus, ꝛ Matthęus, Iacobus Alphęi. ꝛ Simon Zelotes, ꝛ Iudas Iacobi. Hi oēs erāt perſeuerātes vnanimiter in oratione cū mulieribus, ꝛ Maria matre Ieſu, ꝛ fratribus eius. ℟. Exaltare dn̄e, hal'. In virtute tua, hal'. ℣. Eleuata eſt magnificētia tua ſup cęlos deus. In Gloria. In. In ij. noct. Aña. Exaltare dn̄e in virtute tua, cantabimus, ꝛ pſallemus, hal'. Ps. Dn̄e i vir. 7.

Aña. Exaltabo te dñe, quoniã ſuſcepiſti me, hal'ab. ps Vide. f.19.
Aña. Aſcendit deus in iubilatione, ⁊ dñs in voce tubę, hal'.
Pſalm9. Omnes gentes.27.℣.
Aſcendens Chriſtus in altum, halleluiah. ℟. Captiuam duxit captiuitatem, halleluiah.
Sermo s. Leonis Pape. L. iij.

POſt beatã ⁊ glorioſam reſurrectionem dñi nři Jeſu Chriſti, qua verũ dei templum, Judaica impietate reſolutũ diuina ſe in triduo potentia ſuſcitauit, quadragenarius hodie, dilectiſſimi ſanctoꝝ dieꝝ expletus eſt numerus, ſanctiſſima ordinatione diſpoſitus, ⁊ ad vtilitates nřę eruditionis impẽſus: vt dũ a dño in hoc ſpatio mora pręſentię corporalis extendit, fides reſurrectionis documẽtis neceſſarijs muniret. Mors enĩ Chři multorũ diſcipulorũ corda turbauerat: ⁊ de ſupplicio crucis, de emiſſione ſpiritus, de exanimati corporis ſepultura, grauatis męſtitudine mẽtibus, quidã diffidentię torpor obrepſerat.
℟. Tẽpus eſt vt reuertar ad eũ qui me miſit, dicit dñs: nolite contriſtari, nec turbetur cor veſtrum. Rogo pro vobis patreꝫ, vt ipſe vos cuſtodiat, hal'. hal'.
℣. Niſi ego abiero, paraclitus nõ veniet: dũ aſſumptus fuero, mittam vobis euꝫ. Rogo. L. v.

VNde beatiſſimi apoſtoli, omneſqꝫ diſcipuli, qui ⁊ de exitu crucis fuerãt trepidi, ⁊ de fide reſurrectionis ambigui, ita ſunt veritate ꝑſpicua roborati, vt dño in cęloꝛuꝫ euntę ſublimia, non ſoluꝫ nulla afficerẽtur triſtitia, ſed etiã magno gaudio replerentur. Et re vera magna erat, ⁊ ineffabilis cauſa gaudendi, cum in conſpectu ſanctę multitudinis ſuper oĩum creaturaruꝫ cęleſtium dignitatẽ humani generis natura cõſcenderet, ſupergreſſura angelicos ordines, ⁊ vltra archangeloꝛuꝫ altitudines eleuanda, nec vllis ſublimitatibus moduꝫ ſuę prouectionis habitura, niſi ęterni patris recepta conſeſſu, illius glorię ſociaretur in throno, cuius naturę copulabaẗ in filio. ℟.
Nõ turbeẗ coꝛ veſtrũ: ego vado ad patreꝫ, ⁊ dum aſſumptus fuero a vobis, mittam vobis, hal'.
Spirituꝫ veritatis, ⁊ gaudebit coꝛ veſtrũ, hal'ab. ℣. Ego rogabo patrem, ⁊ alium paraclitum dabit vobis. Spiritum. L. vj.

QVia igitur Chriſti aſcenſio noſtra eſt prouectio: ⁊ quo pręceſſit gloria capitis, eo ſpes vocatur ⁊ coꝛpoꝛis: dignis, dilectiſſimi, exultemus gaudijs, ⁊ pia gratiarũ actione lętemur. Hodie enĩ nõ ſolũ paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiaꝫ cęloꝛum in Chriſto ſupna penetrauimus: amplioꝛa adepti ꝑ ineffabilem Chriſti gratiaꝫ, qꝫ per diaboli amiſeramus inuidiam.

Nam

Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deie/cit, eos ſibi cõcorporatos dei filius ad dexteram patris collocauit: cũ quo viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũs ſancti Deus p oia ſecula ſeculorũ. Amẽ. ℟. Aſcẽdẽs Chrs in altũ, balab, captiuã duxit captiuitatem. Dedit. dona hominibus, bal. bal. balab. ℣. Aſcendit deus in iubilatione, ⁊ dñs in voce tubę. Dedit. Glo/ria. Dedit. In iij. noct. Aña. Nimis exaltatus eſt, bal. ſuper oẽs deos, bal. ps. Dñs reg. exul. 44. Añ. Dñs in Siõ, bal. magnus, ⁊ excelſus, bal. ps. Dñs reg. iraſ. 46. Aña. Dñs in cęlo, balab, parauit ſedẽ ſuam, bal. ps. Benedic anima. j. 47. ℣. Aſcendo ad patrẽ meum ⁊ pa/trem veſtrum, balab. ℟. Deũ meũ, ⁊ Deum veſtrum, balab.

Lcõ s. euãg. ſm Marcũ. L. vij.

ca.16 In illo tẽpore: Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus, ⁊ exprobrauit incredulitatẽ illorũ, ⁊ duritiam cordis, quia ijs, qui vide/rant eũ reſurrexiſſe a mortuis, non crediderant. Et reliqua.

Homilia Sãcti Gregorij papę.

Quod reſurrectionẽ dñi/cam diſcipuli tarde credi/derunt, non tam illorũ infirmitas, quã noſtra (vt ita dicã) futura firmitas fuit. Ipſa nanque reſurrectio illis dubitantibus p multa argumẽta monſtrata eſt: q dũ nos legentes agnoſcimus, qd aliud quã de illorum dubitãtione ſolidamur? Minus enim mihi Maria Magdalene pre/ſtitit, quę citius credidit: quam Thomas, q diu dubitauit. Ille etenim dubitãdo vulnerũ cica/trices tetigit, ⁊ de noſtro pectore dubitationis vulnus amputauit. ℟. Ego rogabo patrẽ, ⁊ aliũ paraclitũ dabit vobis. Et maneat vobiſcũ in ęternũ ſpiritum veritatis, balab. ℣. Si enĩ non abiero, paraclitus non ve/niet ad vos: ſi autẽ abiero, mittã eũ ad vos. Et ma. Lectio viij.

Hoc inſinuandũ quoq; veritatẽ dñicę reſurrectionis notãdũ nobis eſt, qd Lucas re/ferat, dicẽs: Conueſcens pręcepit eis ab Ieroſolymis ne diſcederent. Et poſt pauca. Vidẽtibus illis eleuatus eſt, ⁊ nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ. Notate verba, ſignate myſteria. Cõueſcens eleuatus eſt. Come/dit, ⁊ aſcẽdit: vt videlicet p effectum comeſtionis, veritas pa/teſceret carnis. Marcus vero, priuſquã cęlum dñs aſcendat, eũ de cordis atq; infidelitatis duritia icrepaſſe diſcipulos me/morat. Qua in re qd conſiderãdũ eſt: niſi q icirco dñs tunc diſcipulos increpauit, cum eos corporaliter reliquit: vt verba q diſcedens diceret, in cordibus audientium arctius impreſſa remanerẽt. ℟. Omnis nubẽ aſcẽ

ſum

celum tuum dñe. Qui ambulas su
per pennas ventorū, halelu iah.
℣. Confessionē et decorem in
duisti, amictus lumē sicut vesti
mētuꝫ. Quere illo. Omi. L ix.

I Ncrepata igit eorū duri
tia, qd admonendo dicat
audiamus. Euntes in mūdū vni
versum, p̄dicate euāgeliū omni
creaturę. Nunqd fratres mei,
sanctū euāgeliū vel insensatis re
bus, vel brutis aīalibus fuerat
p̄dicandum? vt de eo discipulis
dicatur, Predicate euāgelium
oī creaturę. Sed oīs creaturę
nomine signaī homo. Oīs aūt
creaturę aliqd habet homo.
Habet nanqꝫ cōmune esse cum
lapidibus, vigere cū arboribus,
sentire cuꝫ aīalibus intelligere
cuꝫ angelis. Si ergo commune
habet aliquid cuꝫ omni creatu
ra homo, iuxta aliqd oīs creatu
ra est homo. Omni ergo creatu
rę predicatur euangeliuꝫ, cū so
li homini p̄dicaī. Te deū. ℣.
Ad Laudes, et p horas. Aña.

V Iri Galilei, qd aspicitis in
celuꝫ? Hic Jesus, q assum
ptus est a vobis in celū, sic veni
et, halab. Ps. Dñs regnauit. ℣.
cū rel. Aña. Cūqꝫ intuerent
in celuꝫ euntem illum, dixerūt.
halab. Aña. Eleuatis manibus
benedixit eis, et ferebatur in ce
lū, halab. Aña. Exaltate regē
reguꝫ, et hymnū dicite deo, hal.
Aña. Videntibꝰ illis eleuatꝰ est, et
nubes suscepit euꝫ in celo, hal.

Capit. Primum quidem. 219.
Hymn. Jesu nostra redē. 219. ℣.
Dominus in celo, halab. ℟.
Parauit sedem suam, halab.
Ad Benedictus. Antiphona.
Ascendo ad patrē meum, et pa
trem vestrum, Deum meum, et
Deum vestrum, halab. Oro.
Concede, qs oīps. 220. vt qui.
Ad Primā. ℟. bre. Chrīe fili
dei viui miserere nobis, hal. hal.
℣. Qui scandis super sidera.
halab, hal. ℣. Exurge Chrīe.
℟. Et libera nos. sic et quoti
die vsqꝫ ad Nonā. Ad iij. Cap.
Primum quidem. 219. ℟. bre.
Ascendit Deus in iubilatione,
hal. hal. ℣. Et dñs in voce tu
bę, hal. hal. Gloria. ℣. Ascen
dens Chrīs in altū hal. ℟. Ca
ptiuā duxit captiuitatē, halab.
Ad Sextam, Capitulum.

C Onuescens precepit eis Act.
ab Jerosolymis ne disce 1.
derent, sed expectarent promis
sionem patris, quā audistis, in
qt, per os meū: quia Johannes
quidē baptizauit aqua, vos aūt
baptizabimini spiritu scō, non
post multos hos dies. ℟. Ascē
dens Christus in altū, halab.
hal. ℣. Captiuā duxit captiui
tatem. halab. Glo. ℣. Ascēdo
ad patrem meum, et patrem ve
strum halab. ℟. Deū meū, et
deū vestrū, halab. Ad ix. Cap.

V Iri Galilei, qd statis aspi Act.
cietes in celū? Hic Jesus 1.
qui assumptus est a vobis in ce
lum

lis, ſic veniet quemadmodũ vi-
diſtis eum euntem in cęlũ. ℟.
Aſcendo ad patrez meuz, ⁊ pa-
trẽ veſtrũ, halab, hal. ℣. Deũ
meum, ⁊ Deuz veſtrũ. halab.
Gloria. ℣. Dñs in cęlo, halab.
℟. Parauit ſedez ſuã, halab.
Ad Veſp. Añę, pſalmi, Cap. ⁊
hẏmn. vt ſup. i primis Veſpe. ℣.
Dñs in cęlo, halab. ℟. Para-
uit ſedẽ ſuã, hal. Ad Mag. Añ.
O rex glorię, dñe virtutũ, qui
triumphator hodie ſuper oẽs cę-
los aſcẽdiſti, ne derelinquas nos
orphanos: ſed mitte promiſſum
patris in nos, ſpiritũ veritatis,
haleluiah. Oratio vt ſupra. 220.
¶ Infra Octa. Aſcẽ. ⁊ vſqʒ ad
Pẽt. quotidie fit offic. de Aſcẽ.
niſi feſtũ occurrat nouẽ lcõ. De
feſtis iij. lcõnuz fit tñ cõmemo.

FERIA SEXTA.

Incipit epl'a ij. b. Petri apl'i. c. j.

SImon Petrus, ſeru⁹
⁊ apl's Ieſu Chriſti,
his qui coęqualẽ no-
biſcum ſortiti ſunt fi-
dẽ, in iuſtitia Dei nr̃i, ⁊ ſaluato-
ris Ieſu Chriſti: Gratia vobis
⁊ pax adimpleatur in cognitio-
ne dei, ⁊ Chriſti Ieſu dñi nr̃i:
quomodo omnia nobis diuinę
virtutis ſuę, quę ad vitã ⁊ piete-
tez pertinẽt donata ſunt, per co-
gnitionez eius, qui vocauit nos
propria gloria, ⁊ virtute, p quẽ
maxima, ⁊ precioſa nobis pro-
miſſa donauit: vt per hęc efficia-
mini diuinę conſortes naturę, fu-
gientes eius, quę in mundo eſt,
cõcupiſcentię corruptionẽ. ℟.
Poſt paſ. 220. Lectio ij.

VOs autẽ curaz omnez ſub-
inferentes, miniſtrate in fi-
de veſtra virtutẽ, in virtute autẽ
ſcientiam, in ſcientia autem ab-
ſtinentiam, in abſtinentia autez
patientiã, in patientia autez pie-
tatem, in pietate autem amorez
fraternitatis, in amore autez fra-
ternitatis charitatez. Hęc enim
ſi vobiſcũ adſint, ⁊ ſuperent, nõ
vacuos, nec ſine fructu vos con-
ſtituent in dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti cognitione. Cui enim nõ prę-
ſto ſunt hęc, cęcus eſt ⁊ manu tẽ-
tans: obliuionẽ accipiẽs purga-
tionis veterum ſuorũ delictorũ.
℟. Omnis pul. 220. Lect. iij.

QUapropter, fratres, ma-
gis ſatagite, vt per bona
opera certã veſtrã vocationem
⁊ electionem faciatis. Hęc eniz
facientes nõ peccabitis aliquan-
do: ſic enim abundanter mini-
ſtrabitur vobis introit⁹ in ęter-
nũ regnuz dñi nr̃i, ⁊ ſaluatoris
Ieſu Chriſti. Propter quod in-
cipiaz vos ſemper commonere
de his, ⁊ quidẽ ſciẽtes, ⁊ confir-
matos vos in pręſenti veritate.
Iuſtuz autẽ arbitror, quandiu
ſum in hoc tabernaculo, ſuſcita-
re vos in commonitione, certus
quod velox eſt depoſitio taber-
naculi mei: ſecũdũ qđ ⁊ dñs Ie-
ſus Chr̃s ſignificauit mihi. Da-
bo autem operam, ⁊ frequenter

habere

bebere vos poſt obitũ meũ, vt bonum memoriam faciatis. ℟. Exaltare Domine, baſab. 220.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

Sacramentũ dilectiſſimi, ſalutis noſtrę, quã precio ſanguinis ſui vniuerſitatis cõditor ęſtimauit a die corporalis ortus, vſq; ad exitũ paſſionis, p diſpenſationẽ humilitatis impletum eſt. Et licet multa etiam in forma ſerui diuinitatis ſigna radiauerint, proprie tñ illius tẽporis actio ad demonſtrandam ſuſcepti hominis ptinuit veritatẽ. Poſt paſſionẽ vero ruptis mortis vinculis, quę vim ſuã in eũ, qui peccati erat neſcius, inceden do perdiderat, infirmitas invirtutẽ, mortalitas in immortalitatẽ, contumelia tranſiuit in gloriã: quã dñs Jeſus Chriſtus in multis manifeſtiſq; documẽtis, multorũ declarauit aſpectibus, donec triumphũ victorię, quẽ reportarat a mortuis, inferret ę cęlis. ℟. Tẽpus eſt. 221. Lec. v.

Sicut ergo in ſolẽnitate paſchali reſurrectio dñi fuit nobis cauſa lętandi: ita aſcenſio eius in cęlos, pręſentium nobis eſt materia gaudiorũ, recolentibus illã diẽ, ę rite venerãtibus, qua naturę noſtrę humilitas in Chriſto, ſuper oẽm cęli militiã, ſuper omnes ordines angelorũ, ę vltra omniũ altitudinũ poteſtatem, ad Dei patris eſt prouecta conſeſſum. Quo ordine operũ diuiſiorũ nos fundati, nos ędificati ſumus: vt mirabilis fieret gratia Dei, cum, remotis a conſpectu hominũ quę merito reuerentiam ſui ſentiebantur indicere, fides non deficeret, ſpes nõ fluctuaret, charitas nõ tepe-ret. ℟. Non turbet. 221. L. vi.

Magnarũ hic vigor eſt mẽtiũ, ę valde fideliũ hoc lumẽ animarũ, incunctãter credere quę corporeo nõ videntur intuitu, ę ibi figere deſiderium quo nequeas inferre cõſpectũ. Hęc autem pietas vnde in noſtris cordibus naſcẽretur, aut quomodo quiſquã iuſtificaretur per fidẽ, ſi in ijs tantũ ſalus noſtra conſiſteret, quę obtutibus ſubiacerent? Unde ę illi viro, qui de reſurrectione Chriſti videbatur ambigere, niſi in ipſius carne veſtigia paſſionis ę viſu exploraſſet ę tactu, Quia vidiſti me, inquit dñs, credidiſti: beati qui nõ viderũt, ę crediderũt. ℟. Aſcẽdẽs Chrs. 221.

De Hom. s. Gregorij pp. L. vij.

Qui crediderit, ę baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero non crediderit, condemnabit. Fortaſſe vnuſquiſq; apud ſemetipſum dicat: Ego iam credidi: ſaluus ero. Uerũ dicit ſi fidem operibus teneat. Vera etenim fides eſt, quę in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc eſt enim, quod de quibuſdam falſis fidelibus Paulus

Paulus dicit. Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Hinc Johannes ait: Qui dicit ſe noſſe deū, ꝛ mādata eius non cuſtodit, mendax eſt. ℞. Ego rogabo. 221. Lectio viij.

Quod cum ita ſit, fidei noſtre veritatē in vite noſtre conſideratione debemus agnoſcere. Tunc enim veraciter fideles ſumus: ſi quod verbis promittimus, operibus cōplemus. In die quippe baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operibus atq; omnibus pompis abrenūciare promiſimus. Itaque vnuſquiſque veſtrum ad conſiderationem ſuā mentis oculos reducat: ꝛ, ſi ſeruat poſt baptiſmum, quod ante baptiſmum ſpopondit: certus iam, q̄a fidelis eſt, gaudeat. ℞. Bonis nu. 221. L. ix.

Sed ecce, ſi, quod promiſit minime ſeruauit ad exercenda praua opera, ad concupiſcēdas mūdi pōpas dilapſus eſt, videamus ſi iā ſcit plāgere, q̄d errauit. Apud miſericordē namq; iudicē, nec ille fallax habebitur, qui ad veritatē reuertitur, etiā poſt q̄ mentit. Quia omnipotēs Deus dum libenter noſtram penitentiā ſuſcipit, ipſe ſuo iudicio, hoc q̄d errauimus abſcōdit.

SABBATHO.

De epiſtola prima Beati Petri Apoſtoli. Lectio prima.

ca. 3 Hanc ecce vobis, chariſſimi, ſecūdā ſcribo epiſtolā, in quibus veſtrā excito in cōmonitione ſincerā mentē: vt memores ſitis eorū q̄ predixi verborū, a ſanctis prophetis, ꝛ apoſtolorū veſtrorū, preceptorū dn̄i ꝛ ſaluatoris: Hoc primū ſciētes: quod veniēt in nouiſſimis dieb⁹ in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes: Ubi eſt promiſſio, aut aduētus eius? Ex quo enī patres dormierunt, oia ſic perſeuerant ab initio creature. Latet enim eos hoc volentes, q̄ celi erant prius, ꝛ terra de aqua, ꝛ per aquā cōſiſtens Dei verbo, per que ille tunc mundus aqua inūdatus periit. Celi autem, qui nūc ſunt, ꝛ terra eodē verbo repoſiti ſunt igni reſeruati in diem Judicij, ꝛ perditionis impiorū hominū. ℞. Poſt paſſionem. 220. L. ij.

Unum vero hoc nō lateat vos chariſſimi, quia vnus dies apud dn̄m, ſicut mille anni, ꝛ mille anni ſicut dies vnus. Nō tardat dn̄s promiſſionem ſuā, ſicut quidā exiſtimāt: ſed patiēter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed oēs ad penitentiā reuerti. Adueniet autē dies dn̄i vt fur, in quo celi magno impetu trāſient, elemēta vero calore ſoluentur, terra autē, ꝛ que in ipſa ſunt opera exurent. Cū igitur hec oia diſſoluēda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis cōuerſationib⁹ ꝛ pietatibus, expectantes, ꝛ properantes in aduētum

Digitized by Google

num diei dñi, per quē cęli arden tes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcēt? Nouos vero cęlos, & nouam terram ſecundū promiſſa ipſius expectamus, in qbus iuſtitia habitat. ℟. Omnis pulchritudo. 220. Lectio iii.

Propter qđ, chariſſimi, hęc expectātes, ſatagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace: & dñi noſtri lōganimitatē, ſalutē arbitramini: ſicut & chariſſimus frater noſter Paulus ſm datā ſibi ſapientiā ſcripſit vobis, ſicut & in oībus epiſtolis, loquens in eis de ijs: in quibus ſunt quędā difficilia intellectu, quę indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres pręſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate, creſcite vero i gratia, & in cognitiōe dñi noſtri, & Saluatoris Jeſu Chriſti: ipſi gloria & nunc & in diem ęternitatis. Amē. ℟. Exaltare dñe. 220.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiii.

Quod itaq; redēptoris noſtri conſpicuū fuit, in ſacramēta trāſiuit: & vt fides excellentior eſſet ac firmior, viſioni doctrina ſucceſſit, cuius auctoritatem ſupernis illuminata radijs credentium corda ſequerentur. Hāc fidē aſcenſione dñi auctā, & ſpiritus ſancti munere roboratam, non vincula, non carceres, nō exilia, non fames, non ignis, nō laniatus ferarū, nec exquiſita perſequentiū crudelitatibus ſupplicia terruerunt. Pro hac fide per vniuerſū mundū non ſolū viri, ſed etiam fęminę, nec tantū impubes pueri, ſed etiam tenerę virgines vſq; ad effuſionē ſanguinis decertarunt. Hęc fides dęmonia eiecit, ęgritudines depulit, mortuos ſuſcitauit. ℟. Tempus. 221. Lectio v.

Unde & ipſi beati apoſtoli, qui tot miraculis ꝯfirmati, tot ſermonibus eruditi, atrocitatē tamē dñicę paſſionis expauerant, & veritatē reſurrectionis eius non ſine heſitatione ſuſceperant, tantum de aſcenſione dñi profecerunt, vt quicquid illis prius intulerat metum, verteret in gaudium. Totā enim contemplationē animi in diuinitatē ad patris dexteram cōſiderātes erexerant: nec iā corporeę viſionis tardabant obiectu, quo minus in id aciem mentis intēderent, qđ nec a patre deſcēdēdo abfuerat, nec a diſcipulis aſcēdēdo diſceſſerat. Tunc igitur dilectiſſimi, filius hoīs Dei filius excellētius ſacratiusq; innotuit, cū in paternę maieſtatis gloriā ſe recepit: & ineffabili modo cępit eſſe diuinitate pręſentior, qui factus eſt humanitate lōginquior. ℟. Nō turbetur. 221. Lectio vi.

Tunc ad ęqualē patri filium eruditior fides greſſu cępit mentis

Digitized by Google

mentis accedere, ⁊ cõtrectatio-
ne in Chriſto corporeę ſubſtan-
tię, qua pater minor eſt, non ege
re: quoniã, glorificati corporis
manẽte natura, eo fides creden
tiũ vocabat, vbi non carnali ma
nu, ſed ſpirituali intellectu par
genitori vnigenitus tangeret.
Hinc illud eſt, quod poſt reſur-
rectionẽ ſuã dñs Marię Mag-
dalenę pſonã Eccleſię gerenti
cum ad cõtactum ipſius prope-
raret accedere, dicit: Noli me tã
gere: nondum enim aſcendi ad
patrẽ meum: hoc eſt: Nolo, vt
ad me corporaliter venias, nec
vt me ſenſu carnis agnoſcas: ad
ſublimiora te differo, maiora ti-
bi pręparo. Cum ad patrẽ aſcẽ
dero, tũc me perfectius veriuſq;
palpabis: apprehenſura quod
nõ tangis, ⁊ creditura quod nõ
cernis. ℟. Aſcendens. 221.

De Hom. s. Gregorij pp. L. vij.

Signa autẽ eos, q̃ credituri ſunt, hęc ſequentur: In
nomine meo dęmonia eijcient,
linguis loquent nouis, ſerpẽtes
tollent: ⁊ ſi mortiferũ quid bibe
rint, non eis nocebit. Sup ęgros
manus imponent, ⁊ bene habe-
bunt. Nunquid nã fratres mei,
quia iſta ſigna non facitis, mi-
nime creditis? Sed hęc neceſſa-
ria in exordio Eccleſię fuerunt.
Vt enim ad fidem creſceret mul
titudo credentiũ, miraculis fue
rat nutrienda. Quia ⁊ nos, cũ
arbuſta plantamus, tamdiu eis
aquam infundimus, quouſque
ea in terra iam coaluiſſe videa-
mus. At ſi ſemel radicem fixe-
rint, irrigatio ceſſabit. Hinc eſt
enim quod Paulus dicit: Lin-
guę in ſignum ſunt non fideli-
bus, ſed infidelibus. ℟. Ego
rogabo. fo. 221. Lectio viij.

Habemus de his ſignis, at-
q; virtutibus, q̃ adhuc
ſubtilius cõſiderare debeamus.
Sancta quippe Eccleſia quoti-
die ſpiritualiter facit, quod tunc
per apoſtolos corporaliter facie
bat. Nam ſacerdotes eius cum
per exorciſmi gratiam manum
credentibus imponunt, ⁊ habi-
tare malignos ſpiritus in eorũ
mente contradicunt, quid aliud
faciunt, niſi dęmonia eijciũt? Et
fideles quique, qui iam vitę ve-
teris ſęcularia verba derelin-
quunt, ſancta autem myſteria
inſonant, conditoris ſui laudes
⁊ potentiã, quantũ pręualent,
narrant: quid aliud faciunt niſi
nouis linguis loquuntur? Qui
dum bonis ſuis exhortationi-
bus malitiam de alienis cordi-
bus auferunt, ſerpentes tollunt.
℟. Ponis nubem. 222. L. ix.

Et dũ peſtiferas ſuaſiones
audiunt, ſed tamẽ ad ope-
rationem prauam minime per-
trahuntur, mortiferum quidem
eſt quod bibũt, ſed nõ eis noce-
bit. Qui quoties proximos ſuos
in bono opere infirmari conſpi-
ciũt, dũ eis tota virtute concur-
runt,

runt, ⁊ exemplo ſuę operationis illorum vitam roborant, qui in propria actione titubant, quid aliud faciũt, niſi ſup ęgros manus imponũt, vt bene habeant? Quę nimirũ miracula tãto maiora ſunt, quãto ſpiritualia: tanto maiora ſunt, quãto p hęc nõ corpora, ſed animę ſuſcitantur.

Ad Veſperas. Capitulum.

I. Pe. 4 Chariſſimi. Eſtote prudẽtes, ⁊ vigilate i orationibus. Ante oia autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuã habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hym, Jeſu noſtra red. 219. ℣. Dñs in cęlo, halelu. ℟. Parauit ſedem ſuam, halelu. Ad Mag. Aña. Cũ venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis ſpiritũ veritatis, q a patre procedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me, halelu. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus, fac nos tibi ſemper ⁊ deuotã gerere voluntatem, ⁊ maieſtati tuę ſincero corde ſeruire. Per dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecũ. Et fit cõme. Aſcẽſionis. Aña. O rex glorię. 222. ℣. Aſcendit Deus in iubilatione. hal. ℟. Et dñs in voce tubę, haleluiah. Oro. Cócede quęſumus. 220.

DOMINICA INFRA octauam Aſcenſionis,

totũ officiũ fit de Aſcenſione, exceptis his q̃ hic habent ꝓpria.

B.N.R.

Incipit epiſtola prima Beati Johannis Apoſtoli. Lectio i.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, qd perſpeximus, ⁊ manus noſtrę cõtrectauerunt de verbo vitę, ⁊ vita manifeſtata eſt: ⁊ vidimus, ⁊ teſtamur, ⁊ annũciamus vobis vitã ęternã, quę erat apud patrẽ, ⁊ apparuit nobis. Quod vidimus, ⁊ audiuimus, annũciamus vobis: vt ⁊ vos ſocietatẽ habeatis nobiſcũ, ⁊ ſocietas noſtra ſit cũ patre, ⁊ cũ filio eius Jeſu Chriſto. Et hęc ſcribimus vobis, vt gaudeatis, ⁊ gaudium veſtrum ſit plenum. Et hęc eſt annunciatio, quã audiuimus ab eo, ⁊ annunciamus vobis: Quoniam Deus lux eſt, ⁊ tenebrę in eo nõ ſunt vllę. ℟. Poſt paſſionem. 220. Lectio ij.

Si dixerimus quoniã ſocietatẽ habemus cũ eo, ⁊ in tenebris ambulamus: mẽtimur, ⁊ veritatẽ non facimus. Si autẽ in luce ambulamus ſicut ⁊ ipſe eſt in luce: ſocietatem habemus adinuicẽ, ⁊ ſanguis Jeſu Chriſti filij eius emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniã peccatũ non habemus: ipſi nos ſeducimus, ⁊ veritas in nobis nõ eſt. Si ꝯfiteamur peccata noſtra: fidelis eſt, ⁊ iuſtus, vt remittat nobis peccata nr̃a: ⁊ emũdet nos ab oĩ iniq̃tate. Si dixerimꝰ

Digitized by Google

qm̃ non peccauimus, mendacē facimus eū, ⁊ verbū eius nō eſt in nobis. ℟. Oīs pulc. 220. Le. iij.

Filioli mei, hęc ſcribo vobis vt nō peccetis: ſed ⁊ ſiquis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Jeſuȝ Chriſtū iuſtuȝ: ⁊ ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nō pro noſtris autem tantū, ſed etiā pro totius mūdi. Et in hoc ſcimus quoniā cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deuȝ, ⁊ mandata eius nō cuſtodit, mendax eſt, ⁊ in hoc veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbū eius, vere in hoc charitas dei perfecta eſt: ⁊ in hoc ſcimus quoniā in ipſo ſumus. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet, ſicut ille ambulauit, ⁊ ipſe ambulare. ℟. Exaltare domine, fol. 220.

Sermo S. Auguſt. epi. L. iiij.

Saluator noſter, dilectiſſimi fratres, aſcendit in cęlū nō ergo turbemur in terra. Ibi ſit mēs, ⁊ hic erit requies. Aſcēdamus cū Chriſto interim corde, vt cū dies eius promiſſus aduenerit, ſequamur ⁊ corpe. Scire tamē debemus fratres q̄ cū Chriſto non aſcendit ſuperbia, nō auaritia, non luxuria, nulluȝ vitium nr̃m aſcendit cū medico noſtro. Et ideo ſi poſt medicum deſideramus aſcēdere, debemus vitia, ⁊ peccata deponere. Oēs enim quaſi quibuſdam cōpedibus nos premūt, ⁊ vt peccatorū nos retibus ligare cōtendunt: ⁊ ideo cuȝ Dei adiutorio, ſm id qd̄ ait pſalmiſta, Dirūpam' vincula eoꝝ, vt ſecuri poſſimus dicere dn̄o, Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiaȝ laudis. ℟. Tempus eſt. 221. Lec. v.

Reſurrectio dn̄i, ſpes noſtra eſt: aſcēſio domini, glorificatio noſtra eſt. Aſcenſionis hodie ſolēnia celebramus. Si ergo recte, ſi fideliter, ſi deuote, ſi ſancte, ſi pie, aſcenſionē dn̄i celebramus: aſcendamus cuȝ illo, ⁊ ſurſum corda habeamus. Aſcendētes autem non extollamur: nec de noſtris quaſi de proprijs meritis pręſumamus. Surſum autem corda habere debemus ad dn̄m. Surſum eniȝ cor ad dn̄m non ſuperbia vocatur. Surſum autem cor ad dn̄m, refugiuȝ vocatur. Videte, fratres, miraculum magnum. Altus eſt Deus: erigis te, ⁊ fugit a te: humilias te, ⁊ deſcēdit ad te. Quare hoc? Quia excelſus eſt, ⁊ humilia reſpicit, ⁊ alta de longe cognoſcit. Humilia de proximo reſpicit, vt attollat: alta, ideſt ſuperba de lōge cognoſcit, vt deprimat. ℟. Nō turbet cor ve. 220. Lec. vj.

Reſurrexit enim Chriſtus vt ſpem nobis daret: quia ſurgit homo q moritur: ne moriendo deſperaremus, ⁊ vitam noſtraȝ in morte finitaȝ putaremus, ſecuros nos fecit. Soliciti enim eramus de ipſa anima: ⁊ ille

ille nobis reſurgēdo, de carnis reſurrectione fiduciā dedit. Crede ergo, vt munderis. Prius te oportet credere, vt poſtea per fidem Deum merearis aſpicere. Deum eniꝫ videre vis, audi ipſum, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deū videbunt. Prius ergo cogita de corde mūdādo: ⁊ quicquid ibi vides qđ diſplicet Deo, tolle. ℞. Aſcendens. 221.

Lcō s. euā. ſm Johannē. L. vij.

c. 15. IN illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclitus, queꝫ ego mittā vobis a patre ſpiritum veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et rel.

Homilia 5. Auguſtini epiſcopi.

DOminus Jeſus in ſermone, queꝫ locutus eſt diſcipulis ſuis poſt cęnā ꝓximus paſſioni, tanquam iturus, ⁊ relicturus eos pręſentia corporali, cuꝫ oībus autē ſuis vſqꝫ ad cōſummationeꝫ ſęculi futurus pſentia ſpirituali, exhortatus eſt eos ad pferendas pſecutiones impioꝝ, quos mundi nomine nuncupauit: ex quo tamē mūdo etiā ipſos diſcipulos ſe elegiſſe dixit: vt ſcirēt ſe Dei gratia eſſe quod ſunt: ſuis autē vitijs fuiſſe qđ fuerāt. ℞. Ego rogabo. 221. Le. viij.

DEinde pſecutores ⁊ ſuos ⁊ ipſoꝝ, Judęos euidenter expreſſit: vt oīno appareret etiam ipſos mundi damnabilis appellatione cōcluſos, qui perſequunt̄ ſanctos. Cumqꝫ de illis diceret, q̄ ignorarēt eum a quo miſſus eſt: ⁊ tamen odiſſent ⁊ filiū ⁊ patrem, hoc eſt ⁊ eum, qui miſſus eſt, ⁊ eū a quo miſſus eſt: (de quibus oībus in alijs ſermonibus iam diſſeruimus) ad hoc peruenit, vbi ait: Vt adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me gratis. ℞. Si enīꝫ nō abiero, paraclitus nō veniet ad vos: ſi autem abiero, mittā eum ad vos. Cū autem venerit ille, docebit vos omnem veritatem, halah. ℣. Non eniꝫ loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunqꝫ audiet loquetur: ⁊ quę ventura ſunt, annunciabit vobis. Cum. Le. ix.

DEinde tanquā cōſequenter adiūxit, vnde nūc diſputare cępimus. Cū autē venerit paraclitus, quem ego mittaꝫ vobis a patre, ſpiritus veritatis, qui a patre procedit: ille teſtimoniū perhibebit de me: ⁊ vos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. Quid hoc pertinet ad illud? quod dixerat, Nunc autem ⁊ viderūt, ⁊ oderunt, ⁊ me, ⁊ patreꝫ meū: ſed vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt me gratis. An quia paraclitus quando venit ſpiritus veritatis, eos qui viderunt ⁊ oderunt teſtimonio manifeſtiore conuicit? immo vero etiam aliquos ex illis

qui viderunt, ⁊ adhuc oderāt, ad fidē q̄ per dilectionē operatur, ſui manifeſtatione cōuertit. Ad Veſ. Añ. Cū venerit. 225. vt ſu. in ſabbatho. Oro ibidem. Et fit cōm. de Aſcēſione cū Añ. Aſcendo ad patrē. ℣. Aſcēdit Deus iubilatione, hal. ℟. Et dñs in voce tubę, hal. Oro vt s. Ad iij. Cap. Chariſſimi eſtote. 225. ℟. b. Aſcēdit deus. 222. ℣ Aſcendens Chriſtus.

Ad Sextam. Capitulum.

j. pet. 4. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione: vnuſquiſq; ſicut accepit gratiā, in alterutrū illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpēſatores multiformis gratię Dei. ℟. b. Aſcendens Chriſtus. 222. ℣ Aſcendo ad patrē.

Ad Nonam. Capitulum.

Siquis loquitur quaſi ſermones Dei: ſiquis miniſtrat, tanq̄ ex virtute, quā adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtū, dñm noſtrum. ℟. b. Aſcēdo ad. 222. ℣ Dñs in cęlo. Ad Magnificat. Antiphona. Hęc locutus ſum vobis, vt cū venerit hora eorum, reminiſcamini, quia ego dixi vobis, halab. Et fit cōm. de Aſcenſione. Añ. O rex glorię. 222. ℣. Aſcendit Deus in iubilatione, halab. ℟. Et dñs in voce tubę, haleluiab. Oro. Concede quęſumus. 220.

FERIA SECVNDA. poſt Dñicam infra octa. Aſcēſi.

De Epiſtola prima Beati Iohannis Apoſtoli. Lectio j.

Videte qualē charitatē dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, ⁊ ſimus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eū. Chariſſimi, nūc filij Dei ſumus: ⁊ nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniā, cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniā videbimus eū ſicuti eſt. Omnis, qui habet hāc ſpem in eo: ſanctificat ſe, ſicut ⁊ ille ſanctus eſt. Omnis, qui facit peccatum, ⁊ iniquitatem facit: ⁊ peccatū eſt iniquitas. Et ſcitis quia ille apparuit, vt peccata noſtra tolleret, ⁊ peccatū in eo nō eſt. Omnis qui in eo manet, non peccat: ⁊ omnis qui peccat, nō vidit eum, nec cognouit eū. ℟. Poſt paſſio. 220. Lectio ij.

3. ca.

Filioli, nemo vos ſeducat. Qui facit iuſtitiā, iuſtus eſt: ſicut ⁊ ille iuſtus eſt. Qui facit peccatū, ex diabolo eſt: quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli. Omnis q̄ natus eſt ex Deo, peccatū nō facit: q̄m ſemē ipſius in eo manet: ⁊ nō poteſt peccare, q̄m ex Deo natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filij Dei, ⁊ filij diaboli. Omnis, qui non eſt iuſtus, nō eſt ex Deo, ⁊ q non diligit fratrē ſuū: q̄m hęc eſt annunciatio quā audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrū: nō ſicut Cain, qui ex maligno erat, ⁊ occi-

Digitized by Google

ꝛ occidit fratrem ſuum. Et pro/pter quid occidit eum? quoniaꝫ opera eius maligna erãt, fratris autem eius iuſta. ℟. Omnis pulchritudo. 220. Lectio tertia.

Nolite mirari, fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniã trãſlati ſumus de morte ad vitã, qm̃ diligimus fratres. Qui nõ diligit, manet in morte. Oĩs q odit fratrẽ ſuũ, homicida eſt. Et ſcitis, qm̃ omnis homici/da non habet vitam ęternam in ſemetipſo manentem. In hoc co gnouimus charitatem Dei, qm̃ ille aĩam ſuã pro nobis poſuit, ꝛ nos debemus pro fratribus aĩas ponere. Qui habuerit ſubſtãtiã huius mundi, ꝛ viderit fratrem ſuũ neceſſitateꝫ habere: ꝛ clau/ſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Fi/lioli mei, nõ diligamus verbo, neqꝫ lingua, ſed opere, ꝛ verita/te. ℟. Exaltare domine. 220. Ser. ſcti Iohã. Chryſo. L. iiij.

Chriſtus aſcendens in cęlũ noſtrę naturę primitias ob tulit patri, ꝛ oblatũ donũ mira/tus eſt pater, quod, ꝛ tãta digni tas offerebat, ꝛ quod offerebat nulla macula fędabatur. Naꝫ ꝛ ſuis manibus ſuſcepit oblatum, ꝛ ſuę ſedis fecit eſſe participẽ, ꝛ qđ plus eſt, ad partẽ ſuę dexterę collocauit. Cognoſcamus quis eſt ille, qui audiuit, Sede a dex terã meaꝫ. Quę natura eſt, cui Deus dixit, Eſto meę particeps ſedis? Illa natura eſt, quę audi/uit, Terra es, ꝛ in terrã ibis. ℟. Tempus eſt. 221. Lectio v.

Non eniꝫ ad oẽm gloriã cę los tranſiſſe ſuffecerat, non cũ angelis ſtare, ſed cęlos tranſi uit: ſupra Cherubim aſcendit, vltra Seraphim eleuatur, nec ante ſtetit, niſi ſedeꝫ dñicam me ruiſſet. Vide, quo ſpatio cęlũ ſe/paratur a terra, imo terra quan/to ab inferis abeſt, ꝛ ipſum cęlũ quãto ab altiore cęlo ſeparatur, ꝛ de altiore cęlo ad angelos quã tuꝫ ſpatij eſt, ad ſuperiores etiaꝫ poteſtates, ad ipſam quoqꝫ dñi/caꝫ ſedẽ. Super hęc oĩa natura noſtra eleuata eſt: vt homo qui loco tã humili tenebatur, vt de/ſcendere nõ poſſet vlterius, ad tam excelſam ſedeꝫ eleuaretur, vt altius non poſſet aſcendere. ℟. Non turbetur. 221. Le. vj.

Et hęc oſtendens Paulus dicebat: Qui deſcendit, ip ſe eſt ꝛ qui aſcẽdit: Et iterũ: De ſcendit ad inferiora terrę, ꝛ aſcẽ dit ſuper oẽs cęlos. Diſcite igit, quiſnam aſcendit, ꝛ quę natura eleuata eſt. In hoc eniꝫ cupio re morari ſermonẽ, vt humani ge/neris cõmemoratione, diuinam clementiaꝫ cũ omni admiratio/ne diſcamus, quę ſummũ hono rem, magnamqꝫ gloriaꝫ noſtrę naturę largita eſt, quę oĩbus ho/dierna die meruit excelſior repe riri. Hodie angeli atqꝫ archan/geli naturã noſtrã in ſede domi/

nica immortali gloria fulgentē
viderunt. ℟. Aſcendens. 221.

De Homi. 5. Gregorij pp. l. vij.

Et dñs Jeſus poſtq̄ locu-
tus eſt eis, aſſumptus eſt in
celum, ⁊ ſedet a dextris Dei. In
veteri teſtamento cognouimus,
q̄ Elias ſit raptus in celū. Sed
aliud eſt celum ethereum, aliud
aereum. Celum quippe aereum
terre eſt proximū: vnde ⁊ aues
celi dicimus, q̄ eas volitare in
aere videmus. In celum itaq̄
aereum Elias ſubleuatus eſt, vt
in ſecretā quandā terre regio-
nē repente duceretur: vbi in ma
gna iam carnis ⁊ ſpiritus quie-
te viueret, quouſq̄ ad finē mun
di redeat, ⁊ mortis debitum ſol-
uat. Ille etenim mortem diſtu-
lit, non euaſit: redemptor autē
noſter, quia non diſtulit, ſupera
uit, eamq̄ reſurgendo conſum-
pſit, ⁊ reſurrectionis ſue gloriā
aſcendendo declarauit. ℟. E-
go rogabo. fo. 221. Lectio viij.

Notādū quoq̄ eſt q̄ Elias
in curru legitur aſcēdiſſe,
vt videlicet aperte demōſtrare-
tur, q̄ homo purus adiutorio
indigebat alieno. Per angelos
quippe facta illa ⁊ oſtenſa ſunt
adiumēta: quia ne ad celū qui-
dem aereum per ſe aſcēdere po-
terat, quē nature ſue infirmitas
grauabat. Redemptor autē no-
ſter non curru, non angelis ſub-
leuatus legitur: quia is qui fece
rat oīa, nimirū ſuper oīa ſua vir-
tute ferebat. Illo etenim reuer-
tebat, vbi erat: ⁊ inde redibat,
vbi remanebat: quia cū per hu-
manitatem aſcenderet in celū,
per diuinitatem ſuam ⁊ terram
pariter continebat, ⁊ celū. ℟.
Ponis nubem. 221. Lectio ix.

Sicut autē Joſeph a fratri-
bus venditus, venditionē
redemptoris noſtri figurauit: ſic
Enoch trāſlatus, ⁊ vſq̄ ad celū
aereū Elias ſubleuatus, aſcēſio-
nem dñicam vterq̄ deſignauit.
Aſcēſionis ergo ſue dñs precū-
cios ⁊ teſtes habuit, vnū ante
legem, alium ſub lege: vt quan-
doq̄ veniret ipſe, qui veraciter
celos penetrare potuiſſet. Un-
de ⁊ ipſe ordo in eorum quoq̄
vtroruq̄ ſubleuatione per q̄dā
icremēta diſtinguit. Nā Enoch
tranſlatus, Elias vero ad celū
ſubuectus eſſe memoratur, vt ve-
niret poſt modum qui nec tranſ
latus, nec ſubuectus, celū ethe-
reum ſua virtute penetraret.

FERIA TERTIA.

De Epiſtola prima Beati Jo-
hannis apoſtoli. Lectio prima.

Chariſſimi nolite omni ſpi-
ritui credere, ſed probate
ſpiritus ſi ex Deo ſint: quoniā
multi pſeudoprophete exierunt
in mundum. In hoc cognoſcit
ſpiritus Dei. Omnis ſpiritus,
qui confitetur Jeſum Chriſtū
in carne veniſſe, ex Deo eſt, ⁊
omnis ſpiritus, qui ſoluit Jeſū,
ex Deo non eſt: ⁊ hic eſt anti-

chriſtus

Digitized by Google

chriſtus: de quo audiſtis, quoniã venit, & nunc iam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & vici/ ſtis eum: quoniam maior eſt qui in vobis eſt, quam qui in mun/ do. Ipſi de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. Qui nouit Deũ, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris. ℟. Poſt paſſionem. 220. Lectio v.

Chariſſimi: diligamus nos inuicẽ, quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deũ. Qui nõ diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. In hoc appa ruit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc eſt charitas: nõ quaſi nos dilexerimus Deũ, ſed quoniã ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationẽ pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos de bemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquã. Si diligamus inuicem, Deus in no bis manet, & charitas eius in no bis perfecta eſt. In hoc cogno/ ſcimus quod in eo manemus, & ip/ ſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus, & teſtificamur, quoniã pater mi ſit filiũ ſuũ ſaluatorẽ mũdi. ℟. Omnis pulchritudo. 220. L. vi.

Quiſquis confeſſus fuerit quoniam Jeſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus, & credidi/ mus charitati, quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo ma/ net, & Deus in eo. In hoc perfe/ cta eſt charitas Dei nobiſcũ, vt fiduciã habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mũdo. Timor nõ eſt in cha ritate, ſed perfecta charitas foras mittit timorẽ: quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deũ, quoniam Deus prior dilexit nos. Siquis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuũ ode rit, mendax eſt. Qui enim nõ di ligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quẽ non videt, quomo/ do poteſt diligere? Et hoc man/ datum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuũ. ℟. Exaltare domine. 220.

Sermo S. Maximi epi. L. vij.

Meminit ſanctitas veſtra, quod aquilę illi de pſalterio, cuius innouatam iuuentutem legimus, comparauerim ſalua/ torem: eſt enim ſimilitudo non parua. Sicut enim aquila hu/ milia deſerit, alta petit, cęlo/ rum vicina conſcendit: ita & ſal uator humilia inferni deſer/ uit, paradiſi altiora petijt, cę/ lorum faſtigia penetrauit. Et ſicut aquila, relictis terrenis

 ſordibus

ſordibus ſublime volās, purioris aeris ſalubritate perfruitur: ita ⁊ dominus terrenorum ſecem deſerens peccatorū, in ſanctis ſuis volitans, purioris vitę ſimplicitate lętatur. ℟. Tempus eſt. 221. Lectio quinta.

PEr omnia igitur aquilę cōparatio cōuenit ſaluatori. Sed quid facimus, quod aquila prędam frequenter diripit, ⁊ tollit frequenter alienum? Nec in hoc tamē diſſimilis eſt ſaluator: prędā enī quodāmodo ſuſtulit, cum hominē, quē ſuſcepit, inferni raptū faucibus, portauit ad cęlū: ⁊ alienę dominationis, ideſt diabolicę poteſtatis ſeruum, de captiuitate erutum duxit ad altiora captiuum, ſicut ſcriptū eſt in propheta: Aſcendens in altū, captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hoībus. ℟. Non turbetur. 221. Le. vi.

AScendit, inquit, in altum, captiuā duxit captiuitatē. Quā bene triumphū dñi propheta deſcribit? Solebat, ſicut dicunt, regum triumphantium currus captiuorum pompa pręcedere. Ecce dominum euntē ad cęlos non pręcedit, ſed comitatur glorioſa captiuitas: non ante vehiculū ducitur, ſed ipſa euehit ſaluatorem. Quodā enī myſterio, dū filius Dei filium hominis ſuſtulit ad cęlum, ipſa captiuitas portatur, ⁊ portat. ℟. Aſcendens Chriſtus. 221.

De homilia Sancti Gregorii Papę. Lectio vii.

COnſiderandum nobis eſt, quid eſt, quod Marcus ait: Sedet a dextris Dei: ⁊ Stephanus dicit: Video cęlos apertos, ⁊ filium hominis ſtantem a dextris Dei. Quid eſt, quod hunc Marcus ſedentē, Stephanus vero ſtantē ſe videre teſtatur? Sed ſcitis fratres, quia ſedere iudicantis eſt, ſtare vero pugnantis vel adiuuātis. ℟. Ego rogabo. 221. Lectio viii.

QUia ergo redemptor noſter aſſumptus in cęlum ⁊ nūc omnia iudicat, ⁊ ad extremū iudex omniū veniet, hunc poſt aſſumptionem Marcus ſedere deſcribit, quia poſt aſcēſionis ſuę gloriam iudex in fine videbitur. Stephanus vero hunc in labore certaminis poſitus ſtātem videt, quem adiutorem habuit: quia vt iſte in terra pſecutorū infidelitatē vinceret, ꝓ illo de cęlo illi⁹ gratia pugnauit. ℟. Ponis nubē. 221. Le. ix.

SEquitur: Illi aūt profecti prędicauerūt vbiqꝫ, dño cooperante, ⁊ ſermonem confirmāre, ſequētibus ſignis. Quid in his conſiderandum eſt? quid memorię commendandum? niſi quod pręceptum obediētia, obedientiam vero ſigna ſecuta ſunt. Sed quia auctore deo breuiter lectionem euangelicam exponēdo tranſcurrimus, reſtat, vt aliquid

quid de ipſa tantę conſideratio ne ſolennitatis dicamus.

FERIA QVARTA.

Incipit Epiſtola ſecunda beati Iohannis Apoſtoli. Lectio j.

SEnior, Electę dñę, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatem quę permanet in nobis, & nobiſcum erit in ęternum: ſit vobiſcũ gratia, miſericordia, & pax a deo patre, & Chriſto Ieſu, filio patris in veritatẽ, & charitate. Gauiſus ſũ valde quoniã inueni de filijs tuis ambulãtes in veritate, ſicut mãdatũ accepimus a patre. Et nũc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum. ℞. Poſt paſſionem. fo. 220. Lectio ſecunda.

ET hęc eſt charitas, vt ambulemus ſecundum mandata eius. Hoc eſt enim mandatum, vt quemadmodũ audiſtis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi ſeductores exierũt in mundum: qui nõ confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carne: hic eſt ſeductor, & antichriſtus. Videte voſmetipſos, ne perdatis quę operati eſtis: ſed vt mercedem plenã accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deũ non habet. Qui permanet in doctrina: hic patrem & filium habet. ℞. Omnis pul. 220. L. iij.

SI quis venit ad vos, & hãc doctrinã nõ affert, nolite recipere eum in domum: nec Aue ei dixeritis. Qui enĩ dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prędixi vobis, vt in die dñi non confundamini. Plura habens vobis ſcribere, nolui per chartam, & atramentũ: ſpero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium veſtrum plenum ſit. Salutant te filij ſororis tuę Electę. ℞. Exaltare domine. 220.

Sermo s. Greg. Niſſeni. L. iiij.

HOdiernam celebritatẽ ſatis per ſe magnã propheta Dauid maiorem efficit, dum illi gaudiũ e pſalmis adiungit. Hic enĩ excelſus propheta ſupra ſeipſum egrediens, tanq̃ corporis onere nihil premat, infert ſe cęleſtibus poteſtatibus, & voces earũ nobis exponit, cũ in cęlum redeuntẽ dñm ipſę comitantes angelis qui verſantur in terris, q̃buſq; in humanã vitã ingreſſus commiſſus eſt, imperant ad hũc modũ. Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. ℞. Tempus eſt. 221. Lectio v.

AT qm̃ vbicũq; fuerit ille, qui in ſeipſo oĩa cõtinet, pro ſuſcipientiũ captu ſeipſum dimetitur, (neque enim ſolũ inter homines homo fit, verũ etiam,

dum

dum inter angelos verſatur, ad
illoꝝ vocem ſeſe demittit idcir/
co ianitores interrogant: Quis
eſt iſte rex glorię? Reſpondet ip
ſis, demonſtrat qꝫ forte, ⁊ poten
tē in ꝓlio, qui pugnaturus erat
cōtra illū, qui naturā humanā
in ſeruitute captiuā detinebat,
⁊ euerſurus eū, qui mortis habe
bat imperiū, vt grauiſſimo ho
ſte ſuperato, genus hoīum in li/
bertatem, ⁊ pacem vendicaret.

℟ Non turbetur. 221. L. vj.

OCcurrunt ei cuſtodes, ⁊
portas iubent recludi: vt
in ipſis rurſum gloriā aſſequan
tur. Verum nō agnoſcūt eū qui
ſordidam vitę noſtrę ſtolā indu
tus eſt: cuius rubra ſunt veſtimē
ta ex humanorum malorū tor/
culari. Itaque rurſus comites
eius, vocibus illis interrogant:
Quis eſt iſte rex glorię? Reſpō/
det autē non amplius fortis, ⁊
potēs in prelio, ſed, dñs virtu·
tū, qui mundi principatū obti·
nuit, qui ſummatim omnia in ſe
collegit, qui priſtinum in ſtatū
cuncta reſtituit: ipſe eſt rex glo/
rię. ℟ Aſcēdēs Chriſtus. 221.

De hom. S. Greg. pp. L. vij.

HOc autem nobis primum
quęrendum eſt: quidnam
ſit, quod nato dño apparuerunt
angeli, ⁊ tamen non legūtur in
albis veſtibus apparuiſſe: aſcē/
dēte autē dño miſſi angeli in al/
bis leguntur veſtibus apparuiſſe:
ſic etenim ſcriptū eſt, Videnti/
illis eleuatus eſt, ⁊ nubes ſuſce/
pit eum ab oculis eorū: Cūqꝫ
intuerentur in cęlum euntē il/
lū, ecce duo viri ſteterunt iux/
ta illos in veſtibus albis. In al/
bis aūt veſtibus gaudiū, ⁊ ſolē/
nitas mentis oſtenditur. Quid
eſt ergo, quod nato domino, nō
in albis veſtibus, aſcendēte au/
tem dño in albis veſtibus ange
li apparent niſi quod tunc ma/
gna ſolennitas angelis facta eſt,
cū cęlum Deus homo penetra
uit: quia naſcēte dño videbatur
diuinitas humiliata, aſcendente
vero dño eſt humanitas exalta/
ta. Albę etenī veſtes exaltatio/
ni magis cōgruūt, quā humilia
tioni. ℟ Ego ro. 221. L. viij.

IN aſcenſione ergo eius an
geli in albis veſtibus videri
debuerūt: quia qui in natiuitate
ſua apparuit Deus humilis, in
aſcēſione ſua oſtenſus eſt homo
ſublimis. Sed hoc nobis ma/
gnopere, fratres cariſſimi, in hac
ſolennitate penſandum eſt: quia
deletum eſt hodierna die chiro·
graphum damnationis noſtrę,
mutata eſt ſentētia corruptionis
noſtrę. Illa enim natura cui di/
ctum eſt, Terra es, ⁊ in terram
ibis, hodie in cęlū iuit. Pro hac
ipſa nāqꝫ carnis noſtrę ſubleua
tione, per figuram beatus Iob
dñm auē vocat. Quia enī aſcē
ſionis eius myſterium Iudęā
non intelligere cōſpexit, de in/
fidelitate eius per figurā beatus
Iob

Iob ſententiam protulit dicẽs:
Semitam ignorauit auis. ℟.
Ponis nubẽ. 221. Lectio ix.
AUis enĩ recte appellatus
eſt dñs, quia corpus carneũ
ad ethera librauit. Cuius auis
ſemitã ignorauit, quiſquis eum
ad celũ aſcẽdiſſe non credidit.
De hac ſolẽnitate p pſalmiſtã
dĩ, Eleuata eſt magnificẽtia tua
ſuper celos. De hac rurſus ait:
Aſcẽdit Deus in iubilatione, ⁊
dñs in voce tube. De hac iterũ
dicit: Aſcendens in altũ capti-
uã duxit captiuitatẽ, dedit do-
na hoĩbus. Aſcendens quippe
in altum, captiuã duxit captiui
tatem: quia corruptionem no-
ſtrã virtute incorruptionis ab-
ſorbuit. Dedit vero dona homi
nibus: quia, miſſo deſuper ſpiri-
tu, alij ſermonem ſapientie, alij
ſermonem ſcientie, alij gratiam
virtutũ, alij gratiã curationũ,
alij genera linguarum, alij inter
pretationem tribuit ſermonum.

¶ In Octaua Aſcẽſionis. dup.
oĩa ſicut in die, preter lectiones,
De Epiſtola beati Pauli Apo
ſtoli ad Epheſios. Lectio j.

c.4. OBſecro itaq; vos ego vin
ctus ĩ dño, vt digne ambu
letis vocatione, qua vocati eſtis,
cũ omni humilitate, ⁊ mãſuetu
dine, cũ patientia, ſupportan-
tes inuicẽ in charitate, ſoliciti
ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo
pacis. Unũ corpus ⁊ vnus ſpũs
ſicuti vocati eſtis in vna ſpe vo-
cationis veſtre. Unus dñs, vna fi
des, vnũ baptiſma. Unus Deus,
⁊ pater omnium qui eſt ſup om
nes, ⁊ ſuper omnia, ⁊ in oĩbus
nobis. Unicuiq; autẽ noſtrum
data eſt gratia ſecundum mẽſu-
ram donationis Chriſti. Pro-
pter quod dicit: Aſcendens in
altum, captiuã duxit captiuita
tẽ, dedit dona hominibus. ℟.
Poſt paſſionem. 220. Lec. ij.

QUod autem aſcẽdit, quid
eſt, niſi q̃a ⁊ deſcendit pri
mum in inferiores partes terre?
Qui deſcẽdit, ipſe eſt, ⁊ q aſcen-
dit ſupra omnes celos, vt imple-
ret omnia. Et ipſe dedit quoſdã
quidem apoſtolos, quoſdam au
tem prophetas, alios vero euan
geliſtas, alios autem paſtores ⁊
doctores, ad conſummationem
ſanctorum, in opus miniſterij in
edificationem corporis Chriſti,
donec occurramus oẽs in vnita
tem fidei, ⁊ agnitionis filij Dei,
in virum perfectũ, in menſurã
etatis plenitudinis Chriſti, vt
iã non ſimus paruuli fluctuã-
tes, ⁊ circunferamur omni vẽto
doctrine, in nequitia hominũ,
in aſtutia, ad circunuentionem
erroris. ℟. Omnis pulchri-
tudo. folio 220. Lectio tertia.

UEritatem autẽ facientes
in charitate, creſcamus in
illo p omnia, qui eſt caput Chri
ſtus. Ex quo totum corpus cõ-
pactum ⁊ connexum per omnẽ
iuncturã ſubminiſtrationis, ſe-
cundum

cundum operationem, in menſu/ram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ędificationem ſui in charitate. Hoc igitur dico, et teſtificor in dño, vt iam nõ ambuletis, ſicut et Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a via Dei per ignorantiam, quę eſt in illis propter cęcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitię, in operationẽ immunditię omnis, in auaritiam. Vos autem nõ ita didiciſtis Chriſtum, ſi tamen illũ audiſtis, et in ipſo edocti eſtis.

℟. Exaltare domine. fol. 220.

Sermo S. Auguſt. epi. L. iiij.

OMnia cariſſimi quę dñs Jeſus Chrs in hoc mũdo ſub fragilitate noſtra miracula edidit, nobis proficiunt: qui dũ humanam conditionem ſideribus importauit, credẽtibus cęlum patere poſſe monſtrauit: et dum victorẽ mortis in cęleſtia eleuauit, victoribus, quo ſequãtur, oſtẽdit. Aſcenſio ergo dñi, catholicę fidei cõfirmatio fuit: vt ſecuri in poſterum crederemus miraculi illius donũ, cuius iam in pręſenti percepiſſemus effectũ: et fidelis quiſq; cum iam tanta perceperit, per ea que cognoſcit pręſtita, diſcat ſperare promiſſa, ac Dei ſui pręteritam pręſentemq; bonitatem, quaſi futurorũ teneat cautionem. ℟.

Tẽpus eſt. 221. Lectio quinta.

SUper excelſa ergo cęli terrenũ corpus imponitur, oſſa intra ſepulcri anguſtias paulo ante concluſa, angelorum cętibus inferuntur: in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur: et ideo ſacra apoſtolicę lectionis teſtat hiſtoria: Cum hęc dixiſſet, inquit, videntibus illis eleuatus eſt. Dũ audis eleuatum, agnoſce militię cęleſtis obſequium: vnde hodierna feſtiuitas, hominis nobis et Dei ſacramenta manifeſtauit. Sub vna eademq; perſona, in eo quĩ eleuat, diuinam potentiã: in eo autem qui eleuatur, humanam agnoſce ſubſtantiam. ℟. Nõ turbetur. 221. Lectio vi.

IDeoq; oẽbus modis deteſtanda ſunt venena orientalis erroris, qui impia nouitate pręſumit aſſerere, filium Dei ac filiũ hominis vnius eſſe naturę. In alterutra enim parte, vel quĩ ſolũ hominẽ fuiſſe dixerit, negabit cõditoris gloriã: vel qui ſolum Deũ, negabit miſericordiam redemptoris. Quo in genere nõ facile Arianus euãgelicam poterit habere veritatẽ, vbi filiũ dei nunc ęqualem legimus, nũc minorem. Qui enim vnius naturę ſaluatorẽ noſtrũ mortifera perſuaſione crediderit, ſolum hominem, aut ſolum Deũ cogetur dicere crucifixũ. Sed non ita eſt. Morẽ enim nec ſolus Deus ſentire,

ſentire, nec ſolus homo ſuperare potuiſſet. ℟. Aſcēdēs. 221.

De hom. s. Gregorij pp. L. vij.

DE hac Aſcēſionis ei⁹ gloria etiam Habacuch ait: Eleuatus eſt ſol, ⁊ luna ſtetit in ordine ſuo. Quis eniʒ ſolis nomine, niſi dñs? ⁊ quę lunę nomine, niſi Eccleſia, deſignatur? Quouſqʒ eniʒ dñs aſcendit ad cęlos, ſācta eius Eccleſia aduerſa mundi oī modo formidauit. At poſtquā eius aſcenſione roborata eſt, aperte prędicauit, qđ occulte credidit. Eleuatus eſt ergo ſol, ⁊ luna ſtetit in ordine ſuo, quia cum dominus cęlū petijt, ſancta eius Eccleſia in auctoritate pdicationis excreuit. ℟. Ego rogabo. 221. L. viij.

HInc eiuſdē Eccleſię voce per Salomonē dicit, Ecce iſte venit ſaliens in mōtibus, trāſiliens colles. Conſiderauit nāqʒ tantoꝝ operum culmina, ⁊ ait: Ecce iſte venit ſaliens in montibus. Veniēdo quippe ad redēptionem noſtrā, quoſdā, vt ita dicā, ſaltus dedit. Vultis, fratres cariſſimi, ipſos eius ſaltus agnoſcere? De cęlo venit in vterū, de vtero venit in pręſepe, de pſepe venit in crucē, de cruce venit in ſepulcrū, de ſepulcro rediijt in cęlum. Ecce, vt nos poſt ſe currere faceret, quoſdam pro nobis ſaltus manifeſtata per carnē veritas dedit. Quia exultauit vt gigas ad currendam viā, vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuoruʒ. ℟. Ponis nubem. 221. L. ix.

VNde frēs cariſſimi, oportet, vt illuc ſequamur corde, quo eum corpore aſcendiſſe credimus. Deſideria terrena fugiamus: nihil nos iam delectet in infimis, q patrē habemus in cęlis. Et hoc nobis eſt magnopere perpendendum: quia is qui placidus aſcendit, terribilis redibit: ⁊ quicquid nobis cū manſuetudine pręcepit, hoc a nobis cum diſtrictione exiget. Nemo ergo indulta pęnitentię tempora paruipendat: nemo curam ſui, dum valet agere, negligat. Quia Redemptor noſter tanto tunc in iudicium diſtrictior veniet, quanto nobis ante iudiciū magnam patientiā pręrogauit.

¶ Duobus ſeq. diebus officiū fit ſicut infra octa. Aſcēſio. excepta lec. ⁊ viij. ℟. Cap. Añis ad Bñs, ⁊ Mag. ⁊ Orōne, quę dīr de Dñica infra oct. Aſcēſi.

FERIA SEXTA.

Incipit epiſtola tertia canonica beati Iohānis Apoſtoli. L. i.

SEnior Caio cariſſimo, quē ego diligo in veritate. Cariſſime, de oībus orationē facio proſpere te ingredi, ⁊ valere, ſicut proſpere agit anima tua. Gauiſus ſum valde venientibus fratribus, ⁊ teſti-

⁊ teſtimoniū ꝑhibentibus veri-
tati tuę, ſicut tu in veritate am-
bulas. Maiorem horū non ha-
beo gratiam, quā vt audiā fi-
lios meos in veritate ambulare.
℟. Poſt paſſionem. 220. L. ij.

Chariſſime, fideliter facis qc-
quid operaris in fratres, ⁊
hoc in peregrinos, qui teſtimo-
nium reddiderunt charitati tuę
in conſpectu eccleſię: quos bene
facies deducēs digne Deo: Pro
noīe enim eius profecti ſunt ni-
hil accipiētes a Gētilibus. Nos
ergo debemus ſuſcipere huiuſ-
modi, vt cooperatores ſimus ve
ritatis. Scripſiſſē forſitā eccle
ſię: ſed is qui amat primatū ge
rere in eis Diotrephes, nō reci-
pit nos. Propter hoc ſi venero,
cōmonebo eiꝰ opera q̄ facit, ver
bis malignis garriens in nos: ⁊
quaſi nō ei iſta ſufficiāt, neq̄ ip
ſe ſuſcipit fratres, ⁊ eos, qui ſuſci-
piūt ꝓhibet, ⁊ de eccleſia eijcit.
℟. Vis pulchritu. 220. L. iij.

Chariſſime, noli imitari ma
lū, ſed qđ bonū eſt. Qui
bene facit, ex Deo eſt: qui male
facit, nō videt Deū. Demetrio
teſtimonium redditur ab oībus,
⁊ ab ipſa veritate. Sed ⁊ nos te
ſtimoniū ꝑhibemus, ⁊ noſti q̄
teſtimoniū noſtrū verum eſt.
Multa habui tibi ſcribere, ſed
nolui ꝑ atramentum, ⁊ calamū
ſcribere tibi. Spero autem pro-
ximus te videre, ⁊ os ad os loque
mur. Pax tibi. Salutāt te ami
ci. Saluta tu amicos nominatī.
℟. Exaltare domine. fol. 220.
Sermo. S. Auguſt. epi. L. iiij.

Saluator noſter chariſſimi,
ſi nō in noſtra carne diabo
lum triumphauit, ſed exercuit,
non nobis vicit: ſi non in noſtro
corpore reſurrexit, conditioni
noſtrę reſurgendo nihil contu-
lit. Hęc q̄ dicit, ſuſceptę ⁊ aſſum
ptę carnis nō intelligit rationē,
cōfundit ordinē, euacuat vtilita
tē: ſi nō in noſtra carne peregit
medicinā, ſolā ergo ex hoīe na-
ſcendo elegit iniuriā. Recedat
a ſenſibꝰ nr̄is tā periculoſa per-
ſuaſio. De noſtro eſt qđ appre-
hendit: de ſuo eſt quod donauit:
Meum teſtor eſſe quod cecidit,
vt meū ſit qđ reſurrexit. Meū
teſtor eſſe qđ iacuit intra tumu-
lū, vt meū ſit quod aſcendit in
cęlū. ℟. Tempus. 220. L. v.

In illo itaq̄ noſtri generis
corpore, nos Chriſti mors
viuificauit, nos reſurrectio ere-
xit, nos aſcenſio cōſecrauit. In
illo noſtrę originis corpore cęle
ſtibus regnis arram noſtrę cō-
ditionis impoſuit. Elaboremus
ergo chariſſimi, vt quemadmo-
dū dn̄s in hac die noſtro cum
corpore ad ſuperna conſcendit,
ita nos poſt illū quomodo poſ-
ſimus, ſpe aſcendamus, ⁊ cor-
de ſequamur. Ipſo affectu pari
ter ⁊ ꝓfectu aſcendamus poſt il
lū, etiā ꝑ vitia ac paſſiones no-
ſtras. Si vtiq̄ vnuſquiſq̄ no-
ſtrum

Digitized by Google

ſtrum ſubdere eas ſibi ſtudeat,
ac ſup eas ſtare cõſueſcat: ex ip/
ſis ſibi gradum conſtruit, quo
poſſit ſuperiora cõſcẽdere. Ele/
uabunt nos, ſi fuerint infra nos.
℞. Nõ turbetur. 221. Lco vi.

De vitijs nřis ſcalã nobis
facimus, ſi vitia ipſa calca
mus. Nam cuz bonitatis aucto
re non aſcendit malitia, nec cuz
filio virginis libido atq; luxu/
ria. Non, inquaz, aſcendunt vi/
tia poſt virtutũ parẽtẽ, nec pec/
cata poſt iuſtuz: nec infirmita/
tes, ac morbi poſſũt ire poſt me/
dicum. Igitur, ſi intrare ipſius
medici regnuz volumus, prius
vulnera noſtra curemus. Ordi
nemus, ꝛ cuſtodiamus in nobis
ſtatũ vtriuſq; ſubſtãtię: ne ani/
maz, nobiliorem vtriq; hominis
portionẽ, tartaro pars deuoluat
inferior: ſed ſecuz potius cęlo ſã/
ctificatuz corpus acquirat natu
ra glorioſior, ipſo adiuuãte, qui
viuit, ꝛ regnat in ſęcula ſęculo
rũ. Amẽ. ℞. Aſcendens. 221.
Lcõ ſ. euã. ſm Iohãnez. L. vij.

S.c. In illo tpe: Dixit Ieſus di
ſcipulis ſuis. Cuz venerit
paraclitus, quem ego mittam
vobis a patre. Et reliqua.
De homilia ſ. Auguſtini epi.

Venit die Pẽtecoſtes ſpiri
tus ſanctus in centũ vigin
ti homines cõgregatos, in quib'
ꝛ apoſtoli oẽs erant: qui illo ad
impleri cum linguis oium gen
tiũ loquerẽtur, plures ex ijs, qui
aderant, tanto miraculo ſtupefa
cti (quãdoq̃dẽ viderũt loquẽte
Petro magnum atq; diuinuz
teſtimoniuz perhiberi de Chri/
ſto: vt ille, q occiſus ab eis inter
mortuos deputabat, reſurrexiſ
ſe, ꝛ viuere probaretur) com/
puncti corde cõuerſi ſunt, ꝛ tãti
ſanguinis tã impie atq; imma/
niter fuſi indulgẽtiã pceperunt
ipſo redẽpti ſanguine, quẽ fude
rũt. ℞. Ego roga. 221. L. viij.

Chriſti enim ſanguis ſic in
remiſſionẽ peccatorũ om
niuz fuſus eſt, vt ipſum etiã pec/
catum poſſet delere, quo fuſus
eſt. Hoc ergo intuẽs dñs dice/
bat: Odio me habuerũt gratis:
cũ aũt venerit paraclitus, ille te
ſtimoniũ phibebit de me. Tan/
q̃ diceret: Odio me habuerũt, ꝛ
occiderũt vidẽtes: ſed tale de me
paraclitus teſtimoniũ phibebit,
vt eos faciat in me credere non
videntes. Et vos, inquit, teſtimo
niuz phibebitis qa ab initio me
cum eſtis. Perhibebit ſpiritus
ſãctus, phibebitis ꝛ vos. Quia
eniz ab initio mecuz eſtis, pote/
ſtis pdicare, quod noſtis: quod
vt modo non faciatis: illius ſpi
ritus plenitudo nõduz adeſt vo
bis. ℞. Si eniz non. 226. L. ix.

Ille ergo teſtimoniũ perhi
bebit de me, ꝛ vos teſtimo
nium perhibebitis: dabit enim
vobis fiduciam teſtimoniũ per/
hibendi charitas dei diffuſa in
cordibus veſtris per ſpiritum
ſanctum

ſanctū qui dabitur vobis. Quę
vtiqȝ Petro adhuc defuit, quā
do mulieris ancillę interroga-
tione perterritus nō potuit ve-
rū teſtimoniū perhibere, ſed cō-
tra ſuā pollicitationem, timore
magno cōpulſus eſt ter negare.
Timor aūt iſte nō eſt in charita
te, ſed perfecta charitas foras mit
tit timorē. Deniqȝ ante paſſio-
nē dn̄i ſeruilis timor eius inter-
rogatus eſt a fęmina ſeruitutis:
poſt reſurrectionē vero dn̄i, libe
ralis eius amor ab ipſo principe
libertatis: & ideo ibi turbabat,
hic tranquillabatur: ibi quē di
lexerat, negabat: hic quē nega-
uerat, diligebat. Sed adhuc e-
tiā tunc amor ipſe infirmus fue-
rat, & anguſtꝰ, donec cū robora
ret, & dilataret ſpiritus ſanctus.

IN VIGILIA
Pentecoſtes.

Ab hac die vſqȝ ad feſtū Trini
tatis ſi occurrat feſtum nouem
lcō. trāſfertur poſt Trinitatem.
Incipit ep̄la B. Iude Ap̄li. L. i.

Iudas, Ieſu Chri
ſeruus, frater autē
Iacobi, his q ſunt
in Deo patre, dile-
ctis & Chriſto Ieſu
cōſeruatis & vocatis. Miſericor
dia vobis, & pax, & charitas ad-
impleatur. Chariſſimi oēm ſolici
tudinē faciēs ſcribēdi vobis de
cōmuni veſtra ſalute, neceſſe ha
bui ſcribere vobis, deprecās ſu-
percertari ſemel traditę ſanctis
fidei. Subintroierūt enim quidā
homines, q olim p̄ſcripti ſunt in
hoc iudicium, impij: Dei noſtri
gratiā trāſferentes in luxuriā,
& ſolū dominatorem, & dn̄m no
ſtrū Ieſum Chriſtum negātes.
℟. Poſt paſſionem. &c. L. ij.

Commonere autem vos vo
lo ſciētes ſemel omnia: quo
niā Ieſus populū de terra Aegy
pti ſaluās, ſecundo eos, qui non
crediderūt, p̄didit: angelos ve-
ro, qui non ſeruauerūt ſuū prin-
cipatum, ſed dereliquerunt ſuū
domicilium, in iudicium magnī
Dei vinculis ęternis ſub caligi
ne reſeruauit: ſicut Sodoma, &
Gomorrha, & finitimę ciuitates
ſimili modo exfornicatę, & abeū
tes poſt carnē alterā, factę ſunt
exemplum, ignis ęterni pęnam
ſuſtinētes. Similiter & hi carnē
quidē maculant, dominationē
autem ſpernunt, maieſtatem au
tem blaſphemant. ℟. Omnis
pulchritudo. &c. Lectio iij.

Cum Michael archāgelus
cū diabolo diſputās alter-
caret de Moyſi corpore, non eſt
auſus iudicium inferre blaſphe-
mię, ſed dixit: Imperet tibi dn̄s.
Hi autē quęcūqȝ qdē ignorās
blaſphemant: quęcunqȝ autem
naturaliter tanquam muta ani-
malia norunt, in his corrūpun-
tur. Vę illis, qui in via Cain
abierunt, & errore Balaā, mer
cede effuſi ſunt, & in cōtradictio
ne Corę perierunt. Hi ſunt in
epulis

Digitized by Google

epulis ſuis maculę, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua quę a ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuoſę, bis mortuę, eradicatę, fluct⁹ feri maris, deſpumantes ſuas cōfuſiones, ſidera erratia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in ęternū. ℟. Exaltare domine. fol. 220.

Ex tractatu s. Aug. epi de ſymbolo ad Catechumenos. L. iiij.

Dum per ſacratiſſimū crucis ſignum vos ſuſcepit in vtero ſancta mater Eccleſia, q̄ ſicut & fratres veſtros cū ſumma letitia ſpiritualiter pariet, noua proles futura tantę matris, quouſqȝ per lauacrum ſanctum regeneratos verę luci reſtituat, cōgruis alimentis eos, quos portat, paſcat in vtero: & ad diem partus ſui lętos lęta pducat: quoniā nō tenet hac ſentētia: Vę quę in triſtitia & gemitu parit filios, nec ipſos gaudentes, ſed potius flētes: hęc ſoluit, quod illa ligauerat: vt prolem, quā illa per inobedientiā morte dānauit, hęc p obedientiā reſtituat vitę. Omnia ſacramenta quę acta ſunt, & aguntur in vobis p miniſterium ſeruorū Dei exorciſmis, orationibus, canticis ſpiritualib⁹, inſufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicū, humilitate pedum, pauor ipſe omni ſecuritate appetendus: hęc omnia, vt dixi, eſcę ſunt, q̄ vos reficiūt in vtero; vt renatos ex baptiſmo hilares vos exhibeat mater Chriſto. ℟. Tempus eſt. 221. L. v.

Acceptiſtis & ſymbolū protectionē parturientis contra venena ſerpentis. In Apocalypſi Iohannis apoſtoli ſcriptū hoc eſt, q ſtaret draco in cōſpectu mulieris, quę paritura erat: vt, cū peperiſſet, natū eius comederet. Draconem diabolū eſſe nullus veſtrū ignorat, & mulierem illā virginem Mariam ſignificaſſe, quę caput noſtrum integra integrū peperit: q̄ etiā ipſa figurā in ſe ſanctę Eccleſię demōſtrauit: vt quomodo filiū pariens virgo permanſit, ita & hęc omni tempore mēbra eius pariat, & virginitatem nō amittat. Ipſas ſententias ſacratiſſimi ſymboli adiuuante dn̄o exponēdas ſuſcepimus: vt qd ſingulę ptineāt, veſtris ſenſibus intimemus. Parata ſunt corda vr̄a; q̄ excluſus eſt inimicus de cordib⁹ veſtris. ℟. Nō tur. 221. L. vj.

Hic vos renūciare profeſſi eſtis: in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo & angelis eius conſcribentibus dixiſtis, Renuncio. Renūciare non ſolū vocibus, ſed etiā moribus, nō tantū ſono linguę, ſed & actu vitę, nec tantū labijs ſonātibus, ſed & operibus pronunciātibus. Scitote vos cum callido, antiquo, & veternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen: nō in vobis poſt

renūciationes inuenit opa ſua, non iure vos attrahat in ſeruitutē ſuam. Depꝛehenderis enim & detegeris Chriſtiane, quādo aliud agis, & aliud ꝓfiteris, fidelis in noīe, aliud demonſtrās in opere, nō tenēs ꝓmiſſionis tue fidē: modo ingrediens eccleſiā orationes fundere, poſt modicū in ſpectaculis cum hiſtrionibus impudice clamare. Quid tibi cū pompis diaboli, quibus renūciaſti? ℟. Aſcendens. 221.

Lcō ſ.euāg.ſm Johān. L.vij.

ca.14 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me, mandata mea ſeruate: & ego rogabo patrem: & aliū paraclitum dabit vobis. Et rel.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

QUod ait rogabo patrē, & alium paraclitū dabit vobis: oſtendit & ſeipſū eſſe paraclitum. Paraclitus enim latine dicitur aduocatus: & dictum eſt de Chriſto: Aduocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum iuſtum. Sic autē mundū dixit non poſſe accipere ſpiritū ſanctū, ſicut etiā dictū eſt, Prudentia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt: velut ſi dicamus, iniuſtitia iuſtitia eſſe non poteſt. Mundū quippe ait hoc loco mundi ſignificans dilectores, que dilectio nō eſt a patre. Et ideo dilectioni huiuſmodi, de qua ſatagimus, vt minuatur, & conſumatur in nobis, cōtraria eſt dilectio Dei: que diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctū, qui datus eſt nobis. ℟. Ego ro. 221. L.viij.

MUndus ergo eū accipere non poteſt: quia nō videt eū, neq; ſcit eum. Non enim habet inuiſibiles oculos mundana dilectio, per quos videri Spiritus ſanctus poteſt, qui videri niſi inuiſibiliter nō poteſt. Uos autem inquit, cognoſcetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Erit in eis, vt maneat: non manebit, vt ſit: prius eſt enim eſſe alicubi, quam manere. Sed ne putarent quod dictum eſt, Apud vos manebit, ita dictū, quemadmodū apud hominem hoſpes viſibiliter manere conſueuit, expoſuit quod dixerat, Apud vos manebit, cū adiunxit, & dixit, In vobis erit. ℟. Si enim. 226. Lectio ix.

ERgo inuiſibiliter videtur: nec, ſi non ſit in nobis, poteſt eſſe in nobis eius ſcientia. Sic enim a nobis videtur in nobis & noſtra conſciētia: nā faciē videmus alterius, noſtrā videre non poſſumus: conſcientiā vero noſtrā videmus, alterius nō videmus. Sed conſcientia nunquā eſt niſi in nobis: Spiritus autē ſanctus poteſt eſſe etiam ſine nobis. Datur quippe vt ſit & in nobis: ſed videri & ſciri, quēadmodum videdus & ſciendus

eſt,

Digitized by Google

eſt, non poteſt a nobis, ſi non ſit in nobis. Poſt promiſſionem Spiritus ſancti, ne quiſquam putaret, quod ita eum dominus daturus fuerit velut pro ſeipſo, vt non ipſe cũ eis eſſet futurus, adiecit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Quãuis ergo nos filius Dei ſuo patri adoptauerit filios, & eundem patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius pater eſt per naturã: tamen etiam ipſe circa nos paternum affectum quodãmodo demonſtrat, cũ dicit: Non relinquam vos orphanos.

IN FESTO PENTECOSTES, Duplex.

Ad Veſperas. Antiphona. Dum complerentur. vt in Laudibus. Pſalmus. Dixit dominus. 52 cum reliquis de Dominica. loco vltimo dicitur pſal. Laudate dominum omnes gentes. 54. Capitulum.

Act. 2.



Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco: & factus eſt repente de cęlo ſonus tanquã aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domũ, vbi erant ſedentes.

Hymnus.

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia
Quę tu creaſti pectora.
Qui paraclitus diceris,
Donum Dei altiſſimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et ſpiritalis vnctio.
Tu ſeptiformis munere,
Dextrę Dei tu digitus,
Tu rite promiſſum patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma noſtri corporis,
Virtute firmans perpeti,
Hoſtem repellas longius,
Pacemq; dones protinus,
Ductore ſic te pręuio
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da patrem,
Noſcamus atq; filium,
Te vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria patri domino,
Natoq; qui a mortuis
Surrexit, ac paraclito
In ſeculorum ſecula. Amen.

Sic terminantur Hymni per totam hebdomadam. ℣. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, halleluiah. ℟. Et cęperunt loqui, halleluiah.

Ad Magnificat. Antiphona. Non vos relinquam orphanos, halleluiah: vado & venio ad vos, halleluiah: & gaudebit cor veſtrum, halleluiah. Oratio.

Digitized by Google

Deus, qui hodierna die corda fideliũ ſancti Spirit⁹ illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: ꝛ de eius ſemper cõſolatione gaudere. Per dñm. in vnitate eiuſdẽ.

DOMINICA Pentecoſtes.

Ad Matutinum. Inuitatoriũ.

Haleluiah, Spiritus dñi repleuit orbem terrarum, Venite adoremus, haleluiah. ps. Venite, exultemus. Hym.

Iam Chrs aſtra aſcẽderat,
Reuerſus vnde venerat,
Promiſſum patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo myſtico ſeptemplici
Orbis volutus ſepties,
Signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus apoſtolis
Deum veniſſe nunciat.
De patris ergo lumine
Decorus ignis almus eſt,
Qui fida Chriſti pectora
Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viſcera,
Afflata ſancto ſpiritu,
Voces diuerſas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Græcis, Latinis, Barbaris,
Cunctiſq; admirantibus
Linguis loquuntur omnium.
Iudæa tunc incredula,
Ueſana toruo ſpiritu,
Ructare muſti crapulam
Alumnos Chriſti concrepat.
Sed ſignis, ꝛ virtutibus
Occurrit, ꝛ docet Petrus
Falſa profari perfidos
Iohele teſte comprobans.
Gloria patri domino. vt ſupra.

Ad noct. Aña. Factus eſt repẽte de cęlo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis, hal. hal. ps. Magnus dñs. 27. Aña. Cõfirma hoc deus, qđ operatus es in nobis: a tẽplo ſancto tuo, quod eſt in Ieruſalem, halah, halah. ps. Exurgat deus. 32. Aña. Emitte ſpiritũ tuũ, ꝛ creabunt, ꝛ renouabis faciẽ terrę, hal. hal. ps. Benedic anima. Ꝟ. 47. ℣. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum, haleluiah. ℟. Et hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, haleluiah.

Lcõ s. euãg. ẜm Iohannẽ. L. j.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Siquis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: ꝛ pater meus diliget eũ: ꝛ ad eũ veniemus, ꝛ manſionẽ apud eum faciemus. Et reliq. c. 14.

Homilia Sãcti Gregorij papę.

Libet, frẽs chariſſimi, euangelicę verba lectionis ſub breuitate tranſcurrere, vt poſt diutius liceat in cõtẽplatione tãtę ſolẽnitatis immorari. Hodie nãq; Spirit⁹ ſanctus repẽtino ſonitu ſup diſcipulos venit, mẽteſq; carnalium in ſui amorem permutauit,

pmutauit, ⁊ foris apparentibus linguis igneis, intus facta ſunt corda flāmantia. Qui dū Deū in ignis viſione ſuſceperūt, per amorē ſuauiter arſerunt. Ipſe nāq; Spiritus ſanctus amor eſt: vnde ⁊ Johannes dicit, Deus charitas eſt. Qui ergo mēte integra deū deſiderat, profecto iā habet quē amat. Neque enim quiſquā poſſet deum diligere, ſi eum, quem diligit, non haberet. ℟. Dum complerētur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco halleluiah: ⁊ ſubito factus eſt ſonus de cęlo, halleluiah, Tanquā ſpiritus vehementis: ⁊ repleuit totam domum, halleluiah, hal. ℣. Dum ergo eſſent in vnū diſcipuli cōgregati propter metum Iudęorum, ſonus repente de cęlo venit ſuper eos. Tanquam. Le. ij.

Sed ecce, ſi vnuſquiſq; veſtrum requirat, an diligat Deū: tota fiducia, ⁊ ſecura mente reſpondet, Diligo. In ipſo autem lectionis exordio audiſtis, quid veritas dixit: Siquis diligit me, ſermonē meū ſeruabit. Probatio ergo dilectionis exhibitio eſt operis. Hinc in epiſtola ſua idē Johannes dicit: Qui dicit, Diligo deū, ⁊ mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. Uere etenim deum diligimus, ſi mandata eius cuſtodimus, ſi nos a noſtris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita deſideria diffluit, profecto deum non amat: quia ei in ſua voluntate contradicit. ℟. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: ⁊ cęperunt loqui, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et cōuenit multitudo dicentiū, halleluiah. ℣. Loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei. Et. Gloria. Et. Lectio iij.

Et pater meus diliget eū, ⁊ ad eū veniemus, ⁊ manſionē apud eū faciemus. Penſate fratres chariſſimi, quanta ſit iſta dignitas, habere in cordis hoſpitio aduentum Dei. Certe ſi domum noſtram quiſquā diues aut prępotēs amicus intraret, omni feſtinantia domus tota mundaretur, nequid fortaſſe eſſet quod oculos amici intrātis offenderet. Tergat ergo ſordes praui operis q Deo pparat domū mentis. Sed videte, qd veritas dicat: veniemus, ⁊ māſionē apud eū faciemus. In quorūdā etenim corda venit, ⁊ manſionem non facit: quia per compunctionem quidem dei reſpectū percipiunt, ſed tentationis tēpore, hoc ipſum quod cōpuncti fuerant, obliuiſcuntur: ſicq; ad pperrāda peccata redeunt, ac ſi hęc minime planxiſſent.

Ad Laudes, ⁊ p horas. Aña.

Dum cōplerent dies Pentecoſtes, erant oēs pariter in eodem loco, hal. ps. Dñs reg. 8. cum reſ. Aña. Spiritus

dñi repleuit orbem terrarum, hal'ab. Aña. Repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto, & cęperunt loq, hal'ab. Aña. Fontes, & oia, q̃ mouent in aquis, hymnum dicite Deo, hal'ab. Aña. Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia Dei, hal'. hal'. Cap. Dum complerent. 234. Hym.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum Spiritus paraclitus
Effulſit in diſcipulos.
Ignis vibrante lumine
Linguę figuram detulit,
Verbis vt eſſent profluí,
Et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium,
Turbę pauent gentilium,
Muſto madere deputant,
Quos Spiritus repleuerat,
Patrata ſunt hęc myſtice
Paſchę peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remiſſio.
Te nunc Deus pyſſime
Vultu precamur cernuo,
Illapſa nobis cęlitus
Largire dona Spiritus,
Dudum ſacrata pectora
Tua repleſti gratia:
Dimitte noſtra crimina,
Et da quieta tempora.
Gloria patri domino.

℣. Repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto. hal'. ℟. Et cęperũt loqui, hal'. Ad Bñs. Aña. Accipite ſpiritũ ſanctũ: quorũ remiſeritis peccata remittunt eis, hal'. Oro vt ſu.

Ad Primã: ℟. b. Chriſte fili Dei viui, miſerere nobis, hal'. hal'. ℣. Qui ſedes ad dexteram patris, hal'. Gloria patri. hal'. ℣. Exurge Chr̃e adiu. nos. hal'. ℟. Et li. nos pp nomẽ tuũ. hal'. Ad iij. Hym. Veni creator. 234. vt in Veſp. qui dr̃ ad iij. per totã hebd. loco Hym. Nũc ſancte. Aña. Spiritus dñi. Capl'm. Dum cõple. 234. ℟. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ, hal'a. hal'. ℣. Et hoc quod cõtinet oĩa ſcientiã habet vocis. hal'. hal'. ℣. Spiritus paraclitus, hal'ab. ℟. Docebit vos oĩa, hal'ab. Ad vj. Aña. Repleti ſunt. Cap.

Facta autẽ hac voce, conuenit multitudo, & mente cõfuſa eſt: quoniã audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquẽtes. — Act. ca. 2

℟. Spiritus paraclitus, hal'. hal'. ℣. Docebit vos oĩa. halleluiab, hal'. ℣. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, hal'ab. ℟. Et cęperunt loqui, haleluiab. Ad ix. Aña. Loquebant. Cap.

Iudęi quoq;, & proſelyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nr̃is linguis magnalia dei. ℟. Repleti ſunt oẽs Spũ ſcõ, hal'. hal'. ℣. Et cęperũt loq. hal'. hal'. ℣. Loquebãtur varijs linguis Apoſtoli, hal'. ℟. Magnalia Dei, hal'. Ad Veſp. Aña. Dũ cõple. 235. vt in Laudib. ps. Dixit dñs. 52. cũ reſ. de Dñica. in n. In exitu. qui dr̃ quotidie per oct. Cap.

Dum

Dies complerentur. 234. Hym. Veni creator. ℣. Loquebant variis linguis Apoſtoli, halab. ℟. Magnalia Dei, halleluiah. Ad Mag. Añia. Hodie cõpleti ſunt dies Pentecoſtes, halab: hodie Spiritus ſanctus in igne diſcipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona: miſit eos in vniuerſuz mundũ prędicare, & teſtificari, q crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit, halab. Infra oct. Pẽt. fit offm ſicut in die, exceptis verſi. ad noc. Lect. Reſp. Añis. ad Magnific. & ad Benedictus, & Orationibus.

¶ Si infra oct. occur. feſtũ ix. lect. trãsfert poſt oct. De ſimp. aũt in hoc triduo nulla fit cõm.

FERIA II. Duplex.

℣. Spiritus dñi repleuit orbez terrarum, hal. ℟. Et hoc qđ continet oia, ſciẽtiã habet vocis, hal. Lcõ s. euãg. ſm Johannẽ. L. j.

ca. 3. IN illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuuz vnigenitum daret: vt oẽs qui credit in illum, non pereat, ſed habeat vitam ęternam. Et rel.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

QUantum in medico eſt, ſanare venit ęgrotũ. Ipſe ſe interimit, qui pcepta medici obſeruare non vult. Venit ſaluator in mundũ. Quare ſaluator dictus eſt mundi, niſi vt ſaluet mundũ, nõ vt iudicet mundum? Saluari non vis ab ipſo? ex te ipſo iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? vide quid ait. Qui credit in eũ nõ iudicat: qui autẽ nõ credit, quid dicturũ ſperabas, niſi iudicat? Quod addit. Jam (inquit) iudicatus eſt: nondum apparuit iudiciuz, ſed iam factum eſt iudiciũ. ℟. Iam nõ dicam vos ſeruos, ſed amicos meos: quia oia cognouiſtis, quę operatus ſum in medio veſtri, halab. Accipite ſpiritum ſanctũ in vobis paraclituz: ille eſt, quẽ pater mittet vobis, halleluiah. ℣. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite. Lectio ij.

NOuit enim dñs, q ſunt eius: nouit q permaneãt ad coronam, qui permaneãt ad flammã: nouit in area ſua triticum, nouit & paleã, nouit & ſegetẽ, nouit & zizania. Jaz iudicatus eſt q non credit: quare iudicatus eſt? quia non credit in noie vnigeniti filij Dei. Hoc eſt autẽ iudiciũ: quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim mala opera eorũ. Fratres mei, quorum opera bona inuenit dñs? Nullorum: oia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem, & venerũt ad lucem? Et hoc enim ſequit: Qui autẽ facit veritatez, venit ad lucem. ℟. Spiritus ſanctus, procedens a throno, apoſtolorũ pectora inuiſibiliter penetrauit no-

po ſanctificationis ſigno: Et in pre eoꝝ omnium genera naſcerent linguaꝝ, hal. ℣. Aduenit ignis diuinus nõ cõburens, ſed illuminans, & tribuit eius charismatũ dona. Et, Gloria. Et. Lec. iij.

Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis quã lucem: ſibi poſuit vim. Multi enim dilexerunt peccata ſua, & multi confeſſi ſunt peccata ſua: q̃ qui confitetur peccata ſua, & accuſat peccata ſua, iã cũ Deo facit. Accuſat Deus peccata tua: & ſi tu accuſes, coniungeris Deo. Quaſi duę res ſunt homo, & peccator. Quod audis, homo, Deus fecit. Quod audis peccator: ipſe homo fecit. Dele quod feciſti: vt Deus ſaluet quod fecit. Oportet, vt oderis in te opus tuũ, & ames in te opus Dei. Cum autem cęperit tibi diſplicere quod feciſti, inde incipiunt bona opera tua, quia accuſas mala opera tua. Initiũ operum bonorum, confeſſio eſt operum malorum.

Ad Bñs. Aña. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitã ęternã, hal. Oro.

Deus, q Apoſtolis tuis ſanctum dediſti Spiritũ: concede plebi tuę pię petitionis effectũ: vt quibus dediſti fidem, largiaris & pacem. Per. in vnita. eiuſdẽ.

Ad Mag. Aña. Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit: & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſionẽ apud eũ faciemus, halleluiah. Oro vt ſu.

FERIA TERTIA. Duplex.

℣. Spiritus paraclitus, halah.
℟. Docebit vos omnia, hal.

Lcõs. euãg. ſm Iohannẽ. L. j.

In illo tẽpore: Dixit Ieſus Phariſęis. Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt, & latro: qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. Et reliqua. ca. 10

Homilia S. Auguſtini epiſcopi.

Dominus de grege ſuo, & de oſtio, quo intratur ad ouile, ſimilitudinem propoſuit in hodierna lectione. Dicant ergo Pagani: Bene viuimus. Si per oſtium non intrant, quid eis prodeſt vnde gloriant? Ad hoc enim debet vnicuique prodeſſe bene viuere, vt det illi ſemp viuere. Nã cui nõ dat ſemp viuere, qd prodeſt bene viuere? Quia nec bene viuere dicẽdi ſunt, qui finẽ bene viuẽdi, vel per cęcitatẽ neſciunt, vel per inflationeƷ cõtemnunt. Non eſt autẽ cuiquã ſpes vera, & certa ſemper viuendi, niſi agnoſcat vitam, quę eſt Chriſtus, & per ianuaƷ intret in ouile. ℟. Apparuerunt apoſtolis diſpertitę linguę, tanquã ignis, halah. Seditq̃ ſupra ſingulos eorũ Spũs ſanctus, hal. hal ah.

Digitized by Google

bal. ℣. Et ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloq illis. Seditq3. L. ij.

O Uerunt ergo plerūq3 ta les hoīes etiam perſuadere hominibus vt bene viuant, ⁊ Chriſtiani nō ſunt per aliā partē volunt aſcēdere, rapere, ⁊ occidere, nō vt bonus paſtor conſeruare, atq3 ſaluare. Fuerunt ergo quidam philoſophi de virtutibus, ⁊ vicijs ſubtilia multa tractātes, diuidentes, definientes, ratiocinantes, acutiſſime cōcludentes, libros implentes, ſuā ſapientiam buccis concrepātibus ventilantes: qui etiam dicere auderent hominibus, Nos ſequimini: ſectam noſtraz tenete, ſi vultis bene viuere. Sed non intrabant per oſtiū, perdere volebant, mactare, ⁊ occidere. ℟. Loquebant varijs linguis apoſtoli magnalia Dei. Prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis, bal. ℣. Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, ⁊ ceperunt loqui. Prout. Glo. Prout. Lec. iij.

Q Uid de iſtis dicam? Ecce ipſi Phariſei legebant, ⁊ in eo quod legebāt, Chriſtuz ſonabant: venturū ſperabant, ⁊ preſentez non agnoſcebant. Jactabant etiaz ipſi ſe inter videntes, hoc eſt inter ſapientes, ⁊ negabant Chriſtum, ⁊ non intrabant per oſtium. Ergo ⁊ ipſi ſi quos forte ſeducerent, mactandos, occidendos, ⁊ non liberandos. ⁊ hos omittamus: videamus illos ſi forte ipſi intrant per oſtiū in omibus qui ipſius Chriſti noīe gloriantur. Innumerabiles enī3 ſunt: qui ſe videntes nō ſolum iactāt, ſed a Chriſto illuminatos videri volūt. Sūt autē heretici. Ad Benedictus. Antiphona. Ego ſum oſtium, dicit dñs: per me ſiquis introierit, ſaluabitur, ⁊ paſcua inueniet, bal'ab. Oro.

A Sit nobis, qs dñe, virtus Spiritus ſancti: que ⁊ corda noſtra clementer expurget, ⁊ ab oībus tueatur aduerſis. Per do. in vnitate eiuſdem. Ad mag. Añā. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis, balelu'ab.

FERIA QVARTA.
Quatuor temporum.

℣. Repleti ſunt oēs ſpiritu ſctō, bal'ab. ℟. Et ceperūt loq. bal. Lcō ſ. euāg. ſm Johanne. L. j.

I N illo tpe: Dixit Jeſus turbis Judeoꝝ: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me, traxerit eum. Et reliq. ca. 6. Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

N Oli cogitare te inuitū trahi: trahit animus ⁊ amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendunt, ⁊ a rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti ſunt, in hoc ſcripturarum ſanctarum euāgelico verbo forſitan reprehendamur

hendamur, et dicat nobis: Quo modo voluntate credo si trahor? Ego dico: Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est, trahi voluptate? Delectare in dño, et dabit tibi petitiones cordis tui. Est quedam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille celestis. Porro si poete dicere licuit, Trahit sua quemque voluptas, nó necessitas, sed voluptas, nó obligatio, sed dlectatio: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominé ad Christum, q delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totus Christus est? An vero habet corporis sensus voluptates suas, et anim⁹ deserit a voluptatibus suis? Si animus non habet voluptates suas: vnde dicitur? Filii aút hominum sub tegmine alarú tuarum sperabunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tue, et torrente voluptatis deliciarum tuarum potabis eos: Quoniam apud te est fons vite, et in lumine tuo videbimus lumé. ℟. O disciplinam, et sapientiam docuit eos dñs, hallelujah, firmauit in illis gratiam spiritus sui. Et intellectu impleuit corda eorú, hal. ℣. Repente namque sonitu spiritus sanctus sup eos venit. Et. Lcó ij.

Da amátem, et sentit quod dico: da desiderátem, da esuriété, da in ista solitudine peregrinantem, atque sitiété, et fonté eterne patrie suspirantem: da talem, et scit qd dicá: si auté frigido loquor, nescit qd loquor. Tales erant isti, q inuicé murmurabát. Pater, inquit, qué traxerit, venit ad me. Quid est auté, Pater quem traxerit, cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere, Pater quem traxerit? Si trahédi sum⁹, ab illo trahamur cui dicit quedá q diligit: Post odorem vnguentorú tuorú curremus. Sed quid intelligi voluit aduertamus fratres, et quátú possumus capiamus. Trahit pater ad filium eos, q propterea credunt in filium: qa cum cogitát patrem habere Deú. Deus enim pater equalé sibi genuit filium: et q cogitat, atque in fide sua sentit, et ruminat equalé esse patri eú quem credidit, ipsum trahit pater ad filiú. ℟. Ite in vniuersum orbem, et pdicate euangelium, hal. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit, halleluiah, hal. ℣. In nomine meo demonia eijciét, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Qui. Gloria. Qui. L. iij.

Arius credidit creaturá nó eum traxit pater: qa nó cósiderat patrem, q filium nó credit equalem. Quid dicis o Arri quid dicis heretice? quid loqueris? Quid est Christus? Nó, inquit, Deus verus, sed qué fecit Deus verus. Non te traxit pater: non intellexisti patré, cuius filium

aliū negas. Aliud cogitas, non eſt ipſe filius, nec a patre traheris, nec ad filiū traheris: aliud eſt enim filius, aliud quod tu dicis. Photinus dicit: Homo ſolus eſt Chrs, non eſt & Deus. Qui ſic credit, nō pr̄ eū trahit. Quē trahit pater? illum q dicit: Tu es Chrs, filius dei viui. Ramū viridē oſtendis oui, & trahis illā: nuces puero demōſtrātur, & trahit: & qd currit, trahit, amādo trahitur, ſine leſione corporis trahit, cordis vinculo trahitur. Si ergo iſta q̄ inter delicias & voluptates terrenas reuelātur amātib⁹, trahūt: qm verū eſt, Trahit ſua quēq; voluptas: nō trahit reuelatus Chriſtus a patre? Quid eniꝫ fortius deſiderat anima, quam veritatem?

Ad Bnd. An. Ego ſum panis viuus, dicit dñs, q de cęlo deſcendi, haleluiah, halah. Oro.

Mentes noſtras, qs̄umus domine, paraclitus qui a te procedit illuminet: & inducat in omneꝫ ſicut tuus promiſit filius, veritatem. Qui tecum. In vnitate eiuſdē. Ad Mag. An.

Ego ſuꝫ panis viuus, q de cęlo deſcendi: ſiquis manducauerit ex hoc pane viuet in ęternuꝫ: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, haleluiah.

FERIA QVINTA.

℣. Spiritus dñi repleuit orbeꝫ terrarꝫ, hal. ℟. Et hoc qd cōtinet oīa ſciētiā habet vocis, hal.

Lcō ſcd̄ euāge. ſm Luca. Lcō i.

In illo tempore: Conuocatis Jeſus duodecim diſcipulis, dedit illis virtutē, & poteſtatem ſuper oīa dęmonia, & vt languores curarent. Et reliq. ca. 9

Homilia ſ. Ambroſij epiſcopi.

Qualis debeat eſſe q euangelizat regnū Dei, precep̄tis euāgelicis deſignat: Sine virga, ſine pera, ſine calciamento, ſine pane, ſine pecunia: hoc eſt ſubſidij ſęcularis adminicula nō reqrēs, fideq; tutus, putet ſibi, quo minus ea requirat magis poſſe ſuppetere: q̄ poſſunt, qui volunt, ad eum deriuare tractatum, vt ſpiritualē tantummodo locus iſte formare videatur affectum, q velut indumentum quoddā videat corporis exuiſſe, non ſolū poteſtate reiecta, cōtemptisq; diuitijs, ſed etiā carnis ipſius illecebris abdicatis. Quibus primo omniū datur pacis, atq; cōſtātię generale mādatū, vt pacē ferāt, cōſtātiā ſeruent, hoſpitalis neceſſitudinis iura cuſtodiāt: alienuꝫ a p̄dicatore regni cęleſtis aſſerens, curſitare p domos, & inuiolabilis hoſpitij iura mutare. ℟.

Aduenit ignis diuinus nō cōburēs ſed illuminās, nō conſumēs, ſed lucēs, & inuenit corda diſcipulorꝫ receptacula mūda. Et tribuit eis chariſmatū dona, hal. hal. ℣. Inuenit eos ↄcordes charitate: & colluſtrauit eos inū-

dans

dās gratia deitatis. Et. Lcō ij.

Sed vt hoſpitij gratia deferenda cenſetur, ita etiam ſi nō recipiantur, excutiendum puluerē, & egrediendū de ciuitate mādatur. Quo mādato nō mediocris boni remuneratio docetur hoſpitij, vt nō ſolū pacē tribuamus hoſpitib⁹, verū etiā ſiqua eos terrenę obūbrāt delicta leuitatis, receptis apoſtolicę pdicationis veſtigijs auferātur. Nec ocioſe ſecundū Mathęū domus, quā ingrediantur apoſtoli, eligēda decernitur, vt mutādi hoſpitij, neceſſitudiniſq; violādę cauſa non ſuppetat. Nō tamē eadē cautio recepturi mādatur hoſpitij: ne, dū hoſpes eligitur, hoſpitalitas ipſa minuatur. ℞. Spiritus ſanctus repleuit totā domum vbi erāt apoſtoli: & apparuerūt illis diſpertitę linguę tanquā ignis, ſeditq; ſuper ſingulos eorum. Et repleti ſunt oēs ſpū ſancto: & ceperūt loq varijs linguis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis, halab, halab, hal. ℣. Dum ergo eſſent in vnū diſcipuli cōgregati propter metū Iudęorū, ſonus repente de cęlo venit ſup eos. Et. Glo. Et. Lcō iij.

Sed vt hęc ſm literā de hoſpitij religione venerabilis eſt forma pcepti: ita etiam de myſterio ſctetię cęleſtis arridet. Etenim cū domus eligitur, dignus hoſpes inquiritur. Videamus ne forte Eccleſia pferēda deſignet, & Chriſtus. Quę enī dignior domus apoſtolicę pdicationis ingreſſu, quā ſancta eccleſia? Aut qs pręferēdus magis oibus videt eſſe, quā Chriſtus? q pedes ſuis lauare cōſueuit hoſpitibus, & quoſcunq; ſua recepit domo, pollutis nō patiatur habitare veſtigijs: ſed maculoſos licet vitę prioris, in reliquū tamē dignet mutare pceſſus. Hic eſt igit ſolus, quē nemo deſerere debet, nemo mutare, cui bene dicitur: Dñe ad quē ibimus? verba vitę ęternę habes. Ad Bñs. Añ. Conuocatis Ieſus duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis virtutē, & poteſtatē ſup oia dęmonia, & vt lāguores curarēt: & miſit illos pdicare regnū Dei, & ſanare infirmos, halab. Orō. Deꝰ, q hodierna die. 234. vt in die Pētē. Ad Mag. Añ. Spiritus, qui a patre procedit, hal. ille me clarificabit, hal, hal.

FERIA SEXTA
Quatuor temporum.

℣. Spiritus paraclitus, halab. ℞. Docebit vos omnia, hal. Lcō ſ. euāg. ſm Lucā. Lcō j.

In illo tempore: Factum eſt in vna dierum, & ipſe Ieſus ſedebat docens, & erant Phariſęi ſedentes, & legis doctores: qui venerant ex omni caſtello Galilęę, & Iudęę, & Ieruſalē: & virtus domini erat ad ſanandum eos. Et reliqua. ca. 5

Homilia

Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Non ocioſa huius paralytici, nec anguſta medicina eſt: quãdo dñs τ oraſſe pmittit, nõ vtiq; propter ſuffragiũ, ſed ꝓpter exemplũ. Imitãdi enim ſpeciem dedit, nõ precandi ambitum requiſiuit. Et côuenientibus ex oĩ Galilea, τ Iudea, τ Jeruſalẽ legis doctoribus, inter ceterorũ remedia debilium paralytici iſtius medicina deſcribitur. Primum omnium, quod ante diximus, vnuſquiſq; ęger petẽdę precatores ſalutis debet adhibere, p quos vitę noſtrę cõpago reſoluta, actuũq; noſtroꝝ clauda veſtigia verbi cęleſtis remedio reformẽtur. ℟. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, τ poſui vos, Vt eatis, τ fructuʒ afferatis, τ fructus veſter maneat, halab, hal. ℣. Sicut miſit me pater, τ ego mitto vos. Vt. L. ij.

Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animũ hominis, quãuis exterioris corporis debilitate torpẽtẽ, ad ſuperiora erigãt: quorum rurſus adminiculis, τ attollere, τ humiliare ſe poſſit, vt facilius ante Jeſuʒ locet, dñico videri dign⁹ aſpectu. Humilitatẽ enim reſpicit dñs, quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuę. Quorum fidẽ, inquit, vt vidit dixit: Homo remittũtur tibi peccata tua: Magnus dñs, q aliorum merito ignoſcit alijs: τ dum alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te o homo, collega nõ valeat? cũ apud deũ ſeruus τ interueniẽdi meritũ, τ ius habeat impetrãdi. ℟. Spiritus dñi repleuit orbem terrarum. Et hoc quod cõtinet oĩa ſciẽtiã habet vocis, halah, hal. ℣. Omniũ eſt enim artifex, omneʒ habens virtutẽ, omnia proſpiciẽs. Et. Gloria. Et. L. iij.

Diſce q iudicas ignoſcere: diſce q ęger es, impetrare. Si grauiũ peccatorũ diffidis veniaʒ, adhibe precatores, adhibe eccleſiã q pro te precetur, cuius contẽplatione, quod tibi dñs negare poſſet, ignoſcat. Et quãuis hiſtorię fidem debeamus non omittere, vt vere paralytici iſtius corpus credamus eſſe ſanatum: cognoſce tamẽ interioris hominis ſanitatẽ, cui peccata donantur: quę cum Judęi aſſerũt a ſolo Deo poſſe concedi, Deũ vtique confitentur, ſuoque iudicio perfidiam ſuaʒ produnt, vt opus aſtruant, perſonã negent. Ad Benedictus. Aña. Dixit Jeſus: Vt ſciatis autem, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, τ vade in domum tuam, halleluiah. Oro.

Da, q̃s, eccleſię tuę miſericors Deus: vt ſancto Spiritu congregata, hoſtili nullatenus incurſione turbetur. Per. in vnit. eiuſdẽ. Ad Mag. Aña.

Paraclitus

Paraclitus autem ſpiritus ſanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: ⁊ ſuggeret vobis omnia, quęcunq; dixero vobis, halleluiah.

SABBATHO
Quatuor temporum.

℣. Repleti ſunt oēs ſpū ſancto, hal. ℟. Et cęperūt loqui, hal.

Lectio ſancti euāg. ſm̄ Lucam. Le. i.

ca. 4 In illo tempore: Surgens Jeſus de ſynagoga intrauit in domum Simonis: ſocrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambroſij epi.

Vide clementiā dn̄i Saluatoris. Nec indignatione cōmotus, nec ſcelere offenſus, nec iniuria violatus, Judęam deſerit: quin etiā immemor iniurię, memor clementię, nunc docendo, nunc liberando, nunc ſanando, infidę plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas virū a ſpiritu nequitię liberatū ante p̄miſit, ⁊ ſubdidit feminę ſanitatē. Vtrumq; enim ſexū dn̄s curaturus aduenerat: ⁊ prior ſanari debuit, q prior creatus eſt: nec p̄termitti illa debuit, q̄ mobilitate magis animi, quam prauitate peccauerat. ℟. Repleti ſunt oēs Spiritu ſancto, ⁊ cępe rūt loqui prout Spiritus ſanct⁹ dabat eloqui illis. Et conuēnit multitudo dicentiū, halleluiah. ℣. Loquebantur varijs linguis ap̄li magnalia Dei. Et. Lec. ij.

Sabbatho dominicę medicinę opera cępta ſignificāt vt inde noua creatura cęperit, vbi vetus creatura ante deſierat: nec ſub lege eſſe Dei filium, ſed ſupra legem in ipſo principio deſignaret: nec ſolui legem ſed impleri. Neque enim per legē, ſed verbo factus eſt mundus: ſicut legimus: Verbo domini cęli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex, ſed impletur, vt fiat renouatio hominis iam labentis: vnde ⁊ Apoſtolus ait: Expoliātes vos veterem hominem, induite nouum qui ſecundum Deum creatus eſt. ℟. Iam non dicā vos ſeruos, ſed amicos meos: quia omnia cognouiſtis: q̄ operatus ſum in medio veſtri, halleluiah. Accipite Spiritū ſanctū in vobis paraclitum: ille eſt quē pater mittet vobis, halleluiah. ℣. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis, quę ego p̄cipio vobis. Accipite ſpiritum. Gloria. Accipite ſpiritum. Lectio tertia.

Et bene ſabbatho cępit, vt ipſe ſe oſtenderet creatorē, qui opera operibus intexeret, ⁊ proſequeretur opus quod ipſe iā cęperat: vt ſi faber domū renouare diſponat, nō a fundamētis, ſed a culminibus incipiat ſoluere vetuſtatem. Itaq; ibi prius manū admouet, vbi ante deſierat: deinde a minoribus incipit, vt ad maiora perueniat. Liberari a dęmone ⁊ homines, ſed in verbo

verbo Dei poſſunt: reſurrectio/
nẽ mortuis imperare, diuinę ſo/
lius eſt poteſtatis. Forſaſſis etiã
in typo mulieris illius ſocrus
Simonis, & Andreę, varijs cri/
minũ febribus caro noſtra lan/
guebat, & diuerſarũ cupiditatũ
immodicis eſtuabat illecebris.
Nec minorẽ febrẽ amoris eſſe di/
xerim, quã caloris: itaq; illa ani
mũ febris, hęc corpus inflãmat.
Febris enim noſtra, auaritia eſt:
febris nr̃a, libido eſt: febris nr̃a,
luxuria eſt: febris nr̃a, ambitio
eſt: febris noſtra, iracundia eſt.
Ad Bñs. Aña. Charitas Dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris,
per inhabitantem ſpiritum eius
in nobis, halleluiah. Oratio.
Mentibus noſtris, q̃s dñe,
ſpiritum ſanctum benign⁹
infunde: cuius & ſapientia con/
diti ſumus, & prouidentia gu/
bernamur. Per do. in vni. eiuſ.

IN FESTO
S. TRINITATIS.

Ad Veſp. Aña. Gloria tibi Tri
nitas. cũ rel. de Laud. pſ. Dixit
do. 52. cũ rel. de dñica. loco vlt.
pſ. Laudate dñm oẽs gẽ. Capi.

Ro. 11.



O Altitu/
do diui/
tiarũ ſapiẽtię,
& ſciẽtię Dei:
quã incõprehẽ
ſibilia ſunt iu/
dicia eius, & in/
inueſtigabiles
vię eius. Hy.

O Lux beata Trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur veſpere,
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſecula.
Deo patri ſit gloria,
Eiuſq; ſoli filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuũ. Amẽ.
℣. Benedicamus patrẽ, & filiũ,
cũ ſcõ Spiritu. ℟. Laudemus
& ſuperexaltemus eũ in ſecula.
Ad Mag. Aña. Gratias tibi
deus, Gratias tibi vera, & vna
Trinitas, Vna, & ſumma deitas,
Sancta, & vna vnitas. Oratio.
Omnipotens ſempiterne
Deus, qui dediſti famu/
lis tuis, in cõfeſſione verę fidei
ęternę Trinitatis gloriã agno
ſcere, & in potẽtia maieſtatis ado
rare vnitatẽ: quęſumus, vt eiuſ
dem fidei firmitate, ab oibus ſem
per muniamur aduerſis. Per.
Et fit co. primę dñicę poſt Pẽ/
tec. vt ſequit. Aña. Loquere do
mine, quia audit ſeruus tuus. ℣.
Veſpertina oratio aſcendat ad
te dñe. ℟. Et deſcendat ſuper
nos miſericordia tua. Oratio.
Deus, in te ſperantiũ forti/
tudo, adeſto propitius in/
uocationibus noſtris: & quia ſine
te nihil poteſt mortalis infirmi/
tas: pręſta auxiliũ gratię tuę, vt
in exequendis mandatis tuis, &
voluntate

voluntate tibi, ⁊ actione placeamus. Per dominum noſtrum.

Ad Matut. Inuit. Deum verum: vnum in Trinitate, ⁊ Trinitatẽ in vnitate, Venite adoremus. ps. Venite. Hymnus.

Summe Deus clementię,
Mūdiq; factor machinę,
Unus potentialiter,
Trinusq; perſonaliter.
Nostra dexteram ſurgentibus,
Exurgat vt mens ſobria,
Flagrans ⁊ in laudem Dei
Grates rependat debitas.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſęcula. Amen.

In j. nocturn. Añ. Adeſto vnus Deus omnipotẽs, pater, filius, ⁊ ſpiritus ſanctus. ps. Dñe dñs noſter. 3. Añ. Te vnū in ſubſtantia, Trinitatē in perſonis cōfitemur. ps. Cęli enarrant. 7. Añ. Te ſemp idē eſſe, viuere, ⁊ intelligere profitemur. ps. Dñi eſt terra. folio 13. ℣. Benedicamus patrem, ⁊ filium cum ſancto ſpiritu. ℟. Laudemus, ⁊ ſuperexaltemus eum in ſęcula.

De Iſaia propheta. Lec. j.

ca. 6 In anno, quo mortuus eſt Rex Ozias, vidi dñm ſedẽtem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatū: ⁊ plena erat domus a maieſtate eius, ⁊ ea q̃ ſub ipſo erant replebant tēplū. Seraphim ſtabāt ſuper illud: ſex alę vni, ⁊ ſex alę alteri. Duabus velabant faciem eius; ⁊ duabus velabāt pedes eius, ⁊ duabus volabāt: ⁊ clamabant alter ad alterum, ⁊ dicebant: Sanctus, Sanctus, Sāctus dñs Deus exercituum, plena eſt oīs terra gloria eius. Et cōmota ſunt ſuperliminaria cardinum a voce clamantis, ⁊ domus repleta eſt fumo. ℟. Vidi dñm ſedentem ſuper ſolium excelſum ⁊ eleuatum, ⁊ plena erat omnis terra maieſtate eius: Et ea, quę ſub ipſo erāt, replebant templum. ℣. Seraphin ſtabant ſuper illud, ſex alę vni, ⁊ ſex alę alteri. Et. Lec. ij.

Et dixi: Vę mihi, quia tacui, q2 vir pollutus labijs ego ſum: ⁊ in medio populi polluta labia habentis ego habito, ⁊ regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphin: ⁊ in manu eius calculus, quē forcipe tulerat de altari, ⁊ tetigit os meū, ⁊ dixit. Ecce tetigi hoc labia tua, ⁊ auferetur iniquitas tua, ⁊ peccatū tuum mundabitur. Et audiui vocē dñi dicentis. Quē mittam: ⁊ quis ibit nobis: Et dixi: Ecce ego, mitte me. ℟. Benedictus dñs Deus Iſrael, qui facit mirabilia magna ſolus. Et benedictum nomen maieſtatis eius in ęternū. ℣. Replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat. Et benedictū. Lectio iij.

Et dixit: Vade, ⁊ dices populo huic: Audite audientes,

tes, ⁊ nolite intelligere: ⁊ videte
viſionem, ⁊ nolite cognoſcere.
Exceca cor populi huius, ⁊ aures
eius aggraua, ⁊ oculos eius clau
de: ne forte videat oculis ſuis, ⁊
auribus ſuis audiat, ⁊ corde ſuo
intelligat, ⁊ conuertatur, ⁊ ſanē
eū. Et dixi: Uſquequo domine?
Et dixit. Donec deſolentur ciui
tates abſque habitatore, ⁊ domus
ſine homine: ⁊ terra relinquetur
deſerta: ⁊ longe faciet dominus
homines: ⁊ multiplicabitur quę
derelicta fuerat in medio terrę.
℟. Benedicat nos Deus, Deus
noſter, benedicat nos Deus: Et
metuant eū oēs fines terrę. ℣.
Deus miſereatur noſtri, ⁊ bene
dicat nos Deus. Et. Gloria. Et.
In ſecundo noct. Antiphona.
Te inuocamus, te laudamus, te
adoramus, o beata Trinitas. ps.
Oēs gētes. 27. Ana. Spes no
ſtra, ſalus noſtra, honor noſter, o
beata Trinitas. ps. Magnus do
minus. 27. Ant. Libera nos, ſal
ua nos, iuſtifica nos, o beata Tri
nitas. ps. Deus iudicium. ℣. In
Uerbo dñi celi firmati ſunt. ℟.
Et ſpū oris eius oīs virtus eorū.
Ex tractatu s. Auguſtini epi de
fide ad Petrū. Lectio quarta.
Fidem quam ſancti patriar
chę, atque pphetę ante in
carnationem filij Dei diuinitus
acceperunt, quā etiā ſancti apo
ſtoli ab ipſo dño in carne poſito
audierūt, ⁊ Spiritus ſancti ma
giſterio inſtructi, nō ſolū ſermo-

ne prędicauerunt, verum etiam
ad inſtructionē ſaluberrimā po
ſterorum, ſcriptis ſuis indi
derunt, vnū Deū prędicari
Trinitatē, id eſt patrē, ⁊ filium,
⁊ Spiritum ſanctum. Sed Trinitas
vera non eſſet, ſi vna eademque
pſona diceretur pater, ⁊ filius, ⁊
Spūs ſanctus. ℟. Quis Deus
magnus, ſicut Deus noſter? Tu
es Deus qui facis mirabilia. ℣.
Notā feciſti in populis virtutē
tuam, redemiſti in brachio tuo
populum tuum. Tu. Lectio v.
Si enim, ſicut eſt patris, ⁊
filij, ⁊ Spiritus ſancti vna
ſubſtātia, ſic eſſet vna perſona:
nihil omnino eſſet, in quo vera
citer Trinitas diceret. Ruſus
quidem Trinitas eſſet vera, ſed
vnus Deus Trinitas ipſa nō eſ
ſet, ſi quemadmodum pater ⁊ fi
lius, ⁊ Spiritus ſanctus pſona
rum ſunt ab inuicem proprieta
te diſtincti, ſic fuiſſent naturarū
quoque diuerſitate diſcreti. Sed
quia in illo vno vero Deo Tri
nitate non ſolum quod vnus
Deus eſt, ſed etiam quod Trini
tas eſt naturaliter verum eſt:
propterea ipſe verus Deus in
perſonis Trinitas eſt, ⁊ in vna
natura vnus eſt. ℟. Tibi
laus, tibi gloria, tibi gratiarum
actio in ſęcula ſempiterna, o bea
ta Trinitas. ℣. Et benedictum
nomen glorie tuę ſanctum, ⁊
laudabile, ⁊ ſuperexaltatum in
ſęcula. O beata. Lectio ſexta.

Per hanc vnitatem natura/lem totus pater in filio, & spiritu sancto est: totus filius in patre, & spiritu sancto est: totus quoque spiritus sanctus in pa/tre, & filio. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est: quia ne/mo aliud aut precedit eternita/te, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritu sancto, quantum ad nature diuine vnitatem ptinet, aut anterior aut maior pr est: nec filij eternitas atq; imensitas, velut anterior, aut maior spiri/tus sancti imensitatē eternitatē/que, aut precedere, aut excede/re naturaliter potest. ℟. Ma/gnus dñs, & laudabilis nimis: Et sapientie eius non est numerus. ℣. Magnus dñs, & magna vir/tus eius: & sapientie eius nō est finis. Et sap. Gloria. Et sap. In iij. noct. Aña. Charitas pa/ter est, gra filius, cōmunicatio spiritus sanctus, o beata Tri/nitas. ps. Cātate. 44. Añ. Ve/ritas est pater, veritas filius, veri/tas spūs sanctus, o beata Trini/tas. ps. Dñs reg. exul. 44. Añ. Pater, & filius, & spiritus san/ctus, vna substātia est, o btā Tri/nitas. ps. Cātate. 45. ℣. Bndi/ctus es dñe in firmamento celi. ℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in secula.

Lcō s. euā. sm Mathē. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jesus di/scipulis suis. Data est mihi omnis potestas in celo, & in ter/ra: Eūtes ergo docete oēs gētes, baptizantes eos, in nomine pa/tris, & filij, & spūs sancti. Et reli/qua. Homil. s. Gregorij Nazianzeni.

Omnis catholicorū ignorat patrem vere esse patrem, & filiū vere filiū, & spiritum sanctū vere esse spiritū sanctū: sicut ip/se dñs ad aplos suos dicit: Eū/tes baptizate oēs gentes in noīe patris, & filij, & spiritus sancti. Hec est pfecta Trinitas in vni/tate cōsistens, quā scilicet vnius substantie profitemur. Nō enim nos secundū corporū conditio/nem, diuisionē in Deo facimus: sed sm diuine nature potentiā, que in materia non est, & nomi/nū personas vere constare cre/dimus, & vnitatem diuinitatis esse testamur. ℟. Benedica/mus patrem, & filium, cū sancto spiritu: Laudemus, & super/exaltemus eum in secula. ℣. Be/nedictus es dñe in firmamento celi, & laudabilis, & gloriosus in secula. Laudemus. Lectio viij.

Nec extēsionē partis alicu/ius ex parte, vt quidam pu/tauerunt, Dei filiū dicimus: nec verbum finere, velut sonum vo/cis accipimus: sed tria nomina, & tres personas vnius esse essentie, vnius maiestatis, atq; potentie, credimus. Et ideo vnum Deum cōfitemur, qa vnitas maiestatis, plurium vocabulo, deos prohibet appellari: denique patrem, & filiū

catholice

catholice nominamus, duos au
tem deos dicere, nec poſſumus,
nec debemus: non q filius Dei,
Deus nō ſit, immo verus Deus
de Deo vero: ſed quia non aliū/
de quam de ipſo vno patre, Dei
filium nouimus, proinde vnum
Deū dicimus. Hoc eniʒ prophe
tę, hoc apoſtoli tradiderūt: hoc
ipſe dñs docuit, cū dicit: Ego ꝛ
pater vnū ſumus. Unū ad vni/
tateʒ diuinitatis, vt dixi, refert:
ſumus autē perſonis aſſignat.
℟. O nos Seraphim clamabāt
alter ad alterū: Sanctus, San/
ctus, Sanctus dñs Deus Sa/
baoth: Plena eſt oīs terra glo/
ria eius. ℣. Tres ſunt qui teſti/
moniū dant in cęlo, Pater, Uer
bū, ꝛ Spiritus ſanctus: ꝛ hi tres
vnū ſunt. Plena eſt. Glo. Ple.
Lcō ſ. euā. ſm Lucam. Le. ix.
C. 6. In illo tempore: Dixit Je/
ſus diſcipulis ſuis: Eſtote
miſericordes, ſicut ꝛ pater ve/
ſter miſericors eſt. Et reliqua.
Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.
Duo ſunt opera miſericor/
dię, quę nos liberant, quę
breuiter ipſe dñs poſuit in euā
gelio: Dimittite, ꝛ dimitteť vo/
bis: date, ꝛ dabiť vobis. Dimit
tite, ꝛ dimittetur vobis, ad igno
ſcendū pertinet: Date, ꝛ dabi/
tur vobis, ad pręſtanduʒ benefi/
ciū pertinet. Quod aūt de igno/
ſcēdo, ꝛ Deus tibi ignoſcit qđ
peccas, ꝛ habes aliū cui tu poſ/
ſis ignoſcere. Rurſus quod p/
tinet ad tribuendū tibi beneficiū;
petit te mēdicus, ꝛ tu es Dei mē
dicus. Omnes eniʒ quando ora
mus, mendici Dei ſumus, ante
ianuaʒ magni patriſfamilias ſta
mus, immo etiaʒ proſternimur,
ſupplices ingemiſcimus aliqd
volentes accipere, ꝛ ipſum ali/
quid ipſe Deus eſt. Quid a te pē
tit mēdicus? Panem. Et tu qđ
petis a Deo? niſi Chriſtum qui
dicit: Ego ſum panis viuus: qui
de cęlo deſcendi. Te Deum.
Ad Laudes, ꝛ per Horas. Aña.
Gloria tibi Trinitas, ęqua
lis vna deitas, ꝛ ante oīa ſę
cula, ꝛ nūc, ꝛ in ppetuū. Ps. Dñs
reg. 8. cū rel. Aña. Laus, ꝛ perē
nis gloria Deo patri, ꝛ filio, ſan
cto ſimul paraclito, in ſęculorū
ſęcula. Aña. Gloria laudis reſo/
net in ore omniū, patri, genitę/
que proli, ſpiritui ſancto pariter
reſultet laude perenni. Aña.
Laus Deo patri, pariliqʒ proli,
ꝛ tibi ſancte ſtudio perēni ſpiri/
tus noſtro reſonet ab ore, omnē
per æuū. Aña. Ex quo omnia, p
queʒ omnia, in quo omnia, ipſi
gloria in ſęcula. Cap. O altitu/
do diuitiarum. 240. Hymnus.

Tu Trinitatis vnitas,
Orbē potenter qui regis,
Attende laudum cantica,
Quę excubantes pſallimus,
Ortus refulget lucifer,
Sparſamqʒ lucem nunciat,
Cadit caligo noctium,
Lux ſancta nos illuminet.

O tẽ patri ſit gloria,
Eiuſque ſoli filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nũc, & in perpetuũ. Amen.

℣. Benedicamus patrẽ, & filiũ cũ ſancto Spũ. ℟. Laudemus & ſuperexaltemus eũ in ſecula.

Ad Bñs. Aña. Benedicta ſit ſancta creatrix, & gubernatrix oĩum, ſancta, & indiuidua Trinitas, nunc, & ſemper, & per infinita ſecula ſclo℞. Oro vt ſu. 240.

Deinde pro com. Dñicę, Aña. Eſtote ergo miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, dicit dñs. ℣. Dñs regnauit decorẽ induit. ℟. Induit dñs fortitudinẽ, & præcinxit ſe virtute. Oro vt ſu. in primis Veſperis.

¶ Ad Primã pſal. vt in feſto duplici, cũ ſymbolo Athanaſij.

Ad iij. Cap. O altitudo. 240.

℟. Benedicam⁹ patrẽ, & filiũ, Cũ ſancto Spiritu. ℣. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſecula. ℣. Benedictus es dñe in firmamento cęli. ℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula.

Ad Sextam. Capitulum.

Gratia domini noſtri Ieſu
2. Chriſti, & charitas Dei, &
Cor. cõmunicatio ſancti Spiritus,
13 ſit cum oĩbus vobis. Amẽ. ℟. Benedictus es domine, In firmamẽto cęli. ℣. Et laudabilis & glorioſus in ſecula. In fir. ℣. Verbo dñi cęli firmati ſũt. ℟. Et ſpiritu oris eius, omnis virtus eorum. ¶ Ad ix. Capitulum.

Tres ſunt, qui teſtimonium 1. Io.
dãt i cęlo, Pater, Verbũ, 5.
& Spiritus ſanctus: Et hi tres vnũ ſunt. ℟. Verbo dñi Cęli firmati ſunt. ℣. Et Spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Cęli firma. ℣. Sit nomen dñi benedictũ. ℟. Ex hoc, nunc, & vſq; in ſeculũ. Ad Veſp. Aña. Gloria tibi Trinitas f. 240. pſ. Dixit dñs. 52. cũ reliq. Aña. Inter ceteras fo. 53. Cap. O altitudo. 240. Hy. O lux beata. ℣. Bñdictus es dñe in firmamẽto cęli. ℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſecula.

Ad Mag. Aña. Te Deũ patrẽ ingenitum, te filium vnigenitũ, te Spiritũ ſanctum paraclitũ, ſanctã & indiuiduã Trinitatẽ, toto corde, & ore cõfitemur, laudamus, atq; benedicimus: tibi gloria in ſecula. Oro vt ſu. 240.

Pro commemoratione Dñicę. Aña. Nolite iudicare, vt nõ iudicemini: in quo enĩ iudicio iudicaueritis, iudicabimini: dicit dñs. ℣. Dirigatur domine oratio mea. ℟. Sicut incenſum in cõſpectu tuo. Oro vt ſu. 240.

¶ Si in ſeq. diebus nõ occurrat dies, in quo fieri poſſit officium de feria, fiat de ea primo die ſequentis tridui non impedito feſto nouem lectionum, cum comme. feſti triũ lectionum.

FERIA SECVNDA.

Hac nocte ponunt̃ libri Regũ, ĩ qb⁹ legit̃ vſq; ad j. Dñicã Auguſti, ſi qd vero ſupſit, omittit̃.

Incipit

Incipit liber primus Regū. L. j.

FUit vir vnus de Ramathaim Sophim, de mōte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Jeroham, filij Eliu, filij Thau, filij Suph, Ephrateus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomē ſecūdę Phenenna. Fueruntq; Phenennę filij: Annę autē nō erāt liberi. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus vt adoraret, & ſacrificaret dño exercituum in Silo. Erant autē ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, ſacerdotes domini. R. Preparate corda vr̃a. 257.

Reliqua ſumuntur ex j. noct. Dñicę iij. poſt Pētec. vt infra & in ſeq. fer. idē ſeruato ordine in rubricis generalibus deſcripto. Lec. ij.

VEnit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennę vxori ſuę, & cūctis filijs eius, & filiabus partes: Annę autem dedit partem vnam triſtis, quia Annā diligebat. Dñs autem concluſerat vuluā eius. Affligebat quoque eā ęmula eius, & vehementer angebat, in tantū vt exprobraret quod dñs concluſiſſet vuluam eius: ſicque faciebat per ſingulos annos, cū redeunte tēpore aſcenderent ad templū dñi: & ſic ꝓuocabat eā. Porro illa flebat, & non capiebat cibū. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna cur fles? & quare non comedis? & quāobrē affligitur cor tuū? nunquid non ego melior tibi ſum quā decem filij? R. Deus oīum. 257. L. iij.

SUrrexit autē Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus dñi, cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad dominū flens largiter, & votum vouit, dicens. Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulę tuę, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillę tuę, dederiſque ſeruę tuę ſexum virilem, dabo eum domino omnibus diebus vitę eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. R. Dominus qui. 257.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. L. j.

FActum eſt autē cū illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obſeruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantūque labia illius mouebantur, & vox penitus nō audiebatur. Aeſtimauit ergo eā Heli temulentā, dixitq; ei: Uſquequo ebria eris? digere pauliſper vinū, quo madens. Reſpōdens Anna, Nequaquā, inquit, dñe mi: nam mulier īfelix nimis ego ſum, vinūq; & oē qđ inebriare poteſt, nō bibi: ſed effudi aīam meā in cōſpectu dñi. Ne reputes ancillā tuam, quaſi 1. ca.

vnā de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, ⁊ mœroris mei locuta ſum vſq; in præſens. Tūc Heli ait ei. Uade in pace, ⁊ Deus Iſrael det tibi petitionē tuā, quā rogaſti eum. At illa dixit: Utinā inueniat ancilla tua gratiā in oculis tuis. ℟. Percuſſit Saul. 257. Lectio ſcd'a.

Et abijt mulier in viā ſuā, ⁊ comedit, vultusque illius nō ſunt amplius in diuerſa mutati. Et ſurrexerūt mane: ⁊ adorauerunt corā Dño: reuerſiq; ſunt, ⁊ venerūt in domum ſuam in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annā vxorē ſuā, ⁊ recordatus eſt eius dñs. Et factū eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, ⁊ peperit filiū: vocauitq; nomen eius Samuel eo quod a dño poſtulaſſet eū. Aſcēdit autē vir eius Elcana, ⁊ oīs domus eius, vt immolaret dño hoſtiam ſolennem, ⁊ votū ſuū: ⁊ Anna nō aſcendit: dixit enim viro ſuo. Non vadā donec ablactetur infans, ⁊ ducam eum: vt appareat ante cōſpectum dñi, ⁊ maneat ibi iugiter. ℟. Montes Gelboe. 258. Lectio iij.

Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonū tibi videtur: ⁊ mane donec ablactes eū: precorq;, vt impleat dñs verbū ſuū. Manſit ergo mulier, ⁊ lactauit filium ſuum, donec amoueret eū a lacte. Et adduxit eū ſecū poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, ⁊ tribus modijs farinę, ⁊ amphora vini, ⁊ adduxit eum ad domum dñi in Silo. Puer autē erat adhuc infantulus, ⁊ immolauerunt vitulū, ⁊ obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna: Obſecro mi dñe: viuit anima tua dñe, ego ſum illa mulier, quę ſteti coram te hic orans dñm. Pro puero iſto oraui, ⁊ dedit mihi dñs petitionē meā quā poſtulaui eū: idcirco ⁊ ego cōmodaui eū dño cūctis diebus, quibus fuerit accōmodatus domino. Et adorauerunt ibi dominum. ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Le. i.

Porro filij Heli, filij 2. ca.
Belial; neſcientes dñm, neq; officiū ſacerdotum ad populum: ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis dum coquerentur carnes, ⁊ habebat fuſcinulam tridentē in manu ſua, ⁊ mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: ⁊ omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. Sic faciebant vniuerſo Iſraeli venientium in Silo. ℟. Peccaui. 258. Lectio ſecunda.

Etiā anteq̄ adolerent adipē, veniebat puer ſacerdotis, ⁊ dicebat immolāti. Da mihi carnē, vt coquā ſacerdoti: nō enim accipiā a te carnē coctam,

ſed

adolendam. Dicebatq; illi im-
molans: Incendatur primum
iuxta morem hodie adeps, ⁊ tol-
le tibi quantumcunq; deſiderat
anima tua. Qui reſpondens aie-
bat ei: Nequaquam, nunc enim
dabis, alioquin tollam vi. Erat
ergo peccatum puerorū grande
nimis coram dño: quia detrahe-
bant homines a ſacrificio, domi-
ni. ℟. Exaudiſti. 258. Lec. iij.

SAmuel autē miniſtrabat
ante faciē dñi, puer accin-
ctus Ephod lineo. Et tunicā par-
uā faciebat ei mater ſua, quam
afferebat ſtatutis diebus, aſcen-
dēs cū viro ſuo, vt imolaret ho-
ſtiā ſolennē. Et benedixit Heli
Elcanę, ⁊ vxori eius, dixitq; ei:
Reddat tibi dñs ſemē de muliere
hac, pro fęnore quod cōmodaſti
dño. Et abierunt in locum ſuū.
Viſitauit ergo dñs Annā, ⁊ cōce-
pit, ⁊ peperit tres filios, ⁊ duas fi-
lias: ⁊ magnificatus eſt puer Sa-
muel apud dñm. ℟. Audi. 258.

FERIA QVINTA.

Celebratur Feſtum Corporis
Chriſti, cum multis indulgen-
tijs populo publicandis.

Si ea die occurrat feſtum dupl.
trāſfert in ſeq. diē: ſi ſemid. poſt
oct. ſi ſimpl. nulla fit de eo cōm.
Infra oct. nō fit de feſto, niſi fue-
rit dup. Semid. trāſferunt poſt
octa. De ſimpl. fit tñ cō. In die
oct. nō fit niſi de Nati. S. Iohā-
nis, ⁊ de feſto ſanctorū Apoſtolo-
rū Petri, ⁊ Pauli cū cōme. oct.

IN FESTO
CORPORIS CHRISTI.
Duplex.

Ad Veſperas. Antiphona.



SAcerdos
in ęternū
Chriſtus dñs
ſecundū ordinē
Melchiſedech
panem ⁊ vinū
obtulit. pſal. Dixit dñs. 52.
Aña. Miſerator dominus eſcā
dedit timentibus ſe in memoriā
ſuorum mirabiliū. pſ. Confi-
tebor. 52. Aña. Calicem ſaluta-
ris accipiam, ⁊ ſacrificabo ho-
ſtiam laudis. pſ. Credidi. f. 54.
Aña. Sicut nouellę oliuarū, ec-
cleſię filij ſunt in circuitu mēſę
dñi. pſ. Beati oēs. 56. Aña.
Qui pacē ponit fines eccleſię,
frumēti adipe ſatiat nos dñs. pſ.
Lauda Ieruſalē. 60. Capłm.

FRatres, Ego enim ac- j.
cepi a domino, quod Cor.
⁊ tradidi vobis: quo- 11.
niam dominus Ie-
ſus in qua nocte tradebatur, ac-
cepit panem, ⁊ gratias agens
fregit, ⁊ dixit. Accipite, ⁊ mā-
ducate. Hoc eſt corpus meum,
quod pro vobis tradetur: hoc
facite in meam commemora-
tionem. Hymnus.

PAnge lingua glorioſi
Corporis myſterium,
Sanguiniſque precioſi,

Quem in mundi precium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta virgine,
Et in mundo conuerſatus
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.
In ſupreme nocte cene
Recumbens cum fratribus,
Obſeruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbe duodene
Se dat ſuis manibus.
Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitq; ſanguis Chriſti merum,
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo ſacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Preſtet fides ſupplementum
Senſuum defectui.
Genitori, genitoq;
Laus, et iubilatio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit, et benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar ſit laudatio. Amen.

℣. Panē de celo preſtitiſti eis, hal. ℟. Omē delectamentū in ſe habentē, halab. Ad Ma. An. O quā ſuauis eſt domine ſpiritus tuus: qui vt dulcedinē tuā in filios demōſtrares, pane ſuauiſſimo de celo preſtito, eſurientes reples bonis, faſtidioſos diuites dimittens inanes. Oratio.

Deus, qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoriam reliquiſti: tribue quēſumus, ita nos Corporis et ſanguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis.

Ad Mat. Inuit. Chriſtū regē adoremus dñantē gentib⁹: Qui ſe mãducãtibus dat ſpiritus pinguedinem. ps. Venite. Hym.

Sacris ſolēnijs iuncta ſint
gaudia:
Et ex pcordijs ſonēt preconia:
Recedāt vetera, noua ſint oīa,
Corda, voces, et opera.
Noctis recolitur cena nouiſſima,
Qua Chriſtus creditur agnū
et azyma
Dediſſe fratrib⁹, iuxta legitima
Priſcis indulta patribus.
Poſt agnum typicum expletis
epulis,
Corpus dñicū datū diſcipulis
Sic totū oībus, q totū ſingulis,
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis fer-
culum,
Dedit et triſtibus ſanguinis po-
culum.
Dicēs, accipite qd trado vaſculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic ſacrificium iſtud inſtituit,
Cuius officiū committi voluit:
Solis presbyteris, quibus ſic
congruit

Ut

[Re]ſumant, ⁊ dent ceteris.
Panis angelic' fit panis hoīū;
Dat panis celicus figuris terminum.
O res mirabilis, mādūcat dn̄m
Pauper, ſeruus, ⁊ humilis.
Te trina deitas, vnaq; poſcim':
Sic nos tu viſita, ſicut te colim':
Per tuas ſemitas duc nos quo tendimus
Ad lucē quā inhabitas. Amē.

In j. noct. An. Fructum ſaluti-ferum guſtandū dedit dn̄s mortis ſue tēpore. Ps. Beatus vir. 2. Ana. A fructu frumenti, ⁊ vini multiplicati fideles i pace Chri- regeſcūt. Ps. Cū inuo. 61. Ana. Communione calicis, quo Deus ipſe ſumit, nō vitulo᷑ ſanguine, cōgregauit nos dn̄s. Ps. Cōſerua me dn̄e. 5. ℣. Panē celi dedit eis, hal'ab. ℟. Panē angelorum manducauit homo, hal'.

De Epiſtola prima B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Le. j.

ca. 11 Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non eſt dn̄icam cenam manducare. Vnuſquiſque enim ſuā cenā preſumit ad manducādū. Et alius quidē eſurit, alius autē ebrius eſt. Nūquid domos non habetis ad mādūcādum, ⁊ bibēdū: aut eccleſiā Dei cōtemnitis, ⁊ cōfunditis eos, q nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc nō laudo. ℟. Immolabit hedū multitudo filio᷑ Iſrael ad veſperas Paſche: ⁊ edēt carnes, ⁊ azymos panes. ℣. Paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus: itaq; epulemur in azymis ſinceritatis, ⁊ veritatis. Et. L. ij.

Ego enim accepi a dn̄o, qđ ⁊ tradidi vobis: qm̄ dn̄s Jeſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem: ⁊ gratias agēs fregit, ⁊ dixit: Accipite, ⁊ mādūcate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicem poſtq̄ cenauit dicēs: Hic calix nouū teſtamentū eſt i meo ſāguine: hoc facite quotieſcunq; biberetis, in meā cōmemorationē. Quotieſcunq; enim māducabitis panē hūc, ⁊ calicē bibetis, mortē dn̄i annunciabitis, donec veniat. ℟. Comedetis carnes, ⁊ ſaturabimini panibus. Iſte eſt panis, quē dedit vobis dn̄s ad veſcendum. ℣. Non Moyſes dedit vobis panem de celo, ſed pater meus dat vobis panē de celo verum. Iſte. L. iij.

Itaq; quicūq; mādūcauerit panem ⁊ biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ ſanguinis dn̄i. Probet autem ſeipſū homo, ⁊ ſic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim mādūcat, ⁊ bibit indigne, iudicium ſibi manducat, ⁊ bibit, nō diiudicans corpus dn̄i. Ideo inter vos multi infirmi, ⁊ imbecilles, ⁊ dormiūt multi. Qđ ſi nosmetipſos diiudicaremus, nō vtique

que

Digitized by Google

que iudicaremur. Dum iudica mur autẽ, a dño corripimur, vt non cũ hoc mundo dãnemur. Itaq; frẽs mei cũ cõuenitis ad mãducãdũdũ, inuicẽ expectate: ſiqs eſurit, domi mãducet, vt nõ in iudiciũ cõueniatis. Cetera aũt cum venero diſponam.

℟. Reſpexit Elias ad caput ſuũ ſubcinericiũ panẽ: q ſurgẽs comedit, & bibit: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vſq; ad ad mõtẽ Dei. ℣. Siqs mãducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et amb. Gloria. Et.

In iij. noct. An. Memor ſit dñs ſacrificij nr̃i: & holocauſtũ nr̃m pingue fiat. Ps. Exaudiat te. 7. Ant. Paratur nobis menſa dñi, aduerſus omnes qui tribulant nos. Ps. Dñs regit me. 14. An. In voce exultationis reſonent epulantes in menſa domini. Ps. Quemadmodũ. 26. ℣. Cibauit illos ex adipe frumẽti, halleluiah. ℟. Et de petra, melle ſaturauit eos, halleluiah.

S. r. ſ. Thome Aquinatis. L. iiij.

In menſa diuine largitatis beneficia, exhibita populo Chriſtiano, ineſtimabilẽ ei cõferũt dignitatẽ. Neq; enĩ eſt aut fuit aliquãdo tã grãdis natio, q̃ habeat deos appropinquãtes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus nr̃. Unigenitus ſiquidẽ Dei filius, ſue diuinitatis volens nos eſſe participes, noſtrã naturã aſſumpſit: vt homines deos faceret, factus homo. Et hoc inſuper q̃d de noſtro aſſumpſit, totũ nobis cõtulit ad ſalutẽ. Corpus nanq; ſuũ ꝓ noſtra reconciliatione in ara crucis hoſtiã obtulit deo patri: ſanguinẽ ſuũ fudit in ꝓcium ſimul & lauacrũ: vt redempti a miſerabili ſeruitute, a peccatis oĩbus mũdaremur: Et vt tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria, corpus ſuũ in cibũ, & ſanguinẽ ſuũ in potũ, ſub ſpeciẽ panis, & vini ſumendũ fidelibus dereliquit. ℟. Cenantib⁹ illis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, & comedite: hoc eſt corpus meũ. ℣. Dixerũt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? Accipite. Lectio quinta.

O Precioſũ, & admirandũ conuiuiũ ſalutiferũ, & oĩ ſuauitate repletũ. Quid enĩ hoc cõuiuio ꝓcioſius eſſe poteſt? i quo non carnes vitulorũ, & hircorũ, vt olim in lege, ſed nobis Chriſtus ſumẽdus ꝓponitur verus Deus. Quid hoc ſacramẽto mirabilius? In ipſo nanq; panis & vinũ in corpus & ſãguinẽ Chriſti ſubſtãtialiter conuertuntur, ideoq; Chriſtus deus, & homo ꝑfectus ſub modici panis ſpecie cõtinet. Manducatur itaq; a fidelibus ſed minime laceratur. Quinimmo, diuiſo ſacramẽto, ſub qualibet diuiſionis particula integer perſeuerat. Accidẽtia

etiam ſine ſubiecto in eodem exiſtunt, vt fides locum habeat, dũ inuiſibile viſibiliter ſumitur, ſub aliena ſpecie occultatum, & ſenſus a deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicant ſibi notis. ℟. Accepit Jeſus calicem poſtquam cęnauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine: Hoc facite in meam commemorationem. ℣. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Hoc facite. Lectõ vj.

Nullum etiam ſacramentũ eſt iſto ſalubrius: quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualiũ chariſmatũ abundãtia impinguatur. Offertur in eccleſia ꝑ viuis & mortuis: vt oibus ꝓſit quod eſt pro ſalute omnium inſtitutũ. Suauitatẽ deniq; huius ſacramẽti nullus digne exprimere ſufficit, ꝑ quod ſpiritualis dulcedo in ſuo fonte guſtatur: & recolitur memoria illius, quam in ſua paſſione Chriſtus mõſtrauit, excellentiſſimę charitatis. Unde vt arctius huius charitatis immenſitas fideliũ cordibus infigeretur, in vltima cęna, quando Paſcha cũ diſcipulis celebrato tranſiturus erat de hoc mundo ad patrẽ, hoc ſacramentũ inſtituit, tanquam paſſionis ſuę memoriale perẽnẽ, figurarum veterũ impletiuũ, miraculorum ab ipſo factorum maximum, & de ſua contriſtatis abſentia ſolatiũ ſingulare. ℟. Ego ſũ panis vitę: patres veſtri mãducauerunt mãna in deſerto, & mortui ſũt: Hic eſt panis de cęlo deſcendens, vt ſiquis ex ipſo manducet, nõ moriatur. ℣. Ego ſum panis viuus, q de cęlo deſcendi: ſiquis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ. Hic. Gloria. Hic. In iij. noct. Aña. Introibo ad altare dei: ſumam Chriſtũ, q renouat iuuentutem meã. Ps. Judica me Deus. 29. Aña. Cibauit nos dñs ex adipe frumenti: & de petra, melle ſaturauit nos. Ps. Exultate deo. 41. Aña. Ex altari tuo dñe, Chriſtũ ſumimus: in quẽ cor & caro noſtra exultãt. Ps. Quã dilecta. 41. ℣. Educas panẽ d̃ terra, hal. ℟. Et vinum lętificet cor hoĩs, hal. Lcõ s. euãg. ſm Johannẽ. Lvij.

In illo tpe: Dixit Jeſus turbis Judęorum. Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis me⁹ vere eſt potus. Et reliqua. 6.ca.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Cum cibo, & potu id appetant homines vt non eſuriant, neq; ſitiant: hoc vere non pręſtat niſi iſte cibus & potus, qui eos, a quibus ſumitur, immortales & incorruptibiles facit, id eſt ſocietas ipſa ſanctorũ, vbi pax erit, & vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippe, ſicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus

noſter

noſter Jeſus Chriſtus corpus ⁊ ſanguinem ſuum in eis rebus commendauit, q̄ ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis nanque granis vnus panis efficit: ⁊ ex multis racemis vinū confluit. Deniq₃ iam exponit, quomodo id fiat quod loquitur: ⁊ quid ſit mādu care corpus eius, ⁊ ſanguinem bibere. ℟. Qui mādu cat meā carnem, ⁊ bibit meum ſanguinem, In me manet ⁊ ego in eo. ℣. Nō eſt alia natio tam grandis, q̄ habeat deos appropinquātes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. In. L. viij.

QUi mādu cat meā carnē, ⁊ bibit meū ſanguinem, in me manet, ⁊ ego in eo. Hoc eſt enim manducare illam eſcā, ⁊ illum bibere potū, in Chriſto manere, ⁊ illū manentem in ſe habere. Ac per hoc qui non manet ī Chriſto, ⁊ ī quo nō manet Chriſtus, pculdubio non manducat ſpiritualiter eius carnē, nec bibit eius ſanguinem, licet carnaliter ⁊ viſibiliter premat dentibus ſacramenta corporis, ⁊ ſanguinis Chriſti. Sed magis tantę rei ſacramentum ad iudicium ſibi manducat, ⁊ bibit, q immundus p̄ſumit ad Chriſti ſacramenta accedere, q̄ alius nō digne ſumit, niſi q mundus eſt: de qbus dicitur: Beati mundo corde: quoniā ipſi deum videbunt. ℟. Miſit me viuens pater, ⁊ ego viuo pp̄ter patrem. Et qui mādu cat me, viuet propter me. ℣. Cibauit illū dn̄s pane vitę, ⁊ intellectus. Et q man ducat. Gloria. Et. Lcō ix.

SIcut miſit me, inqt, viuēs pater, ⁊ ego viuo pp̄ter patrē, ⁊ qui mādu cat me, ⁊ ipſe viuet propter me: ac ſi diceret: Ut ego viuam propter patrem, ideſt, vt ad illū tanquā ad maiorem referā vitā meam, exinanitio mea fecit, in qua me miſit. Ut autē quiſquam viuat pp̄ter me: participatio facit qua manducat me. Ego itaq₃ humiliatus viuo propter patrē: ille erectus viuit propter me. Si autē ita dictū eſt, Uiuo propter patrē: q₂ ipſe de illo, nō ille de ipſo eſt: ſine detrimēto ęqualitatis dictū eſt. Nec tamen dicendo, Et q manducat me, ipſe viuet propter me, eandem ſuam ⁊ noſtrā ęqualitatē ſignificauit, ſed gratiam mediatoris oſtendit.

Ad Laudes, ⁊ p horas. Aña.

SApientia ędificauit ſibi domū: miſcuit vinum, ⁊ poſuit mēſā, hal. ps. Dn̄s reg. 8. cū rel. Aña. Angelorū eſcā nutriuiſti populū tuum, ⁊ panē de cęlo p̄ſtitiſti eis, haleluiah. Añ. Pinguis eſt panis Chriſti: ⁊ prębebit delicias regib᷒, hal. Añ. Sacerdotes ſancti incēſū ⁊ panes offerunt Deo, halah. Añ. Uincenti dabo manna abſconditum, ⁊ nomen nouum, hal'ah. Cap. Fratres, Ego. 244. Hy.

Uerbum

Verbũ ſupernũ prodiens,
Nec pr̃is linquẽs dexterã,
Ad opus ſuum exiens,
Venit ad vitę veſperam.
In mortem a diſcipulo
Suis tradendus ęmulis,
Prius in vitę ferculo
Se tradidit diſcipulis.
Quibus ſub bina ſpecie
Carnem dedit, & ſanguinem:
Ut duplicis ſubſtantię
Totum cibaret hominem.
Se naſcens dedit ſocium,
Conueſcens in edulium,
Se moriens in precium,
Se regnans dat in pręmium.
O ſalutaris hoſtia,
Quę cęli pandis oſtium:
Bella premunt hoſtilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni, trinoq; domino
Sit ſempiterna gloria:
Qui vitam ſine termino
Nobis donet i patria. Amẽ. ℣.
Poſuit fines tuos pacẽ, hal. ℟.
Et adipe frumẽti ſatiat te, hal.
Ad Bñs, Ana. Ego ſũ panis
viuus qui de cęlo deſcẽdi: ſi qs
mãducauerit ex hoc pane, viuet
in ęternum, halah. Oro vt ſu.
Ad horas & Completo. per to-
tam octa. in fine hym. dicit ℣.
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Ad j. ℟ Chriſte fili. ℣ Qui
natus es de Maria virgine.
Sic or per oct. In ℣. Primę, &
Cõpletorij nõ additur halah.
ſed in alijs horis. Ad iij. Capi.
Fr̃es, Ego. 244. ℟. bř. Panẽ
cęli dedit eis, haleluiah, halah,
℣. Panem angelorum mãdu-
ducauit homo. halah, halah.
℣. Cibauit eos ex adipe frumẽ-
ti, halah. ℟ Et de petra, melle
ſaturauit eos, hal. Ad vj. Cap.

Quotieſcunque manduca-
bitis panẽ hũc, & calicẽ
bibetis, mortem dñi annuncia-
bitis donec veniat. ℟ Ciba-
uit illos ex adipe frumenti, ha-
leluiah, halah. ℣ Et de petra
melle ſaturauit eos. hal. hal.
℣. Educes panẽ de terra, hal.
℟. Et vinum lętificet cor ho-
minis, haleluiah. Ad ix. Capi.

Quicũq; mãducauerit pa-
nẽ, vel biberit calicẽ dñi
indigne, reus erit corporis, & ſan
guinis dñi. ℟ Educas panẽ
de terra, halah, hal. ℣ Et vinũ
lętificet cor hominis. halah. ℣.
Poſuit fines tuos pacẽ, hal. ℟.
Et adipe frumẽti ſatiat te, hal.
¶ In ij. Veſp. omnia dicuntur
ſicut in primis Veſperis, preter
Aiam, ad Mag. O ſacrũ cõui-
uiũ, in quo Chriſtus ſumitur:
recolit memoria paſſionis eius:
mens impletur gratia, & futurę
glorię nobis pignus datur, hale
luiah. Oratio vt ſup. fol. 244.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regũ. Lcõ j.

Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eũ: Hęc dicit dominus: Nunquid non aperte re- 2. ca.

I. Cor. II.

te reuelatus ſum domui patris tui cum eſſet in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meũ, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me, & dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael. Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea, quę pręcepi vt offerrentur in templo: & magis honoraſti filios tuos, quã me, vt comederetis primitias omnes ſacrificij Iſrael populi mei? ℟. Immolabit. folio 245. Lectio ij.

Propterea ait dominus Deus Iſrael: Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in cõſpectu meo vſq; in ſempiternũ. Nũc autẽ dicit dñs: Abſit hoc a me: ſed, Quicunq; honorifica uerit me, glorificabo eũ: qui autem contemnũt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, & pręcidam brachiũ tuũ, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua. Et videbis ęmulũ tuũ in templo in vniuerſis proſperis Iſrael: & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus. Verũtamẽ nõ auferã penitus virũ ex te ab altari meo, ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat aĩa tua: & pars magna domus tuę morietur cũ ad virilẽ ętatẽ venerit. ℟. Comedetis. 245. L. iij.

Hoc autem erit tibi ſignũ quod venturum eſt duobus filijs tuis Ophni, & Phinees. In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotẽ fidelem, qui iuxta cor meum, & animã meã faciet: & ędificabo ei domum fidelẽ, & ambulabit corã Chriſto meo cũctis diebus. Futurum eſt autem, vt quicunque remanſerit in domo tua veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortã panis, dicatq;: Dimitte me, obſecro, ad vnã partem ſacerdotalem, vt comedã buccellam panis. ℟. Reſpexit Elias. 245. Decre. S. Tho. Aquinatis. L. iiij.

Conuenit itaq; deuotioni fideliũ ſolenniter recolere inſtitutionem tam ſalutiferi, tamque mirabilis ſacramẽti: vt ineffabilem modum diuinę pręſentię in ſacramento viſibili veneremur: & laudetur Dei potentia, quę in ſacramento eodẽ tot mirabilia operatur: necnon & de tam ſalubri, tamq; ſuaui beneficio exoluantur Deo debitę gratiarũ actiones. Verũ, etſi in die Cęnę quãdo ſacramentũ prędictum noſcitur inſtitutum, inter Miſſarũ ſolennia de inſtitutione ipſius ſpecialis mẽtio habeatur, totum tamen reſiduum eiuſdem diei officiũ ad Chriſti paſſionem pertinet, circa cuius venerationẽ Eccleſia illo tpe occupat. ℟. Cęnantibus. 245. f. v.

Unde

Vt fide vt integro celebrita/tis officio inſtitutionē tā/ti ſacramēti recoleret plebs fide/lis, Romanus Pontifex Vrba/nus quartus, huius ſacramen/ti deuotione affectus, pie ſtatuit prefate inſtitutionis memoriā prima quinta feria poſt octa/uam Pentecoſtes a cunctis fi/delibus celebrari: vt qui per to/tum anni circulū hoc ſacramē/to vtimur ad ſalutem, eius in/ſtitutionem illo tempore ſpecia/liter recolamus, quo Spiritus ſanctus corda diſcipulorū edo/cuit ad plene cognoſcenda hu/ius myſteria ſacramēti: nam ꝛ in eodē tēpore cepit hoc ſacra/mentū a fidelibus frequentari. ℟. Accepit. 246. Lectio vi.

Vt autē predicta quinta fe/ria ꝛ ꝑ octauas ſequentes eiuſdem ſalutaris inſtitutionis honorificentius agatur memo/ria, ꝛ ſolennitas de hoc celebrior habeatur: loco diſtributionum materialium, que in eccleſijs ca/thedralibus largiuntur exiſten/tibus canonicis horis noctur/nis pariter que diurnis, prefatus Romanus Pontifex eis qui huiuſmodi horis in hac ſolen/nitate perſonaliter in eccleſijs intereſſent, ſtipendia ſpiritua/lia, apoſtolica largitione conceſ/ſit: quatenus per hec fideles, ad tanti feſti celebritatem auidius, ꝛ copioſius conuenirent. ℟. Ego ſum panis, folio 246.

De homil. s. Augusti. epi. lxvii.

Verba dñi ex euangelio, q̄ ſermonem priſtinū conſe/quitur audiuimus: hinc ſermo debetur auribus ꝛ mentibus ve/ſtris, ꝛ hodierna die non impor/tunus eſt. Eſt enim de corpore dñi quod dicebat ſe dare ad mā/ducandū propter eternā vitā. Expoſuit autē modum attribu/tionis huius, ꝛ doni ſui, quomo/do daret carnem ſuam māduca/re, dicens: Qui māducat carnē meam, ꝛ bibit ſanguinem meū, in me manet, ꝛ ego in illo. Si/gnum, quia māducauit, ꝛ bibit hoc eſt: Si manet, ꝛ manetur: ſi habitat, ꝛ inhabitat: ſi heret, vt non deſeratur. ℟. Qui man/ducat meam. 246. Lectio viii.

Hoc ergo nos docuit, ꝛ ad/monuit myſticis verbis, vt ſimus in eius corpore ſub ipſo capite in mēbris eius edētes car/nem eius, non relinquentes vni/tatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo ſcanda/lizati ſunt: non enim cogitabāt hec audiendo, niſi carnem quod ipſi erant. Apoſtolus autem di/cit, ꝛ verum dicit: Sapere ſe/cundum carnem mors eſt. Car/nem dat nobis ſuam dñs man/ducare: ꝛ ſapere ſecundū carnē mors eſt. Cū de carne ſua dicat q2 ibi eſt vita eterna: ergo nec carnē debemus ſapere ſm carnē ſicut in his verbis: Multi itaq3 audiētes nō ex inimicis, ſed ex diſcipulis

diſcipulis ſuis, dixerūt: Durus eſt hic ſermo: ꝛ qs poteſt eū audire? ℟. Miſit me. 246. Lectio ix.

SI diſcipuli durū habuerūt iſtū ſermonē: qd inimici? ꝛ tamen ſic oportebat vt diceret, qđ nō ab oibus intelligeretur. Secretū Dei intentos debet facere, non aduerſos: illi aūt cito defecerūt. Talia loquente dño Ieſu Chriſto non crediderūt aliqd magnū dicentē, ꝛ verbis illis aliquā gratiā cooperientem, ſed prout voluerunt, ita intellexerunt, ꝛ more hominum, qꝛ poterat Ieſus, aut hoc diſponebat Ieſus, carnem quaꝫ indutum erat verbum, veluti conciſam diſtribuere credentibus in ſe: Durus eſt, inquiunt, hic ſermo: ꝛ quis poteſt eum audire?

SABBATHO.

De libro primo Regū. Lectio j.

PUer autē Samuel miniſtrabat Dño coram Heli, ꝛ ſermo dñi erat precioſus. In diebus illis non erat viſio manifeſta. Factū eſt ergo in die quadā, Heli iacebat in loco ſuo, ꝛ oculi eiꝰ caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei ante quaꝫ extingueretur. Samuel aūt dormiebat in templo dñi vbi erat arca Dei. Et vocauit dñs Samuel, q̄ reſpondit: Ecce ego: ꝛ cucurrit ad Heli: ꝛ dixit: Ecce ego, vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui te, reuertere, ꝛ dormi. Et abijt, ꝛ dormiuit. Et adiecit dñs rurſum vocare Samuelem. Cōſurgenſqꝫ Samuel abijt ad Heli: ꝛ dixit: Ecce ego, qa vocaſti me: q reſpondit: Nō vocaui te fili mi, reuertere, ꝛ dormi. Porro Samuel necdum ſciebat dominum, neque reuelatus fuerat ei ſermo domini. ℟. Immolabit. f. 245. Lectio ſecunda.

ET adiecit dñs, ꝛ vocauit adhuc Samuelem tertio: q conſurgens abijt ad Heli, ꝛ ait: Ecce ego qꝛ vocaſti me. Intellexit ergo Heli, qꝛ dñs vocaret puerum: ꝛ ait ad Samuelē: Uade, ꝛ dormi, ꝛ ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere dñe, qꝛ audit ſeruus tuus. Abijt ergo Samuel, ꝛ dormiuit in loco ſuo: ꝛ venit dñs, ꝛ ſtetit, ꝛ vocauit ſicut vocauerat ſecūdo: Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere dñe, qꝛ audit ſeruus tuus. Et dixit dñs ad Samuelem: Ecce ego facio verbum in Iſrael, quod quicūqꝫ audierit, tinnient ambę aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſuꝫ Heli oīa, q̄ locutus ſum ſup domum eius, incipiā, ꝛ complebo. ℟. Comederis. 245. Lectio tertia.

DOrmiuit autem Samuel vſque mane, aperuitque oſtia domus dñi: ꝛ Samuel timebat indicare viſionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelē, ꝛ dixit: Samuel, fili mi. Qui reſpondens

Digitized by Google

ſpondens ait: Preſto ſum. Et interrogauit eum: Quis eſt ſermo quem locutus eſt dñs ad te? oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi Deus, et hec addat: ſi abſconderis a me ſermonem ex omnibus verbis que dicta ſunt tibi. Indicauit itaqꝫ ei Samuel vniuerſos ſermones, et non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit. Dñs eſt: quod bonũ eſt in oculis ſuis faciat. Creuit autem Samuel, et dominus erat cum eo: et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus Iſrael a Dan vſqꝫ Berſabee, ꝙ fidelis Samuel propheta eſſet dñi. ℟. Reſpexit Elias. 245.

Sermo S. Iohannis Chryſoſtomi. Lectio quarta.

Neceſſariũ eſt, dilectiſſimi, myſterioꝝ diſcere miraculũ, quod tãdẽ ſit, et quare ſit datum, et que rei vtilitas. Unũ corpus ſumus, et membra, ex carne eius, et ex oſſibus eius: ſequamur autẽ initiati, q̃ dicunt. Ut itaqꝫ non tantũ per charitatem hoc fiamus, verum et ipſa re in illam miſceamur carnẽ, hoc per eſcã efficit, quã largitus eſt nobis, volens oſtẽdere deſiderium, quod erga nos habet. Propterea ſemetipſũ nobis immiſcuit, et corpus ſuum in nos cõtemperauit, vt vnum quid efficiamur tanqꝫ corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantiũ hoc eſt. ℟. Cenantibus. 245. Lec. v.

Tanqꝫ leones igitur ignem ſpirantes, ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles, et caput noſtrũ mente reuoluentes, et charitatem quã nobis exhibuit. Nam parentes quidã alijs ſepe filios tradunt alendos: ego autẽ, inquit, non ita, ſed carnibus meis alo, et meipſum vobis appono, vos oẽs generoſos eſſe volens, et bonas vobis pretendens de futuris expectationes: quippe q̃ vobis hic me ipſum trado: multo magis in futuro. Volui frater eſſe veſter, carnẽ propter vos et ſanguinem aſſumpſi. Uobis viciſſim ipſã carnẽ et ſanguinẽ, per que cognatus veſter factus ſum, trado. ℟. Accepit Ieſus. 246. Lectio vj.

Attendamus itaqꝫ nobis ipſis, dilectiſſimi, talibus fruẽtes bonis: et cum aliquod turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quoquam huiuſmodi vitio, cogitemus quibus facti ſumus digni: et ſit irrationalium nobis motuum correctio, talis cogitatio. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur, quotquot ſanguinẽ deguſtamus, cogitemus ꝙ illũ ſurſum ſedentẽ, qui ab angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti, hunc deguſtamus. Hei mihi quot ad ſalutem nobis vie. Nos corpus ſuũ effecit, nobis ſuũ cõmunicauit corpus, et horũ nos nihil a

malis auertit. ℟. Ego.146.
De hom.5. Auguſt.epi. L.vij.

DJximus fratres, hoc dñm commendaſſe in manducatione carnis ſuę ꝛ potione ſáguinis ſui, vt in illo maneamus, ꝛ ipſe in nobis. Manemus autē in illo, cū ſumus mēbra eius: manet autē ipſe in nobis, cū ſumus tēplū eius. Ut autē ſimus mēbra eius, vnitas nos cōpaginat: vt cōpaginet vnitas, qd facit niſi Charitas? Et charitas Dei vnde? Apoſtolus interroga. Charitas, inquit, dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritū ſanctuz, q datus eſt nobis. ℟. Qui mandu.146. L.viij.

ERgo ſpiritus eſt qui viuificat: ſpiritus enim facit viua mēbra: nec viua mēbra ſpiritus facit, niſi quę in corpore qđ vegetat ipſe ſpiritus, inuenerit. Nam ſpiritus qui eſt in te o homo, quo cōſtas vt homo ſis, nūquid viuificat mēbruz quod ſeparatum inuenerit a carne tua? Spiritū tuū dico animam tuā. Aia tua nō viuificat niſi mēbra q̄ ſūt in carne tua: vnū ſi tollas, iam nō viuificat ex aia tua: qa vnitati corporis tui non copulatur. ℟. Miſit me.246. L.ix.

HAec dicuntur, vt amemus vnitatem, ꝛ timeamus ſeparationez: nihil enim ſic debet formidare Chriſtian⁹ quā ſeparari a corpore Chriſti. Si enim ſeparat a corpore Chriſti, non eſt mēbrū eius: ſi non eſt mēbrū eius, nō vegetat ſpiritu ei⁹. Qui aūt, inquit apls, ſpiritū Chriſti nō habet, hic nō eſt ei⁹. Spirit⁹ ergo eſt q viuificat, caro autem nō prodeſt quicquam. Uerba q̄ ego locutus ſum vobis, ſpiritus ꝛ vita ſunt. Quid eſt ſpiritus ꝛ vita ſunt? ſpiritualiter intelligenda ſunt. Intellexiſti ſpūaliter? ſpiritus ꝛ vita ſunt: intellexiſti carnaliter? etiam ſic illa ſpiritus ꝛ vita ſunt, ſed tibi non ſunt. Ad veſ. Aii. Sacerdos in eter. cū reſ. añis. ꝛ pſal. 244. Cap.

CArissimi, Nolite mirari ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus qm̄ trāſlati ſumus de morte ad vitam, qm̄ diligimus fratres. Hy⁹. Páge ling.244. ℣. I. Jo.3
Cibauit illos ex adipe frumēti, hal. ℟. Et de petra, melle ſaturauit eos, hal.ab. Aña. Puer Samuel miniſtrabat ante Deū corā Heli, ꝛ ſermo domini erat precioſus cum eo. Oratio.

SAncti nominis tui dñe timorē pariter ꝛ amorē fac nos habere perpetuū: quia nūquam tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis. Per do. Deinde fit cō. de oct. Añ. O ſacrū. 247
℣. Panem de cęlo. Oro vt ſu. 244

DOMINICA INFRA
oct. Corporis Chriſti.

quę eſt ij. poſt Pēte. oia dīr de Oct. preter lctō. Cap. Aias, ad Vīis, ꝛ Magnifi. ꝛ Orationē.

Digitized by Google

De libro primo Regum. Lec. j.

ca.4 ET factũ eſt in diebus illis, cõuenerũt Philiſthym in pugnã. Egreſſus eſt nanq; Iſrael obuiã Philiſthijm in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidem Adiutorij. Porro Philiſthijm venerũt in Aphec: & inſtruxerunt aciem contra Iſrael. Inito autẽ certamine terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cęſa ſunt in illo certamine paſſim per agros quaſi quatuor millia virorum: & reuerſus eſt populus ad caſtra, dixeruntque maiores natu de Iſrael: Quare percuſſit nos dominus hodie coram Philiſthijm? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini, & veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum. ℞. Immolabit. 245. Lectio ſcda.

MIſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcã fœderis dñi exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erãtq; duo filij Heli cũ arca federis dñi, Ophni, & Phinees. Cumq; veniſſet arca fœderis dñi in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grãdi, & perſonuit terra, & audierũt Philiſthijm vocem clamoris, dixeruntq;: Quęnã eſt hęc vox clamoris magni in caſtris Hebręorũ? Et cognouerunt q arca dñi veniſſet in caſtra. ℞. Comederis. 245. Lectio iij.

TImueruntq; Philiſthijm dicentes. Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt dicẽtes: Væ nobis, non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: vę nobis. Quis nos ſaluabit de manu deorũ ſublimium iſtorũ? hi ſunt dij, qui pcuſſerũt Aegyptũ omni plaga in deſerto. Cõfortamini, & eſtote viri Philiſthijm ne ſeruiatis Hebręis, ſicut & illi ſeruierũt nobis: confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philiſthijm, & cęſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſq; in tabernaculũ ſuum, & facta eſt plaga magna nimis, & ceciderũt de Iſrael triginta millia peditum, & arca dei capta eſt: duo quoq; filij Heli mortui ſunt, Ophni, & Phinees. ℞. Reſpexit. 245.

De ſer. 5. Iohã. Chryſo. Lec. iiij.

QVoniã verbũ dicit, Hoc eſt corpus meũ: & pareamus, & credam⁹, & intellectualibus ipſũ oculis intueamur. Nihil enĩ ſenſibile nobis Chriſtus tradidit, ſed res qdem ſenſibiles, oẽs autẽ intelligibiles. Itidẽ & in baptiſmate: per rem nẽpe ſenſibilem aquã, donũ confertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio & renouatio. Si enim incorporeus eſſes, nuda & incorporea tibi dediſſet ipſa dona: ſed quoniam anima corpori cõſerta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia tibi pręber. Quod nũc dicũt: Vellẽ ipſius formã aſpicere,

cere, figuram, veſtimēta, calcia/menta: ecce eum vides, ipſum tangis, ipſum māducas: ꝛ tu q/dem veſtimenta videre cupis: ipſe vero tibi concedit, non tan/tum videre, verum ꝛ manduca/re, ꝛ tangere, ꝛ intra te ſumere. ℟. Cenantibus. 245. Lcō v.

Taque accedat nemo cum nauſea, nemo reſolut⁹, oēs accenſi, oēs feruentes, ꝛ excitati. Nā ſi Judei ſtantes, ꝛ calciamē ta in pedibus habentes, ꝛ bacu los manibus geſtātes, agnū cū feſtinatione comedebāt: te mul to magis oportet eſſe ſolertem. Nā illi qdē in Paleſtinaꝫ erāt prodituri, ꝛ propterea viatorꝫ figurā habebant: tu vero debes in celū migrare. Qua propter ī omnib⁹ oportet te vigilare: nec enim parua pena ꝓponit indi/gne ſumentib⁹. Cōſidera quā/tū aduerſuꝫ proditorē indigna/ris: contra eos, qui illum cruci/fixerunt: itaqꝫ conſidera, ne tu quoqꝫ ſis reus corporis ꝛ ſan/guinis Chriſti. Illi ſanctiſſimū corpus occiderunt, tu vero pol luta ſuſcipis anima poſt tot be/neficia. Nec enim ſatis fuit, ho/mineꝫ fieri, colaphis cedi: ꝛ cru/cifigi: verū ꝛ ſemetipſum nobis commiſcet, ꝛ non fide tātuꝫ, ve rū ꝛ ipſa re nos ſuum efficit cor pus. ℟. Accepit. 246. L. vj.

Quo non oportet igitur eſ ſe puriorem, tali fruentem ſacrificio? quo ſolari radio non ſplendidiorem manum carnem hanc diuidentem, os quod igne ſpūali repletur, linguā que tre/mēdo nimis ſanguine rubeſcit. Cogita quali ſis inſignit⁹ hono re, quali menſa fruaris: qd ange li vidētes horreſcūt, neqꝫ libere audent intueri ꝓpter emicāteꝫ inde ſplendorem, hoc nos paſci mur, huic nos vnimur, ꝛ facti ſu mus vnū Chriſti corpus, ꝛ vna caro. Quis loquet potētias dn̄i auditas faciet oēs laudes eius? Quis paſtor, oues proprio pa/ſcit cruore? Et qd dico paſtor? Matres multe ſunt, q̄ poſt par tus dolores, filios alijs tradunt nutricibus: Hoc autē ipſe non eſt paſſus, ſed ipſe nos proprio ſāguine paſcit, ꝛ ꝑ oīa nos ſibi coagmētat. ℟. Ego ſuꝫ. 246. Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jeſus di ſcipulis ſuis parabolam hāc. Homo qdā fecit cenā ma/gnaꝫ, ꝛ vocauit multos. Et rel. c. 14

Homilia S. Gregorij Pape.

Hoc diſtare, fratres chariſ ſimi, inter delicias corpo/ris ꝛ cordis ſolet: ꝙ corporales delicie, cum non habentur, gra ue deſideriū in ſe accendunt: cū vero habite eduntur, comedētē protinus in faſtidiū per ſatieta/tem vertunt. At cōtra, ſpiritua/les delicie, cum nō habentur, in faſtidio ſunt: cuꝫ vero habētur, in deſiderio: tantoqꝫ a comeden te amplius eſuriuntur, quāto ꝛ

ab eſuriente amplius comedun-tur. In illis appetitus placet, ex-perientia diſplicet: in iſtis appe-titus vilis eſt, ⁊ experientia ma-gis placet. In illis appetitus ſa-turitatē, ſaturitas faſtidiū gene-rat: in iſtis autem appetitus ſa-turitatem, ſaturitas appetitum parit.. ℟. Qui mā.246. l. viij.

Agent eniȝ ſpirituales de-licię deſiderium in mente dum ſatiāt: qꝛ quāto magis ea-rum ſapor ꝑcipitur, eo amplius cognoſcitur quod auidius ame-tur: ⁊ idcirco non habitę amari nō poſſunt, qꝛ earuȝ ſapor igno-ratur. Quis enim amare valeat qđ ignorat? Proinde Pſalmi-ſta nos admonet, dicēs. Guſtate ⁊ videre qm̄ ſuauis eſt dn̄s, ac ſi aperte dicat: Suauitatem eius non agnoſcitis, ſi hanc minime guſtatis: ſed cibū vitę ex palato cordis tangite, vt ꝓbantes eius dulcedinē, amare valeatis. Has autē homo delicias tūc amiſit, cum in paradiſo peccauit: extra exijt, cum os a cibo internę dul-cedinis clauſit. ℟. Homo q-dam fecit cenam magnam, ⁊ mi-ſit ſeruum ſuū hora cenę dicere inuitatis, vt venirēt: Quia para-ta ſunt oīa. ℣. Venite, comedite panem meū, ⁊ bibite vinū quod miſcui vobis. Quia. Lectio ix.

Vnde nos quoqȝ nati ī hu-ius peregrinationis ęrum-na, huc faſtidioſi iam venimus, neſcim⁹ quid deſiderare debea-mus. Tantoqȝ ſe amplius faſti-dij nr̄i morb⁹ exaggerat, quan-to ſe magis ab eſu illius dulcedi-nis animus elongat. Et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere, diu longeqȝ diſſueuit. Faſtidio ergo noſtro tabeſcimus, ⁊ lōga inedię peſte fatigamur. Et qa guſtare intus nolumus paratam dulcedineȝ, amam⁹ foris miſeri famē nr̄am.

Ad Laudes, ⁊ ꝑ horas. Aīa. Sapientia.246. cum rel. Aīis ⁊ pſalmis vt ſup. Cap. Cariſſi-mi, nolite.250. Hym. Verbū ſu-pernum.fol.247. ℣. Panē cęli dedit eis, hal. ℟. Panē ange-lorum manducauit homo, hal.

Ad Bn̄s. Aīi. Homo qdā fe-cit cęnaȝ magnā, ⁊ vocauit mul-tos: ⁊ miſit ſeruū ſuū hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent: qꝛ omnia parata ſunt, haleluiah.

Oratio. Sancti nominis.250. Deinde fit cōm. de oct. fo.247. Ad iij. Cap. Cariſſimi, no.150. ℟. b. de oct.247. Ad vj. Cap.

In hoc cognouimus chari- i.
tatē dei, qm̄ ille pro nobis Ioh
animam ſuā poſuit, ⁊ nos debe- 3
mus ꝓ fratrib⁹ animas ponere.

Ad Nonam. Capitulum.

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere, ⁊ veritate. Ad veſ. Aī. Sacerdos ī eternū,244., cū rel. Aīis ⁊ pſal. d̄ oct. Cap. Cariſ-ſimi, nol.250. Hy⁹. Pāge lin-gua.244. ℣. Cibauit illos ex adi-

pe frumēti, hal. ℟ Et de petra melle ſaturauit eos, halleluiah. Ad Mag. Aña Exi cito in plateas, ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ pauperes ac debiles, cęcos ⁊ claudos, compelle intrare, vt impleatur domus mea, halah, halleluiah. Oratio de Dñica, vt ſup. 249. Deinde fit cōm ỏ oct. Aña O ſacrū. ℣. Panē. Oro vt ſu. 244.

FERIA SECVNDA
infra octauam.

De libro primo Regum. Le. i.

ca. 5 Philiſthijm autē tulerunt arcam Dei, ⁊ aſportauerunt eā a lapide Adiutorij in Azotum. Tuleruntq̄ꝫ Philiſthijm arcā Dei, ⁊ intulerunt eam in templum Dagon, ⁊ ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cumq̄ꝫ ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagō iacebat pronus in terra ante arcā dñi: ⁊ tulerunt Dagon, ⁊ reſtituerūt eū in locū ſuū. Ruꝛſumq̄ꝫ mane die altera ꝯſurgentes, inuenerunt Dagon iacentē ſuper faciē ſuā in terra coꝛam arca dñi: caput autē Dagō, ⁊ duę palmę manuū eius abſciſę erant ſuper limen: poꝛro Dagon ſolus truncus remāſerat in loco ſuo. ℟ Immolabit. 245. Lec. ij.

Aggrauata eſt autē manus dñi ſuper Azotios, ⁊ demolitus eſt eos, ⁊ percuſſit in ſecretioꝛi parte natium Azotū ⁊ fines eius: ⁊ ebullierunt ville, ⁊ agri in medio regionis illius, ⁊ nati ſunt mures, ⁊ facta eſt cōfuſio moꝛtis magnę in ciuitate. Videntes autē viri Azotij huiuſmodi plagaꝫ, dixerunt: Nō maneat arca Dei Iſrael apud nos: qm̄ dura eſt manus eius ſuper nos, ⁊ ſuper Dagon Deum noſtrū. Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinoꝝ ad ſe, ⁊ dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſponderuntq̄ꝫ Gethęi: Circunducatur arca dei Iſrael. ℟ Comederis. 245. Lectio tertia.

Et circūduxerūt arcā Dei Iſrael. Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus dñi Dei per ſingulas ciuitates interfectionis magnę nimis, ⁊ percutiebat viros vniuſcuiuſq̄ꝫ vrbis a paruo vſq̄ꝫ ad maioreꝫ, ⁊ cōputreſcebant pꝛominentes extales eoꝛum: inierunt q̄ꝫ Gethęi conſilium, ⁊ fecerunt ſibi ſedes pelliceas. Miſerūt ergo arcam Dei in Accaron. Cumq̄ꝫ veniſſet arca Dei in Accaron, exclamauerūt Accaronitę dicētes: Adduxerunt ad nos arcaꝫ Dei Iſrael, vt interficiat nos, ⁊ populum noſtrū. Miſerūt itaq̄ꝫ ⁊ cōgregauerunt oēs ſatrapas Philiſthinoꝛum, q̄ dixerūt: Dimittite arcā Dei Iſrael, vt reuertat in locū ſuū, ⁊ non interficiat nos cum populo noſtro. Fiebat enim pauoꝛ moꝛtis in ſingulis vrbibus, ⁊ grauiſſima valde manus

Digitized by Google

nus Dei. ℞. Reſpexit. 245.

De fer. ſ. Johan. Chryſo. L. iiij.

Unicuiqꝫ fidelium Chriſtus ſemetipſum per myſteriũ cõmiſcet: ⁊ quos genuit, per ſemetipſuꝫ enutrit, nec alteri tradit, hoc tibi rurſum ꝑſuadens, quod carneꝫ tuã aſſumpſit. Ne torpeamus igit̃ tãta digni charitate, ⁊ honore putari. Nõne vides quãta promptitudine paruuli papillas capiunt, ⁊ quãto impetu labia vberibus infigũt? accedamus cuꝫ tãta nos quoqꝫ alacritate ad hãc mẽſaꝫ: quinimo cũ longe maiore trahamus, tanq̃ infãtes lactanei, ſpũs gratiaꝫ: ⁊ vnus ſit nobis dolor hac eſca priuari. Non ſunt humanę virtutis opera ꝓpoſita: qui tũc ipſa fecit in cęna, idem ea nunc quoqꝫ facit. Nos miniſtrorum tenemus locũ: q vero ſanctificat ea, ⁊ immutat, ipſe eſt. Nullus itaqꝫ Judas aſſiſtat, nullus auarus: ſiquis eſt diſcipulus, adſit. Nã tales menſa nõ ſuſcipit: ait enim: Cũ diſcipulis meis facio paſcha. Hęc eſt illa mẽſa, ⁊ minus nihil habet. Nõ eniꝫ illã quidẽ Chriſtus, hanc auteꝫ homo ꝑficit, verũ ⁊ hanc ipſe quoque. ℞. Cęnantibus. 245. Lec. v.

Inhumanus accedat nemo, nemo crudelis ⁊ immiſericors: nemo prorſus immundus: hęc ad cõmunicãtes dico, ⁊ ad vos miniſtrãtes. Nã ⁊ ad vos ſermonẽ cõuertere neceſſariũ eſt, vt multo cum ſtudio hęc dona diſtribuatis. Nõ parua vobis imminet vltio: ſiquem cuiuſpiam conſciũ nequitię huius menſę participẽ eſſe cõcedatis: ſanguis eius de manibus veſtris exquiretur: ſiue qs dux militię ſit, ſiue pręfectus, ſiue princeps diademate coronatus, indigne autẽ accedat, prohibe: maiorẽ illo poteſtatẽ habes. Propterea vos Deus hoc inſigniuit honore: vt talia diſcernatis. Hoc vr̃a dignitas eſt, hoc ſecuritas, hoc oĩs corona: nõ vt albam ⁊ ſplẽdentẽ tunicã circumeatis induti. Verũ ⁊ tu laice, cuꝫ ſacerdotẽ videris offerentẽ, ne vt ſacerdoteꝫ eſſe putes hoc facientem, ſed Chriſti manuꝫ inuiſibiliter extenſaꝫ. ℞. Accepit. 246. L. vj.

Audiuimus igitur ⁊ ſacerdotes ⁊ ſubditi, quali eſca facti ſumus digni: audiamus ⁊ horreamus: ſanctis carnibus ſuis nos dedit impleri, ſemetipſuꝫ appoſuit immolatuꝫ. Quę nã erit igit̃ nobis excuſatio, cũ talibus paſti, talia peccemus, cũ lupi fiamus agnũ comedentes, cũ tanquaꝫ oues paſti more leonũ diripiamus? Hoc enim myſteriũ nõ a rapina tantũ, verũ ⁊ ab oĩ vel tenui inimicitia purũ eſſe penitus iubet: eſt eniꝫ pacis myſteriũ. Judęis quidẽ annuariꝫ propriorum monumẽta beneficiorum ſolẽnitates Deus alligauit, tibi vero ꝑ ſingulos dies per hęc my-

ſteria. Nullus itaq; Iudas hāc menſam petat, nullus Simon. Hi namque duo propter auaritiā perierūt: hoc igitur bararrū fugiamus. ℟. Ego ſuz pa. 246.

De hom. s. Auguſt. epi. L. vij.

Hic eſt panis, q de cęlo deſcēdit. Hunc panē ſignificauit manna: hunc panez ſignificauit altare Dei. Sacramēta illa fuerunt, ſignis diuerſa ſunt: ſed in re q̄ ſignificat paria ſunt. Apoſtolū audi: Nolo eniz vos, inquit, ignorare fratres, qa patres noſtri oēs ſub nube fuerūt, ⁊ oēs mare trāſierūt, ⁊ oēs per Moyſen baptizati ſunt in nube, ⁊ in mari: ⁊ oēs eandē eſcaz ſpiritualē māducauerunt: ſpiritualē vtriq; eandē: nā corporalē alterā: qa illi manna, nos aliud: ſpiritualē vero, quā nos: ſed patres noſtri, nō patres illoꝝ: quibus nos ſimiles ſumus, nō quibus illi ſimiles fuerunt. Et adiūgit: Et omnes eundem potum ſpiritualem biberūt. Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificāte virtute ſpirituali. Quomodo enim eundem potū? Bibebant, inquit, de ſpirituali ſequente petra: petra autem erat Chriſtus, Inde panis, inde potus. Petra Chriſtus in ſigno, verus Chr̄s in verbo, ⁊ in carne. Et quomodo biberūt? Percuſſa eſt petra de virga bis. Gemina percuſſio duo ligna crucis ſignificat. ℟. Qui manducat. 246. Lec. viij.

Norint fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti non negligāt eſſe. Fiāt corpus Chriſti, ſi volunt viuere de ſpiritu Chriſti. De ſpiritu Chriſti non viuit, niſi corpus Chriſti. Intelligite Fratres mei qd dixerim: Homo es, ⁊ ſpiritū habes, ⁊ corpus habes. Spiritū dico q anima vocatur, qua conſtas q̄ homo es: cōſtas enim ex anima, ⁊ corpore. Habes enim ſpiritū inuiſibilē, corpus viſibile. Dic mihi, qd ex quo viuat: ſpiritus tuꝰ viuit ex corpore tuo, an corpus tuū ex ſpiritu tuo? Reſpōdet omnis q viuit: qui autē hoc nō poteſt reſpondere, neſcio ſi viuit. Quid reſpondet oīs qui viuit? Corpus vtriq; meū viuit de ſpiritu meo: vis ergo ⁊ tu viuere de ſpiritu Chriſti? in corpore eſto Chriſti. ℟. Miſit. 246. Le. ix.

Nunquid eniz corpus meū viuit de ſpū tuo? Meum viuit de ſpiritu meo, ⁊ tuū de ſpiritu tuo: nō poteſt viuere corpus Chr̄i, niſi de ſpiritu Chriſti. Inde eſt quod exponens nobis apoſtolus Paulus hūc panem: Unus panis, inquit, ⁊ vnū corpus multi ſumus. O ſacramētū pietatis, o ſignum vnitatis, o vinculū charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat: habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur, viuificetur, non abhorreat a cōpage membrorū: ⁊ non ſit

ſit putre membrum, quod reſecari mereatur: non ſit diſtortũ de quo erubeſcatur: ſit pulchrũ, ſit aptũ, ſit ſanũ: hęreat corpori, viuat Deo de Deo, nũc laboret in terra, vt poſtea regnet i cęlo.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. ℒ.j.

ca.6. Fuit ergo arca dñi in regione Philiſthinorum ſeptẽ menſibus, ⁊ vocauerũt Philiſthijm ſacerdotes, ⁊ diuinos dicẽtes: Quid faciemus de arca dñi? indicate nobis, quomodo remittamus eã in locũ ſuũ. Qui dixerunt. Si remittitis arcã Dei Iſrael, nolite dimittere eam vacuam, ſed quod debetis ei reddite pro peccato, ⁊ tunc curabimini: ⁊ ſcietis quare nõ recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt. Quid eſt quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſponderuntque illi: Juxta numerũ prouinciarũ Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, ⁊ quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, ⁊ Satrapis veſtris. Facietisq; ſimilitudines anorum veſtrorum, ⁊ ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terram, ⁊ dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi forte releuet manum ſuam a vobis ⁊ a diis veſtris, ⁊ a terra veſtra. ℟ Immolabit. 245. ℒ.ij.

Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Aegyptus ⁊ Pharao cor ſuũ? Nõne poſtq̃ pcuſſus eſt, tunc dimiſit eos, ⁊ abierũt? Nunc ergo arripite, ⁊ facite plauſtrũ nouum vnũ: ⁊ duas vaccas fętas, quib⁹ nõ eſt impoſitũ iugũ, iungite in plauſtro: ⁊ recludite vitulos earũ domi. Tolletisq; arcã dñi, ⁊ ponetis in plauſtro: ⁊ vaſa aurea q̃ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellã ad latus eius: ⁊ dimittite eam, vt vadat. Et aſpicietis, ſiquidem per viam finiũ ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſin autem minime, ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. ℟ Comederis panẽ. 245. ℒ.iij.

Ibant aũt in directũ vaccę p viã, quę ducit Bethſames, ⁊ itinere vno gradiebãtur pergentes, ⁊ mugiẽtes, ⁊ nõ declinabant, neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram: ſed ⁊ Satrapę Philiſthijm ſequebantur vſq; ad terminos Bethſames. Porro Bethſamitę metebãt triticũ in valle: ⁊ eleuãtes oculos ſuos viderunt arcam, ⁊ gauiſi ſunt, cum vidiſſent. Et plauſtrum venit in agrũ Joſue Bethſamitę, ⁊ ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, ⁊ cõciderũt ligna plauſtri, vaccasq; impoſuerũt ſuper ea holocauſtũ dño: Leuitę autem depoſuerunt arcam Dei. ℟ Reſpexit Elias. folio 245.

Ex Epiſtola Sancti Cypriani epiſcopi, ⁊ martyris ad Cecilium. Lectio quarta.

IN ſacerdote Melchiſedech ſacrificij dñi ſacramẽtũ prefiguratũ videmus, ſecundũ quod ſcriptura diuina teſtat: ⁊ dicit: Et Melchiſedech rex Salez protulit panẽ, ⁊ vinum. Fuit autẽ ſacerdos Dei ſummi, ⁊ benedixit Abraham. Quod autem Melchiſedech typum Chriſti portaret, declarat ĩ pſalmis Spiritus ſanctus ex perſona patris ad filium dicens: Ante luciferũ genui te: Iurauit dominus ⁊ non penitebit eũ, tu es ſacerdos in eternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech. Qui ordo vtiq3 hic eſt de ſacrificio illo veniẽs, ⁊ inde deſcẽdens, ꝙ Melchiſedech ſacerdos Dei ſummi fuit, quod panem ⁊ vinuz obtulit, quod Abraham benedixit. ℟. Cenantibus. 245. Le. v.

NAm quis magis ſacerdos Dei ſummi quam dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui ſacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem, quod Melchiſedech obtulerat, ideſt panẽ ⁊ vinum, ſuuz ſcilicet corpus ⁊ ſanguinem. Et circa Abrahã benedictio illa precedens ad noſtruz populũ pertinebat. Nã ſi Abrahã Deo credidit, ⁊ deputatũ eſt ei ad iuſtitiã, vtiq3 quiſq3 Deo credidit, ⁊ fide viuit, iuſtus inuenitur, ⁊ iã pridẽ in Abrahã fideli benedictus, ⁊ iuſtificatus oſtẽditur, ſicut beatus Apoſtolus Paulus probat dicens: Credidit Abraham Deo, ⁊ deputatũ eſt ei ad iuſtitiam. Cognoſcitis ergo quia qui ex fide ſunt, hi ſũt filij Abrahe. Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat gentes Deus, prenunciauit Abrahe, quia benedicentur in illo omnes gentes ℟. Accepit Ieſus. 246. Lectio ſexta.

UT ergo in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotẽ benedictio circa Abrahã poſſet rite celebrari, precedit ante imago ſacrificij, in pane ⁊ vino ſcilicet conſtituta. Quaz rem perficiẽs ⁊ adimplens dñs, panem ⁊ calicẽ mixtum vino obtulit, ⁊ q eſt plenitudo, veritatez prefigurate imaginis adimpleuit. Sed ⁊ per Salomonẽ Spiritus ſanctus typum dominici ſacrificij ante premonſtrat immolate hoſtie, ⁊ panis, ⁊ vini. Sed ⁊ altaris, ⁊ Apoſtolorum faciens mẽtionem, Sapientia, inquit, edificauit ſibi domum, ⁊ ſubdidit columnas ſeptẽ. Mactauit ſuas hoſtias, miſcuit in cratere vinũ ſuuz, ⁊ parauit menſam ſuã. Et miſit ſeruos ſuos conuocans cũ excelſa predicatione ad craterem, dicens: Qui eſt inſipiens, declinet a me. Et egentibus ſenſu dixit: Venite, edite de meis panibus, ⁊ bibite vinum, quod miſcui vobis. ℟. Ego ſuz. 246.

De

De hom. s. Augu. epi. L. vij.

Non ſicut mãducauerunt patres veſtri mãna, ⁊ mortui ſunt. Quare mãducauerũt, ⁊ mortui ſunt? Quia quod videbãt, credebãt: quod nõ videbãt, nõ intelligebant, ideo patres veſtri, quia ſimiles eſtis illoꝝ. Nã quantum pertinet fratres mei, ad morteȝ iſtam viſibilem, ⁊ corporalem, nunquid nos non morimur, qui manducamus panẽ de cęlo deſcendentem? Sic ſunt mortui ⁊ illi, quemadmodum ⁊ nos ſumus morituri, quantum pertinet, vt dixi, ad morteȝ huius corporis viſibilẽ, atque carnalẽ.

R. Qui mãducat. 246. L. viij.

Quantum autem pertinet ad illã mortẽ, de qua terret dñs quia mortui ſunt patres iſtoꝝ, mãducauit mãna ⁊ Moyſes, mãducauit mãna ⁊ Aaron, mãducauit manna ⁊ Phinees: mãducauerũt ibi multi, q dño placuerunt, ⁊ mortui non ſunt. Quare? Qr viſibileȝ cibũ ſpiritualiter intellexerũt, ſpiritualiter eſurierũt, ſpiritualiter guſtauerũt, vt ſpiritualiter ſatiarent. Nã ⁊ nos hodie accipimus viſibilem cibũ: ſed aliud eſt ſacramentuȝ, aliud eſt virtus ſacramẽti. R. Miſit me. 246. L. ix.

Quam multi de altari accipiunt, ⁊ moriũtur, ⁊ accipiendo moriuntur? vnde dicit Apoſtolus: Judiciuȝ ſibi manducat ⁊ bibit. Nonne buccella dominica venenuȝ fuit Judę? ⁊ tamen accepit: ⁊ cum accepit, in eum inimicus intrauit: non qꝛ malum accepit, ſed quia bonuȝ male malus accepit. Videte ergo fratres, panem cęleſtem ſpiritualiter manducate, innocentiaȝ ad altare apportate. Peccata, etſi ſunt quotidiana, vel non ſunt mortifera: antequam ad altare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimittis, dimittetur tibi: ſecurus accede, panis eſt, non venenum.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regũ. Lec. j. 6.ca.

Percuſſit auteȝ dñs de viris Bethſamitis, eo quod vidiſſent arcam domini: ⁊ percuſſit de populo ſeptuaginta viros, ⁊ quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quod dominus percuſſiſſet plebẽ plaga magna. Et dixerunt viri Bethſamitę: Quis poterit ſtare in conſpectu domini Dei ſancti huius? ⁊ ad quem aſcendet a nobis? Miſeruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim dicentes: Reduxerunt Philiſthijm arcam domini: deſcendite, ⁊ reducite eam ad vos. Venerunt ergo viri Cariathiarim, ⁊ reduxerunt arcaȝ dñi, ⁊ intulerunt eã in domũ Aminadab i Gabaa: Elea-

zarum

zarium aũt filium eius ſanctificauerunt: vt cuſtodiret arcã dñi. ℟. Immolabit.245. Lectõ ij.

ET factuz eſt ex qua die manſit arca dñi i Cariathiariz multiplicati ſunt dies, erat quippe iã annus viceſimus: ⁊ requieuit ois domus Iſrael poſt dñm. Ait autẽ Samuel ad vniuerſã domũ Iſrael dicens: Si in toto corde vrõ reuertimini ad dominũ, auferte deos alienos de medio veſtri, Baaliz, ⁊ Aſtaroth: ⁊ ꝑparate corda veſtra dño, ⁊ ſeruite ei ſoli, ⁊ eruet vos de manu Philiſthijm. Abſtulerunt ergo filij Iſrael Baalim, ⁊ Aſtaroth, ⁊ ſeruierunt dño ſoli. ℟. Comedetis.245. Lectõ iij.

DIxit aũt Samuel: Cõgregate vniuerſum Iſrael in Maſphath: vt orem pro vobis dñm. Et conuenerunt in Maſphath: hauſerũtqz aquaz, ⁊ effuderunt in conſpectu dñi, ⁊ ieiunauerunt in die illa, atqz dixerũt ibi. Peccauimus dño. Iudicauitqz Samuel filios Iſrael in Maſphath. Et audierũt Philiſthijm, ꝙ congregati eſſent filij Iſrael in Maſphath, ⁊ aſcenderunt Satrapę Philiſthinorum ad Iſrael. Quod cũ audiſſent filij Iſrael, timuerunt a facie Philiſthinoꝝ, dixerũtqz ad Samuelem: Ne ceſſes pro nobis clamare ad dñm deum noſtruz, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorũ. ℟. Reſpexit Elias.245.

Ex libro S. Ambroſij epiſcopi de ſacramentis. Lectio quarta.

AVctor ſacramentorum qs eſt niſi dñs Ieſus? de celo iſta ſacramenta venerunt, conſilium enim oẽ de celo eſt. Vere autẽ magnũ eſt ⁊ diuinũ miraculum, ꝙ populo pluit Deus manna de celo: ⁊ non laborabat populus, ⁊ mãducabat. Tu forte dicis: Meus panis eſt vſitatus: Sed panis iſte, panis eſt ante verba ſacramentoruz: vbi acceſſerit cõſecratio, de pane fit caro Chri. Hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt, q panis eſt, corpus eſſe Chri? Conſecratione. Conſecratio igitur qbus verbis eſt, ⁊ cuius ſermonibus? Dñi Ieſu. Nã reliqua oia q̃ dicunt, laus deo defert: oratione petit ꝓ populo, pro regibus, pro ceteris? vbi venitur vt conficiatur venerabile ſacramentuz, iam nõ ſuis ſermonib' ſacerdos, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. ℟. Cenantibus.245. Lectio quinta.

ERgo ſermo Chri hoc conficit ſacramentum. Quis ſermo Chri? Nempe is, quo facta ſunt oia. Iuſſit dñs, ⁊ factũ eſt celũ. Iuſſit dñs, ⁊ facta eſt terra. Iuſſit dñs, ⁊ facta ſunt maria. Iuſſit dñs, ⁊ ois creatura generata eſt. Vides ergo, quaz operatorius ſit ſermo Chri? Si ergo tãta vis eſt in ſermone dñi Ieſu, vt inciperent eſſe quę non erãt, quãto magis operatorius eſt,

eſt, vt ſint que erãt, ⁊ in aliud cõmutentur? Celum non erat, mare non erat, terra non erat. Sed audi dicentem: Ipſe dixit, ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit, ⁊ creata ſunt. Ergo tibi vt reſpondeam, non erat corpus Chriſti ante conſecrationem, ſed poſt conſecratione dico tibi quod iam corpus eſt Chri. Ipſe dixit, ⁊ factũ eſt: ipſe mandauit, ⁊ creatum eſt. ℟. Accepit. 246. Lectio vi.

Iam redi mecum ad propoſitionẽ meã. Magnũ quidem ⁊ venerabile, quod manna Judeis pluit e celo: ſed intellige: quod eſt amplius? Mãna de celo, an corpus Chriſti? Corpus Chriſti vtique, q auctor eſt celi. Deinde manna q manducauit mortuꝰ eſt: q mãducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorũ, ⁊ non morietur in eternum. Ergo non ocioſe tu dicis, Amẽ, iam in ſpiritu confitens, quod accipias corpus Chriſti. Dicit tibi ſacerdos: Corpus Chriſti: ⁊ tu dicis: Amen: hoc eſt, verum: quod confitetur lingua, teneat affectus. ℟. Ego ſũ. 246.

Homilia s. Hilarii epi. Lec. vii.

Non eſt humano, aut ſeculi ſenſu in Dei rebus loquẽdũ: que ſcripta ſunt legamus: ⁊ que legerimus intelligamus, ⁊ tũc perfecte fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Chriſti vnitate que dicimus, niſi ab eo diſcimus, ſtulte atque impie dicimus. Ipſe enim ait: Caro mea vere eſt eſca, ⁊ ſanguis meus vere eſt potus. Qui edit carnẽ meam, ⁊ bibit ſanguinẽ meum, in me manet ⁊ ego in eo. De veritate carnis, ⁊ ſanguinis, nõ relictus eſt ambigẽdi locus. ℟. Qui mãd. 246. L. viii.

Nunc enim ⁊ ipſius dñi profeſſione, ⁊ fide noſtra vere caro eſt ⁊ vere ſãguis eſt. Et hec accepta atque hauſta id efficiũt, vt ⁊ nos in Chriſto, ⁊ Chriſtus in nobis ſit. An ne hoc veritas non eſt? contingat plane his verũ non eſſe, qui Chriſtum Jeſum verum eſſe Deum negant. Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, ⁊ ſumus in eo, dum hoc, quod nos ſumus, in Deo eſt. Quod autẽ in eo per ſacramentum communicate carnis, ⁊ ſanguinis ſimꝰ, ipſe teſtatur dicens: Et hic mũdus iam me non videt, vos autẽ me videbitis: quoniam ego viuo, ⁊ vos viuetis: quoniã ego in patre meo, ⁊ vos in me, ⁊ ego in vobis. ℟. Miſit. 246. Le. ix.

Quod autem in nobis naturalis hec vnitas ſit, ipſe ita teſtatus eſt: Qui edit carnem meam, ⁊ bibit ſanguinem meũ, in me manet, ⁊ ego in eo. Non enim quis in eo erit, niſi in quo ipſe fuerit, eius tantum in ſe aſſũptam habens carnem, qui ſuam ſumpſerit. Perfecte autem huius vnitatis ſacramentum ſuperius iam docuerat dicens. Si-

cut

cut me miſit viuēs pater, ⁊ ego
viuo propter patrem: ⁊ qui mā
ducat meam carnem, ⁊ ipſe vi/
uet propter me. Uiuet ergo per
patrem: ⁊ quomodo per patreȝ
viuit, eodem modo nos per car
nem eius viuemus.

FERIA QVINTA

In Octa. Corporis Chri. dup.
Lcōnes j. noc. legunt̄ d̄ epl̄a bea
ti Pauli Apl̄i ad Corinth. vt i
die feſti. C onuenientibus. 245.
Sermo beati Cyrilli epiſcopi
Jeroſolymitani. Lectō quarta.

EPiſa Beati Pau/
li Doctrina abūde
ſufficere videt̄, vt
certam vobis de di/
uinis myſterijs fidē
faciat, quibus digni redditi cō/
corporei, vt ita dicam, ⁊ conſan
guinei Chriſti facti eſtis. Ipſe
enim modo clamabat, ꝙ in no/
cte qua tradebatur dn̄s noſter
Jeſus Chriſtus, accipiēs panē,
⁊ gratias agens, fregit ⁊ dedit
diſcipulis ſuis, dicens. Accipi/
te, ⁊ manducate: hoc eſt corpus
meuȝ. Et accipiens calicē, ⁊ gra
tias agens, dixit: Accipite, ⁊ bi
bite: hic eſt ſanguis meus. Cuȝ
igit̄ ipſe de pane ꝓnunciauerit
ac dixerit, hoc eſt corpus meuȝ:
qs audebit deinceps ambigere?
Et cuȝ idem ipſe tam aſſeueran
ter dixerit: Hic eſt ſanguis meꝰ,
quis vnquam dubitauerit vt di
cat non eſſe eius ſanguinē? ℞.
Cenantibꝰ. 245. Lectō quinta.

AQuam olim in vinum cō/
uertit in Chana Galilęę:
quod habet quandam cuȝ ſan/
guine propinquitatem: ⁊ eum
parum dignuȝ exiſtimabimus,
cui credamus quod vinū in ſan
guinem transmutarit? Ad eas
nuptias quibus corpora copulā
tur vocatus, pręter opinionem
omnium hoc fecit miraculuȝ: ⁊
non multo magis ſic eum cor/
pus ⁊ ſanguinem ſuum fruēda
nobis donaſſe perſuaſum firmi
ter habebimus, vt ea cuȝ omni
certitudine tanquaȝ corpus ip/
ſius ⁊ ſanguinem ſumamus?
Nam in ſpecie panis dat nobis
corpus, ⁊ in ſpecie vini dat no/
bis ſanguinem: vt, cum ſumpſe
ris, guſtes corpus ⁊ ſanguinem
Chriſti, factus eiuſdē corporis ⁊
ſanguinis particeps. Sic enim
efficimur Chriſtiferi, hoc eſt
Chriſtum in corporibus nr̄is
ferentes, cuȝ corpus eius ⁊ ſan/
guinē in membra noſtra recipi/
mus: ſic ſecundū beatū Petruȝ
diuinę naturę conſortes reddi/
mur. ℞. Accepit. 246. L. vj.

OLim cū Judęis Chriſtus
diſſerens, Niſi manduca
ueritis, inquit, carnem meaȝ, ⁊
biberitis meuȝ ſanguineȝ, non
habebitis vitam in vobis. Cuȝ
autem illi, quę dicta fuerant, nō
ſpiritualiter accepiſſent, offenſi
abierunt retro. Putabant eniȝ
quod eos ad manducandas car
nes hortaretur. Erant ⁊ in vete

ri teſtamento panes ꝓpoſitio-nis. Verũ illi cũ fuerint veteris teſtamenti, finem iã accepe rũt: in nouo vero teſtamẽto, panis eſt celeſtis, & calix ſalutaris, qui & animã & corpus ſanctificant. Quamobrẽ nõ ſic hęc attendas velim, tanquam ſint nudus & ſimplex panis, nudũ & ſimplex vinũ: corpus enim ſunt & ſanguis Chriſti. Nam etiam ſi ſenſus illud tibi renũciat, fides tamen te cõfirmet. Ne iudices rem ex guſtu: ſed citra vllam dubitationẽ fides certũ reddat, ꝙ ſis dignus factus, qui corporis & ſanguinis Chriſti particeps fieres. ℟. Ego ſum. 246.

Homilia S. Cyrilli Epiſcopi Alexandrini. Lectio ſeptima.

QUi mãducat, inquit, carnẽ meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Sicuti enĩ ſi quis liquefactę cerę aliam cerã infuderit, alterã cum altera per totũ cõmiſceat neceſſe eſt: ſic q carnem & ſanguinem dñi recepit, cũ ipſo ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur. Simile quodammodo apud Mattheũ comperies. Simile eſt, inquit, regnũ cęlorum fermento: quod acceptũ abſcõdit mulier in farinę ſatis tribus. Sicut parum (vt Paulus ait) fermenti totã maſſã fermẽtat, ſic paruula benedictio totũ hominẽ in ſeipſam attrahit, & ſua gratia replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto. ℟. Qui manducat meam carnẽ. 246. Lectio viii.

NOs vero, ſi vitam ęternã cõſequi volumus, ſi largitorem immortalitatis habere in nobis deſideramus: ad recipiendũ benedictionem libenter cõcurramus: caueamuſque ne loco laquei damnoſam religionẽ diabolus nobis prętẽdat. Recte (inquit) dicis. Scriptum tamẽ eſſe nõ ignoramus: Iudicium ſibi comedere atq; bibere illũ q de pane comedit, & de calice bibit indigne. Ego igit̃ probo meipſũ, & indignum inuenio. Quando igitur, quicũq; tu es, q iſta dicis, dignus eris? quãdo Chriſto teipſum offeres? Nam ſi peccando indignus es, & peccare non deſinis, (quis enim delicta intelligit? ſecundum Pſalmiſtam) expers omnino eris viuificę huius ſanctificationis. ℟. Miſit me. 246. Lectio ix.

QUare pias, quęſo, cogitationes ſuſcipias, ſtudioſe ſancteque viuas, & benedictionem participes: quę (mihi crede) non mortem ſolum, verum etiam morbos omnes depellit. Sedat enim, cum in nobis manet Chriſtus, ſęuientem membrorũ noſtrorũ legẽ: pietatẽ corroborat: ꝑturbationes animi extinguit: ęgrotos curat: colliſos redintegrat: & ſicut paſtor bonꝰ qui

qui animã ſuam pro ouibus po ſuit, ab omni nos erigit caſu.

FERIA SEXTA.

Bois pectis oct. vidẽdũ eſt, ſiqđ ſemiduplex feſtũ relictũ fuerit, & de eo fiat. Et in ſabbatbis ſi nõ impediuntur nouẽ lectionibus, vel vigilus, fiat de btã Maria.

De libro primo Regum. Lec. j.

ca. 8 Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerunt ad Samuelẽ in Ramatha, dixeruntque ei: Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulãt in vijs tuis: conſtitue nobis regẽ, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſę habẽt nationes. Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis eo q dixiſſent, Da nobis regẽ vt iudicet nos, Et orauit Samuel ad dñm. ℟. Percuſſit. folio 257. ℟. ij. noc. Vince ſequẽtis. l. ij.

Dixit autẽ dñs ad Samuelẽ: Audi vocẽ populi, in omnibus quę loquũtur tibi: nõ eniz te abiecerunt, ſed me, ne regnẽ ſuper eos. Juxta oia opera ſua, quę fecerũt a die, qua eduxi eos de Aegypto vſqz ad diẽ hãc, ſicut dereliquerunt me, & ſeruierũt dijs alienis, ſic faciunt etiaz tibi. Nũc ergo vocẽ eoruz audi, verũtamẽ cõteſtare eos, & pdic eis ius regis, q regnaturꝰ eſt ſup eos. ℟. Mõtes Gel. 258. l. iij.

Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum qui petierat a ſe regẽ, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros toller, & ponet in curribus ſuis: facietqz ſibi equites, & pręcurſores quadrigarum ſuarum, & cõſtituet ſibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum ſuorũ, & meſſores ſegetuz, & fabros armorũ, & curruũ ſuorum. Filias quoqz veſtras faciet ſibi vnguẽtarias, & focarias, & panificas: agros quoque veſtros & vineas & oliueta optima toller, & dabit ſeruis ſuis. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro primo Reguz. Lec. j.

Et erat vir d Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Bechorath, filij Alphia, filij viri Jemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus: & nõ erat vir de filijs Iſrael melior illo. ab humeroꝰ, & ſurſuz eminebat ſuper omnem populum. Perierãt aũt aſinę Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium ſuũ. Tolle tecum vnum de pueris, & cõſurgens vade, & quęre aſinas. Qui cum trãſiſſent per montẽ Ephraim, & p terrã Saliſa, & nõ inueniſſent, tranſierunt etiã per terrã Salim: & non erãt: ſed & p terrã Jemini: & minime reppererũt. ℟. Peccaui. 258. Lec. ij. 9. ca

Cum autẽ veniſſet in terrã Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cuz eo: Ueni & reuertamur: ne forte dimiſerit pater

ter meam aſinas; ꝛ ſolicitus ſit pro nobis. Qui ait ei: Ecce vir dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de via noſtra propter quam venimus. Dixitq; Saul ad puerum ſuum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum dei? Panis defecit in ſitarcijs noſtris, ꝛ ſportulã nõ habemus, vt demus homini dei, nec quicquam aliud. Rurſum puer reſpõdit Sauli, ꝛ ait: Ecce inuẽta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti: demus homini dei, vt indicet nobis viam noſtram. ℟ Exaudiſti. 158. Lc. iij.

ET aſcenderunt in ciuitatẽ. Cumq; illi ambularẽt in medio vrbis, apparuit Samuel egrediẽs obuiã eis, vt aſcenderet in excelſum. Dñs autẽ reuelauerat auriculã Samuelis ante vnã diem quam veniret Saul, dicẽs: Hac ipſa hora quę nunc eſt, cras mittam virum ad te de terra Beniamin, ꝛ vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael, ꝛ ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meum: venit enim clamor eorum ad me. Cumque aſpexiſſet Samuel Saulem, dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo. ℟ Audi dñe. 258.

¶ Sabbatho. Ad Mag. Ana. Cognouerũt omnes a Dan vſque Berſabee, quod fidelis Samuel propheta eſſet domini.

DOMINICA III. poſt Pentecoſten.

Oro. Protector in te ſper. 344. Ad Mat. Inuit. Adoremus dominũ, Qui fecit nos. ps Venite. Nocte ſurgẽ. 2. Ana. Seruite dño. cũ reliq. Ans, ꝛ pſal. ꝛ ℣. vt i pſalt.

De libro primo Regum. Lcõ j.

ASCENDIT autem Saul ad Samuelem in medio portę, ꝛ ait, Indica, oro, mihi vbi eſt domus videntis? 9. ca. Et reſpondit Samuel Sauli dicens: Ego ſum videns: Aſcende ante me in excelſum, vt comedatis mecum hodie, ꝛ dimittam te mane, ꝛ omnia quę ſunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentę ſunt. Et cuius erunt optima quęque Iſrael? nonne tibi, ꝛ omni domui patris tui? Reſpondens autem Saul ait: Nunquid nõ filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, ꝛ cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtũ? ℟ Præparate corda veſtra domino, ꝛ ſeruite illi ſoli: Et liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum. ℣. Cõuertimini ad eum in toto corde veſtro: ꝛ auferte deos alienos de medio veſtri. Et. Lectio ſecunda.

Aſſumens itaque Samuel Saulem, et puerum eius, introduxit eos in tricliniũ, et dedit eis locum in capite eorũ, qui fuerant inuitati: erant enim quaſi triginta viri. Dixitq; Samuel coco: Da partẽ, quam dedi tibi, et precepi, vt reponeres ſeorſum apud te. Leuauit autem cocus armũ et poſuit ante Saul. Dixitq; Samuel. Ecce quod remanſit, pone ante te, et comede, quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quãdo populũ vocaui. Et comedit Saul cũ Samuele in die illa. Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, et locutus eſt cum Saule in ſolario. Strauitq; Saul in ſolario, et dormiuit. ℟. Deus omniũ exauditor eſt: ipſe miſit angelũ ſuũ, et tulit me de ouibus patris mei. Et vnxit me vnctione miſericordie ſue. ℣. Dñs q eripuit me de ore leonis, et de manu beſtie liberauit me. Et. Lectõ iij.

Cumq; mane ſurrexiſſent, et iam eluceſceret, vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicẽs: Surge, vt dimittã te. Et ſurrexit Saul: egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet, et Samuel. Cumq; deſcenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero, vt antecedat nos, et tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbũ dñi. Tulit autem Samuel lenticulã olei, et effudit ſuper caput eius, et deoſculatus eſt eum, et ait: Ecce vnxit te dominus ſuper hereditatem ſuam in principem, et liberabis populum ſuum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt. ℟. O omnipotens, qui eripuit me de ore leonis, et de manu beſtie liberauit me. Ipſe me eripiet de manibus inimicorũ meorum. ℣. Miſit Deus miſericordiam ſuam, et veritatem ſuam: animam meã eripuit de medio catulorum leonum. Ipſe. Glo. Ipſe.

De expoſitione ſancti Gregorij pape in libros Regum. Lect. iiij.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit ſup caput eius. Hoc profecto hac vnctione exprimitur, qđ in ſancta eccleſia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, ſacramenta ſuſcipit vnctionis. Quia vero ipſa vnctio ſacramentũ eſt, is qui promouetur, bene foris vngitur, ſi intus virtute ſacramenti roboretur. Ipſas ergo olei virtutes prius videamus attentius. Oleũ quippe liquoribus alijs ſuperfertur: oleũ ignẽ fouet: oleũ vulnera curare conſueuit. Per illud ergo miſericordie bonũ ſignificat, quia ſcriptum eſt de dño: Miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. Quia ignẽ fouet, predicationis gratiã deſignat, que electorũ mẽtes illuminat. ℟. Percuſſit Saul mille et Dauid decem millia: Quia manus dñi erat cũ illo: percuſſit Philiſtheum, et abſtulit opprobrium

milibus Iſrael. ℣. Nonne iſte eſt
Dauid de quo canebant in choris
dicentes: Saul percuſſit mille, et
Dauid decem millia? Vbi. Lectio iij.

Quod autem vero vnditur a propheta oleo
cornu ſuo, hoc profecto inſinuat,
quod detergenda ſunt vul
nera peccatorum. Vngatur ergo
caput regis, quia ſpirituali gratia
eius mens eſt replenda doctoris.
Habeat in vnctione ſua oleum;
habeat miſericordiam abundan
tem, que ſibi virtutibus alijs pre
feratur. Habeat oleum, vt ardeat
donum ſancti ſpiritus in ſe nutriat;
lucere vehementer alijs per ver
bum poſſit. Habeat nihilominus
oleum medicine, vt ſapienter diſ
ponat, qualiter peccatorum fe to
res tergat, et egras mentes ſaluti
reſtituat. ℞. Montes Gelboe,
nec ros, nec pluuia veniant ſuper
vos: Vbi ceciderunt fortes Iſrael.
℣. Omnes montes qui eſtis in circu
itu eius, viſitet dominus: a Gel
boe autem tranſeat. Vbi. Lectio vj.

Sed lenticula Saul vngitur,
non pro ſignanda doctrina,
ſed ad exprimenda futura. Lenti
cula quidem paruum eſt vas. Quid
ergo eſt quod lenticula olei Saul vn
gitur; niſi quia in fine reproba
tur? Nam quia obedire Deo po
ſtea noluit, a Samuele audiuit:
Quia precidiſti ſermonem domini, proie
cit te dominus, ne ſis rex. Velut enim
lenticula, olei parum habuit; qui
ſpiritualem gratiam proijciendus ac
cepit. Quocirca rectores quorum

ſancte Eccleſie, conuenienter acci
piuntur. Pleriumque enim culmen pre
lationis accipiunt, qui in charita
te Dei, et proximi perfecti non ſunt.
℞. Ego te tuli de domo patris
tui, dicit dominus, et poſui te paſcere
gregem populi mei. Et fui tecum in
omnibus vbicunque ambulaſti firmans
regnum tuum in eternum. ℣. Fecique
tibi nomen grande, iuxta nomen ma
gnorum qui ſunt in terra: et requiem dedi
tibi ab omnibus inimicis tuis. Et fui.
vij. ℞. Peccaui ſuper numerum
arene maris, et multiplicata ſunt
peccata mea; et non ſum dignus
videre altitudinem celi pre mul
titudine iniquitatis mee: quoniam
irritaui iram tuam: Et ma
lum coram te feci. ℣. Quoniam
iniquitatem meam ego cognoſco; et
delictum meum contra me eſt ſemper,
quia tibi ſoli peccaui. Et. viij. ℞.

Duo Seraphim clamabant
alter ad alterum, Sanctus,
Sanctus, Sanctus, Dominus Deus
Sabaoth, Plena eſt omnis terra
gloria eius. ℣. Tres ſunt qui te
ſtimonium dant in celo, Pater, Ver
bum, et Spiritus ſanctus, Et hi
tres vnum ſunt. Sanctus. Glo. Ple.
Hoc ℞. dicitur octauo loco in
dominicis tantum vſque ad Ad
uen. Feria autem iiij. et Sabb.
vſque ad primam Dominicam Augu
ſti, quando ℞. aſſumenda ſunt ex iij.
noct. Dominice, eius loco dicitur ij. ℞.
ſecunde ferie, et iij. loco iij. eiuſdem fer.
¶ Lectiones iij. noct. de homi.
dominice tertie poſt Pent. hinc

inferius circa finem huius par-
tis de tpe in ordine aliarum Do-
minicarum vſq3 ad Aduentum.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lec. i.

c. 10. ET conuocauit Samuel po-
pulum ad dominũ in Maſ-
phath, ⁊ ait ad filios Iſrael. Hec
dicit dominus deus Iſrael: Ego
eduxi Iſrael de Aegypto, ⁊ erui
vos de manu Aegyptiorum, ⁊
de manu omniũ regum, qui af-
fligebant vos. Vos autẽ hodie
proieciſtis Deum veſtrum, qui
ſolus ſaluauit vos de vniuerſis
malis, ⁊ tribulationibus veſtris,
⁊ dixiſtis: Nequaquam, ſed re-
gem conſtitue ſuper nos. Nunc
ergo ſtate coram domino per tri
bus veſtras, ⁊ familias. ℟.
Recordare domine teſtamenti
tui: ⁊ dic angelo percutienti: ceſ-
ſet iam manus tua: Ut non de-
ſoletur terra, ⁊ ne perdas omnẽ
animã viuam. ℣. Ego ſum, qui
peccaui, ego qui inique egi: iſti
qui oues ſunt, qd fecerũt? auer-
tatur obſecro furor tuus domi-
ne a populo tuo. Ut. Lectio ij.

ET applicuit Samuel om-
nes tribus Iſrael, ⁊ cecidit
ſors ſuper tribũ Beniamin. Et
applicuit tribũ Beniamin, ⁊ co-
gnationes eius, ⁊ cecidit ſuper
cognationem Metri, ⁊ peruenit
vſq3 ad Saul filiũ Cis. Que-
ſierũt ergo eũ, ⁊ non eſt inuẽtus,
⁊ cõſuluerũt poſt hec dominũ,
vtrũnam venturus eſſet illuc. Re-
ſponditq3 dñs: Ecce abſconditus
eſt domi. Cucurrerũt itaq3 ⁊ tu-
lerũt eum inde, ſtetitq3 in medio
populi, ⁊ altior fuit vniuerſo po-
pulo ab humero ⁊ ſurſum. Et
ait Samuel ad omnem populũ:
Certe videtis, quem elegit dñs,
quoniã nõ ſit ſimilis illi in omni po-
pulo. Et clamauit oĩs populus,
⁊ ait. Viuat rex. ℟. Exaudi-
ſti domine orationem ſerui tui,
vt edificarem templum nomini
tuo. Benedic, ⁊ ſanctifica do-
mũ iſtam in ſempiternum Deus
Iſrael. ℣. Domine qui cuſtodis
pactum cum ſeruis tuis, qui am
bulant corã te in toto corde ſuo.
Benedic. Lectio tertia.

LOcutus eſt autẽ Samuel
ad populum legem regni,
⁊ ſcripſit in libro, ⁊ repoſuit co-
ram dño: ⁊ dimiſit Samuel om-
nem populum, ſingulos in do-
mũ ſuam. Sed ⁊ Saul abijt in
domum ſuam in Gabaa, ⁊ abijt
cum eo pars exercitus, quorum
tetigerat Deus corda. Filij vero
Belial dixerunt: Saluare nos
poterit iſte? Et deſpexerũt eum,
⁊ non attulerunt ei munera. Il-
le vero diſſimulabat ſe audire.
℟. Audi domine hymnum, ⁊
orationem quã ſeruus tuus orat
coram te hodie: vt ſint oculi tui
aperti, ⁊ aures tue intente, Su-
per domum iſtam die ac nocte.
℣. Reſpice domine de ſanctua-
rio tuo, ⁊ de excelſo celorum ha
bitaculo. Super domum.

Feria

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. Lec. i.

ca. 12 Dixit autẽ Samuel ad vniuerſum Iſrael. Ecce, audiui vocẽ veſtrã iuxta omnia quę locuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos regem. Et nunc rex graditur ante vos, ego autem ſenui, & incanui: porro filij mei vobiſcum ſunt: itaq; cõuerſatus corã vobis ab adoleſcentia mea, vſq; ad hanc diẽ ecce preſto ſum. Loquimini de me coram domino, & corã Chriſto eius vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinũ: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi: & cõtemnam illud hodie, reſtituamq; vobis. Et dixerũt: Non es calũniatus nos, neq; oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicu⁹ quippiã. Dixitq; ad eos: Teſtis eſt dñs aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Teſtis. ℟. Domine ſi cõuerſus fuerit populus tuus, & orauerit ad ſanctuarium tuũ: Tu exaudies de cęlo domine: & libera eos de manibus inimicorum ſuorum. ℣. Si peccauerit in te populus tuus, & conuerſus egerit penitentiam, veniẽſq; orauerit in iſto loco. Lec. ii.

Et ait Samuel ad populũ: Dñs qui fecit Moyſen, & Aaron, & eduxit patres noſtros de terra Aegypti, adeſt. Nũc ergo ſtate, & iudiciõ contendã aduerſus vos coram domino de omnibus miſericordijs dominĩ, quas fecit vobiſcum & cum patribus veſtris: quomodo Iacob ingreſſus eſt in Aegyptum, & clamauerunt patres veſtri ad dominũ: & miſit domin⁹ Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti ſunt domini Dei ſui, & tradidit eos in manus Siſarę magiſtri militię Aſor, & in manu Philiſthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnauerũt aduerſus eos. ℟. Factum eſt dum tolleret dominus Eliã per turbinem in cęlũ, Eliſęus clamabat dicẽs: Pater mi, pr̃ mi, curr⁹ Iſrael, & auriga eius. ℣. Cũq; pergerẽt & incedentes ſermocinarentur ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque, & aſcendit Elias per turbinẽ in cęlũ. Eliſęus. Lec. iii.

Poſtea autem clamauerũt ad dñm, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus dominũ, & ſeruiuimus Baalim, & Aſtaroth: nũc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi. Et miſit domin⁹ Ierobaal, & Badan, & Sãſon, & Barac, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitũ, & habitaſtis confidenter. Videntes autẽ quod Naas, rex filiorũ Ammon veniſſet aduerſum vos, di-

ſistis mihi: Nequaquã; ſed rex imperabit nobis, cum dominus Deus veſter regnaret in vobis. Nunc ergo preſto eſt rex veſter, quem elegiſtis, ⁊ petiſtis. Ecce dedit vobis dñs regem. Si timueritis dñm, ⁊ ſeruieritis ei, ⁊ audieritis vocem eius, ⁊ nõ exaſperaueritis os dñi; eritis ⁊ vos, ⁊ rex qui imperat vobis ſequẽtes dñm Deum veſtrũ. ℟. Percuſſit. 257. vt in ij. noct. Dñice. Feria ppria ij. ⁊ iij. fer hui⁹ hebdo. dñr in oibus ij. ⁊ iij. feriis vſque ad primã dñicã Auguſti.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lcõ j.

ca. 13 Filius vni⁹ anni erat Saul cum regnare cepiſſet: duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael, ⁊ erãt cũ Saul duo millia in Machmas, ⁊ in mõte Bethel; mille autẽ cũ Ionatha i Gabaa Beniamin: porro ceterum populum remiſit vnũquemqꝫ in tabernacula ſua. Et percuſſit Ionathas ſtationẽ Philiſthinorũ, que erat in Gabaa. Quod cũ audiſſent Philiſthijm, Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiant Hebrei. Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſmodi famã. Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorũ: ⁊ erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthijm. Clamauit ergo populus poſt Saul i Galgala. ℟. Peccaui fol. 258. vt in tertio nocturno Dominice. Lectio ſecunda.

Et Philiſthijm congregati ſunt ad preliandum contra Iſrael triginta millia curruũ, ⁊ ſex millia equitũ, ⁊ reliquũ vulgus, ſicut arena que eſt in litore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad Orientẽ Bethauẽ. Quod cũ vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos, (afflictus enim erat populus) abſconderũt ſe in ſpelũcis, ⁊ in abditis, in petris quoque, ⁊ in antris, ⁊ in ciſternis. Hebrei autẽ tranſierunt Iordanẽ in terrã Gad ⁊ Galaad. Cũqꝫ adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum: ⁊ expectauit ſeptẽ diebus iuxta placitũ Samuelis, ⁊ non venit Samuel in Galgala, dilapſuſqꝫ eſt ppls ab eo. ℟. Exaudiſti. 258. vt in ſecunda feria. Lectio tertia.

Ait ergo Saul: Afferte mihi holocauſtũ, ⁊ pacifica. Et obtulit holocauſtũ. Cumqꝫ compleſſet offerens holocauſtũ, ecce Samuel veniebat, ⁊ egreſſus eſt Saul obuiã ei, vt ſalutaret eum. Locutuſque eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul: Quia vidi ꝙ populus dilaberetur a me, ⁊ tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philiſthijm cõgregati fuerũt in Machmas, dixi. Nunc deſcẽdent Philiſthijm ad me in Galgala, ⁊ faciẽ domini non placaui: neceſſitate

caſtra: compulſus obtuli holo-
cauſtum dño. Dixitq; Samuel
ad Saul. Stulte egiſti, nec cuſto-
diſti mandata dñi Dei tui, quę
precepit tibi. Quod ſi non feciſ-
ſes, iam nunc preparaſſet dñs re-
gnum tuum ſuper Iſrael in ſem-
piternum, ſed nequaquam regnũ
tuum vltra conſurget. Queſiuit
dominus ſibi virum iuxta cor
ſuum: & precepit ei dominus, vt
eſſet dux ſuper populum ſuũ, eo
quod non ſeruaueris quę precepit
dñs. ℟. Audi domine. 158.

FERIA QVINTA.

De libro primo Regum. Lectio j.

c. 14. Dixit autem Jonathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum ſi forte faciat dñs pro nobis: quia non eſt dño difficile ſaluare vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger ſuus. Fac omnia quę placent animo tuo, & perge quo cupis, & ero tecum vbicunque volueris. Et ait Jonathas: Ecce nos tranſimus ad viros iſtos: cumq; apparuerimus eis, ſi taliter locuti fuerint ad nos, Manete donec veniamus ad vos: ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos. Si autem dixerint: Aſcendite ad nos, aſcendamus: quia tradidit eos dominus in manib⁹ noſtris, & hoc erit nobis ſignum. Apparuit igitur vterq; ſtationi Philiſthinorum: dixeruntq; Philiſthijm: En Hebręi egrediuntur de cauernis, in quibus abſcondi fuerant. ℟. Preparate. 157.

℟. j. nocturni dominice. Lectio ij.

Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Jonathã, & ad armigerũ eius, dixeruntq;: Aſcẽdite ad nos, & oſtendemus vobis rẽ. Et ait Jonathas ad armigerum ſuum: Aſcendamus, ſequere me: tradidit enim dñs eos in manus Iſrael. Aſcẽdit autẽ Jonathas, manibus, & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum. Itaque alij cadebãt ante Jonathã, alios armiger eius interficiebat, ſequẽs eum. Et facta eſt plaga prima, quã percuſſit Jonathas, & armiger eius, quaſi viginti virorum, in media parte iugeris, quam par boum in die arare conſueuit. Et factum eſt miraculum in caſtris, & per agros. Sed & omnis populus ſtationis eorũ, qui ierant ad predandum, obſtupuit: & conturbata ſũt caſtra, & accidit quaſi miraculum a Deo. ℟. Deus omnium. 157. Lectio tertia.

Et reſpexerunt ſpeculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illucque diffugiens. Et ait Saul populo, qui erat cũ eo: Requirite & videte quis abierit ex nobis. Cũq; requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Jonathan, & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcã dñi. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filijs Iſrael. Cumq;

loqueretur Saul ad ſacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum, creſcebatqꝫ paulatim, et clarius reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotem: Contrahe manū tuā. Conclamauit ergo Saul, et oīs populus, qui erat cum eo: et venerunt vſqꝫ ad locum certaminis: et ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſqꝫ ad proximū ſuū, et cedes magna nimis. R. Dñs q.257.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regū. Lectō i.

ca.15 ET dixit Samuel ad Saul: Me miſit dñs, vt vngerem te in regem ſuper populum eius Iſrael: nūc ergo audi vocem domini. Hec dicit dominus exercituum. Recenſui quecunqꝫ fecit Amalec Iſrael, quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Aegypto. Nūc ergo vade, et percute Amalec, et demolire vniuerſa eius: nō parcas ei, et non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice a viro vſqꝫ ad mulierem, et paruulum, atqꝫ lactentem, bouem, et ouem, camelum, et aſinū. R. Percuſſit.257.

Feria ij. noct. Dominice. Lec. ij.

PRecepit itaqꝫ Saul populo, et recenſuit eos quaſi agnos, ducenta millia peditum et decem millia virorum Juda. Cumque veniſſet Saul vſqꝫ ad ciuitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente. Dixitqꝫ Saul Cineo: Abite, recedite, atque deſcendite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filijs Iſrael, cum aſcenderent de Aegypto. Et receſſit Cineus de medio Amalec. Percuſſitque Saul Amalec ab Euila donec venias ad Sur que eſt e regione Aegypti: et apprehēdit Agag regem Amalec viuum: omne autē vulgus interfecit i ore gladij. R. Montes Gelboe. 258. Lectō iij.

ET pepercit Saul, et populus Agag, et optimis gregibus ouium, et armentorum, et veſtibus, et arietibus, et vniuerſis que pulchra erant: nec voluerunt diſperdere ea. Quicquid vero vile fuit, et reprobum, hoc demoliti ſunt. Factū autem eſt verbū domini ad Samuel, dicens: Penitet me qꝫ cōſtituerim Saul regē: quia dereliquit me, et verba mea opere nō impleuit. Contriſtatuſqꝫ eſt Samuel, et clamauit ad dñm tota nocte. R. Ego te.258.

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lectō i.

DIxitqꝫ dñs ad Samuelem: ca.1
Vſquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo, et veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, et interficiet me. Et ait dñs: Vitulum de armento tolles in ma-

[...]onitas; ⁊ dicere: Ad immolandū dn̄o veni. Et vocabis Iſai ad victimā, ⁊ ego oſtendam tibi, quid facias: ⁊ vnges quemcūq; monſtrauero tibi. ℟. Peccaui. 258. [...] ſi poſt feria. ℟ua ſamuel ex iij. noct. vt ibi dr̄ in rub. Lec. ij.

Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei dominus. Venitq; in Bethlehem, ⁊ admirati ſunt ſeniores ciuitatis occurrentes ei, dixeruntq;: Pacificus ne eſt ingreſſus tuus? Et ait: Pacificus. Ad immolandum domino veni: ſanctificamini, ⁊ venite mecum, vt immolem. Sanctificauit ergo Iſai, ⁊ filios eius, ⁊ vocauit eos ad ſacrificium. Cumq; ingreſſi eſſent, vidit Eliab, ⁊ ait: Nū coram domino eſt Chriſtus eius? Et dixit dominus ad Samuelem: Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtature eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea que patent. Deus autē intuetur cor. ℟. Exaudiſti domine. 258. Lectio tertia.

Et vocauit Iſai Abinadab, ⁊ adduxit eum coram Samuele: qui dixit: Nec hūc elegit dn̄s. Adduxit autē Iſai Sāmaa, de quo ait: Etiam hunc non elegit dominus. Adduxit autem Iſai ſeptem filios ſuos coram Samuele: ⁊ ait Samuel ad Iſai: Non elegit dominus ex iſtis. Dixitq; Samuel ad Iſai. Nūquid iam cōpleti ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus, ⁊ paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai: Mitte, ⁊ adduc eū. ℟. Audi dn̄e. fol. 258. Ad Magnificat Antiphona. Preualuit Dauid in Philiſteū in funda ⁊ lapide, in nomine dn̄i.

DOMINICA IIII. poſt Pentecoſten.

De libro primo Regum. Lectiō i.

Congregantes autē Philiſthym agmina ſua in prelium, cōuenerūt in Socho Iude: ⁊ caſtrametati ſunt inter Socho, ⁊ Azecha in finibꝰ Dommim. Porro Saul, ⁊ filij Iſrael congregati venerunt in vallem Terebinthi, ⁊ direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſthym, ⁊ Philiſthym ſtabant ſuper montem ex parte hac, ⁊ Iſrael ſtabat ſupra montem ex altera parte, vallisq; erat inter eos. Et egreſſus eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis ſex cubitorum, ⁊ palmi: ⁊ caſſis erea ſuper caput eius, ⁊ lorica hamata induebatur. Porro pondus lorice eiꝰ quinque millia ſiclorū eris erat: ⁊ ocreas ereas habebat in cruribus: ⁊ clypeus ereus tegebat humeros eius. Haſtile autem haſte eius erat quaſi liciatorium texentium: ipſum autem ferrum haſte eius ſexcētos ſiclos habebat ferri: ⁊ armiger eius antecedebat eum. 17.c.

eu3. ℟. Preparate corda. 257. ℟. Omnes per. ſemp dnr Dominicis vſq3 ad ij. Dñicã Auguſti. L. ij.

STāſq3 clamabat aduerſu3 phalāgas Iſrael, ⁊ dicebat eis: Quare veniſtis parati ad prelium? nūquid ego nō ſum Philiſtheus, ⁊ vos ſerui Saul? eligite ex vobis viru3, ⁊ deſcēdat ad ſingulare certamen. Si quiuerit pugnare mecum, ⁊ percuſſerit me: erim⁹ vobis ſerui. Si aute3 ego preualuero, ⁊ percuſſero eū: vos ſerui eritis, ⁊ ſeruietis nobis. Et aiebat Philiſtheus: Ego exprobraui agminib⁹ Iſrael hodie: Date mihi virū, ⁊ ineat mecu3 ſingulare certamen. Audiēs autem Saul, ⁊ omnes Iſraelite ſermones Philiſthei huiuſcemodi, ſtupebāt, ⁊ metuebāt nimis. ℟. Deus omniu3. 257. L. iij.

DAuid autem erat filius viri Ephrathei, de quo ſupra dictum eſt, de Bethlehē Iuda, cui nomē erat Iſai, qui habebat octo filios, ⁊ erat vir in dieb⁹ Saul ſenex, ⁊ grandeuus inter viros. Abierunt autem tres filij eius maiores poſt Saul in prelium: ⁊ nomina triu3 filiorū eius qui perrexerūt ad bellum, Eliab primogenitus, ⁊ ſecundus Aminadab, tertius quoq3 Samma. Dauid aute3 erat minimus. Tribus ergo maioribus ſecutis Saule3: abijt Dauid, ⁊ reuerſus eſt a Saul vt paſceret gregē patris ſui in Bethlehem. Procedebat vero Philiſtheus mane, ⁊ veſpere, ⁊ ſtabat quadraginta diebus. ℟. Dominus qui eripuit. 257. Sermo S. Auguſt. epi. L. iiij.

STabāt filij Iſrael cōtra aduerſarios quadraginta diebus. Quadraginta dies, propter quatuor tēpora, ⁊ quatuor partes orbis terre, vitam preſentem ſignificant, in qua contra Goliath vel exercitum eius, id eſt cōtra diabolum, ⁊ angelos eius, Chriſtianoru3 populus pugnare non deſinit: nec tamen vincere poſſet, niſi ver⁹ Dauid Chriſtus cum baculo, id eſt cum crucis myſterio deſcendiſſet. Ante aduentū enim Chriſti fratres chariſſimi, ſolutus erat diabolus: veniens Chriſtus, fecit de eo, quod in euangelio dictum eſt: Nemo poteſt intrare in domum fortis ⁊ vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem. Venit ergo Chriſtus, ⁊ alligauit diabolu3. ℟. Percuſſit. 257. Lectio v.

SEd dicit aliquis: Si alligatus eſt, quare adhuc tantū preualet? Verum eſt fratres chariſſimi, quia multū preualet, ſed tepidis, negligentibus, ⁊ Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus eſt enu3 tanquā innexus canis catenis, ⁊ neminem poteſt mordere niſi eu3, qui ſe illi mortifera ſecuritate cōiunxerit. Iā videte fratres, qua3 ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te

illi

[illegible] per voluptates et cupiditates ſeculi noli coniungere: et ille ad te nō preſumet accedere. Latrare poteſt, ſolicitare poteſt, mordere omnino non poteſt, niſi volentem. Non enim cogendo ſed ſuadendo, nocet: nec extorquet a nobis conſenſum, ſed petit. ℟. Mōtes Gelboe. 258. Lectio. vj.

Venit ergo Dauid, et inuenit Iudeorum populum contra diabolum prelia̅tem: et cum nullus eſſet, qui preſumeret ad ſingulare certamen accedere, ille qui figuram Chriſti gerebat, proceſſit ad prelium, tulit baculū in manu ſua, et exijt contra Goliath: et in illo quidē tunc figuratum eſt, quod in domino Ieſu Chriſto completum eſt. Venit enim verus Dauid Chriſtus, qui contra ſpiritalem Goliath, ideſt contra diabolum pugnaturus crucem ſuam ipſe portauit. Videte fratres, vbi Dauid Goliath percuſſerit, in fronte vtique, vbi crucis ſignaculuȝ non habebat. Sicut enim baculus, crucis typum habuit: ita etiam et lapis ille, de quo percuſſus eſt, Chriſtuȝ dominum figurabat. ℟. Ego te tuli. fol. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lec. j.

17. Et dixit vnꝰ quiſpiā de Iſrael: Nū vidiſtis virū hūc qui aſcendit? ad exprobranduȝ enim Iſrael aſcendit. Virū ergo qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitijs magnis, et filiam ſuam dabit ei, et domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael. Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum dicens: Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſtheum hunc, et tulerit opprobrium de Iſrael? quis eſt enim hic Philiſtheus incircunciſus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? ℟. Recordare. 258.

Feria pretereũ hebd. dñr eodem ordine in oībus hebd. vſque ad primā hebd. Auguſti. Lectio ij.

Audita ſunt aūt verba, que locutus eſt Dauid, et annunciata ī cōſpectu Saulis: ad quē cū fuiſſet adductus, locutus eſt ei: Nō cōcidat cor cuiuſquā in eo: ego ſeruus tuus vadā, et pugnabo aduerſus Philiſtheū. Et ait Saul ad Dauid: Non vales reſiſtere Philiſtheo iſti, nec pugnare aduerſus euȝ, qa puer es: hic autē vir bellator eſt ab adoleſcētia ſua. ℟. Exaudiſti. 258. L. iij.

Dixitque Dauid ad Saulē: Paſcebat ſeruꝰ tuus pr̄is ſui gregem, et veniebat leo vel vrſus, et tollebat arietem de medio gregis: et perſequebar eos, et percutiebam, eruebāqȝ de ore eorū, et illi cōſurgebant aduerſuȝ me, et apprehendebam mentum eorum, et ſuffocabam interficiebāque eos: nam et leonem, et vrſuȝ interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur et Philiſtheus hic incircunciſus, quaſi vnus ex eis. ℟. Au

℟. Audi domine. folio 258.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regũ. Lectio.

ca.17 Induit Saul Dauid veſti/mẽtis ſuis, ⁊ impoſuit ga/leã ęreã ſup caput ei⁹, ⁊ veſtiuit eũ lorica. Accinct⁹ ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam, cępit tẽtare, ſi armatus poſſet in/cedere: non enim habebat con/ſuetudinem. Dixitq; Dauid ad Saul: Nõ poſſum ſic incedere: quia non vſum habeo. Et depo/ſuit ea, ⁊ tulit baculum ſuũ, quẽ ſemp habebat in manibus: ⁊ ele/git ſibi quinq; limpidiſſimos la/pides de torrente, ⁊ miſit eos in perã paſtoralem, quam habe/bat ſecum, ⁊ fundã manu tulit, ⁊ proceſſit aduerſũ Philiſtęũ. ℟. Domine ſi. 259. Lectio ij.

Ibat autẽ Philiſthęus in/cedens, ⁊ appropinquans aduerſum Dauid, ⁊ armiger ei⁹ ante eũ. Cũq; inſpexiſſet Phi/liſthęus, ⁊ vidiſſet Dauid, deſpe/xit eum. Erat autem adoleſcens rufus, pulcher aſpectu. Et dixit Philiſthe⁹ ad Dauid: Nunq̃d ego canis ſum, q tu venis ad me, cum baculo? Et maledixit Phi/liſtheus Dauid in dijs ſuis, dixit/que ad Dauid: Veni ad me, ⁊ dabo carnes tuas volatilib⁹ cęli, ⁊ beſtijs terrę. Dixit aũt Dauid ad Philiſtheũ. Tu venis ad me cũ gladio, ⁊ haſta, ⁊ clypeo: ego autẽ venio ad te in nomine dñi exercituũ Dei agminum Iſra/el, quibus exprobraſti hodie, ⁊ dabit te dominus in manu mea, ⁊ percutiam te, ⁊ auferam caput tuum a te: ⁊ dabo cadauera ca/ſtrorum Philiſthijm hodie vola/tilibus cęli, ⁊ beſtijs terrę: vt ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſrael. ℟. Factũ. 259. Lect. iij.

Cum ergo ſurrexiſſet Phi/liſtęus, ⁊ veniret, ⁊ appro/pinquaret contra Dauid: feſti/nauit Dauid, ⁊ cucurrit ad pu/gnam ex aduerſo Philiſthęi, ⁊ miſit manum ſuam in peram, tu/litque lapidem vnum, ⁊ funda iecit, ⁊ circunducens percuſſit Philiſthęum in fronte eius, ⁊ in fixus eſt lapis in fronte eius, ⁊ cecidit in faciem ſuam ſuper ter/ram: pręualuitq; Dauid aduer/ſum Philiſthęũ in funda, ⁊ la/pide, percuſſumq; Philiſthęũ interfecit. Cumque gladium nõ haberet in manu Dauid, cucur/rit, ⁊ ſtetit ſuper Philiſthęum, ⁊ tulit gladiũ eius, ⁊ eduxit eũ de vagina ſua, ⁊ interfecit eum, ⁊ pręciditq; caput eius. ℟. Per/cuſſit Saul mille. 257.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lcõ j.

Porro cũ reuerteret percuſſo Philiſtheo Dauid, ⁊ fer/ca.18
ret caput eius in Jeruſalẽ, egreſ/ſę ſunt mulieres de vniuerſis vr/bibus Iſrael, cãtantes, chorosq; ducentes in occurſum Saul re/gis in tympanis letitię, ⁊ i ſiſtris ⁊ pręcinebant mulieres, luden/tes.

tis, atque dicentes: Percuſſit Saul mille, et David decem millia. Iratus eſt autẽ Saul nimis, et diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitqꝫ: Dederunt David decem millia, et mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolũ regnum? ℟. Peccaui. 258. Lec. ij.

Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat David a die illa, et deinceps. Poſt diem autẽ alterã, invaſit ſpiritus Dei malus Saul, et propheṭabat in medio domus ſuę. David autem pſallebat manu ſua ſicut per ſingulos dies. Tenebatqꝫ Saul lanceam, et miſit eam putans quod configere poſſet David cum pariete: et declinauit David a facie eius ſecũdo. Et timuit Saul David, eo quod dominus eſſet cum eo, et a ſe receſſiſſet. Amouit ergo eum Saul a ſe: et fecit eum tribunum ſuper mille viros. ℟. Exaudiſti. 258. Lectio tertia.

Egrediebatur, et intrabat in cõſpectu populi. In omnibus quoqꝫ viis ſuis David prudenter agebat, et dñs erat cũ eo. Uidit itaqꝫ Saul, quod prudẽs eſſet nimis, et cepit cauere eum. Omnis autẽ Iſrael, et Iuda diligebat David. Ipſe enim egrediebat, et ingrediebat ante eos. Dixitqꝫ Saul ad David: Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorem: tantummodo eſto vir fortis, et pręliare bella domini. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro primo Regum. Lec. i.

Locutus eſt autẽ Saul ad Ionath ã filiũ ſuum, et ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderent David. Porro Ionathas filius Saul diligebat David valde. Et indicauit Ionathas David dicẽs: Quęrit Saul pater meus occidere te: quapropter obſerua te quęſo mane, et manebis clam, et abſconderis. Ego autem egrediens, ſtabo iuxta patrem meũ in agro, vbicunque fueris: et ego loquar de te ad patrem meum: et quodcunqꝫ videro nũciabo tibi. ℟. Preparate. 257. Lec. ij. ca. 19

Locutus eſt ergo Ionathas de David bona ad Saul patrẽ ſuũ, dixitqꝫ ad eũ. Ne pecces rex in ſeruũ tuũ David: quia non peccauit tibi, et opera eius bona ſunt tibi valde: et poſuit animã ſuã in manu ſua: et percuſſit Philiſtheum: et fecit dñs ſalutẽ magnã vniuerſo Iſraeli: vidiſti, et lętatus es. Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens David, qui eſt abſqꝫ culpa? Quod cũ audiſſet Saul, placatus voce Ionathę, iurauit: Uiuit dominus, quia nõ occidetur. ℟. Deus omnium. 257. Lec. iiij.

Motum eſt aũt rurſum bellũ: et egreſſus David pugnauit aduerſum Philiſthym, percuſſitqꝫ eos plaga magna, et fugerũt a facie eius. Et factũ eſt ſpũs dñi malus in Saul. Sedebat

bat autē in domo ſua, ⁊ tenebat
lanceam: porro Dauid pſalle-
bat manu ſua: niſuſq; eſt Saul
configere Dauid lancea in pa-
riete, ⁊ declinauit Dauid a fa-
cie Saul: lancea autē caſſo vul-
nere perlata eſt in parietē, ⁊ Da-
uid fugit, ⁊ ſaluatus eſt nocte il-
la. ℟. Dominus qui. 257.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regū. Lec. j.

c. 20. Fugit autē Dauid de Na-
ioth, que eſt ī Ramatha:
veniensq; locutus eſt corā Jo-
natha. Quid feci? que eſt iniqui
tas mea, ⁊ quod peccatum meū
in patrem tuū? quia querit ani-
mā meam. Qui dixit ei: Ab-
ſit, non morieris: neq; enim fa-
ciet pater meus quicquam grā-
de vel paruū, niſi prius indica-
uerit mihi: hunc ergo celauit a
me pater meus ſermonē tantū-
modo? nequaquam erit iſtud.
℟. Percuſſit. 257. Lectio ij.

Et iurauit rurſū Dauidi,
⁊ ille ait. Scit profecto pa
ter tuus, q̄a inueni gratiā in ocu
lis tuis: ⁊ dicet: Neſciat hoc Jo
nathas, ne forte triſtet. Quinim
mo viuit dñs, ⁊ viuit aīa tua, q̄a
vno tātū, vt ita dicā, gradu ego
morſq; diuidimur. Et ait Jona
thas ad Dauid: Quodcunq;
dixerit mihi anima tua, faciam
tibi. ℟. Montes. 258. Lec. iij.

Dixit autē Dauid ad Jo-
nathā: Ecce calende ſunt
craſtino, ⁊ ego ex more ſedere
ſoleo iuxtā regem ad veſcendū:
dimitte ergo me, vt abſcōdar in
agro vſq; ad veſperam diei ter-
tie. Si reſpiciens requiſierit me
pater tuus, reſpondebis ei: Ro-
gauit me Dauid, vt iret celeri-
ter in Bethlehem ciuitatē ſuā,
quia victime ſolennes ibi ſunt
vniuerſis cōtribulibus ſuis. Si
dixerit, Bene: pax erit ſeruo
tuo: ſi autem fuerit iratus, ſcito
quia completa eſt malicia eius.
℟. Ego te tuli de domo. 258.

SABBATHO.

De libro primo Regū. Lcō j.

Venit autē Dauid in No- c. 21.
be ad Achimelech ſacer-
dotē, ⁊ obſtupuit Achimelech,
eo q̄ veniſſet Dauid, ⁊ dixit ei:
Quare tu ſolus, ⁊ nullꝰ eſt tecū?
Et ait Dauid ad Achimelech
ſacerdotē: Rex precepit mihi
ſermonē, ⁊ dixit, Nemo ſciat rē
propter quā miſſus es a me, ⁊
cuiuſmodi pcepta tibi dederim: ā
nam pueris meis cōdixi in illū,
⁊ illū locū. Nūc ergo ſiquid ha-
bes ad manū, vel quinq; panes,
da mihi, aut quicquid inuene-
ris. ℟. Peccaui. 258. Lcō ij.

Et reſpondēs ſacerdos ad
Dauid, ait illi: Nō habeo
laicos panes ad manū, ſed tantū
panem ſanctū: ſi mūdi ſunt pue
ri, maxime a mulieribus. Et re-
ſpōdit Dauid ſacerdoti, ⁊ dixit
ei: Et quidem ſi de mulieribus
agitur, cōtinuimus nos ab heri
⁊ nudius tertiꝰ, quādo egredie-
bamur,

Digitized by Google

bantur, ⁊ fuerunt vaſa puerorū ſācta: porro via hęc polluta eſt, ſed ⁊ ipſa hodie ſanctificabit̄ in vaſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſāctificatum panē; neq3 enim erat ibi panis, niſi tantū panes propoſitionis: q ſublati fuerāt a facie dñi, vt ponerent̄ panes calidi. ℟. Exaudiſti. 258. Lec. iij.

Erat autem ibi vir quidā de ſeruis Saul in die illa intus i tabernaculo dñi: ⁊ nomē eius Doeg Idumęus: potentiſſimus paſtorū Saul. Dixit aūt Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manum haſtam, aut gladium, da mihi: quia gladiū meū ⁊ arma mea non tuli mecum: ſermo enim regis vrgebat. Et dixit ſacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philiſthei, quē percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt inuolut' pallio poſt Ephod: ſi iſtum vis tollere, tolle: neq3 enim hic eſt alius abſq3 eo. Et ait Dauid: Nō eſt huic ali' ſimilis: da mihi eum. ℟. Audi. 258.

Ad Magnificat. Antiphona. Mōtes Gelboe nec ros, nec pluuia veniāt ſuper vos, quia in te abiectus eſt clype' fortiū, clype' Saul, quaſi nō eſſet vnct' oleo: quomodo ceciderunt fortes in bello? Ionathas i excelſis interfect' eſt: Saul ⁊ Ionathas amabiles, ⁊ decori valde in vita ſua, in morte quoq3 nō ſunt diuiſi. Si poſt Pent. vſq3 ad j. dñicā Auguſti, ă vt in Rub. fol. 284, poſita, eſt proximior cal. Auguſti, fuerint tantū ſex Dominicę, liber ſecundus Regū, cū3 Añā in Sabbatho pręcedenti, legit̄ in dñica iiij. Et Tertius in v. Et Quartus in vj. ⁊ per earū hebdomadas. Si fuerint ſeptē dominicę, liber tertius cum Añā in Sabbatho legitur in vj. Et quartus in vij. ⁊ per eaꝝ hebdomadas: Si fuerint viij. liber iiij. cū Añā in Sabbatho, legit̄ in dñica viij. ⁊ p eius hebdomadā.

DOMINICA V. poſt Pentecoſten.

Incipit liber ſcđs Regum. L. j.

Factū eſt autē poſtquam mortuus eſt Saul, vt Dauid reuerteretur a cęde Amalech, ⁊ maneret in Siceleg duos dies. In die autē3 tertia apparuit homo veniens de caſtris Saul, veſte cōſciſſa, ⁊ puluere cōſpers' caput: ⁊ vt venit ad Dauid, cecidit ſuper faciē ſuā, ⁊ adorauit. Dixitque ad eū Dauid. Unde venis? Qui ait ad eū: De caſtris Iſrael fugi. Et dixit ad eū Dauid: Quod eſt verbū quod factum eſt? indica mihi. Qui ait: Fugit populus ex pręlio, ⁊ multi corruētes ē pplo mortui ſunt: ſed ⁊ Saul, ⁊ Ionathas fili' eius interierūt. ℟. Pręparate. 257. Lectio ij.

Dixitq3 Dauid ad adoleſcētem, qui nunciabat ei: Unde ſcis q̄a mortu' eſt Saul ⁊ Io-

⁊ Jonathas filius eius? Et ait adoleſcens, qui nũciabat ei: Caſu veni in montẽ Gelboe, ⁊ Saul incumbebat ſuper haſtã ſuã: porro currus ⁊ equites appropinquabant ei, ⁊ conuerſus poſt tergũ ſuũ, videſq; me, vocauit. Cui cũ reſpõdiſſez. Adſum: dixit mihi. Quiſnam es tu? ⁊ aio ad eũ: Amalecites ego ſum: ⁊ locutus eſt mihi: Sta ſuper me, ⁊ interfice me, quoniã tenẽt me anguſtie, ⁊ adhuc tota anima mea in me eſt: ſtanſq; ſup eũ, occidi illũ: ſciebã enim quod viuere nõ poterat poſt ruinam: ⁊ tuli diadema, quod erat in capite eius, ⁊ armillaz de brachio illius, ⁊ attulit ad te dominum meuz huc. ℞. Deus omnium. 257. Lec. iij.

Apprehendens autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omneſq; viri, qui erãt cum eo: ⁊ planxerunt, ⁊ fleuerũt, ⁊ ieiunauerunt vſq; ad veſperam ſuper Saul, ⁊ ſup Jonathã filiũ eius, ⁊ ſuper populum domini, ⁊ ſup domum Iſrael, eo ꝙ corruiſſent gladio. Dixitq; Dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei. Unde es tu? Qui reſpondit: Filius hominis aduenę Amalecitę ego ſum. Et ait ad eũ Dauid: Quare non timuiſti mittere manum tuã, vt occideres Chriſtũ domini? Uocanſq; Dauid vnum de pueris ſuis, ait: Accedens irrue in eũ. Qui percuſſit illũ, ⁊ mortuus eſt. ℞. Dñs, qui erip. 257.

Ex libro Moralium S. Gregorij Pape. Lectio quarta.

Quid eſt ꝙ Dauid qui retribuentibus mala nõ reddidit, cũ Saul, ⁊ Jonathas occumberẽt, Gelboe montibus maledicit? dicens: Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos, neq; ſint agri primitiarũ: qꝛ ibi abiectus eſt clypeus fortiũ, clypeus Saul, quaſi non eſſet vnct⁹ oleo. Quid eſt, quod Jeremias cũ pdicationẽ ſuam cerneret audientium difficultate ꝑpediri, maledicit: dicẽs, Maledict⁹ vir, q annũciauit pr̃i meo, dicens: Natus eſt tibi puer maſculus. ℞. Percuſſit. 257. L. v.

Quid ergo mõtes Gelboe Saul moriente deliquerunt? quatenus in eos, nec ros, nec pluuia caderet, ⁊ ab omni eos viriditatis germine ſententię ſermo ſiccaret. Sed qꝛ Gelboe interpretatur decurſus, per Saul autem vnctum, ⁊ mortuũ mors noſtri mediatoris exprimitur, non immerito per Gelboe montes, ſuperba Judęorũ corda deſignantur: quę dum in huius mundi deſiderijs defluunt, in Chriſti, ideſt vncti, ſe morte miſcuerunt: ⁊ quia in eis vnctus rex corporaliter moritur, ipſi ab omni gratię roꝛe ſiccantur. ℞. Montes Gelboe. 258. Lec. vi.

De quibus ⁊ bene dicitur, vt agri primitiarũ eſſe nõ poſſint. Superbę quippe hebreorum

bręorum mentes primitiuos fructus non ferunt: quia in redemptoris aduentu ex parte maxima in perfidia remanentes, primordia fidei ſequi noluerũt. Sancta nanq; eccleſia in primitijs ſuis multitudine gentium fęcũdata, vix in mundi fine Iudęos quos inuenerit ſuſcipit, & extrema colligens, eos quaſi reliquias frugũ ponit. ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro ſecundo Regum. Lec. i.

ca. 2. IGitur poſt hęc conſuluit Dauid dominum, dicens: Num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum: Aſcende. Dixitq; Dauid: Quo aſcendam? & reſpondit ei: In Hebron. Aſcendit ergo Dauid, & duę vxores eius Achinoam Iezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli: ſed & viros q erãt cũ eo duxit Dauid ſingulos cũ domo ſua, & manſerunt in oppidis Hebron. Veneruntq; viri Iuda, & vnxerũt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domũ Iuda. ℟. Recordare. 258. Le. ii.

ET annũciatũ eſt Dauid, q viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul. Miſit ergo Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitq; ad eos: Benedicti vos a domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cũ domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. Et nunc retribuet vobis quidem dominus miſericordiã, & veritatẽ: ſed & ego reddam gratiam, eo q feciſtis verbũ iſtud. Confortentur manus veſtrę, & eſtote filij fortitudinis: licet enim mortuus ſit dominus veſter Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regẽ ſibi. ℟. Exaudiſti. 258. Lec. iij.

ABner autẽ filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Iſboſeth filiũ Saul, & circunduxit eum per caſtra, regemq; conſtituit ſuper Galaad, & ſuper Aſſuri, ſuper Iezrahel, & ſuper Ephraim, & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael vniuerſum. Quadraginta annorum erat Iſboſeth filius Saul cũ regnare cępiſſet ſuper Iſrael, & duob9 annis regnauit: ſola autẽ domus Iuda ſequebatur Dauid. Et fuit numerus dierũ, quos cõmoratus eſt Dauid imperans in Hebron ſuper domũ Iuda, ſeptẽ annorũ, & ſex menſiũ. ℟. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Regum. L. i.

CVm ergo eſſet pręliũ inter domũ Saul, & domũ Dauid: Abner filius Ner regebat domũ Saul. Fuerat autẽ Sauli cõcubina nomine Reſpha, filia Aia. Dixitq; Iſboſeth ad Abner. Quare ingreſſus es ad cõcubinã pr̃is mei? Qui irat9 nimis ꝓpter verba Iſboſeth, ait: Nunquid caput canis ego ſũ aduerſus Iudã hodie, q fecerim miſericordiã ſup domũ Saul patris tui, & ſuper fratres, & proximos ca. 3.

eius: ⁊ non tradidi te in manus Dauid: ⁊ tu requiſiſti in me qđ argueres ꝓ muliere hodie? Hęc faciat Deus Abner, ⁊ hęc addat ei, niſi quomodo iurauit Dñs Dauid, ſic faciam cū eo, vt trāſferatur regnum de domo Saul. ℟. Dñe ſi conuer. 259. Lec. ij.

Miſit ergo Abner nuncios ad Dauid pro ſe dicēres, Cuius eſt terra? ⁊ vt loquerent, Fac mecum amicitias, ⁊ erit manus mea tecū, ⁊ reducam ad te vniuerſū Iſrael. Qui ait: Optime ego faciā tecū amicitias: ſed vnam rem peto a te dicens: Nō videbis faciē meā antequā adduxeris mihi Michol filiā Saul: ⁊ ſic veniens, videbis me. Miſit autē Dauid nuncios ad Iſboſeth filium Saul, dicens: Redde vxorem meā Michol, quā deſpondi mihi centum pręputijs Philiſthijm. Miſit ergo Iſboſeth, ⁊ tulit eā a viro ſuo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturq; eā vir ſuus plorans vſq; Bahurim: ⁊ dixit ad eum Abner: Vade, ⁊ reuertere. Qui reuerſus eſt. ℟. Factum eſt. 259. Lectio iij.

Sermonem quoque intulit Abner ad ſeniores Iſraēl, dicēs: Tā heri, quā nudiusterṫius quęrebatis Dauid, vt regnaret ſuper vos: nunc ergo facite, quoniā dñs locutus eſt ad Dauid, dicens: In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populū meū Iſrael de manu Philiſthijm, ⁊ omnium inimicorū eius. Locutus eſt autē Abner etiā ad Beniamin: ⁊ abijt, vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia, q̄ placuerāt Iſraeli, ⁊ vniuerſo Beniamin: venitq; ad Dauid in Hebrō cū viginti viris, ⁊ fecit Dauid Abner, ⁊ viris eius, qui venerāt cū eo conuiuium: ⁊ dixit Abner ad Dauid. Surgā, vt congregē ad te dominum meū regem omnes Iſrael. ℟. Percuſſit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro ſecundo Regum. L. j.

Venientes igitur filij Remmon Berothitę, Rechab ⁊ Baana, ingreſſi ſunt feruente die domum Iſboſeth: qui dormiebat ſuper ſtratū ſuum meridie. Et oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingreſſi ſunt autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici, ⁊ percuſſerūt eum in inguine Rechab, ⁊ Baana frater eius, ⁊ fugerunt. Cū autē ingreſſi fuiſſent domū, ille dormiebat ſuper lectū ſuū in cōclaui, ⁊ percutientes interfecerunt eum: ſublatoq; capite eius abierunt per viā deſerti tota nocte, ⁊ attulerunt caput Iſboſeth ad Dauid in Hebron, dixeruntque ad regem: Ecce caput Iſboſeth, filij Saul, inimici tui. ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Reſpondēs aūt Dauid Rechab, ⁊ Baana fratri eiꝰ: filijs Remmō Berothitę, dixit ad eos. Viuit dominus, qui eruit animam

animã meã; de omni anguſtia: quoniã eũ, qui annũciauerat mihi, & dixerat, Mortu⁹ eſt Saul, qui putabat ſe proſpera nũciare, tenui, & occidi eũ in Siceleg, cui oportebat mercedẽ dare pro nũcio: quãto magis nunc cũ homines impij interfecerũt virũ innoxiũ in domo ſua ſuper lectũ ſuũ, nõ quęrã ſanguinẽ ei⁹ de manu veſtra, & auferam vos de terra? Precepit itaque Dauid pueris ſuis, & interfecerunt eos: precidentesq; manus & pedes eorũ, ſuſpenderunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Iſboſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulcro Abner in Hebron. R. Exaudiſti. 258. Lectio tertia.

Et venerũt vniuerſę tribus Iſrael ad Dauid in Hebrõ dicẽtes: Ecce nos os tuũ & caro tua ſumus, ſed & heri & nudius tertius, cum eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens & reducẽs Iſrael. Dixit autẽ domin⁹ ad te: Tu paſces populũ meũ Iſrael, & tu eris dux ſup Iſrael. Venerũt quoq; & ſeniores Iſrael ad regẽ in Hebrõ, & percuſſit cũ eis rex Dauid fędus in Hebron coram domino. Vnxerũtq; Dauid in regẽ ſuper Iſrael. Filius triginta annorũ erat Dauid cũ regnare cepiſſet, & quadraginta annis regnauit. In Hebrõ regnauit ſuper Iudã ſeptẽ annis, & ſex menſibus: in Ieruſalẽ autẽ regnauit triginta tribus annis ſuper omnes Iſrael, & Iudã. Et abijt rex, & omnes viri, qui erant cum eo, in Ieruſalem ad Iebuſeum habitatorem terrę: dictumque eſt Dauid ab eis: Non ingredieris huc, niſi abſtuleris cecos, & claudos, dicentes: Non ingredietur Dauid huc. Cepit autẽ Dauid arcem Sion: hec eſt ciuitas Dauid. R. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro ſecundo Regum. L. i. ca. 6.

Congregauit autem rurſus Dauid oẽs electos ex Iſrael triginta millia: ſurrexitq; Dauid & abijt & vniuerſus populus qui erat cũ eo de viris Iuda, vt adducerẽt arcã Dei, ſup quã inuocatũ eſt nomẽ domini exercituũ ſedẽtis in Cherubim ſup eã: & impoſuerũt arcam Dei ſuper plauſtrum nouũ, tuleruntq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa. Oza autem, & Ahio filij Abinadab minabãt plauſtrum nouũ. R. Preparate. 257. L. ij.

Cumque tuliſſent eã de domo Abinadab, qui erat in Gabaa cuſtodiẽs arcã dei, Ahio precedebat arcã: Dauid autẽ & omnis Iſrael ludebãt corã domino in omnib⁹ lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis. Poſtquã autẽ venerũt ad areã Nachon, extẽdit Oza manũ ad arcã dei, & tenuit eã, qm̃ calcitrabant boues, & declinauerunt eã. Iratuſq; eſt indignatione dñs contra Ozã, &

percuſſit eũ ſuper temeritate: q mortuus eſt ibi iuxta arcã Dei. ℟. Deus omniũ. 257. Lec. iij.

Contriſtatus eſt autẽ David, eo ꝙ percuſſiſſet dñs Ozam: ⁊ vocatuȝ eſt nomen loci illius: Percuſſio Oʒe, vſqȝ in diẽ hanc. Et extimuit David dominum in die illa, dicens. Quomodo ingredietur ad me arca dñi? ⁊ noluit divertere ad ſe arcã domini in civitatem David, ſed divertit eam in domum Obededom Gethei. Et habitauit arca domini i domo Obededom Gethei tribus menſibus, ⁊ benedixit dominus Obededom, ⁊ omnem domum eius. Nunciatũqȝ eſt regi David, ꝙ benedixiſſet dominus Obededom, ⁊ omnia eius propter arcã Dei. Dixitqȝ David: Ibo ⁊ reducam arcam cum benedictione in domũ meã. Abijt ergo David, ⁊ adduxit arcam dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio. ℟. Dominus qui. 257.

FERIA SEXTA.

De libro ſecundo Regum. L. j.

ca. 7. Et ecce ſermo dñi ad Nathan dicẽs: Vade ⁊ loquere ad ſeruuȝ meuȝ David. Hęc dicit dñs. Nũquid tu ędificabis mihi domum ad habitandum? Neqȝ eniȝ habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Iſrael de terra Aegypti vſqȝ in dieȝ hãc: ſed ambulabam in tabernaculo, ⁊ in tẽtorio per cuncta loca, quę tranſiui cum omnibus filijs Iſrael. ℟. Percuſſit. 257. Lec. ij.

Nunquid loquens, locutus ſuȝ ad vnã de tribubꝰ Iſrael, cui pcepi, vt paſceret populũ meũ Iſrael dicẽs: Quare nõ ędificaſtis mihi domũ cedrinã? Et nũc hęc dices ſeruo meo David: Hęc dicit dominus exercituum: Ego tuli te de paſcuis, ſequentem greges, vt eſſes dux ſuper populuȝ meuȝ Iſrael: ⁊ fui tecũ in omnibus vbicunqȝ ambulaſti, ⁊ interfeci vniuerſos inimicos tuos a facie tua, fecique tibi nomẽ grãde iuxta nomen magnorũ, qui ſunt in terra. Et ponã locum populo meo Iſrael, ⁊ plãtabo euȝ, ⁊ habitabit ſub eo, ⁊ nõ turbabitur ampliꝰ: nec addent filij iniqtatis, vt affligãt eũ, ſicut prius, ex die qua cõſtitui iudices ſup populũ meũ Iſrael: ⁊ requiẽ dabo tibi ab oĩbus inimicis tuis: prędicitqȝ tibi dñs quod domũ faciat tibi dominus. ℟. Montes Gelboe. 258. Lec. iij.

Cumqȝ cõpleti fuerint dies tui, ⁊ dormieris cuȝ patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredieť de vtero tuo, ⁊ firmabo regnũ eius. Ipſe ędificabit domũ nomini meo, ⁊ ſtabiliã thronũ regni eius vſqȝ in ſempiternũ. Ego ero ei in patrẽ, ⁊ ipſe erit mihi in filiũ: qui ſi inique aliqd geſſerit, arguã euȝ in virga viroꝝ, ⁊ in plagis filioꝝ hoium. Miſericordiã aũt meaȝ non

non auferam ab eo, ſicut abſtuli a Saul, quem amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua, ⁊ re/gnum tuum vſqꝫ in eternū ante faciem tuam, ⁊ thronus tuus erit firmus iugiter. Secundū omnia verba hec, ⁊ iuxta vniuerſam viſionē iſtā ſic locutus eſt Nathā ad Dauid. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro ſecundo Regum. L. j.

ca. ii. FActum eſt autem vertente anno, eo tēpore quo ſolent reges ad bella ꝓcedere, miſit Dauid Joab, ⁊ ſeruos ſuos cū eo, ⁊ vniuerſum Jſrael, ⁊ vaſtauerūt filios Ammō, ⁊ obſederūt Rabba: Dauid autem remanſit in Jeruſalem. Dum hec agerentur, accidit quadam die, vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meri/diem, ⁊ deambularet in ſolario domus regie, viditqꝫ mulierem ſe lauantem exaduerſo ſuper ſo/larium ſuum: erat autem mulier pulchra valde. Miſit ergo rex, ⁊ requiſiuit que eſſet mulier: nū/ciatūqꝫ eſt ei, ꝙ ipſa eſſet Beth/ſabee filia Eliam vxor Urie he/thei. Miſſis itaqꝫ Dauid nūcijs tulit eā. ℟. Peccaui. 258. L. ij.

QUe reuerſa eſt in domū ſuā concepto fetu: mittensqꝫ nūciauit Dauid, ⁊ ait. Concepi. Miſit autē Dauid ad Joab, di/cēs. Mitte ad me Uriā hetheū. Miſitqꝫ Joab Uriā ad Dauid. Et venit Urias ad Dauid: que/ſiuitqꝫ Dauid, quā recte ageret Joab, ⁊ ppl's, ⁊ quō adminiſtraretur bellum. Et dixit Dauid ad Uriā: Uade ī domū tuā, ⁊ laua pedes tuos. Et egreſſus eſt Urias de domo regis, ſecutuſqꝫ eſt eū cibus regius. Dormiuit autē Urias ante portam domus regie cum alijs ſeruis dn̄i ſui, ⁊ non deſcēdit ad domū ſuā. Nūciatūqꝫ eſt Dauid a dicentibus, Nō iuit Urias in domū ſuam. Et ait Dauid ad Uriā: Nūquid nō de via veniſti? quare non deſcendiſti in domū tuā? Et ait Urias ad Da/uid. Arca Dei, ⁊ Jſrael, ⁊ Juda habitant in papilionibus, ⁊ dn̄s meus Joab, ⁊ ſerui dn̄i mei ſuper faciem terre manēt: ⁊ ego ingrediar domū meam, vt comedam, ⁊ bibam, ⁊ dormiam cum vxore mea? ℟. Exaudiſti. 258. L. iij.

AIt ergo Dauid ad Uriam: Mane hic etiam hodie, ⁊ cras dimittā te. Manſit Urias in Jeruſalē in die illa, ⁊ altera: ⁊ vocauit eum Dauid, vt comederet corā ſe ⁊ biberet, ⁊ inebriauit eū: qui egreſſus veſpere dormiuit in ſtratu ſuo cum ſeruis dn̄i ſui, ⁊ in domū ſuā non deſcendit. Factū eſt ergo mane: ⁊ ſcripſit Dauid epiſtolam ad Joab, miſitqꝫ per manum Urie, ſcribens in epiſtola. Ponite Uriā ex aduerſo bel/li, vbi fortiſſimum eſt prelium: ⁊ derelinquite eū, vt percuſſus intereat. Igitur cum Joab obſideret vrbem, poſuit Uriam in loco vbi ſciebat viros eſſe fortiſſi/

 mos,

mos, egreſſiq; viri de ciuitate bellabant aduerſum Joab, ⁊ ceciderunt de populo ſeruorū Dauid, ⁊ mortuus eſt etiam Urias Hetheus. ℟. Audi domine. 258.

Ad Magnificat. Antiphona. Obſecro domine aufer iniquitatē ſerui tui, quia inſipienter egi.

DOMINICA VI.

poſt Pentecoſten.

De libro ſecundo Regum. L. j.

ca. 12 Miſit ergo dominus Nathan ad Dauid, qui cum veniſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erāt in ciuitate vna, vnus diues ⁊ alter pauper. Diues habebat oues, ⁊ boues plurimos valde: pauper autem nihil habebat omnino, preter ouem vnā paruulam, quam emerat ⁊ nutrierat, ⁊ que creuerat apud eum cum filijs eius ſimul, de pane illius comedēs, ⁊ de calice eius bibens, ⁊ in ſinu illius dormiens: eratq; illi ſicut filia. Cum autem peregrinus quidam veniſſet ad diuitem, parcens ille ſumere ex ouibus, ⁊ de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi, qui venerat ad ſe, tulit ouem viri pauperis, ⁊ preparauit cibos homini, qui venerat ad ſe. ℟. Preparate. 257. L. ij.

Iratus autē indignatione Dauid aduerſus hominem illū nimis, dixit ad Nathan: Uiuit dominus, quoniā filius mortis eſt vir qui fecit hoc: ouem reddet in quadruplū, eo quod fecerit verbū iſtud, ⁊ non pepercerit. Dixit autē Nathan ad Dauid: Tu es ille vir. Hec dicit dominus Deus Iſrael. Ego vnxi te in regem ſuper Iſrael, ⁊ ego erui te de manu Saul, ⁊ dedi tibi domum domini tui, ⁊ vxores domini tui in ſinu tuo, dediq; tibi domū Iſrael, ⁊ Juda: ⁊, ſi parua ſunt iſta, adijciā tibi multo maiora. Quare ergo contempſiſti verbum domini, vt faceres malū in conſpectu meo? Uriam Hetheū percuſſiſti gladio, ⁊ vxorē illius accepiſti in vxorē tibi, ⁊ interfeciſti eū gladio filiorum Ammon. ℟. Deus omnium. 257. Lectio iij.

Quamobrem non recedet gladius de domo tua vſq; in ſempiternum, eo q; deſpexeris me, ⁊ tuleris vxorem Urie Hethei vt eſſet vxor tua. Itaq; hec dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malū de domo tua, ⁊ tollā vxores tuas in oculis tuis, ⁊ dabo proximo tuo: ⁊ dormiet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu enim feciſti abſcōdite, ego autē faciā verbū iſtud in cōſpectu omnis Iſrael, ⁊ in conſpectu ſolis. Et dixit Dauid ad Nathā: Peccaui domino. Dixitq; Nathā ad Dauid: Dñs quoq; trāſtulit peccatū tuū, non morieris. Uerumtamē quoniā blaſphemare feciſti inimicos nomē dñi, propter verbū hoc, filius q natus eſt tibi, morte morietur. Et reuerſus

eſt

eſt Nathan in domum ſuã: percuſſit quoq; dominus paruulũ quem pepererat vxor Vrię Dauid, & deſperatus eſt. Deprecatuſq; eſt Dauid dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram. ℟ Dñs q eri. 257.

Ex libro S. Ambroſii epiſcopi de apologia Dauid. Lectio iiij.

Vnuſquiſq; noſtrũ per ſingulas horas, quam multa delinquit: & tamẽ vnuſquiſq; de plebe peccatũ ſuũ cõfitendũ non putat. Ille rex tantus, ac potens, ne exiguo qdẽ momẽto manere penes ſe delicti paſſus eſt cõſcientiã, ſed pmatura cõfeſſione, atq; immenſo dolore, reddidit peccatũ ſuũ dño. Quẽ mihi nũc facile reperias honoratũ ac diuitẽ, q ſi arguatur alicui⁹ culpę reus, nõ moleſte ferat? At ille regio clar⁹ imperio, tot diuinis probat⁹ oraculis, cũ a priuato homine corriperetur, ꝙ grauiter deliquiſſet, non indignatus infremuit, ſed confeſſus ingemuit culpę dolore. ℟. Percuſſit. 257. Lec. v.

Denique dominũ dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret: Quoniã pęnituit te: & dominus trãſtulit peccatum tuũ. Maturitas itaq; venię profundã regis fuiſſe pęnitentiã declarauit, quę tanti erroris offenſam traduxerit. Alij homines cũ a ſacerdotibus corripiuntur, peccatũ ſuũ ingrauãt, dũ negare cupiũt, aut defendere, ibiq; eorũ lapſus eſt maior, vbi deſperatur correctio. Sancti autẽ domini, qui conſummare piũ certamẽ geſtiũt, & currere curſum ſalutis, ſicubi forte, vt homines corruerint, naturę magis fragilitate, quam peccandi libidine, acrius ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina: vt non ſolum nullũ attuliſſe ęſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiua cumulaſſe. ℟. Mõtes Gelboe. 258. Lectio ſexta.

Peccauit Dauid, quod ſolent reges: ſed pęnitentiã geſſit, fleuit, ingemuit, quod nõ ſolẽt reges. Confeſſus eſt culpã; obſecrauit indulgentiam, humi ſtratus deplorauit ęrumnã, ieiunauit, orauit, cõfeſſionis ſuę teſtimoniũ in perpetua ſecula vulgato dolore trãſmiſit. Quod erubeſcunt facere priuati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audẽt ſuũ negare peccatũ, & dedignantur rogare indulgẽtiã, quam petebat qui nullis tenebat legibus humanis. Quod peccauit, conditionis eſt: quod ſupplicauit, correctionis: lapſus communis, ſed ſpecialis cõfeſſio. Culpã itaque incidiſſe, naturę eſt: deleuiſſe virtutis. ℟ Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro ſecundo Regum. L. j. ca. xiij

Porro non eſt locutus Abſalom ad Amnon, nec ma-

luz, nec bonũ: oderat enim Ab‑
ſalom Amnõ, eo quod violaſſet
Thamar ſororẽ ſuam. Factum
eſt autẽ poſt tempus biennij, vt
tõderẽtur oues Abſalom in Ba
alhaſor, que eſt iuxta Ephraim: ⁊
vocauit Abſalom omnes filios
regis, venitq; ad regem, ⁊ ait ad
eum: Ecce tondentur oues ſerui
tui: veniat oro Rex cum ſeruis
ſuis ad ſeruum ſuum. Dixitque
rex ad Abſalom. Noli fili mi, no
li rogare vt veniamus omnes, ⁊
grauemus te. Cum autem coge
ret eum, ⁊ noluiſſet ire, benedi‑
xit ei. ℟. Recordare. 258. L. ij.

ET ait Abſalom: Si nõ vis
venire, veniat obſecro no‑
biſcũ ſaltẽ Amnon frater meus.
Dixitq; ad eũ rex: Non eſt ne‑
ceſſe vt vadat tecũ. Coegit itaq;
Abſalom eũ, ⁊ dimiſit cum eo
Amnõ, ⁊ vniuerſos filios regis:
feceratq; Abſalom conuiuium
quaſi conuiuiũ regis. Precepe‑
rat autẽ Abſalom pueris ſuis,
dicẽs: Obſeruate, cũ temulẽtus
fuerit Amnõ vino, ⁊ dixero vo‑
bis, Percutite eũ: ⁊ interficite:
nolite timere: ego enim ſum qui
pcipio vobis: roboramini, ⁊ eſto
te viri fortes. Fecerũt ergo pue‑
ri Abſalom aduerſus Amnõ ſi‑
cut preceperat eis Abſalõ. Sur
genteſq; oẽs filij regis aſcende‑
runt ſinguli mulas ſuas, ⁊ fuge‑
runt. ℟. Exaudiſti. 258. L. iij.

CUmque adhuc pergerent
in itinere, fama puenit ad
Dauid dicens: Percuſſit Abſa
lom omnes filios regis, ⁊ non re
manſit ex eis ſaltẽ vnus. Surre
xit itaq; rex, ⁊ ſcidit veſtimenta
ſua, ⁊ cecidit ſuper terram: ⁊ oẽs
ſerui illius, qui aſſiſtebant ei, ſci‑
derunt veſtimenta ſua. Reſpon‑
dens autem Jonadab, filius Sẽ
maa, fratris Dauid, dixit: Ne
eſtimet dñs meus rex q̃ oẽs pue
ri filij regis occiſi ſunt. Amnon
ſolus mortuus eſt, quoniã in ore
Abſalom erat poſit⁹ ex die qua
oppreſſit Thamar ſororẽ eius.
Nunc ergo ne ponat dominus
meus rex ſuper cor ſuũ verbum
iſtud dicẽs: omnes filij regis oc‑
ciſi ſunt, quoniã Amnon ſolus
mortuus eſt. Fugit autem Ab‑
ſalom. ℟. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.

De libro ſecundo Regum. L. j.

CUm ingreſſa fuiſſet mu‑ ca. 14
lier Thecuitis ad regẽ, ce
cidit corã eo ſuper terrã, ⁊ ado‑
rauit, ⁊ dixit. Serua me rex. Et
ait ad eã rex. Quid cauſe habes?
Que reſpondit: Heu mulier vi
dua ego ſum, mortuus eſt enim
vir meus, ⁊ ancille tue erãt duo
filij, qui rixati ſunt aduerſum ſe
in agro, nulluſq; erat, q eos phi
bere poſſet: ⁊ percuſſit alter al‑
terum, ⁊ interfecit eum. Et ecce
conſurgens vniuerſa cognatio
aduerſum ancillam tuam dicit:
trade eum, qui percuſſit fratrem
ſuũ: vt occidamus eũ pro aia fra
tris ſui, quem interfecit, ⁊ delea‑
mus

nius heredez. Et querunt extin
guere ſcintillaz meaz, que relicta
eſt: vt non ſuperſit viro meo no/
men, ꝛ reliquie ſuper terraz. ℟.
Domine ſi conuer. 259. Lect. ij.
ET ait rex. Qui contradixe
rit tibi, adduc eum ad me:
ꝛ vltra non addet, vt tangat te.
Que ait: Recordeſ rex dñi Dei
ſui, vt nõ multiplicentur proximi
ſanguinis ad vlciſcẽdũ, ꝛ nequa
quam interficiant filium meum.
Qui ait: Viuit dñs, quia non ca
det de capillis filij tui ſuper ter/
ram. Dixit ergo mulier: Quare
cogitaſti huiuſcemodi rem con/
tra populum Dei: ꝛ locutus eſt
rex verbũ iſtud, vt peccet, ꝛ non
reducat eiectum ſuum? Omnes
morimur, ꝛ quaſi aque dilabi/
mur in terram, que non reuertũ
tur, nec vult Deus perire ani/
mam, ſed retractat, cogitans, ne
penitus pereat qui abiectus eſt.
℟. Factum eſt. 259. Lectio iij.
ET ait rex: Nunquid man⁹
Joab tecũ eſt in omnibus
iſtis? Reſpondit mulier, ꝛ ait:
Per ſalutez anime tue, domine
mi rex, nec ad ſiniſtram, nec ad
dexterã eſt ex omnibus his, que
locutus eſt dñs meus rex: ſeru⁹
enim tu⁹ Joab ipſe precepit mi/
hi, ꝛ ipſe poſuit in os ancille tue
omnia verba hec. Ut verterem
figuram ſermonis huius, ſeruus
tuus Joab precepit iſtud: tu au/
tem domine mi rex ſapiens es,
ſicut habet ſapientiam angelus
Dei, vt intelligas omnia ſup ter
ram. Et ait rex ad Joab: Ecce
placatus feci verbum tuuz. Ua/
de ergo, ꝛ reuoca puerum Ab/
ſalom. ℟. Percuſſit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro ſecundo Regum. L. i.

IGitur poſt hec fecit ſibi Ab/ ca. 15
ſalom currus, ꝛ equites, ꝛ
quinquaginta viros, q̃ pcederẽt
eũ, ꝛ mane cõſurgẽs Abſalõ ſta
bat iuxta introitũ porte in via, ꝛ
omnẽ virum, qui habebat nego
ciũ, vt veniret ad regis iudiciuz:
vocabat Abſalom ad ſe, ꝛ dice/
bat: De qua ciuitate es tu? Qui
reſpondens aiebat: Ex vna tri/
bu Jſrael ego ſum ſeruus tuus.
Reſpondebatq; ei Abſalon: Ui/
dentur mihi ſermones tui, boni
ꝛ iuſti: ſed non eſt qui te audiat,
conſtitutus a rege. ℟. Pecca/
ui ſup numerũ. 258. Lectio ij.
DJcebatq; Abſalõ. Quis
me conſtituat iudicez ſup
terraz, vt ad me veniant omnes
q̃ habẽt negociũ, ꝛ iuſte iudicẽ?
Sed ꝛ cuz accederet ad euz ho/
mo vt ſalutaret illuz, extendebat
manum ſuam, ꝛ apprehendens
oſculabatur euz, faciebatq; hoc
omni Jſrael venienti ad iudi/
cium, vt audiretur a rege, ꝛ ſoli/
citabat corda virorum Jſrael.
℟. Exaudiſti. 258. Lectio iij.
POſt quatuor annos,
dixit Abſalom ad regem
Dauid: Uadam, ꝛ reddaz vota
mea, que voui dño in Hebron,
vouens

Digitized by Google

vouēs enim vouit seruus tuus, dū esset in Gessur Syrie, dicēs: Si reduxerit me dñs in Jerusalem sacrificabo dño. Dixitq; ei rex David: Vade i pace. Et surrexit, & abijt in Hebron. Misit autē Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens: Statim vt audieritis clangorē buccinę, dicite, Regnabit Absalō in Hebrō. ℟. Audi dñe. 258.

FERIA QVINTA.

De libro secundo Regum. L. j.

ca. 15 Venit igitur nūcius ad David dicēs: Toto corde vniuersus Israel sequit Absalom. Et ait David seruis suis q erāt cum eo in Jerusalem: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntq; serui regis ad eum: Omnia, quęcunque pręceperit dominus noster rex, libēter exequemur serui tui. ℟. Preparate corda. 257. Lect. ij.

Egressus est ergo rex & vniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendā domū. Egressusque rex, & omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo: & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes Gethei pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth, pedites pręcedebant regem. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia.

Dixit autem rex ad Ethai Getheum, Cur venis nobiscū? reuertere, & habita cū rege, quia peregrinus es, & egressus de loco tuo. Heri venisti, & hodie cōpelleris nobiscū egredi: ego autē vadā quo iturus sum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem, quia ostendisti gratiam, & fidē. ℟. Dominus qui eripuit. 257.

FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum. L. j.

Venit ergo rex David vsq; Bahurim, & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera, procedebatq; egrediens & maledicebat, mittebatque lapides contra David, & cōtra vniuersos seruos regis David. Omnis autē populus, & vniuersi bellatores a dextro, & a sinistro latere regis incedebāt. Ita autem loquebatur Semei cū malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnū pro eo. ℟. Percussit Saul. 257. Lectio secūda. c. 16.

Dixit autem Abisai, filius Saruię, regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadam, & amputabo

putabo caput eius. Et ait rex: quid mihi, & vobis eſt filij Saruie? dimittite eum, vt maledicat. Dominus enim precepit ei, vt malediceret Dauid: & quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? ℟. Mõtes Gelboe. 258. L. iij.

ET ait rex Abiſai, & vniuerſis ſeruis ſuis: Ecce filius meus, qui egreſſus eſt de latere meo, querit animam meã, quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimittite eũ, vt maledicat iuxta preceptũ domini, ſi forte reſpiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonũ pro maledictione hac hodierna. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro ſecundo Regum. L. j.

ca. 18 EGreſſus eſt populus in cãpum cõtra Iſrael, & factũ eſt prelium in ſaltu Ephraim, & ceſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu Dauid, factaq; eſt plaga magna in die illa viginti millium. Fuit autẽ ibi prelium diſperſum ſuper faciem omnis terre: & multo plures erant, quos ſaltus conſumpſerat de populo, quã hi quos vorauerat gladius in die illa. ℟. Peccaui. 258. L. ij.

ACcidit autẽ, vt occurreret Abſalom ſeruis Dauid, ſedẽs mulo. Cũq; ingreſſus fuiſſet mulus ſubter cõdenſam quercũ, & magnã, adheſit caput eius quercui: & illo ſuſpenſo inter celum & terram, mulus cui inſederat pertranſiuit. Vidit autẽ hoc quiſpiã, & nũciauit Ioab, dicẽs: Vidi Abſalom pẽdere de quercu. Et ait Ioab viro qui nunciauerat ei: Si vidiſti, quare nõ cõfodiſti eum cum terra, & ego dediſſem tibi decẽ argenti ſiclos, & vnũ balteũ? Qui dixit ad Ioab. Si appẽderes in manibus meis mille argenteos, nequaquã mitterẽ manũ meã in filiũ regis. Audientibus enim nobis precepit rex tibi, & Abiſai, & Ethai dicẽs: Cuſtodite mihi puerum Abſalom. ℟. Exaudiſti. 258. Lectio iij.

ET ait Ioab: nõ ſicut tu vis, ſed aggrediar eum coram te. Tulit ergo Ioab tres lãceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom. Cumq; adhuc palpitaret herens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eũ. Cecinit autẽ Ioab buccina, & retinuit populum, ne perſequeretur fugientẽ Iſrael, volens parcere multitudini. Et tulerunt Abſalom, & proiecerũt eum in ſaltu, in foueam grandẽ, & comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum nimis. ℟. Audi domine. 258.

Ad Magnificat. Antiphona. Unxerunt Salomonẽ Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regem in Sion, & aſcendentes leti dixerunt, viuat rex in eternum.

Nõ ponenda ſit Aña pro prima dñica Auguſti, q̃ tunc omiſſis

Añis

Antiphonis, & lectionibus de libris regum, ponuntur de libris Salomonis, vt infra in Rubrica mẽsis Augusti dicitur. 284.

DOMINICA VII. poſt Pentecoſten.

Incipit liber tertius Regũ. L. j.

Et rex Dauid ſenuerat: habebatq; ętatis plurimos dies: Cumq; operiretur veſtibus, non caleſiebat. Dixerũt ergo ei ſerui ſui. Quęramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrũ regem. Quęſierunt igitur adoleſcentulã ſpecioſã in omnib⁹ finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatq; cum rege, & miniſtrabat ei. Rex vero non cognouit eam. R. Preparate corda vr̃a. 257. Lectio ij.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo: fecitq; ſibi currus, & equites, & quinquaginta viros, qui currerẽt ante eũ. Nec corripuit eũ pater ſuus aliquãdo dicens: Quare hoc feciſti? Erat autem & ipſe pulcher valde, ſecũdus natu poſt Abſalom, & ſermo eius cũ Ioab filio Saruię, & cum Abiathar ſacerdote, qui adiuuabant partes Adonię. Sadoc vero ſacerdos, & Banaias filius Ioiadę, & Nathã propheta, & Semei, & Cerethi, & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid non erat cũ Adonia. R. Deus omnium. 257. L. iij.

Dixit itaque Nathan ad Bethſabee matrẽ Salomonis. Num audiuiſti q; regnauerit Adonias filius Haggith? & dominus noſter Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni: accipe conſiliũ a me, & ſalua animã tuam, filijq; tui Salomonis. Vade & ingredere ad regẽ Dauid, & dic ei: Nonne tu dñe mi rex iuraſti mihi ancillę tuę? dicens: quod Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit i ſolio meo: quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquẽte cũ rege, ego veniã poſt te, & complebo ſermones tuos. Ingreſſa eſt itaq; Bethſabee ad regẽ in cubiculo. R. Dñs q eripuit. 257.

Ex epiſtola S. Hieronymi preſbyteri ad Nepotianum. L. iiij.

Dauid annos nat⁹ ſeptuaginta, bellicoſus quõdam vir, ſenectute frigeſcente nõ poterat calefieri. Quęrit itaq; puella de vniuerſis filiabus Iſrael Abiſag Sunamitis, quę cũ rege dormiret, & ſenile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, ſi occidentem ſequaris literam, vel figmentum eſſe de Mimo, vel Attellanarum ludicra? Frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis, &

tis, ꝛ niſi complexu adoleſcentule non tepeſcit? Viuebat adhuc Berbſabee: ſupererat Abigail ꝛ reliquę vxores eius cõcubinę, quas ſcriptura cõmemorat: omnes quaſi frigidę repudiantur, ꝛ in vnius tantum adoleſcentulę grandeuus caleſcit amplexibus: ℞. Percuſſit. 257. Lec. v.

Exponat ſapientiſſimus Salomon patris ſui delicias, ꝛ pacificus bellatoris viri narret amplexus. Poſſide ſapientiã: poſſide intelligentiam: ne obliuiſcaris, ꝛ ne declinaueris a verbis oris mei. Ne derelinquas illam, ꝛ apprehendet te: ama illã, ꝛ cõſeruabit te. Principium ſapientię, poſſide ſapientiã: ꝛ in omni poſſeſſione tua, poſſide intelligẽtiã: circunda illã, ꝛ exaltabit te: honora illã, ꝛ amplexabit te, vt det capiti tuo coronam gratiarũ. Corona quoq; deliciarum pteget te. ℞. Montes. 258. L. vj.

Omnes pene virtutes corporis mutantur in ſenib⁹: ꝛ creſcẽte ſola ſapiẽtia, decreſcũt ceterę vires, ieiunia, vigilię, ꝛ eleemoſynę, chameunię, id eſt ſuper pauimentũ dormitio, huc illucque diſcurſus, peregrinorum ſuſceptio, defenſio pauperũ, inſtantia orationum, ꝛ perſeuerantia, viſitatio languentium, labor manuum vnde prębeantur eleemoſynę: ꝛ ne ſermonem longius protrahã, cuncta, quę per corpus exercẽtur, fracto corpore minora fiunt. ℞. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro tertio Regũ. Lecõ. j.

Et reſpondit rex Dauid dicẽs: Vocate ad me Bethſabee. Quę cum fuiſſet ingreſſa, iurauit rex, ꝛ ait: Viuit dñs, qui eruit animam meã de omni anguſtia: quia, ſicut iuraui tibi per dominum Deum Iſrael, dicẽs, Salomon filius tuus regnabit poſt me, ꝛ ipſe ſedebit ſuper ſolium meum poſt me, ſic faciam hodie. Summiſſoque Bethſabee in terram vultu adorauit regem dicens: Viuat dominus meus Dauid in ęternum. ℞. Recordare. 258. ca. 1.

Lectio ij.

Dixit quoque rex Dauid: Vocate mihi Sadoc ſacerdotem ꝛ Nathan prophetã, ꝛ Banaiam filiũ Ioiadę. Qui cũ ingreſſi fuiſſent coram rege, dixit ad eos. Tollite vobiſcũ ſeruos dñi veſtri, ꝛ imponite Salomonẽ filium meum ſuper mulã meã: ꝛ ducite eũ in Gihon: ꝛ vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, ꝛ Nathan propheta in regẽ ſuper Iſrael: ꝛ canetis buccina atque dicetis: Viuat rex Salomon: ꝛ aſcendetis poſt eum, ꝛ venietis in Ieruſalem, ꝛ ſedebit ſuper ſoliũ meũ, ꝛ ipſe regnabit pro me. ℞. Exaudiſti. 258. Lectio iij.

Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos, ꝛ Nathã propheta, ꝛ Banaias filius Ioiadę, ꝛ Cerethi, ꝛ Phelethi: ꝛ impoſuerunt

fuerunt Salomonem ſuper mulam regis Dauid: ⁊ adduxerunt eum in Gihon. Sumpſitq; Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, ⁊ vnxit Salomonem, ⁊ cecinerunt buccina, ⁊ dixit omnis populus: Viuat rex Salomon. Et aſcẽdit vniuerſa multitudo poſt eum: populus canentium tibijs, ⁊ letantium gaudio magno, ⁊ inſonuit terra a clamore eorum. ℞. Audi. 258.

FERIA TERTIA.

De libro tertio Regum. Lcõ j.

ca. 2. Appropinquauerunt autẽ dies Dauid, vt moreretur, precepitq; Salomoni filio ſuo dicẽs: Ecce ego ingredior viam vniuerſe terre: confortare, ⁊ eſto vir fortis. Et obſerua, vt cuſtodias mandata domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, ⁊ cuſtodias ceremonias eius, ⁊ precepta eius, ⁊ iudicia, ⁊ teſtimonia, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa, que facis, ⁊ quocunq; te verteris. Vt confirmet dominus ſermones ſuos quos locutus eſt de me, dicẽs: Si cuſtodierint filij tui vias meas, ⁊ ambulauerint corã me in veritate in omni corde ſuo, ⁊ in omni aĩa ſua, nõ auferet tibi vir de ſolio Iſrael. ℞. Dñe ſi. 259. L. ij.

Tu quoque noſti, que fecerit mihi Ioab filius Saruie, que fecerit duobus principibus exercitus Iſrael, Abner filio Ner, ⁊ Amaſe filio Iether, quos occidit, ⁊ effudit ſanguinẽ belli in pace, ⁊ poſuit cruorem prelij in baltheo ſuo, qui erat circa lumbos eius, ⁊ in calciamento ſuo, quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, ⁊ non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. ℞. Factum eſt. fol. 259. Lectio tertia.

Sed ⁊ filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in menſa tua: occurrerũt enim mihi, quando fugiebã a facie Abſalom fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione peſſima, quãdo ibam ad caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum, cum tranſirem Iordanẽ, iuraui ei per dominum dicens: Non te interficiã gladio: tu noli pati, eum eſſe innoxium. ℞. Percuſſit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro tertio Regum. Lcõ j.

Apparuit autem dominus ca. 3.
Salomoni per ſomniũ nocte, dicẽs: Poſtula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomõ: Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiã magnã, ſicut ambulauit in cõſpectu tuo in veritate, ⁊ iuſtitia, ⁊ recto corde tecum: cuſtodiſti enim miſericordiam tuam grandem, ⁊ dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum eius, ſicut eſt hodie. ℞. Peccaui. folio. 258. Lectio ij.

ET nunc dñe Deus meus tu regnare feciſti ſeruũ tuũ pro Dauid patre meo. Ego autem ſum puer paruulus, ⁊ ignorans egreſſum ⁊ introitũ meũ: ⁊ ſeruus tuus in medio eſt populi quẽ elegiſti, populi infiniti, qui numerari ⁊ ſupputari nõ poteſt prę multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, ⁊ diſcernere inter bonum ⁊ malum. Quis etenim poterit iudicare populũ iſtum, populum tuum hũc multum? ℟. Exaudiſti. 258. L. iij.

PLacuit ergo ſermo coram domino, quod Salomon poſtulaſſet huiuſmodi rem: ⁊ dixit dñs Salomoni: Quia poſtulaſti verbum hoc, ⁊ nõ petiſti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicoꝝ tuoꝝ, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium, ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos: ⁊ dedi tibi cor ſapiens, ⁊ intelligens, in tantũ vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te reſurrecturus ſit: ſed ⁊ hęc quę non poſtulaſti, dedi tibi: diuitias ſcilicet, ⁊ gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus, cunctis retro diebus. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

ca. 4 SAlomõ autẽ erat in ditione ſua, habens omnia regna ſecum a flumine terrę Philiſthijm vſq; ad terminũ Aegypti, offerentium ſibi munera, ⁊ ſeruientium ei cunctis diebus vitę eius. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilę, ⁊ ſexaginta cori farinę, decem boues pingues, ⁊ viginti boues paſcuales, ⁊ centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum atq; bubaloꝝ, ⁊ auiũ altiliũ: ipſe enim obtinebat omnem regionem, quę erat trans flumen, quaſi a Thaphſa vſq; ad Gazam, ⁊ cũctos reges illarum regionũ, ⁊ habebat pacem ex omni parte in circuitu. ℟. Preparate. 257. Lectio ij.

HAbitabatq; Iuda, ⁊ Iſrael abſq; timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, ⁊ ſub ficu ſua, a Dan vſq; Berſabee, cunctis dieb⁹ Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta millia preſepia equorum currilium, ⁊ duodecim millia equeſtrium: nutriebantq; eos ſupradicti regis prefecti: ſed ⁊ neceſſaria menſę regis Salomonis, cum ingenti cura prębebant in tempore ſuo: hordeum quoq; ⁊ paleas equorum ⁊ iumentorum deferebant in locum, vbi erat rex iuxta conſtitutũ ſibi. Dedit quoq; Deus ſapiẽtiam Salomoni, ⁊ prudentiam multam nimis, ⁊ latitudinem cordis quaſi arenam, quę eſt in litore maris. ℟. Deus omnium. fo. 257. Lectio iij.

ET pręcedebat ſapiẽtia Salomonis ſapientiam oium

Orienta-

Orientalium, ⁊ Aegyptiorũ, ⁊ erat ſapientior cunctis hominibus, ſapientior Ethan Ezrabite, ⁊ Heman, ⁊ Chalcol, ⁊ Dorda filys Mahol: ⁊ erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum. Locutus eſt quoq; Salomon tria millia parabolas, ⁊ fuerunt carmina eius quinque millia: ⁊ diſputauit ſuper lignis a cedro, quę eſt in Libano, vſq; ad hyſſopum, quę egreditur de pariete: ⁊ diſſeruit de iumentis ⁊ volucribus, ⁊ reptibilibus, ⁊ piſcibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, ⁊ ab vniuerſis regibus terrę, qui audiebant ſapientiam eius. ℟. Dominus, qui eripuit. 257.

FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum. Lec. i.

ca. 5. MIſitque Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Salomonem: audiuit enim q ipſum vnxiſſent regē ſuper Iſrael pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tēpore. Miſit autem Salomon ad Hiram, dicēs: Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei, ⁊ quia non potuerit ędificare domum nomini domini Dei ſui propter bella imminētia per circuitũ, donec daret dominus eos ſub veſtigio pedum eius: nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitu, ⁊ non eſt Satan, neque occurſus mal⁹. ℟. Percuſſit. 257. L. ij.

Quamobrem cogito ędificare templum nomini domini Dei mei, ſicut locutus eſt dñs Dauid patri meo, dicēs: Filius tuus, quē dabo pro te ſuper ſolium tuum, ipſe ędificabit domũ nomini meo. Pręcipe igit vt pręcidāt mihi ſerui tui cedros de Libano: ⁊ ſerui mei ſint cum ſeruis tuis: mercedem autē ſeruorum tuorũ dabo tibi, quamcunq; petieris: ſcis enim quoniā nō eſt in populo meo vir, qui nouerit ligna cedri ſicut Sidonij. ℟. Montes Gel. 258. Lec. iij.

CUm ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lętatus eſt valde, ⁊ ait: Benedictus dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientiſſimũ ſuper populum hunc plurimum. Et miſit Hiram ad Salomonē, dicens. Audiui, quęcunq; mandaſti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuā in lignis cedrinis, ⁊ abiegnis: ſerui mei deponēt ea de Libano ad mare: ⁊ ego componam ea in ratibus in mari, vſque ad locum quem ſignificaueris mihi: ⁊ applicabo ea ibi, ⁊ tu tolles ea, prębebiſq; neceſſaria mihi: vt detur cibus domui meę. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro tertio Regum. Lectō j.

ET perfecit omne opus, qd faciebat rex Salomō i domo dñi: ⁊ intulit quę ſanctificauerat Dauid pater ſuus, argentum, ca. 7

rio, [illegible] et vaſa repoſuit in theſauris domus domini. Tunc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael, cum principibus tribuum, et duces familiarum filiorum Iſrael ad regem Salomonem in Jeruſalem, ut deferrent arcam fœderis domini de ciuitate Dauid, id eſt de Sion. Conueniſque ad regem Salomonem uniuerſus Iſrael i meſe Ethanim in ſolenni die: ipſe eſt menſis ſeptimus. ℟. Peccaui. 258. Lectio ii.

Veneruntque cuncti ſenes de Iſrael, et tulerunt arcam ſacerdotes, et portauerunt arcam domini, et tabernaculũ fœderis, et omnia vaſa ſanctuarij que erant in tabernaculo, et ferebant ea ſacerdotes, et Leuite. Rex autẽ Salomon, et omnis multitudo Iſrael, que conuenerat ad eũ, gradiebatur cũ illo ante arcam, et immolabant oues et boues abſque eſtimatione et numero: et intulerunt ſacerdotes arcã fœderis domini in locũ ſuũ in oraculũ tẽpli, in ſancta ſanctorũ ſubter alas Cherubim. Siquidẽ Cherubim expandebant alas ſuper locũ arce, et protegebant arcã, et vectes eius deſuper. ℟. Exaudiſti. 158. Lectio iij.

In arca autẽ nõ erat aliud niſi due tabule lapidee, quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quando pepigit dñs fœdus cũ filijs Iſrael, cũ egrederentur de terra Egypti. Factũ eſt autem cũ exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit domũ domini, et non poterant ſacerdotes ſtare, et miniſtrare propter nebulam: impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit, ut habitaret in nebula. ℣. Audi dñe. 258. Ad Magnificat. Aña. Exaudiſti dñe orationem ſerui tui, ut edificarem templũ nomini tuo.

DOMINICA VIII. poſt Pentecoſten.

De libro tertio Regum. Lectio I. ca. ix.

Factum eſt autẽ cum perfeciſſet Salomon edificiũ domus domini, et edificiũ regis, et omne quod optauerat, et voluerat facere, apparuit ei dominus ſecũdo, ſicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitque dominus ad eũ: Exaudiui orationẽ tuam, et deprecationem tuã, quã deprecatus es corã me. Sanctificaui domũ hanc quam edificaſti, ut ponerẽ nomẽ meum ibi in ſempiternum: et erũt oculi mei, et cor meũ ibi cũctis diebus. Tu quoque ſi ambulaueris corã me, ſicut ambulauit pater tuus in ſimplicitate cordis, et in equitate: et feceris omnia que precepi tibi, et iudicia mea et legitima mea ſeruaueris: ponam thronũ regni tui ſuper Iſrael in ſempiternum, ſicut locutus ſum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſrael. ℟. Preparate. 157. Lectio ij.

SI autem averſione averſi fueritis, vos, ⁊ filij veſtri, non ſequentes me, nec cuſtodientes mandata mea, ⁊ ceremonias meas quas propoſui vobis, ſed abieritis, ⁊ colueritis deos alienos, ⁊ adoraveritis eos: auferam Iſrael a ſuperficie terrę, quam dedi eis: ⁊ templum, quod ſanctificavi nomini meo proijciam a conſpectu meo: eritque Iſrael in proverbium, ⁊ in fabulam cunctis populis: ⁊ domus hęc erit in exemplum: omnis, qui tranſierit per eam, ſtupebit, ⁊ ſibilabit, ⁊ dicet: Quare fecit dominus ſic terrę huic, ⁊ domui huic? Et reſpondebunt. Quia dereliquerunt dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, ⁊ ſecuti ſunt deos alienos, ⁊ coluerunt eos, ⁊ adoraverunt eos: idcirco induxit dominus ſuper eos omne malum hoc. R. Deus omnium. 257. Lc. iiij.

EXpletis autem annis viginti poſt quos ędificaverat Salomon duas domos, ideſt domum domini, ⁊ domum regis, Hiram rege Tyri prębente Salomoni ligna cedrina, ⁊ abiegna, ⁊ aurum iuxta omne, quod opus habuerat: tunc dedit rex Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilęę. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, ut videret oppida quę dederat ei Salomon: ⁊ non placuerunt ei, ⁊ ait: Hęccine ſunt civitates quas dediſti mihi, frater? ⁊ appellavit eas terram Chabul uſque in diem hanc. Miſitque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. R. Dominus, qui. 257.

Ex libro S. Auguſtini epiſcopi de civitate Dei. Lectio quinta.

FActa eſt quidem nonnulla imago rei futurę, etiam in Salomone, in eo quod templum ędificavit, ⁊ pacem habuit, ſecundum nomen ſuum. Salomon quippe pacificus eſt latine, ⁊ in exordio regni ſui mirabiliter laudabilis fuit: ſed eadem ſua perſona, per umbram futuri prenunciabat etiam ipſe Chriſtum dominum noſtrum, non exhibebat. Unde quędam de illo ita ſcripta ſunt, quaſi de ipſo ita prędicta ſint: dum ſcriptura ſancta etiam rebus geſtis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum. R. Percuſſit. 257. Lectio vi.

NAm preter libros divinę hiſtorię, ubi regnaſſe narratur, Pſalmus etiam ſeptuageſimus primus titulo nominis eius inſcriptus eſt, in quo tam multa dicuntur, quę omnino ei convenire non poſſunt, domino autem Chriſto apertiſſima perſpicuitate conveniunt: ut evidenter appareat, quod in illo figura qualiſcunque adumbrata ſit, in iſto autem ipſa veritas preſentata. R. Montes Gel. 258. Lec. vij.

NOtum eſt enim, quibus terminis regnum concluſum fuerit Salomonis: ⁊ tamen in eo pſalmo

ximo legitur, (vt alia taceam) Dominabitur a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrę: quod in Chriſto videmus impleri. A flumine quippe dominādi ſumpſit exordium, vbi baptizatus a Iohanne, eodē mōſtrāte cępit agnoſci a diſcipulis: qui eum non ſolū magiſtrum, verū etiam dominū appellauerūt. ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro tertio Regum. Lect. I.

ca.10 VEnit & regina Saba, audita fama Salomonis, in nomine domini, venit tentare eum in ęnigmatibus: & ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas precioſas, venit ad regem Salomonem, & locuta eſt ei vniuerſa quę habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba, quę propoſuerat. Non fuit ſermo, qui regem poſſet latere, & non reſponderet ei. ℟. Recordare. 258. Lectio ij.

VIdens autem regina Saba omnē ſapientiā Salomonis, & domum quam ędificauerat, & cibos menſę eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque eorum, & pincernas, & holocauſta, quę offerebat in domo domini, non habebat vltra ſpiritū, dixitque ad regē: Verus eſt ſermo quē audiui in terra mea, ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui. ℟. Exaudiſti. 258. Lectio tertia.

BEati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant corā te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronū Iſrael, eo quod dilexerit dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te regem, vt faceres iudiciū, & iuſtitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas precioſas. Non ſunt allata vltra aromata tā multa, quā ea quę dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & claſſis Hiram, quę portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas precioſas. ℟. Audiuimus. 258.

FERIA TERTIA.

De libro tertio Regum. Lec. I.

REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, Ammonitidas, Idumęas, & Sydonias, & Cethęas, de gentibus, ſuper quibus dixit dñs filijs Iſrael: Nō ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras: certiſſime enim auertēt corda veſtra, vt ſequamini ca.11

ni deos earum. His itaque copu-
latus eſt Salomon ardentiſſimo
amore: fueruntque ei uxores qua-
ſi reginę ſeptingentę, & concubi-
nę trecentę, & auerterunt mulie-
res cor eius. Cumque iam eſſet
ſenex, deprauatum eſt cor eius
per mulieres, ut ſequeretur deos
alienos, nec erat cor eius perfe-
ctum cū domino Deo ſuo, ſicut
cor David patris eius. R. Do-
mine ſi conuer. 259. Lectio ij.

Sed colebat Salomon A-
ſtarthē deā Sidoniorum,
& Chamos deum Moabitarū, &
Moloch idolū Ammonitarū.
Fecitque Salomon, quod nō pla-
cuerat corā domino, & nō adim-
pleuit, ut ſequeretur dominū ſicut
David pater eius. Tūc edifica-
uit Salomō phanum Chamos
idolo Moab in mōte, qui eſt cō-
tra Jeruſalē, & Moloch idolo fi-
liorum Ammon. Atque in hunc
modum fecit uniuerſis uxoribus
ſuis alienigenis, quę adolebant
tura, & immolabāt diis ſuis. R.
Factum eſt. fol. 259. Lectio iij.

Igitur iratus eſt dominus
11.c. Salomoni, quod auerſa eſſet
mens eius a domino Deo Iſrael,
qui apparuerat ei ſecundo, & prę-
ceperat de verbo hoc, ne ſeque-
retur deos alienos: & non cuſto-
diuit quę mādauit ei dominus.
Dixit itaque dominus Salomo-
ni: Quia habuiſti hoc apud te,
& non cuſtodiſti pactum meum,
& pręcepta mea, quę mandaui
tibi, diſrumpens ſcindam regnū
tuum, & dabo illud ſeruo tuo, ve-
runtamen in diebus tuis non fa-
ciam, propter David patrem
tuum. R. Percuſſit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro tertio Regum. Lect. j.

Jeroboam quoque filius Na- ca. 11
bat Ephrateus de Sareda,
ſeruus Salomonis, cuius mater
erat nomine Serua mulier vi-
dua, leuauit manū contra regē:
& hęc eſt cauſa rebellionis aduer-
ſus eum: quia Salomon edifica-
uit Mello, & coequauit voragi-
nem ciuitatis David patris ſui.
Erat autem Jeroboam vir for-
tis, & potens: videnſque Salomon
adoleſcentē bonę indolis, & indu-
ſtrium, conſtituerat eū pręfectū ſu-
per tributa uniuerſę domus Jo-
ſeph. R. Peccaui. 258. Lec. ij.

Factum eſt igitur in tēpo-
re illo, ut Jeroboam egre-
deretur de Jeruſalem, & inueni-
ret eū Ahias Silonites prophe-
ta in via, opertus pallio nouo:
erant autem duo tantū in agro.
Apprehendenſque Ahias palliū
ſuum nouum, quo coopertus
erat, ſcidit in duodecim partes,
& ait ad Jeroboā: Tolle tibi de-
cem ſciſſuras, hęc enim dicit do-
minus Deus Iſrael: Ecce ego
ſcindam regnum de manu Sa-
lomonis, & dabo tibi decem tri-
bus. R. Exaudiſti. 258. Lec. iij.

Voluit ergo Salomon in-
terficere Jeroboam: qui
ſurrexit

ſurrexit, & aufugit in Aegyptũ ad Seſac regem Aegypti, & fuit in Aegypto vſq; ad mortẽ Salomonis. Reliquũ autẽ verborũ Salomonis, & omnia quę fecit, & ſapientia eius, ecce vniuerſa ſcripta ſunt in libro verborũ dierũ Salomonis. Dies autẽ quos regnauit Salomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt. Dormiuitq; Salomon cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui: regnauitq; Roboam filius eius pro eo. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro tertio Regum. Lectio j.

ca. 12 Venit autẽ Roboã in Sichem. illuc enim cõgregatus erat omnis Iſrael ad conſtituendũ eũ regẽ. At vero Ieroboã filius Nabath cũ adhuc eſſet in Aegypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte eius, reuerſus eſt de Aegypto, miſeruntq; & vocauerũt eum. Venit ergo Ieroboã, & omnis multitudo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam dicentes: Pater tuus duriſſimum iugũ impoſuit nobis: tu itaque nunc minue paululum de imperio patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis: & ſeruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vſque ad tertiũ diem, & reuertimini ad me. ℟. Preparate. 257. Lectio ſecũda.

Cumque abiiſſet populus, iniit conſiliũ rex Roboam cũ ſenioribus, qui aſſiſtebãt corã Salomone patre eius, cũ adhuc viueret, & ait eis: Quod datis mihi conſilium, vt reſpondeã populo? Qui dixerũt ei: Si hodie obedieris populo huic, & ſeruieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutusq; fueris ad eos verba lenia: erunt tibi ſerui cunctis diebus. Qui dereliquit conſiliũ ſenum, quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſſiſtebant illi. ℟. Deus omnium. 257. L. iij.

Reſpõditq; rex populo dura, derelicto conſilio ſeniorum, quod ei dederãt: & locutus eſt eis ſecundum conſiliũ iuuenum, dicẽs: Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autẽ addam iugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cędam vos ſcorpionibus. Et nõ acquieuit rex populo, quoniam auerſatus fuerat eum dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuũ, quod locut' fuerat in manu Ahię Silonitę ad Ieroboam filium Nabath. Videns itaq; populus q̃ noluiſſet eos audire rex, reſpondit ei, dicens: Quę nobis pars in Dauid? vel quę hereditas in filio Iſai? ℟. Dñs, qui eri. 257.

FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce vxor Ieroboã ingreditur, vt cõſulat te ſuper filio ſuo, qui ęgrotat: hęc & hęc ca. 16

loqueris ei. Cum ergo illa intraret, ⁊ diſſimularet ſe eſſe, quę erat, audiuit Ahias ſonitum pedum eius introeuntis per oſtiũ, ⁊ ait: Ingredere vxor Ieroboã: quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nũcius. ℟. Percuſſit. 257. L. ij.

Vade, ⁊ dic Ieroboã: Hec dicit domin⁹ Deus Iſrael: Quia exaltaui te de medio populi, ⁊ dedi te ducẽ ſuper populum meũ Iſrael, ⁊ ſcidi regnũ domus Dauid, ⁊ dedi illud tibi: ⁊ nõ fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, qui cuſtodiuit mãdata mea, ⁊ ſecut⁹ eſt me ĩ toto corde ſuo, faciẽs qđ placitũ eſſet in cõſpectu meo: ſed operatus es mala ſuper omnes qui fuerunt ante te, ⁊ feciſti tibi deos alienos, ⁊ cõflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autẽ proieciſti poſt tergũ tuum. ℟. Montes Gel. 258. Lec. iij.

Idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboã, ⁊ percutiã de Ieroboã mingentẽ ad parietẽ, ⁊ clauſũ, ⁊ nouiſſimũ in Iſrael, ⁊ mundabo reliquias dom⁹ Ieroboã, ſicut mũdari ſolet fimus vſq; ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboã in ciuitate, comedent eos canes: qui autẽ mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues celi: q̃a dñs locutus eſt. Tu igitur ſurge, ⁊ vade in domũ tuã: ⁊ in ipſo introitu pedũ tuorũ in vrbem, morietur puer. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro tertio Regum. Lect. j.

Accedens autem Elias ad omnẽ populũ Iſrael, ait: C.1 Vſquequo claudicatis in duas partes? Si dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et non reſpondit ei populus verbum. Et ait rurſus Elias ad populum: Ego remanſi propheta domini ſolus: prophetę autem Baal quadringenti, ⁊ quinquaginta viri ſunt. ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Dentur nobis duo boues, ⁊ illi eligant ſibi bouẽ vnũ, ⁊ in fruſta cędẽtes ponãt ſuper ligna, ignem autem non ſupponant: ⁊ ego faciam bouem alterum, ⁊ imponam ſuper ligna, ignem autem non ſupponam. Inuocate nomina deorum veſtrorum, ⁊ ego inuocabo nomẽ dei mei: ⁊ Deus, qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpõdens omnis populus, ait: Optima propoſitio, quam locutus eſt Elias. ℟. Exaudiſti. 258. L. iij.

Dixit ergo Elias prophetis Baal: Eligite vobis boues vnũ, ⁊ facite primi, quia vos plures eſtis: ⁊ inuocate nomina deorum veſtrorum, ignemque non ſupponatis. Qui cum tuliſſent bouem quem dederat eis, fecerunt, ⁊ inuocabant nomen Baal de mane vſque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſpon-

ſponderet. ℟. Audi dñe. 258. Ad Mag. Aña. Dum tolleret dominus Elias per turbinē in cęlum, Eliſeus clamabat: Pater mi, currus Iſrael, ⁊ auriga eius.

DOMINICA IX. post Pentecosten.

Incipit lib. quartus Regū. L. j.

Preuaricatus eſt autē Moab in Iſrael, poſtquam mortuus eſt Achab, cecidit que Ochozias per cancellos cęnaculi ſui, quod habebat in Samaria, ⁊ ęgrotauit, miſitque nuncios, dicens ad eos: Ite conſulite Beelzebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam Thesbiten, dicēs: Surge, deſcende in occurſum nunciorum regis Samarię, ⁊ dices ad eos: Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendū Beelzebub, deum Accaron? Quamobrē hęc dicit dominus: De lectulo, ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. ℟. Præparate. 257. L. ij.

Et abijt Elias, reuerſique ſunt nuncij ad Ochoziam, qui dixit eis: Quare reuerſi eſtis? At illi reſponderunt ei. Vir occurrit nobis, ⁊ dixit ad nos. Ite, ⁊ reuertimini ad regē, qui miſit vos, ⁊ dicetis ei. Hęc dicit dñs: Nunquid quia non erat Deus in Iſrael, mittis, vt conſulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia.

Qui dixit eis, Cuius figurę, ⁊ habitus eſt vir ille, qui occurrit vobis, ⁊ locutus eſt verba hęc? At illi dixerunt: Vir piloſus, ⁊ zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias Teſbites eſt. Miſitque ad eum quinquagenariū principem, ⁊ quinquaginta viros qui erant ſub eo. Qui aſcendit ad eum, ſedentique in vertice montis ait, Homo dei: rex pręcepit, vt deſcendas. Reſpondensq; Elias dixit quinquagenario: Si homo Dei ſum, deſcēdat ignis de cęlo, ⁊ deuoret te, ⁊ quinquaginta tuos. Deſcendit itaq; ignis de cęlo, ⁊ deuorauit eū, ⁊ quinquaginta, q erant cū eo. ℟. Dñs, qui. 257. Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

In lectionibus, quę nobis diebus iſtis recitantur, fratres chariſſimi, frequenter admonui vt nō ſequamur literam occidentem, ⁊ viuificantem ſpiritum relinquamus: ſic enim apoſtolus ait, Litera occidit, ſpiritus viuificat. Si enim hoc tantū volumꝰ intelligere qđ ſonat ī litera: aut paruā, aut prope nullā ędificationē de diuinis lectionibꝰ capiemꝰ. Illa eniʒ oīa, q̄ recitantur, typꝰ erāt ⁊ imago futurorū. In Iudęis eniʒ figurata: i nobis

gratia dei dominice cōpleta sunt. ℞. Percussit. 257. Lectio v.

Beatus enim Elias typum habuit domini Saluatoris. Sicut enim Elias a Iudeis persecutionem passus est, ita et verus Elias dominus noster ab ipsis reprobatus est, et cōtemptus. Elias reliquit gentem suam: et Christus deseruit synagogam. Elias abijt in desertum: et Christus venit in mūdū. Elias in deserto, coruis ministrantibus, pascebatur: et Christus in deserto mūdi huius gētiū fide reficitur. ℞. Montes Gel. 258. Lec. vj.

Corui enim illi, qui beato Elie iubente domino ministrabant, gentium populum figurabant: propterea et de gentium ecclesia dicitur, Nigra sum et formosa filia Ierusalem. Unde est ecclesia nigra et formosa? Nigra per naturā, formosa per gratiā. Unde nigra? Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, et in delictis peperit me mater mea. Unde formosa? Asperges me hyssopo, et mundabor: lauabis me, et sup niuē dealbabor. ℞. Ego te. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. Le. j.

ca. 2. Accesserūt filij prophetarū, qui erāt in Iericho ad Eliseum, et dixerūt ei: Nunquid nosti quia dominus hodie tollet dominū tuū a te? Ait: Et ego noui, silete. Dixit aūt ei Elias: Sede hic, quia dominus misit me vsque ad Iordanē. Qui ait: Uiuit dominus, et viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierūt igitur ambo pariter: et quinquaginta viri de filijs prophetarū secuti sunt eos, qui et steterūt e cōtra longe: illi autē ambo stabant super Iordanē. ℞. Recordare. 258. Lec. ij.

Tulitque Elias pallium suum, et inuoluit illud, et percussit aquas, que diuise sunt in vtrāque partem, et transierunt ambo per siccum. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis, vt faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque Eliseus: Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen, si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, nō erit. ℞. Exaudisti. folio. 258. Lectio tertia.

Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur: ecce, currus igneus, et equi ignei diuiserunt vtrumque, et ascendit Elias per turbinē in celum. Eliseus autem videbat, et clamabat: Pater mi, pater mi: curr⁹ Israel, et auriga eius. Et non vidit eū amplius. ℞. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Lec. j.

Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, et recensuit vniuersum Israel: misitque ad Iosaphat regem Iuda dicēs: Rex Moab recessit a me, ca. 3.

veni

venire mecum contra eum ad prę/
lium. Qui reſpondit: Aſcendam.
Qui meus eſt, tuus eſt: populus
meus, populus tuus: ⁊ equi mei,
equi tui. Dixitque: Per quam
viam aſcendemus? At ille reſpon/
dit: Per deſertum Idumeę. Per/
rexerunt igitur rex Iſrael, ⁊ rex
Iuda, ⁊ rex Edom: ⁊ circumie/
runt per viam ſeptem dierum:
nec erat aqua exercitui, ⁊ iumen
tis, quę ſequebantur eos. ℟. Do/
mine ſi conuerſus. 259. Lectio ij.

Dixitque rex Iſrael: Heu
heu, heu, congregauit nos
dominus tres reges, vt traderet
in manu Moab. Et ait Joſa/
phat: Eſt ne hic propheta domi/
ni, vt deprecemur dominum per
eum? Et reſpondit vnus de ſer/
uis regis Iſrael: Eſt hic Eliſęus
filius Saphat, qui fundebat aquã
ſuper manus Elię. Et ait Joſa/
phat: Eſt apud eum ſermo do/
mini? Deſcenditque ad eum rex
Iſrael, ⁊ Joſaphat rex Juda, ⁊
rex Edom. Dixit autem Eliſę/
us ad regem Iſrael: Quid mi/
hi ⁊ tibi eſt? vade ad prophetas
patris tui, ⁊ matris tuę. ℟.
Factum. 259. Lectio tertia.

Et ait illi rex Iſrael: Qua/
re congregauit domin⁹ tres
reges hos, vt traderet eos in ma/
nu Moab? Dixitque ad eum Eli/
ſeus: Viuit dominus exercituũ,
in cuius conſpectu ſto, quod ſi nõ
vultum Joſaphat regis Judę eru/
beſcerem, nõ attendiſſem quidem te,
nec reſpexiſſem. Nunc autem
adducite mihi pſaltem. Cumqʒ
caneret pſaltes, facta eſt ſuper eũ
manus domini, ⁊ ait: Hęc dicit
dominus. Facite alueũ torrentis
huius foſſas, ⁊ foſſas: hęc enim di/
cit domin⁹: Nõ videbitis ventũ,
neqʒ pluuiã: ⁊ alueus iſte replebi
tur aquis, ⁊ bibetis vos, ⁊ familię
veſtrę, ⁊ iumenta veſtra: paruũqʒ
eſt hoc in conſpectu domini: inſu/
per tradet etiã Moab in manus
veſtras. ℟. Percuſſit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. L. i.

Mulier autem quędam de ca. 4.
vxoribus prophetarũ cla
mabat ad Eliſęum dicens: Seruus
tuus vir meus mortuus eſt, ⁊ tu
noſti quia ſeruus tuus fuit timẽs
dominum, ⁊ ecce creditor venit vt
tollat duos filios meos ad ſeruiẽ
dum ſibi. Cui dixit Eliſęus: Quid
vis vt faciam tibi? dic mihi, quid
habes in domo tua? At illa reſpõ
dit: Nõ habeo ancilla tua quid/
quam in domo mea niſi parum
olei quo vngar. Cui ait: Vade,
pete mutuo ab omnibus vicinis
tuis vaſa vacua non pauca: ⁊ in/
gredere, ⁊ claude oſtium tuum, cũ
intrinſecus fueris tu, ⁊ filij tui: ⁊
mitte inde in omnia vaſa hęc, ⁊
cum plena fuerint tolles. ℟.
Peccaui. folio. 258. Lectio ij.

Iuit itaqʒ mulier, ⁊ clauſit
oſtium ſuper ſe, ⁊ ſuper fi/
lios ſuos: illi offerebãt vaſa, ⁊ il/
la infundebat. Cumque plena
fuiſſent

fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuū. Affer mihi adhuc vas: ⁊ ille reſpondit: Non habeo: ſtetitque oleum. Venit autē illa, ⁊ indicauit homini Dei. Et ille: Uade, inquit, vēde oleū, ⁊ redde creditori tuo: tu autē ⁊ filij tui viuite de reliquo. Facta eſt autē quedā dies, ⁊ tranſibat Eliſeus per Sunam ciuitatē. Erat autē ibi mulier magna, que tenuit eū, vt comederet panem. Cumq; frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam, vt comederet panē. Que dixit ad virum ſuū: Animaduerto quod vir Dei ſanctus eſt iſte, qui trāſit per nos frequēter: faciamus ergo ei cenaculū paruū, ⁊ ponamus ei in eo lectulū, ⁊ menſam, ⁊ ſellam, ⁊ candelabrū: vt cum venerit ad nos, maneat ibi. ℟. Exaudiſti. 258. Lec. iij.

Facta eſt ergo dies quedā: ⁊ veniēs diuertit in cenaculum, ⁊ requieuit ibi: dixitque ad Giezi puerum ſuum: Uoca Sunamitidem iſtam. Qui cum vocaſſet eam, ⁊ illa ſtetiſſet coram eo, dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eam: Ecce ſedule in omnibus miniſtraſti nobis: quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negociū, ⁊ vis vt loquar regi, ſiue principi militie? Que reſpōdit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciā ei? Dixitq; Giezi. Ne queras: filium enim non habet, ⁊ vir eius ſenex eſt. Precepit itaque vt vocaret eam. Que cū vocata fuiſſet, ⁊ ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eā. In tempore iſto, ⁊ in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium. Et illa reſpondit: Noli queſo domine mi vir Dei, noli mentiri ancille tue. Et concepit mulier, ⁊ peperit filium in tempore, ⁊ in hora eadem qua dixerat Eliſeus. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro quarto Regum. Lec. j. ca. 6

Congregauit Benadad rex Syrie vniuerſum exercitum ſuum, ⁊ aſcendit, ⁊ obſidebat Samariam: factaq; eſt fames magna in Samaria, ⁊ tandiu obſeſſa eſt, donec venūdaretur caput aſini octoginta argenteis, ⁊ quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis. Cumq; rex Iſrael tranſiret per murū, mulier quedam exclamauit ad eū dicens: Salua me domine mi rex. Qui ait: Non te ſaluet dominus, vnde te poſſim ſaluare, de area vel de torculari? ℟. Preparate. 257. Lectio ij.

Dixitq; ad eam rex: Quid tibi vis? Que reſpondit. Mulier iſta dixit mihi: Da filiū tuū, vt comedamus eū hodie, ⁊ filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum, ⁊ comedimus. Dixique ei die altera: Da filium tuū, vt comedamus eum. Que abſcondit filium ſuum. Quod cum audiſſet rex, ſcidit

ſcidit veſtimēta ſua, ⁊ tranſibat per murum. Viditq; omnis populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnem intrinſecus: ⁊ ait rex: Hęc mihi faciat Deus, ⁊ hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. Eliſeus autem ſedebat in domo ſua, ⁊ ſenes ſedebant cum eo. ℟. Deus omnium. 257. Lectio iij.

PRęmiſit itaq; virum, ⁊ antequā veniret nuncius ille, dixit ad ſenes: Nunquid ſcitis q miſerit filius homicidę huc, vt pręcidatur caput meū? Videte ergo, cū venerit nuncius, claudite oſtium, ⁊ nō ſinatis eum introire. Ecce enim ſonitus pedū domini eius poſt eū eſt. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuncius, qui veniebat ad eum: ⁊ ait. Ecce tantū malū a domino eſt: quid amplius expectabo a domino? Dixit autem Eliſeus. Audite verbum domini. Hęc dicit dn̄s: In tēpore hoc, cras modius ſimilę vno ſtatere erit, ⁊ duo modij hordei ſtatere vno, in porta Samarię. ℟. Dn̄s q eri. 257.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. L. j.

ca. 8. ELiſeus autem locutus eſt ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu, ⁊ domus tua, ⁊ peregrinare vbicunq; repereris: vocauit enim dominus famem, ⁊ veniet ſuper terram ſeptem annis. Quę ſurrexit, ⁊ fecit iuxta verbum hominis Dei: ⁊ vadens cum domo ſua, peregrinata eſt in terra Philiſthijm diebus multis. ℟. Percuſſit. 257. Lec. ij.

CUmque finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa eſt mulier de terra Philiſthijm, ⁊ egreſſa eſt vt interpellaret regem pro domo ſua, ⁊ pro agris ſuis. Rex autem loquebatur cum Giezi, puero viri Dei dicens: Narra mihi omnia magnalia, quę fecit Eliſeus. Cumq; ille narraret regi, quomodo mortuum ſuſcitaſſet, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regē pro domo ſua, ⁊ pro agris ſuis. ℟. Montes Gelb. 258. L. iij.

DIxitque Giezi: Domine mi rex, hęc eſt mulier, ⁊ hic eſt filius eius quem ſuſcitauit Eliſeus. Et interrogauit rex mulierem: quę narrauit ei vera eſſe. Deditq; ei rex eunuchum vnum dicens: Reſtitue ei omnia, quę ſua ſunt, ⁊ vniuerſos redditus agrorū, a die, qua reliquit terrā, vſq; ad pręſens. ℟. Ego. 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. L. j.

ELiſeus autē prophetes vocauit vnū de filijs prophetarū ⁊ ait illi. Accinge lumbos tuos, ⁊ tolle lenticulam olei hanc in manu tua, ⁊ vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Ioſaphat filij Namſi: ⁊ ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum. ca. 9.

rum, ꝛ introduces in interius cu
biculum: teneſq; lenticulā olei
fundes ſup caput eius: ꝛ dices:
Hec dicit dñs: Unxi te regē ſu
per Iſrael. Aperieſq; oſtium, ꝛ
fugies, ꝛ nō ibi ſubſiſtes. Abijt
ergo adoleſcens puer prophete
in Ramoth Galaad, ꝛ ingreſſus
eſt illuc. Ecce autē principes ex
ercitus ſedebant, ꝛ ait: Verbū
mihi ad te o princeps. Dixitq;
Iehu: Ad quē ex oībus nobis?
At ille dixit, Ad te o princeps.
℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Qui ſurrexit, ꝛ ingreſſus eſt
cubiculū: at ille fudit oleū
ſuper caput eius, ꝛ ait: Hec di
cit dñs Deus Iſrael: Unxi te
regē ſuper populū dñi Iſrael, ꝛ
percuties domum Achab dñi
tui, ꝛ vlciſcar ſanguinē ſeruorū
meorum prophetarū, ꝛ ſangui
nem omniū ſeruorū dñi de ma
nu Iezabel: perdāq; oēm domū
Achab. Et interficiā de Achab
mingentem ad parietē, ꝛ clau
ſum, ꝛ nouiſſimū in Iſrael, ꝛ da
bo domū Achab ſicut domū
Ieroboā filij Nabat, ꝛ ſicut do
mū Baaſa filij Abia. Iezabel
quoq; comedent canes in agro
Iezrabel, nec erit, q̄ ſepeliat eā.
Aperuitque oſtium, ꝛ fugit.
℟. Exaudiſti. 258. Lectio iij.

Iehu autem egreſſus eſt ad
ſeruos dñi ſui, qui dixerūt
ei. Rectene ſunt oīa? quid venit
inſanus iſte ad te? Qui ait eis:
Noſtis hominē, ꝛ q̄d locutus ſit.
At illi reſponderunt: Falſum
eſt: ſed magis narra nobis. Qui
ait eis. Hec ꝛ hec locutus eſt mi
hi, ꝛ ait. Hec dicit dñs: Unxi
te regem ſuper Iſrael. Feſtina
uerunt itaque ꝛ vnuſquiſq; tol
lens pallium ſuum poſuerunt
ſub pedibus eius in ſimilitudi
nem tribunalis, ꝛ cecinerunt tu
ba, atque dixerunt, Regnabit
Iehu. ℟. Audi domine. 258.
Sabbato. Ad Magn. Ant.
Fecit Ioas rectum coram domi
no, cunctis diebus, quibus do
cuit eum Ioiadas ſacerdos.

DOMINICA X.
post Pentecoſten.

De libro quarto Regum. L. i.

Anno vndecimo Io ca. 9
ram filij Achab re
gis Iſrael: regnauit
Ochozias ſup Iu
dā: venitq; Iehu
in Iezrabel. Porro Iezabel, in
troitu eius audito, depinxit ocu
los ſuos ſtibio, ꝛ ornauit caput
ſuū, ꝛ reſpexit p feneſtrā ingre
dientē Iehu p portā, ꝛ ait. Nū
quid pax poteſt eſſe Zambri, q̄
interfecit dominū ſuū? Leua
uitque Iehu faciē ſuam ad fe
neſtram, ꝛ ait: Que eſt iſta? Et in
clinauerunt ſe ad eum duo, vel
tres eunuchi. At ille dixit eis:
Precipitate eā deorſum. Et pre
cipitauerunt eā, aſperſuſq; eſt
ſanguine paries, ꝛ equorū vn
gule conculcauerunt eā. Cumq;
introgreſſus eſſet, vt come
deret,

deret, biberetq;, ait: Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eã, quia filia regis est. R. Preparate corda. 257. Lectio v.

Cumque issent ut sepelirent eã, non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus: reversiq; nunciaverunt ei. Et ait Jehu: Sermo domini est, quem locutus est per servũ suum Eliam Thesbiten, dicens: In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel: & erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciẽ terrę in agro Jezrahel, ita ut prętereuntes dicant: Hęccine est illa Jezabel? Erãt autẽ Achab septuaginta filii i Samaria. Scripsit ergo Jehu literas, & misit in Samariam ad optimates civitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens: Statim ut acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & civitates firmas, & arma: eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filiis domini vestri; & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. R. Deus omnium. 257. Lectio vi.

Timuerunt illi vehemẽter, & dixerunt: Ecce duo reges nõ potuerunt stare coram eo: & quomodo nos valebimus resistere? Miserũt ergo prępositi domus, & pręfecti civitatis, & maiores natu, & nutricii ad Jehu dicẽtes: Servi tui sumus, quęcũq; iusseris faciemus, nec constituemus nobis regẽ: quęcunq; tibi placẽt, fac. Rescripsit autẽ eis literas secũdo dicẽs: Si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorũ dñi vestri, & venite ad me hac eadẽ hora cras in Jezrahel. Porro filii regis, septuaginta viri, apud optimates civitatis nutriebantur. Cumq; venissent literę ad eos, tulerunt filios regis, & occiderũt septuaginta viros, & posuerunt capita eorũ in cophinis, & miserũt ad eum in Jezrahel. R. Dominus, q erip. 257.

Ser. [illegible] Joã. Chry. [illegible]

Non putemus nos excusationem habituros, siquando delictorũ socios invenerimus: nã istud, supplicium magis augebit. Quandoquidẽ & serpẽs magis punitus est quã mulier, quẽadmodũ & mulier plusquã vir: & Jezabel maiores pęnas dedit quã Achab vinee raptor. Ipsa quippe universum istud negociũ texuerat, regiq; lapsus occasionẽ dederat. Igitur & tu quoque si reliquis perditionis causa fueris, graviora patieris, quã q pertesubversi sunt. Neq; enim peccare tantũ in se pditionis habet, quãtũ q reliq ad peccãdũ inducunt. R. Percussit. 257. L. vi.

Itaque siquãdo peccantes viderimus, non solum nõ impellamus, sed & extrahamus ex ipso malitię baratro, ne & alienę pditionis pęnas demus. Recordemur

cordemur quoqꝫ perpetuo terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorum inſolubilium, pfundarum tenebrarũ, ſtridulorum dentium, venenoſiqꝫ vermis. Sed dicis. Benignus eſt Deus. Ergo hec oia verba ſũt, ꝛ neqꝫ punitur diues ille Lazari cõtemptor, neqꝫ fatue virgines a ſponſo reijciuntur? Ergo qui Chriſtum nõ pauerunt, in ignẽ diabolo pparatum nõ abibunt? Ergo q ſordidis eſt veſtibus nõ peribit, manus ac pedes vinctus? Qui centum denarios a cõſeruo ſuo exegit, nõ tradetur tortoribus? Quod de mechis dictũ eſt, nimirum quod vermis eorũ nõ morietur, ꝛ ignis eorum nõ extinguetur, verum non erit? ℟. Mõtes Gelboe. 258. Lectio vij.

Sed minatur iſta tantummodo deus, vtiqꝫ inquies. Et vnde dic queſo tantã rem audes publice loqui, atqꝫ ex teipſo ferre ſententiam? Ego quippe ꝛ ex iis, que dixit Deus, ꝛ ex iis, que fecit, cõtrarium probare potero. Quod ſi propter futura nõ credis: vel ſaltem ppter ea, que facta ſunt crede. Nõ enim certe mine ſunt, ꝛ verba tãtummodo, q facta ſunt, ꝛ in opus ipſum exierũt. Quis igit totũ orbẽ inducto diluuio ſtagnauit, ac graue illud naufragium omnimodamqꝫ generis noſtri perditionem effecit? Quis deinde fulmina illa, telaqꝫ flãmantia ſuper terrã Sodomorũ demiſit? qs vniuerſũ Aegypti exercitũ in mare demerſit? quis ſynagogã Abiron cõbuſſit? qs ſeptuaginta illa millia propter Dauidis peccatum vno temporis momento peſte cecidit? nõne hec omnia, ꝛ alia Chriſtus illis intulit? ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regũ. Lectio j. ca. 11

Athalia vero mater Ochozie videns mortuũ filiũ ſurrexit, ꝛ interfecit oẽ ſemẽ regiũ. Tollens aũt Ioſaba filia regis Iorã ſoror Ochozie Ioas filiũ Ochozie, furata eſt eũ de medio filiorũ regis qui interficiebãtur, ꝛ nutricẽ eius de triclinio, ꝛ abſcondit eum a facie Athalie, vt nõ interficeretur. Eratqꝫ cum ea ſex annis clam in domo domini: porro Athalia regnauit ſuper terram ſeptem annis. ℟. Recordare. 258. Lectio ij.

Anno autem ſeptimo miſit Ioiada põtifex, ꝛ aſſumẽs centuriones, ꝛ milites, introduxit ad ſe in templum dñi, pepigitqꝫ cum eis fedus, ꝛ adiurãs eos in domo domini, oſtendit eis filium regis, ꝛ precepit illis, dicens: Iſte eſt ſermo, quem facere debetis. Tertia pars veſtrum introeat Sabbatho, ꝛ obſeruet excubias domus regis: tertia autem pars ſit ad portam Sur, ꝛ tertia pars ſit ad portã, que eſt poſt habitaculum Scutariorum: ꝛ cuſtodietis excubias domus

Digitized by Google

dendis Sabbatho: Tunc vero partes e vobis omnes egredientes Sabbatho cuſtodiant excubias domus domini circa regem. ℟. Exaudiſti. 258. Lectio tertia.

Et aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur ad Sabbatum cum his qui egrediebantur e Sabbatho, venerunt ad Joiadam ſacerdotem qui dedit eis haſtas, et arma regis David, que erant in domo domini: et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua a parte templi dextera, uſque ad partem ſiniſtram altaris, et edis circa regem. Produxitque filium regis, et poſuit ſuper eum diadema, et teſtimonium. Feceruntque eum regem, et unxerunt, et plaudentes manu dixerunt. Vivat rex. ℟. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.
De libro quarto Regum. Lectio j.

12. ca. Anno ſeptimo Jehu regnavit Joas: quadraginta annis regnavit in Jeruſalem, nomen matris eius Sebia de Berſabee. Fecitque Joas rectum coram domino cunctis diebus, quibus docuit eum Joiadas ſacerdos: veruntamen excelſa non abſtulit, adhuc enim populus immolabat, et adolebat in excelſis incenſum. ℟. Domine, ſi conver. 259. Lectio ij.

Dixitque Joas ad ſacerdotes: Omnem pecuniam ſanctorum, que illata fuerit in templum domini a preterentibus, que offertur pro precio animę, et quam ſponte et arbitrio cordis ſui inferunt in templum domini, accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, et inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint inſtauratione. ℟. Factum eſt. 259. Lectio iij.

Igitur uſque ad vigeſimum tertium annum regis Joas non inſtauraverunt ſacerdotes ſartatecta templi. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem et ſacerdotes, dicens eis: Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem veſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam. ℟. Percuſſit Saul. 257.

FERIA QUARTA.
De libro quarto Regum. Lectio j.

Eliſeus autem egrotabat infirmitate qua mortuus eſt: et deſcenditque ad eum Joas rex Iſrael, et flebat coram eo dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, et auriga eius. Et ait illi Eliſeus: Affer arcum et ſagittas. ca. 13. Cumque attuliſſet ad eum arcum et ſagittas, dixit ad regem Iſrael. Pone manum tuam ſuper arcum. Et cum poſuiſſet ille manum ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis, et ait: Aperi feneſtram orientalem. Cumque aperuiſſet, dixit Eliſeus: Jace ſagittam, et iecit, et ait Eliſeus: Sagitta ſalutis domini. ℟. Peccavi ſuper numerum. folio. 257. Lectio ſecunda.

Digitized by Google

Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei. Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetisset: iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usq; ad consummationem: nunc autem trib⁹ vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum: latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. R. Exaudisti. 258 L. ec. iij.

Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, et proiecerunt cadaver in sepulcrum Elisei: quod cum tetigisset ossa Elisei, revixit homo et stetit super pedes suos. Mortuus est autem Hazahel rex Syrie, et regnavit Benadad filius eius pro eo. Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad filij Hazabel, quas tulerat de manu Joachaz patris sui iure prelij: tribus vicib⁹ percussit eum Joas, et reddidit civitates Israeli. R. Audi dñe. 258

FERIA QVINTA.

Lectio libri Regum. L. j.

c. 17. Anno autem nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam, et transtulit Israel in Assyrios: posuitq; eos in Hala, et in Habor iuxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum. Factum est enim cum peccassent filij Israel dño Deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt deos alienos, et ambulaverunt iuxta ritum gentium, quas consumpserat dominus in conspectu filiorum Israel, et regum Israel, quia similiter fecerant. Et offenderunt filij Israel verbis non rectis dominum Deum suum, et edificaverunt sibi excelsa in cunctis urbib⁹ suis. R. Preparate. 257 L. ij.

Et testificat⁹ est dñs in Israel, et in Juda per manum omnium prophetarum, et videntium, dicens: Revertimini a vijs vestris pessimis, et custodite precepta mea, et cerimonias iuxta omnem legem, quam precepi patribus vestris: et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed induraverunt cervicem suam, iuxta cervicem patrum suorum, qui noluerunt obedire dño deo suo, et abiecerunt legitima eius, et pactum quod pepigit cum patribus eorum, et testificationes quibus contestatus est eos: secutiq; sunt vanitates, et vane egerunt. R. Deus omnium. 257. L. iij.

Iratusq; est dñs vehementer Israeli, et abstulit eos a conspectu suo, et non remansit nisi tribus Juda tantummodo: sed nec ipse Judas custodivit mandata dñi Dei sui, verum ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitque dñs omne semen Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripientium,

tis, donec proijceret eos a facie ſua, ex eo iam tēpore quo ſciſſus eſt Iſrael a domo Dauid, ꝛ cōſti tuerunt ſibi regē Ieroboā filiū Nabat. ℟. Dñs, qui eri. 257.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. Le. j.

ca.17 Separauit Ieroboā Iſrael a dño, ꝛ peccare eum fecit peccatum magnum, ꝛ ambulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam, quę fecerat: ꝛ non receſſerunt ab eis, vſque quo dominus auferret Iſrael a facie ſua, ſicut locutus fuerat in manu omnium ſeruorum ſuorū prophetarum. Tranſlatusq; eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in diem hanc. ℟. Percuſſit Saul. 257. Lectio ſecūda.

Adduxit autē rex Aſſyriorum viros de Babylone, ꝛ de Cutha, ꝛ de Aua, ꝛ de Emath, ꝛ de Sepharuaim; ꝛ collocauit eos in ciuitatibus Samarię pro filijs Iſrael: qui poſſederūt Samariā, ꝛ habitauerūt in vrbibus eius. Cumq; ibi habitare cepiſſent, nō timebāt dominum, ꝛ immiſit in eos dominus leones, qui interficiebant eos. ℟. Mōtes Gelboe. 258. L. iij.

Nunciatumq; eſt regi Aſſyriorum, ꝛ dictum: Gentes quas tranſtuliſti, ꝛ habitare feciſti in ciuitatibus Samarię, ignorant legitima Dei terrę, ꝛ immiſit in eos dominus leones, ꝛ ecce interficiunt eos, eo quod ignorēt ritum Dei terrę. Precepit autē rex Aſſyriorū, dicens: Ducite illuc vnum de ſacerdotibus, quos inde captiuos adduxiſtis: ꝛ vadat, ꝛ habitet cum eis, ꝛ doceat eos legitima Dei terrę. ℟. Ego tetuli de domo. folio. 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. Le. j.

Anno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. ca.18
Viginti quinq; annorū erat cū regnare cepiſſet, ꝛ viginti nouē annis regnauit in Ieruſalē: nomen matris eius Abi, filia Zacharię. Fecitq; quod erat bonū corā domino iuxta omnia quę fecerat Dauid pater eius. Ipſe diſſipauit excelſa, ꝛ cōtriuit ſtatuas, ꝛ ſuccidit lucos, confregitq; ſerpentem ęneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidem vſq; ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum: vocauitq; nomē eius Nehuſtā: ꝛ in dño Deo Iſrael ſperauit. ℟. Peccaui. 258. L. ij.

Itaq; poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda, ſed neq; in ijs, qui ante eū fuerunt: ꝛ adheſit domino, ꝛ nō receſſit a veſtigijs eius: fecitque mādata eius, quę preceperat dominus Moyſi. Unde ꝛ erat dñs cū eo, ꝛ in cūctis ad quę procedebat, ſapienter ſe agebat. Rebellauit quoq; contra regē Aſſyriorū, ꝛ nō ſeruiuit ei. Ipſe percuſſit Philiſthęos vſq; ad Gazam,

⁊ omnes terminos eoꝝ, a turre cuſtodū, vſqȝ ad ciuitatē munitam. ℞. Exaudiſti. 258. Le. iij.

Anno quarto regis Ezechię, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſrael aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorū Samariā, ⁊ oppugnauit eā, ⁊ cepit. Nam poſt annos tres, anno ſexto Ezechię, ideſt nono anno Oſee regis Iſrael capta eſt Samaria, ⁊ tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſyrios, collocauitque eos in Hala, ⁊ in Habor fluuijs Gozam, in ciuitatibꝰ Medorum, quia non audierunt vocē domini Dei ſui: ſed prętergreſſi ſunt pactum eius. Omnia quę pręceperat Moyſes ſeruus domini, nō audierunt, neqȝ fecerunt. ℞. Audi domine. 258.

Ad Magnif. Ana. Obſecro domine: memento queſo quomodo ambulauerim coram te in veritate, ⁊ in corde perfecto, ⁊ quod placitum eſt coram te fecerim.

DOMINICA XI.
post Pentecoſten.

De libro quarto Regum. Le. j.

c. 20. In diebus illis ęgrotauit Ezechias vſque ad mortem, ⁊ venit ad eum Iſaias filius Amos ꝓpheta, dixitque ei: Hęc dicit dominus Deus: Pręcipe domui tuę: morieris enim tu, ⁊ non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietē, ⁊ orauit dominū dicens: Obſecro domine memento queſo quomodo ambulauerim corā te in veritate, ⁊ in corde perfecto, ⁊ quod placitum eſt coram te fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. ℞. Preparate corda. 257. Lectio ij.

Et antequam egrederetur Iſaias mediā partē atrij, factus eſt ſermo domini ad eum dicens: Reuertere, ⁊ dic Ezechię duci populi mei: Hęc dicit dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, ⁊ vidi lacrymam tuam, ⁊ ecce ſanaui te: die tertia aſcendes templum domini, ⁊ addam diebus tuis quindecim annos: ſed ⁊ de manu regis Aſſyriorum liberabo te, ⁊ ciuitatem hanc, ⁊ protegam vrbem iſtam propter me, ⁊ propter Dauid ſeruum meum. Dixitque Iſaias: Afferte maſſam ficoꝝ. Quam cum attuliſſent, ⁊ poſuiſſent ſuper vlcus eius, curatus eſt. ℞. Deus omnium, 257. Lectio tertia.

Dixerat autē Ezechias ad Iſaiam: Quod erit ſignū, quia dominus me ſanabit, ⁊ quia aſcenſurus ſum die tertia templū domini? Cui ait Iſaias: Hoc erit ſignū a domino, quod facturus ſit dominus ſermonē, quē locutus eſt: Uis vt aſcendat vmbra decem lineis: an vt reuertatur totidē gradibus? Et ait Ezechias: Facile eſt vmbram creſcere decem lineis: nec hoc volo vt fiat,

ſed

ſed vt reuerteretur retrorſum decem gradibus. Inuocauit itaq; Iſaias propheta dominum, ⁊ reduxit vmbram per lineas, quib⁹ iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decẽ gradibus. ℟. Dominus, qui erip. 257.

De expoſitione ſcti Hieron. pšb. in Iſaiam prophetam. Lec. iiij.

NE eleuaretur cor Ezechię poſt incredibiles triũphos ⁊ de media captiuitate victoriã, infirmitate corporis ſui viſitatur ⁊ audit ſe eſſe moriturũ, vt conuerſus ad dominum flectat ſententiam eius: quod quidem, ⁊ in Iona propheta legimus, ⁊ in cõminationibus cõtra Dauid: quę dicuntur futura, nec facta ſunt; non Deo mutante ſententiam, ſed prouocante humanũ genus ad notitiam ſui: dominus enim pęnitens eſt ſuper malitijs. Conuertitque Ezechias faciem ſuam ad parietem: quia ad templũ ire non poterat: ad parietem autem tẽpli, iuxta quod Salomon palatiũ extruxerat: vel abſolute ad parietem, ne lacrymas ſuas aſſidentibus oſtentare videretur. ℟. Percuſſit. 257. Lectio v.

AUdiensq; ſe eſſe moriturũ: non precatur vitã ⁊ annos plurimos, ſed in Dei iudicio qđ velit pręſtare dimittit: nouerat enim idcirco Deo placuiſſe Salomonem, q̃ annos vitę non petierit ampliores: ſed iturus ad dominũ narrat opera ſua, quomodo ambulauerit corã eo in veritate, ⁊ in corde pfecto. Felix cõſcientia q̃ afflictionis tẽpore bonorũ operũ recordat᷑. Beati enim mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbũt. Et quomodo alibi ſcribit᷑ Quis gloriabit᷑ purũ habere ſe cor? Quod ita ſoluitur, pfectionẽ cordis in eo nũc dici, quod idola deſtruxerit, tẽpli valuas aperuerit, ſerpentẽ ęneũ cõminuerit: ⁊ cetera fecerit, quę ſcriptura commemorat. ℟. Montes Gelboe. 258. Lectio ſexta.

FLeuit autem fletu magno propter pmiſſionẽ dñi ad Dauid, quã videbat in ſua morte perituram. Eo enim tẽpore Ezechias filios nõ habebat: nã poſt mortẽ eius Manaſſes cũ duodecim eſſet annorũ regnare cępit in Iudea, ex quo pſpicuũ eſt, poſt tertiũ annũ cõceſſę vitę Manaſſen eſſe generatũ. Ergo iſte omnis eſt fletus quod deſperabat Chriſtum de ſuo ſemine naſciturũ. Alij aſſerunt, quãuis ſanctos viros morte terreri, propter incertum iudicij, ⁊ ignorationem ſententię Dei, quam ſedem habituri ſint. ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. L. j.

OCto annorũ erat Joſias cũ regnare cępiſſet, ⁊ triginta vno anno regnauit in Jeruſalẽ: ⁊ nomen matris eius Idida, filia Adaia de Beſecath. Fecitq; qđ placitum erat coram domino, ⁊ c. 22.

ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo regis Josie, misit rex Saphan filium Asalia filij Messulã, scribã templi domini: ꝛ dicens ei: Uade ad Helciam sacerdotem magnũ: vt confletur pecunia, que illata est in templũ domini, quã collegerunt ianitores templi a populo, deturqꝫ fabris per prepositos domus domini, qui ꝛ distribuãt eã ijs, qui operantur in templo domini. Rꝫ. Recordare. 258. L. ij.

Dixit autẽ Helcias pontifex ad Saphan scribã: Librũ legis repperi in domo domini. Deditqꝫ Helcias volumen Saphan, qui ꝛ legit illud. Uenit quoqꝫ Saphan scriba ad regẽ, ꝛ renũciauit ei quod preceperat, ꝛ ait: Conflauerunt serui tui pecuniam, que reperta est in domo domini, ꝛ dederunt vt distribueretur fabris a prefectis operum tẽpli domini. Narrauit quoque Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Rꝫ. Exaudisti. 258. L. iij.

Quem cũ legisset Saphan coram rege, ꝛ audisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimenta sua, ꝛ precepit Helcie sacerdoti, ꝛ Ahicam filio Saphan, ꝛ Achobor filio Michaia, ꝛ Saphan scribe, ꝛ Asaie seruo regis dicens: Ite ꝛ consulite dominũ super me, ꝛ super populo, ꝛ super omni Juda, de verbis voluminis istius: quod inuentũ est. Magna enim ira domini succensa est contra nos, quia nõ audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. Rꝫ. Audi domine. folio 258.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Le. j.

Ascendit rex templum domini, ꝛ omnes viri Juda, vniuersiqꝫ, qui habitant in Jerusalem cũ eo sacerdotes, ꝛ prophete, ꝛ omnis populus a paruo vsqꝫ ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri federis, qui inuentus est in domo domini. Stetitqꝫ rex super gradum, ꝛ fedus percussit coram domino, vt ambularent post dominum, ꝛ custodirent precepta eius, ꝛ testimonia, ꝛ cerimonias in omni corde, ꝛ in tota anima: ꝛ suscitarent verba federis huius, que scripta erant in libro illo: acquieuitque populus pacto. Rꝫ. Domine, si conuersus. 258. L. ij. ca. 23

Et precepit rex Helcie pontifici, ꝛ sacerdotibus secundi ordinis, ꝛ ianitoribus, vt proijcerent de templo domini omnia vasa, que facta fuerãt Baal, ꝛ in luco, ꝛ vniuerse militie celi, ꝛ combussit ea foris Jerusalem in conualle Cedron, ꝛ tulit puluerem eorum in Bethel. Et deleuit aruspices, quos posuerunt reges Juda ad sacrificandum in excelsis per

Digitized by Google

per ciuitates Juda, ꝛ in circuitu Jeruſalem, ꝛ eos qui adolebant incenſum Baal, ꝛ Soli, ꝛ lunę, ꝛ duodecim ſignis, ꝛ omni militię cęli. ℟. Factum. 259. Lec. vj.

ET efferri fecit lucum de domo domini foras Jeruſalem, in conuallem Cedron, ꝛ combuſſit eum ibi, ꝛ redegit in puluerem, ꝛ proiecit ſuper ſepulcra vulgi. Et deſtruxit quoque ędiculas effeminatorum, quę erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quaſi domunculas luci. Congregauitque omnes ſacerdotes de ciuitatibus Juda, ꝛ contaminauit excelſa, vbi ſacrificabant ſacerdotes, de Gabaa vſque Berſabee. ℟. Percuſſit Saul. 257.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. L. j.

ca. 23 PYthones, ꝛ ariolos, ꝛ figuras idolorū, ꝛ immūditias, ꝛ abominationes quę fuerant in terra Juda ꝛ Jeruſalē abſtulit Joſias, vt ſtatueret verba legis quę ſcripta ſunt in libro quē inuenit Helcias ſacerdos in tēplo domini. Similis illi non fuit ante eū rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo, ꝛ in tota anima ſua, ꝛ in vniuerſa virtute ſua, iuxta omnē legē Moyſi: neque poſt eū ſurrexit ſimilis illi. Uerūtamen nō eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Judā propter irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. ℟. Peccaui. 258. Lec. ij.

DIxit itaque dominus: Etiā Judā auferā a facie mea, ſicut abſtuli Iſrael, ꝛ proijciam ciuitatem hanc quam elegi Jeruſalem, ꝛ domū de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliquum autem ſermonum Joſię, ꝛ vniuerſa quę fecit, nonne hęc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Juda? In diebus eius aſcendit Pharao Nechao Rex Aegypti contra regē Aſſyriorū ad flumen Euphratē, ꝛ abijt Joſias rex in occurſum eius: ꝛ occiſus eſt in Mageddo, cū vidiſſet eum: ꝛ portauerunt eū ſerui ſui mortuum de Mageddo: ꝛ pertulerunt in Jeruſalem, ꝛ ſepelierunt eum in ſepulcro ſuo. ℟. Exaudiſti. 258. Lectio iij.

TUlitque populus terrę Joachaz filium Joſię: ꝛ vnxerunt eum, ꝛ conſtituerunt eum regē pro patre ſuo. Uiginti trium annorū erat Joachaz cū regnare cępiſſet, ꝛ tribus menſibus regnauit in Jeruſalē: nomē matris eius Amital, filia Jeremię de Lobna. Et fecit malum coram domino: iuxta omnia quę fecerant patres eius. Uinxitque eum Pharao Nechao in Reblatha, quę eſt in terra Emat, ne regnaret in Jeruſalē, ꝛ impoſuit multam terrę centum talentis argenti, ꝛ talēto auri. Regē quoque cōſtituit Pharao Nechao, Eliacim, filiū

Joſie, pro Joſia patre eius: ver/
tit que nomen eius Joacim: por/
ro Joachaz tulit ⁊ duxit in Ae/
gyptũ. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro quarto Regũ. Lec. j.

C. 23. Ctogintiquinque annorum
erat Joacim cum regnare
cepiſſet: ⁊ vndecim annis regna/
uit in Jeruſalem: nomen matris
eius Zebida, filia Phadaia de
Ruma. Et fecit malum coram
domino, iuxta omnia que fece/
rant patres eius. In diebus eius
aſcendit Nabuchodonoſor, rex
Babylonis, ⁊ factus eſt ei Joa/
cim ſeruus tribus annis, ⁊ rur/
ſus rebellauit contra eum. ℟.
Preparate. 257. Lectio ſecũda.

Immiſitq; ei dominus la/
trunculos Chaldeorum, ⁊
latrunculos Syrie, ⁊ latrũculos
Moab, ⁊ latrunculos filiorum
Ammõ: ⁊ immiſit eos in Judã,
vt diſperderẽt eũ, iuxta verbũ do
mini qđ locutus fuerat p ſeruos
ſuos pphetas. Factũ eſt aũt hoc
per verbũ dñi cõtra Judam, vt
auferret eum corã ſe propter pec
cata Manaſſe, vniuerſa que fe/
cit, ⁊ propter ſanguinẽ innoxium
quem effudit, ⁊ impleuit Jeruſa
lem cruore innocentiũ, ⁊ ob hãc
rem noluit dominus propitiari.
℟. Deus omnium. 257. L. iij.

Reliqua autem ſermonum
Joacim, ⁊ vniuerſa que fe
cit, nõne hec ſcripta ſunt in libro
ſermonum dierũ regũ Juda? Et
dormiuit Joacim cum patribus
ſuis, ⁊ regnauit Joachin filius
eius pro eo. Et vltra nõ addidit
rex Aegypti vt egrederet̃ de ter/
ra ſua: tulerat enim rex Babylo
nis a riuo Aegypti vſq; ad flu/
uiũ Euphratẽ omnia que fuerãt
regis Aegypti. ℟. Dñs qui. 257

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regũ. Lec. j.

Decem ⁊ octo annorũ erat C. 24
Joachin cum regnare ce/
piſſet: ⁊ tribus mẽſibus regna/
uit in Jeruſalem: nomen matris
eius Nebuſtha, filia Elnathan
de Jeruſalem, ⁊ fecit malum co/
rã domino iuxta omnia, que fe/
cerat pater eius. In tempore illo
aſcẽderũt ſerui Nabuchodono/
ſor regis Babylonis in Jeruſalẽ:
⁊ circũdata eſt vrbs munitioni/
bus. Venitq; Nabuchodonoſor
rex Babylonis ad ciuitatẽ cum
ſeruis ſuis, vt oppugnaret eam.
℟. Percuſſit Saul. 257. Lec. ij.

Egreſſuſq; eſt Joachin rex
Juda ad regẽ Babylonis,
ipſe, ⁊ mater eius, ⁊ ſerui eius, ⁊
principes eius, ⁊ eunuchi eius:
⁊ ſuſcepit eum rex Babylonis
anno octauo regni ſui. Et protu
lit inde omnes theſauros domus
domini, ⁊ theſauros domus re/
gie: ⁊ concidit vniuerſa vaſa au
rea, que fecerat Salomõ rex Iſ/
rael in templo domini, iuxta ver
bum domini. Et tranſtulit om/
nem Jeruſalẽ, ⁊ vniuerſos prin/
cipes, ⁊ omnes fortes exercitus,
decem

decem millia in captiuitatem, & omnem artificem, & incluſorem, nihilq; relictū eſt, exceptis pauperibus populi terrę. ℞. Montes Gelboe. 258. Lectio tertia.

TRanſtulit quoq; Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & iudices terrę duxit in captiuitatem de Ieruſalem in Babylonem: & omnes viros robuſtos, ſeptem millia, & artifices & incluſores mille, omnes viros fortes, & bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et conſtituit Mathaniam patruum eius pro eo, impoſuitque nomen ei Sedechiam. ℞. Ego te tuli. folio 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. Le. j.

c. 24 VIceſimum & primū anni ętatis habebat Sedechias, cū regnare cępiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalē: nomen matris eius erat Amital filia Ieremię de Lobna. Et fecit malum corā dn̄o iuxta omnia q̄ fecerat Ioacim. Iraſcebatur enim dn̄s contra Ieruſalē, & contra Iudā donec proiiceret eos a facie ſua: receſſitq; Sedechias a rege Babylonis. Factū eſt autē anno nono regni eius, mēſe decimo, decima die mēſis venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circundederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones, & clauſa eſt ciuitas, atque vallata vſque ad vndecimum annum regis Sedechię, nona die menſis: pręualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terrę. ℞. Peccaui. 258. Lectio ij.

ET interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portę, quę eſt inter duplicem murū ad hortum regis: (porro Chaldei obſidebant in circuitu ciuitatē) fugit itaque Sedechias per viā quę ducit ad campeſtria ſolitudinis. Et perſecutus eſt exercitus Chaldęorum regem: comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erāt cum eo, diſperſi ſunt: & reliquerunt eum. Apprehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha, qui locutus eſt cum eo iudicium. Filios autem Sedechię occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitq; eū catenis, & adduxit in Babylonē. ℞. Exaudiſti. 258. Le. iij.

MEnſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardam princeps exercitus, ſeruus Regis Babylonis, in Ieruſalem: & ſuccendit domum domini, & domum regis, & domos Ieruſalem, omnemque domū combuſſit igni. Et muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldęorum, qui erat

eum principe militum. Reliquã autem populi partem, quę remanſerat in ciuitate, ⁊ perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, ⁊ reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militię. Et de pauperibus terrę reliquit vinitores, ⁊ agricolas. Columnas autẽ ęreas quę erant in templo domini, ⁊ baſes, ⁊ mare ęreum, quod erat in domo domini confregerunt Chaldęi, ⁊ tranſtulerunt ęs omne in Babylonem. ℟. Audi. 158.

¶ Sabb. ante j. dñicã Auguſti.

¶ Ea autẽ dr̃ prima Dñica menſis, quę eſt in Calendis, vel proximior Calẽdis illius mẽſis, ita vt ſi Calendę fuerint ij. iij. ⁊ iiij. feria, tunc j. Dñica mẽſis in qua Liber Scripturę inchoãdus ponitur, ſit ea q̃ pręcedit Calendas: Sin autẽ v. ⁊ vj. feria, vel Sabbato, eſt ea quę ſequitur. Hiſtoria vero, id eſt Reſponſoria illius libri, ſi propter aliquod feſtum duplex in dominica occurrens poni non poſſit, ponat̃ infra hebdomadã primo die in quo contingat fieri Officiũ de feria: quod ſi non occurrat, primo die eius hebdomadis non impedito feſto nouẽ lect. fiat Officiũ de feria cũ cõme. feſti triũ lect. in eo occurr. Ad Mag. Aña. Sapientia ędificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, ſubdidit ſibi gentes, ſuperborum ⁊ ſublimium colla propria virtute calcauit.

DOMINICA I. Auguſti.

Ponuntur libri Salomonis, ⁊ leguntur eis vſq; ad Calẽd. Septẽb.

Incipiunt Parabolę Salomonis. Lectio prima.

Parabolę Salomonis filij Dauid regis Iſrael, ad ſciendam ſapientiam, ⁊ diſciplinam: ad intelligenda verba prudentię, ad ſuſcipiendam eruditionẽ doctrinę, iuſtitiam, iudicium, ⁊ ęquitatẽ: vt detur paruulis aſtutia, ⁊ adoleſcẽtulis ſciẽtia, ⁊ intellectus. Audiẽs ſapiẽs ſapiẽtior erit, ⁊ intelligẽs, gubernacula poſſidebit. Animaduertet parabolas, ⁊ interpretationem, verba ſapientum ⁊ ęnigmata eorum. ℟. In principio Deus antequam terrã faceret, priuſquam abyſſos conſtitueret, priuſquã produceret fontes aquarum: Antequã montes collocarẽtur, ante omnes colles generauit me dñs. ℣. Quãdo pręparabat cęlos aderam, cum eo cuncta componens. Antequã. L. ij.

Timor domini principium ſapientię. Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. Audi fili mi diſciplinam patris tui, ⁊ ne dimittas legem matris tuę: vt addatur gratia capiti tuo, ⁊ torques collo tuo. Fili mi, ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint, Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus

mus tendiculas contra inſontē frustra, deglutiamus eum ſicut infernus viuentem, ⁊ integrum quaſi deſcendentē in lacum: omnem precioſam ſubſtantiā reperiemus: implebimus domos noſtras ſpolijs: ſortem mitte nobiſcum: marſupium vnū ſit omniū noſtrū. ℟. Gyrū celi circuiui ſola, ⁊ in fluctib⁹ maris ambulaui, in omni gēte, ⁊ in omni populo primatū tenui. Superborum, ⁊ ſublimium colla propria virtute calcaui. ℣. Ego in altiſſimis habito, ⁊ thronus meus in colūna nubis. Superborum. L. iij.

Fili mi, ne ambules cū eis; prohibe pedē tuum a ſemitis eorū. Pedes enim illorū ad malū currunt, ⁊ feſtināt vt effundant ſanguinē. Fruſtra autē iacitur rete ante oculos pennatorū: ipſi quoq; contra ſanguinē ſuū inſidiantur, ⁊ moliūtur fraudes cōtra animas ſuas: ſic ſemite omnis auari animas poſſidētiū rapiūt. ℟. Emitte domine ſapiētiā de ſede magnitudinis tue, vt mecū ſit, ⁊ mecū laboret: Ut ſciā quid acceptum ſit coram te omni tempore. ℣. Da mihi domine ſediū tuarū aſſiſtricem ſapiētiā. Ut ſciā. Gloria. Ut. Ex tractatu S. Ambroſii epi in pſalmū cēteſimū decimū octauum. Le. iiij.

Initiū eſſe ſapientie timorē domini, dicit propheta. Quid eſt autem initiū ſapientie, niſi ſeculo renunciare? Quia ſapere ſecularia, ſtultitia eſt. Deniq; ſapiētiā huius mūdi, ſtultitiā eſſe apud dñm Apoſtolus dicit. Sed ⁊ ipſe timor domini niſi ſecundū ſcientiā ſit, nihil prodeſt: immo obeſt plurimū. Siquidē Iudei habēt zelū Dei: ſed q̄a nō habent ſecundū ſcientiā, in ipſo zelo ⁊ timore maiorē contrahūt diuinitatis offenſam: Quod circuncidunt infantulos ſuos, quod Sabbatha cuſtodiunt, Timorē Dei habent: ſed quia neſciunt legem ſpiritualem eſſe, circuncidūt corpus, non cor ſuū. ℟. Da mihi domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam: ⁊ noli me reprobare a pueris tuis. Quoniā ſeruus tuus ſum ego, ⁊ filius ancille tue. ℣. Mitte illam de ſede magnitudinis tue: vt mecū ſit, ⁊ mecum laboret. Quoniā. L. v.

Et quid de Iudeis dicam? Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, ſed nō ſecundum ſcientiam, ſtatuentes duriora precepta que nō poſſit humana conditio ſuſtinere. Timor in eo eſt, quia videtur ſibi cōſulere diſcipline, opus virtutis exigere: ſed inſcitia in eo eſt, quia nō cōpatiūtur nature, nō eſtimāt poſſibilitatē. Non ſit ergo irrationalis timor. Etenim vera ſapientia a timore Dei incipit. Nec eſt ſapiētia ſpiritalis ſine timore Dei: ita timor, ſine ſapientia eſſe non debet. ℟. Initium ſapiētie timor domini: Intellectus bonus omnibus

omnibus facientibus eum: lau-
datio eius manet in ſeculum ſe-
culi. ℣. Dilectio illius cuſtodia
legum eſt: quia omnis ſapientia
timor domini. Intellect⁹. L. vj.

BAſis quędam verbi eſt ti-
mor ſanctus, ſicut enim ſi-
mulacruꝫ aliquod in baſi ſtatui-
tur, ⁊ tunc maiorem habet gra-
tiam cuꝫ in baſi ſtatua fuerit col-
locata, ſtandiqꝫ accipit firmita-
tem: ita verbum Dei vel ratio-
nabile Dei in timore ſancto me-
lius ſtatuitur, fortius radicatur,
hoc eſt in pectore timentis domi-
num, ne labatur verbum de cor-
de viri: nec veniāt volucres, ⁊ au-
ferant illud de incurioſi ⁊ diſſi-
mulantis affectu. ℟. Verbum
iniquum ⁊ doloſum longe fac a
me domine. Diuitias ⁊ pauper-
tatem ne dederis mihi, ſed tantū
victui meo tribue neceſſaria.
℣. Duo rogaui te, ne deneges mi-
hi antequaꝫ moriar. Diuitias.
vij. ℟. O dñe pater ⁊ Deus vitę
meę, ne derelinquas me in cogita-
tu maligno, extollentiam oculo-
rum meorum ne dederis mihi, ⁊
deſiderium malignum auerte a
me: dñe, aufer a me concupiſcen-
tiam, Et animo irreuerenti ⁊ in-
frunito ne tradas me dñe. ℣. Ne
derelinquas me domine, ne ac-
creſcant ignorātię meę, nec mul-
tiplicentur delicta mea. Et ani.
viij. ℟. Duo Seraphiꝫ clama-
bant alter ad alterum, Sanctus,
ſanctus, ſanctus, Dñs Deus Sa-
baoth. Plena eſt oīs terra gloria
eius. ℣. Tres ſunt qui teſtimoniū
dant in cęlo, Pater, Verbum, ⁊
Spiritus ſanctus, ⁊ hi tres vnū
ſunt. Sanctus. Gloria. Plena.

Sic ℟ia huius Dominicę di-
cuntur in omnibus Dominicis
vſqꝫ ad j. Dñicaꝫ Septē. Infra
hebd. quādo ℟ia ſumunſ ex iij.
noc. Dominicę, Quarta feria, ⁊
Sabb. poſt ſecūdā ⁊ tertiā lect.
ponif ij. ⁊ iij. ℟. ſecūd eſeq. ferię.

FERIA SECVNDA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

FIli mi ne obliuiſcaris legis ca. 3.
meę, ⁊ pcepta mea cor tuū
cuſtodiat: longitudinē enim die-
rum, ⁊ annos vitę, ⁊ pacē appo-
nēt tibi. Miſericordia ⁊ veritas
te non deſerāt: circunda eas gut-
turi tuo, ⁊ deſcribe ī tabulis cor-
dis tui, ⁊ inuenies gratiā, ⁊ diſci-
plinā bonā corā Deo ⁊ hoībus.
Habe fiduciā in domino ex toto
corde tuo, ⁊ ne innitaris pruden-
tię tuę. In omnib⁹ vijs tuis co-
gita illum, ⁊ ipſe diriget greſſus
tuos. ℟. Ne derelinquas me do-
mine pater ⁊ dominator vitę
meę, vt non corruā in conſpectu
aduerſariorum meorū. Ne gau-
deat de me inimicus me⁹. ℣. Ap-
prehēde arma ⁊ ſcutū: ⁊ exurge
in adiutorium mihi. Ne. Lec. ij.

NE ſis ſapiens apud temet-
ipſum: time Deum, ⁊ rece-
de a malo: ſanitas qppe erit vm-
bilico tuo, ⁊ irrigatio oſſiuꝫ tuo-
rū. Honora dominū de tua ſub-
ſtantia,

Digitized by Google

ſtantia, ⁊ de primitijs omniũ fru
gum tuarum da pauperibus: ⁊
implebuntur horrea tua ſaturi-
tate, ⁊ vino torcularia tua redun
dabunt. ℟. Magna enim ſunt
iudicia tua domine, ⁊ inenarra-
bilia verba tua. Magnificaſti
populum tuum, ⁊ honoraſti.
℣. Tranſtuliſti illos per mare ru
brũ: ⁊ tranſuexiſti eos per aquã
nimiã. Magnificaſti. Lectio iij.

Diſciplinam dñi, fili mi, ne
abijcias: ⁊ ne deficias cũ ab
eo corriperis. Quẽ enim diligit
dominus corripit, ⁊ quaſi pater
in filio cõplacet ſibi. Beatus ho-
mo qui inuenit ſapiẽtiã, ⁊ qui af
fluit prudẽtia. Melior eſt acqui-
ſitio eius negociatione auri ⁊ ar
gẽti: primi, ⁊ puriſſimi fructus
eiꝰ. Precioſior eſt cũctis opibꝰ,
⁊ omnia que deſiderantur huic
nõ valẽt cõparari. ℟. Que ſũt
in corde hominũ oculi tui vidẽt
domine, ⁊ in libro tuo omnia ſcri
bũtur. Homo videt i facie, Deus
autem in corde. ℣. Omnia enim
corda ſcrutatur, ⁊ vniuerſas mẽ
tiũ cogitatiões intelligit. Homo.

FERIA TERTIA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

ca. 5. Fili mi attẽde ad ſapientiã
meam, ⁊ prudentie mee in
clina aurẽ tuam: vt cuſtodias co-
gitationes, ⁊ diſciplinã labia tua
conſeruent. Ne intenderis falla-
cie mulieris. Fauus enim diſtil
lans labia meretricis, ⁊ nitidius
oleo guttur eius: nouiſſima autẽ
illius amara, quaſi abſinthium,
⁊ acuta quaſi gladius biceps.
Pedes eius deſcendunt in mor
tem, ⁊ ad inferos greſſus eius pe
netrant. Per ſemitã vite nõ am
bulãt, vagi ſũt greſſꝰ eiꝰ, ⁊ inin-
ueſtigabiles. ℟. Prebe fili cor
mihi, ⁊ oculi tui vias meas cuſto
diant. Vt addatur gratia capiti
tuo. ℣. Attende fili mi ad ſapiẽ-
tiam meam: ⁊ ad eloquium meũ
inclina aurem tuã. Vt addatur.

Feria, ppria v. ⁊ vj. fer. huiꝰ heb.
repetunt i oibꝰ ij. ⁊ iij. ferijs vſq3
ad j. Dñicam Septemb. L. ij.

Nunc ergo fili mi, audi me:
⁊ ne recedas a verbis oris
mei. Lõge fac ab ea viã tuã, ⁊ ne
appropinques foribꝰ domꝰ eius.
Ne des alienis honorẽ tuũ, ⁊ an-
nos tuos crudeli: ne forte impleã-
tur extranei viribꝰ tuis, ⁊ labores
tui ſint i domo aliena, ⁊ gemas in
nouiſſimis, qñ cõſumpſeris carnes
tuas ⁊ corpꝰ tuũ, ⁊ dicas: Cur de-
teſtatus ſũ diſciplinã, ⁊ increpa-
tionibꝰ nõ acquieuit cor meum:
nec audiui vocẽ docentiũ me, ⁊
magiſtris nõ inclinaui cor meũ?
℟. Initiũ. 285. Alia Feria ſu-
munt ex ij. noct. Dñice. L. iij.

Quare ſeduceris, fili mi, ab
aliena, ⁊ foueris in ſinu al-
terius? Reſpicit dominꝰ vias ho
minis, ⁊ oẽs greſſus eius conſi-
derat. Iniquitates ſue capiũt im
pium, ⁊ funibus peccatorũ ſuo-
rum conſtringitur. Ipſe morietꝛ,
quia non habuit diſciplinã, ⁊ in
multitu

Digitized by Google

multitudine ſtultitię ſuę decipie tur. ℟. Verbũ iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

8.ca. Nunquid non ſapientia cla mitat, & prudentia dat vo cez ſuam. In ſummis excelſiſqz verticibus ſupra viaz, in medijs ſemitis ſtãs, iuxta portas ciuita tis in ipſis foribus loquitur, di cens: O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominũ. Intelli gite paruuli aſtutiã, & inſipiẽtes animaduertite: audite quõ de re bus magnis locutura ſuz, & ape rientur labia mea, vt recta pdicet. ℟. Dñe pater. 285. Lectio ij.

Veritatez meditabitur gut tur meũ, & labia mea dete ſtabuntur impium. Iuſti ſunt oẽs ſermones mei, nõ eſt in eis prauum quid, neqz peruerſuz: recti ſunt intelligẽtibus, & ęqui inuenientibus ſcientiã. Accipi te diſciplinã meam, & non pecu niam, doctrinam magis quam aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus pcio ſiſſimis, & omne deſiderabile ei nõ poteſt comparari. ℟. Ma gna enim. 286. Lectio tertia.

Ego ſapiẽtia habito in cõ ſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Timor dñi odit malũ, arrogantiã, & ſuperbiã, & viã prauam, & os bilingue dete ſtor. Meũ eſt cõſiliũ, & equitas: mea eſt prudẽtia, mea eſt fortitu do: p me reges regnãt, & legum cõditores iuſta decernunt. Per me principes imperant, & poten tes decernunt iuſtitiam. Ego di ligentes me diligo: & qui mane vi gilant ad me, inuenient me. ℟. Que ſunt in corde. 286.

FERIA QVINTA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

c. Filius ſapiẽs letificat patrẽ: filius vero ſtultus eſt meſti tia matri ſuę. Nil proderũt the ſauri impietatis, iuſtitia vero li berabit a morte. Nõ affliget do minus fame alam iuſti, & inſidias impiorũ ſubuertet. Egeſtatem operata eſt man⁹ remiſſa: man⁹ autem fortium diuitias parat. Qui nititur mẽdacijs, hic paſcit ventos: idem autẽ ipſe ſequitur aues volantes. Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: q au tẽ ſtertit eſtate, filius cõfuſionis. ℟. In principio. 284. Lcõ. ij.

Benedictio dñi ſup caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iuſti cũ laudibus: & nomen impiorũ putreſcet. Sapiens corde pręce pta ſuſcipiet: ſtultus cęditur la bijs. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias ſuas, manifeſtus erit. Qui annuit oculo, dabit do lorez: & ſtultus labijs verberabi tur. ℟. Hymnũ celi. 287. L. iij.

Vena vitę os iuſti: & os im piorum operit iniquita tẽ. Odiũ ſuſcitat rixas: & vniuer ſa delicta operit charitas. In

labijs

labijs ſapiētis inuenitur ſapien- tia: ꝛ virga in dorſo eius q indi- get corde. Sapiētes abſcōdunt ſcientiam, os autem ſtulti confu- ſioni proximum eſt. Subſtātia diuitis vrbs fortitudinis eius, pauor pauperum egeſtas eorum. Opus iuſti ad vitā, fructus au- tē impij ad peccatū. ℟. Emit- te domine ſapientiam. folio. 285.

FERIA SEXTA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

14 Sapiēs mulier ędificat do- mū ſuam, inſipiens extru- ctam quoq; manibus deſtruet. Ambulās recto itinere, ꝛ timēs Deū, deſpicitur ab eo q infami graditur via. In ore ſtulti virga ſuperbię: labia autem ſapientū cuſtodiūt eos. Ubi nō ſunt bo- ues, pręſepe vacuum eſt: vbi au- tem plurimę ſegetes, ibi manife- ſta eſt fortitudo bouis. Teſtis fi- delis nō mentitur: profert autē mendacium doloſus teſtis. ℟. Da mihi. 285. Lectio ſecūda.

Querit deriſor ſapientiam ꝛ non inuenit: doctrina prudentium facilis. Uade cōtra virum ſtultum, ꝛ neſcit labia pru- dentię. Sapiētia callidi eſt intel- ligere viam ſuā, ꝛ imprudentia ſtultorū errās. Stultus illudet peccatum, ꝛ inter iuſtos morabi- tur gratia. Cor quod nouit ama- ritudinem animę ſuę, in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Domus impiorū delebitur: ta- bernacula iuſtorū germinabūt. ℟. Initium. 285. Lectio iij.

Eſt via, quę videt homini iuſta, nouiſſima autē eius deducunt ad mortē. Riſus do- lore miſcebitur, ꝛ extrema gau- dij luctus occupat. Uijs ſuis re- plebitur ſtultus, ꝛ ſuper eū erit vir bonus. Innocens credit om- ni verbo, aſtutus cōſiderat greſ- ſus ſuos. Filio doloſo nihil erit boni: ſeruo autē ſapienti ꝓſpe- ri erūt actus, ꝛ diriget via eius. Sapiēs timet, ꝛ declinat a malo: ſtultus trāſilit, ꝛ confidit. ℟. Uerbum iniquum. folio. 285.

SABBATHO.

De Parabolis Salomonis. L. j.

Hominis eſt animā ꝑpa- rare: ꝛ dñi gubernare lin- guā. Oēs vię hominis patent oculis eius: ſpirituū ponderā- tor eſt dñs. Reuela dño opera tua, ꝛ dirigent cogitationes tuę. 16. c Uniuerſa ꝓpter ſemetipſū ope- ratus eſt dñs: impium quoq; ad diem malū. Abominatio dñi eſt omnis arrogans: etiā ſi ma- nus ad manū fuerit, nō eſt inno- cēs. ℟. Dñe pater. 285. L. ij.

Initium vię bonę, facere iu- ſtitiam: accepta eſt autem apud Deū magis, quā immo- lare hoſtias. Miſericordia, ꝛ ve- ritate redimitur iniquitas: ꝛ in timore domini declinatur a ma- lo. Cum placuerint domino vię hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. Melius eſt parum cum iuſtitia, quā multi fructus

fructus cū iniquitate. Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed domini eſt dirigere greſſus ei9.
℟. Magna. 186. Lectio iij.

Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius: pondus, ⁊ ſtatera iudicia dñi ſunt: ⁊ opera eius oēs lapides ſeculi. Abominabiles regi q agūt impie, quoniā iuſtitia firmatur ſolium. Uoluntas regum labia iuſta: q recta loquitur, diligetur. Indignatio regis nuncij mortis, ⁊ vir ſapiens placabit eam. In hilaritate vultus regis vita: ⁊ clementia quaſi imber ſerotinus. ℟. Que ſunt. folio. 286.

Sabbatho ante Dominicā ij. menſis Auguſti. Ad Mag. Añ. Ego in altiſſimis habito: ⁊ thronus meus in columna nubis.

DOMINICA II. Auguſti.

Incipit liber Eccleſiaſte. Le. j.

Uerba Eccleſiaſte filij Dauid regis Jeruſalē. Uanitas vanitatū, dixit Eccleſiaſtes: Uanitas vanitatū, ⁊ oīa vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio preterit, ⁊ generatio aduenit; terra autē in eternum ſtat. Oritur ſol, ⁊ occidit, ⁊ ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat p meridiem, ⁊ flectitur ad Aquilonē. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, ⁊ in circulos ſuos reuertit. Oīa flumina intrant in mare, ⁊ mare non redundat. Ad locū vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterū fluant. ℟. In principio. 184. Lectio ſecunda.

Cunctę res difficiles: non poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris impletur auditu. Quid eſt qđ fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factū eſt? ipſum quod faciendum eſt. Nihil ſub ſole nouum: nec valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt. Jam enim pceſſit in ſeculis, q fuerunt ante nos. Non eſt priorū memoria: ſed nec eorum quidem, que poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos q futuri ſunt in nouiſſimo. ℟. Gyrū celi. 285. Lectio tertia.

Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Jeruſalem, ⁊ propoſui in animo meo querere, ⁊ inueſtigare ſapiēter de oībus, q fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filijs hominū, vt occuparētur in ea: Uidi cuncta q fiunt ſub ſole, ⁊ ecce vniuerſa vanitas, ⁊ afflictio ſpiritus. Peruerſi difficile corriguntur, ⁊ ſtultorum infinitus eſt numerus. Locutus ſum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus ſum, ⁊ preceſſi ſapientia oēs q fuerunt ante me in Jeruſalē, ⁊ mens mea cōtemplata eſt multa ſapienter. Et didici,

dediq;

dedíq; cor meum, vt ſcirē prudē
tiā, atq; doctrinam, erroreſq;, ꝛ
ſtultitiā. ℟. Emitte dñe. 285.
Serm ſci Iohā. Chryſoſt. L. iiij.

SAlomon cū ſeculariū rerū cōcupiſcētia teneret, magnas eas, ꝛ admirādas putabat, multūq; in eis laboris ꝛ ſolicitudinis inſumebat, magnificas ędificādo domos: copioſum coacervando aurū, cōgregando cantorum choros, varia genera miniſtrorum menſę, ꝛ popinę, q̄rendo animę ſuę voluptatē ab hortorum, ꝛ corporum formoſorū gratia, ꝛ oēm, vt ita dicā, oblectationis, ꝛ refrigerij viā ſectando. ℟. Da mihi. 285. Lectio v.

AT vbi inde ad ſe reuerſus ꝛ quaſi ex vmbroſa quadā abyſſo ad lumē verę ſapiētię reſpicere valuit, tunc ſublimem illam, ꝛ cęlis dignā emiſit vocē: Vanitas vanitatū, dicens, ꝛ oīa vanitas. Hanc ꝛ vos, ꝛ hac ſublimiorem, ſi volueritis efferetis ſententiam de intempeſtiua hac voluptate, ſi aliquantiſper a mala cōſuetudine vos ſequeſtraueritis. ℟. Initium. 285. L. e. vj.

QVamuis autē a Salomone ſeculis ſuperioribus nō tam multa ſapientię exigebatur diligentia: neq; enim delicias lex vetus prohibebat, neq; alijs frui ſuperuacuis dicebat vanum: attamen, ꝛ ſic ſe habentibus rebus in ipſis contueri licebit, quam viles, ꝛ vanitati obnoxię res ſunt. Nos vero ad maiorē vocati vitā, ꝛ ad excellentius faſtigiū aſcendimus, ꝛ in maioribus exercemur paleſtris: ꝛ qd aliud quam quod ſicut supernę virtutes intellectuales, ꝛ incorporeę illę, vitam inſtituere iubemur. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA SECVNDA.
De libro Eccleſiaſte. Lect. j.

DIxi ergo in corde meo, 2.ca.
Vadā, ꝛ affluam delicijs, ꝛ fruar bonis. Et vidi q; hoc quoque eſſet vanitas. Riſum reputaui errorem: ꝛ gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis? Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad ſapientiam, deuitaremque ſtultitiam, donec viderem, quid eſſet vtile filijs hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitę ſuę. Magnificaui opera mea, ędificaui mihi domos, ꝛ plantaui vineas. ℟. Ne derelinquas. fo. 285. Lectio ſecunda.

POſſedi ſeruos, ꝛ ancillas, multamq; familiā habui, armenta quoq; ꝛ magnos ouiū greges vltra omnes q̄ fuerunt ante me in Ieruſalem. Coaceruaui mihi argētū, ꝛ aurū, ꝛ ſubſtantias regū, ꝛ puinciarū. Feci mihi cantores, ꝛ cātatrices, ꝛ delicias filiorum hominū, ſcyphos, ꝛ vrceos in miniſterio ad vina fundēda: ꝛ ſuper greſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt

runt in Jeruſalē: ſapientia quoque perſeuerauit mecum. ℟. Magna. 286. Lectio tertia.

Et omnia, quę deſiderauerūt oculi mei, nō negaui eis, nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quę pręparaueram: & hāc ratus ſū partē meā, ſi vterer labore meo. Cumq; me conuertiſſem ad vniuerſa opera quę fecerāt manus meę, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram: vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. ℟. Quę ſunt. 286.

FERIA TERTIA.

De libro Eccleſiaſtę. Lectio j.

ca. 3. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cęlo. Tempus naſcēdi, & tempus moriēdi. Tempus plātandi, & tempus euellendi quod plātatū eſt. Tēpus occidendi, & tēpus ſanādi. Tempus deſtruendi, & tēpus ędificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus lōge fieri ab amplexib⁹. Tempus acquirēdi, & tempus perdendi. Tempus cuſtodiendi, & tempus abijciendi. Tempus ſcindēdi, & tempus cōſuendi. Tempus tacēdi, & tēpus loquēdi. Tēpus dilectionis, & tēpus odij. Tempus belli, & tēpus pacis. ℟. Prębe fili. 286. L. ij.

Quid habet ampli⁹ homo de labore ſuo? Vidi afflictionem quam dedit Deus filijs hominum, vt diſtendātur in ea. Cuncta fecit bona in tēpore ſuo, & mūdum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem. Et cognoui q; non eſſet melius, niſi lętari, & facere bene in vita ſua. Omnis enim homo qui comedit, & bibit, & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. ℟. Initium. 285. Lectio iij.

Didici q; omnia opera quę fecit Deus, perſeuerent in perpetuum: non poſſumus eis quicquā addere, nec auferre, quę fecit Deus vt timeatur. Quod factum eſt: ipſum permanet: quę futura ſunt, iam fuerunt: & Deus inſtaurat quod abijt. Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatē, & in loco iuſtitię iniquitatem: & dixi in corde meo: Juſtum & impium iudicabit dominus. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Eccleſiaſtę. Lectio j.

Verti me ad alia, & vidi calumnias, quę ſub ſole gerūtur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentię cunctorum auxilio deſtitutos. Et laudaui magis mortuos, quā viuētes: & feliciorē vtroq; iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala, ca.

mala, q̃ ſub ſole ſunt. Rurſus contéplatus ſum oẽs labores hominũ, ⁊ induſtrias animaduerti patere inuidie ꝓximi. Et in hoc ergo vanitas, ⁊ cura ſuꝑflua eſt. ℟. Dñe pater. 285. L. ij.

STultus complicat manus ſuas: ⁊ comedit carnes ſuas, dicens: Melius eſt pugillus cum requie, q̃ȝ plena vtraqȝ manus cuȝ labore, ⁊ afflictione animi. Cõſiderans repperi ⁊ aliaȝ vanitateȝ ſub ſole: Unus eſt, ⁊ ſecunduȝ non habet, non filium, nõ fratrẽ, ⁊ tamen laborare non ceſſat, nec ſatiant oculi eius diuitijs, nec recogitat dicens: cui laboro, ⁊ fraudo animam meã bonis: in hoc quoque vanitas eſt, ⁊ afflictio peſſima. ℟. Magna folio. 286. Lectio tertia.

MElius eſt ergo duos eſſe ſimul, q̃ȝ vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuę: ſi vnus ceciderit ab altero fulcietur. Ue ſoli: qa cuȝ ceciderit non habet ſubleuanteȝ ſe. Et ſi dormierint duo, fouebunt mutuo: vnus quomodo caleſiet? Et ſi quiſpiã ꝑualuerit contra vnũ, duo reſiſtũt ei. Funiculus triplex difficile rumpit. Melior eſt puer pauper ⁊ ſapiẽs, regẽ ſene ⁊ ſtulto, q neſcit preuidere in poſterũ. ℟. Que ſunt in. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Eccleſiaſtes. Lectio j.

c. 5. NE temere qd loquaris, neque cor tuum ſit velox ad

ꝓferendũ ſermoneȝ corã Deo. Deus enĩȝ in cęlo, ⁊ tu ſuper terraȝ: iccirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequũtur ſomnia, ⁊ in multis ſermonib⁹ inuenietur ſtultitia. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet eniȝ ei infidelis, ⁊ ſtulta ꝓmiſſio: ſed quodcunqȝ voueris, redde. Multoque melius eſt nõ vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere. ℟. In principio. 284. Lectio ſecunda.

NE dederis os tuum, vt peccare facias carnẽ tuã: neqȝ dicas corã angelo, Non eſt prudẽtia: ne forte iratus Deus cõtra ſermones tuos diſſipet cũcta opera manuuȝ tuarũ. Ubi multa ſunt ſomnia, plurimę ſũt vanitates, ⁊ ſermones innumeri: tu vero deũ time. Si videris calũnias egenorum, ⁊ violenta iudicia, ⁊ ſubuerti iuſtitiã in prouincia, non mireris ſuꝑ hoc negocio: qr excelſo excelſior eſt alius, ⁊ ſuꝑ hos quoqȝ eminentiores ſunt alij, ⁊ inſuꝑ vniuerſe terrę rex imperat ſeruienti. ℟. Gyrum celi. 285. Lectio tertia.

AUarus non implebitur pecunia: ⁊ qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: ⁊ hoc ergo vanitas. Ubi multę ſunt opes, multi ⁊ q comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti, ſiue parum, ſiue multum comedat:

dat: ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire. Eſt et alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole, diuitię conſeruatę in malū domini ſui. Pereunt enim in afflictione peſſima: generauit filium qui in ſumma egeſtate erit. ℟. Emitte domine. folio. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Eccleſiaſte. Lectio j.

ca. 6. Eſt et aliud malū quod vidi ſub ſole: et quidē frequēs apud homines. Vir cui dedit Deus et diuitias, et ſubſtātiā, et honorē, et nihil deeſt animę ſuę ex oībus, q̄ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatē Deus, vt comedat ex eo: ſed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, et miſeria magna eſt. ℟. Da mihi. 285. L. ij.

Si genuerit quiſpiā centū liberos, et vixerit multos annos, et plures dies ętatis habuerit, et anima illius non vtatur bonis ſubſtātię ſuę, ſepulturaq; careat: de hoc ego pronuncio q̄ melior illo ſit abortiuus. Fruſtra enim venit, et pergit ad tenebras, et obliuione delebitur nomē eius. Non vidit ſolem, neq; cognouit diſtantiā boni et mali, etiā ſi duobus milibus annis vixerit, et non fuerit perfruitus bonis. ℟. Initiū ſapientię. 285. Lectio tertia.

Nōne ad vnum locū properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: ſed anima eius non implebitur. Quid habet amplius ſapiens a ſtulto? et quid pauper, niſi vt pergat illuc vbi eſt vita? Melius eſt videre qđ cupias, quā deſiderare qđ neſcias. Sed et hoc vanitas eſt, et pſumptio ſpūs. ℟. Verbū. 285.

SABBATHO.

De libro Eccleſiaſtę. Lectio j.

Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quęrere, cum ignoret quid cōducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuę, et tempore quod velut vmbra pręterit? Aut quis ei poterit indicare, quid poſt eum futurū ſub ſole ſit? Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta precioſa: et dies mortis, die natiuitatis. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et viuens cogitat quid futurū ſit. ℟. Domine pater. 285. Lectio ſecūda. c. 7

Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiā vultus corrigitur animus delinquentis. Cor ſapiētiū, vbi triſtitia eſt: et cor ſtultorum, vbi lętitia. Melius eſt a ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarū ardentiū ſub olla, ſic riſus ſtulti: ſed et hoc vanitas. Calumnia cōturbat ſapientē, et perdet robur cordis illius. Melior eſt finis orationis, quā principiū. Melior eſt patiens arrogāte. ℟. Magna. 286. L. iij.

Ne dicas, Quid putas cauſę eſt, quod priora tēpora meliora

medicra fuere quã nũc sunt? stulta enim est huiusmodi interrogatio. Utilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solē. Sicut enim protegit sapiētia, sic protegit pecunia: hoc autē plus habet eruditio, & sapiētia, q̄ vitā tribuũt possessori suo. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. ℟. Que sunt. 286.

Sabb. ante Dñicā iij. Augusti. Ad Mag. Aña. Omnis sapientia a domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante euum.

¶ Si sequente Dominica venerit in die Assumptionis B. Marię, vel in die octa. S. Laurētij, Liber Sapientię ponitur in ipsa die oct. S. Laurētij, & de eo legitur in festo S. Bernardi, & post oct. Assumpt. S. Ma. si superfit, vsq3 ad sequentē Dñicaȝ.

DOMINICA III. Augusti.

Incipit liber Sapientię. Lect. j.

Diligite iustitiaȝ qui iudicatis terrā. Sētite de domino in bonitate: & in simplicitate cordis quęrite illum: quoniaȝ inuenitur ab ijs, qui non tentant illum: apparet autem ijs, qui fidem habent in illum. Peruersę enim cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes: quoniam in maleuolam animaȝ non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. ℟. In principio. 284. Lec. ij.

Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictū: & auferet se a cogitationib⁹ quę sunt sine intellectu, & corripietur a superueniēte iniquitate. Benign⁹ est enim spiritus sapientię, & nō liberabit maledictū a labijs suis: quoniam renum eius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguę eius auditor: quoniam Spiritus domini repleuit orbē terrarum, & hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere: nec pręteriet illum corripiens iudicium. ℟. Hymnum celi. 285. Le. iij.

In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonum autē illius auditio ad Deū veniet, & ad correptionē iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationū nō abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione, quę nihil prodest: & a detractione parcite linguę, quoniā sermō obscurus in vacuū non ibit. Os autē quod mentitur, occidit animam. ℟. Emitte domine. 285.

Ex libro officiorū Sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Magnus iustitię splēdor: q̄ alijs potius nata, quaȝ sibi, communitatem & societatem nostram adiuuat, excelsitateȝ tenet, vt suo iudicio omnia subie-

cta habeat, opem alijs ferat, pecuniã conferat, officia non abnuat, pericula ſuſcipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, niſi prima auaritia infirmaret, atque inflecteret tante virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras poſſeſſionibus cupimus: preſtare diuitijs: iuſtitie formam exuimus, beneficentiam communem amittimus. ℟. Da mihi. 285. L. v.

Uanta autẽ iuſtitia ſit, ex hoc intelligi poteſt, quod nec locis, nec perſonis, nec temporibus excipitur, que etiam hoſtibus reſeruatur: vt ſi conſtitutus ſit cum hoſte aut locus, aut dies prelio, aduerſus iuſtitiam putetur, aut loco preuenire, aut tempore. Intereſt enim vtrũ aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an ſuperiore gratia, vel aliquo euentu. ℟. Initium ſapientie. fol. 285. Lec. vi.

Undamentũ ergo eſt iuſtitie, fides. Iuſtorũ enim corda meditantur fidem: & qui ſe iuſtus accuſat, iuſtitiam ſupra fidẽ collocat. Nam tunc iuſtitia eius apparet, ſi vera fateat. Denique & dominus per Iſaiam: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamẽtũ Sion: ideſt Chriſtũ in fundamentũ Eccleſie: fides enim omniũ Chriſtus: Eccleſia autẽ quedã forma iuſtitie eſt, commune ius omniũ: in cõmune orat, in cõmune operatur, in commune tentatur. ℟. Uerbum iniquũ. 285.

FERIA SECUNDA.

De libro Sapientie. Lectio I.

Iuſtus autẽ ſi morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, nõ diuturna, neque annorũ numero cõputata: Cani autem ſunt ſenſus hominis, & etas ſenectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuẽs inter peccatores trãſlatus eſt: raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. ℟. Ne derelin. 285. L. ij. ca. 4

Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona: & inconſtantia concupiſcentie tranſuertit ſenſum ſine malitia. Conſummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in precordijs talia. Quoniã gratia Dei, & miſericordia in ſanctos eius, & reſpect⁹ ſuper electos illi⁹. ℟. Magna. 286. L. iij.

Ondemnat aũt iuſt⁹ mortu⁹ viuos impios, & iuuẽtus celerius cõſummata longam vitam iniuſti. Uidebunt enim finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum dñs: videbunt enim, & contemnent eum: illos autem dñs irridebit. Et erũt

poſt

poſt hec decidentes ſine honore, et in contumelia inter mortuos in perpetuum. ℟. Que ſunt. 286.

FERIA TERTIA.

De libro Sapientie. Lectio j.

ca. 6. MElior eſt ſapientia, quam vires: et vir prudens, quam fortis. Audite ergo reges, et intelligite: diſcite iudices finium terre. Prebete aures vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt a domino poteſtas vobis, et virtus ab altiſſimo: qui interrogabit opera veſtra, et cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitie: neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. ℟. Preb. fili. 286. Lectio ſecunda.

HOrrende, et cito apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum in his, qui preſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum, et magnum ipſe fecit, et equaliter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. ℟. Initium. 285. L. iij.

AD vos ergo reges ſunt hi ſermones mei vt diſcatis ſapientiam, et non excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſte iudicabuntur: et qui didicerint iſta, inuenient quid reſpondeant. Concupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos, et habebitis diſciplinam. Clara eſt, et que nunquam marceſcit, ſapientia: et facile videtur ab his, qui diligunt eam: et inuenitur ab his, qui querunt illam. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Sapientie. Lectio j.

ca. 7 SVm quidem et ego mortalis homo, ſimilis omnibus, et ex genere terreno illius, qui prius factus eſt: et in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, et delectamento ſomni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem: et in ſimiliter factam decidi terram, et primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans: in inuolumentis nutritus ſum, et curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. ℟. Domine pater. 285. Lec. ij.

VNus ergo introitus eſt omnibus ad vitam: et ſimilis exitus. Propter hoc optaui, et datus eſt mihi ſenſus: et inuocaui, et venit in me ſpiritus ſapientie: et prepoſui illam regnis, et ſedibus: et diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius: nec comparaui illi lapidem precioſum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua, et tanquam lutum eſtimabitur argentum in conſpectu illius. ℟. Magna. 286. L. iij.

Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam: quoniã inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius: & letatus ſum in omnibus: quoniam antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabã, quoniã bonorũ mater omnium eſt. ℟. Que ſunt. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Sapientie. Lectio j.

ca. 9. Quis hominum poterit ſcire cõſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit De⁹? cogitationes enim mortalium timide, & incerte prouidẽtie noſtre. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Et difficile eſtimamus que in terra ſunt: & que in proſpectu ſunt inuenimus cum labore: que autem in celis ſunt, quis inueſtigabit? ℟. In principio. folio. 284. Lectio ſecunda.

Senſum autem tuum quis ſciet? niſi tu dederis ſapientiam: & miſeris Spiritum ſanctũ tuum de altiſſimis: & ſi correcte ſunt ſemite eorum, qui ſunt in terris: & que tibi placent, didicerint homines. Nam per ſapientiam ſanati ſunt quicunque placuerũt tibi domine a principio. Hec illum, qui primus formatus eſt a Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum a delicto ſuo: & eduxit illum de limo terre, dedit illi virtutem continendi omnia. ℟. Gyrum celi. 285. Lectio tertia.

Ab hac vt receſſit iniuſtus in ira ſua, per iram homicidij fraternitatis deperijt. Propter quod cum aqua deleret terram, ſanauit iterum ſapientia, per contemptibile lignum, iuſtũ gubernãs. Hec & in cõſenſu ſuperbie, cum ſe nationes extuliſſent, ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo, & in filijs miſericordiarum fortem cuſtodiuit. Hec iuſtum a pereuntibus impijs liberauit fugientem, deſcendente igne in Pentapolim, quibus in teſtimonium nequitie fumigabunda conſtat deſerta terra. ℟. Emitte domine. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Sapientie. Lectio j.

ca. Vani autem ſunt omnes homines, in quibus nõ ſubeſt ſcientia Dei: & de his, que videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt: neque operibus attendentes, agnouerunt quis eſſet artifex: ſed aut ignem, aut ſpiritũ, aut citatũ aerem, aut gyrũ ſtellarũ, aut nimiam aquã, aut ſolem & lunã, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum ſi ſpecie delectati, deos putauerunt, ſciant quãto his dominator eorum ſpecioſior eſt: ſpeciei enim generator hec omnia conſtituit. Da mihi domine. 285. L. ij.

Digitized by Google

AUt ſi virtutē ⁊ opera eorū mirati ſunt, intelligāt ab illis, quoniã qui hęc fecit fortior eſt illis: a magnitudine enĩ ſpeciei ⁊ creaturę cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Sed tamen adhuc ⁊ in his minor eſt querela. Et hi enim fortaſſe errant, Deum quęrentes, ⁊ volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuerſentur, inquirunt, ⁊ perſuaſum habent, quoniam bona ſunt, quę videntur. ℟. Initium. 285. Lectio ij.

ITerum autē nec his debet ignoſci. Si enim tantũ potuerunt ſcire, vt poſſent ęſtimare ſeculum: quomodo huius dominũ non facilius inuenerũt? Infelices autē ſunt, ⁊ inter mortuos ſpes illorũ eſt, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum, ⁊ argentum, artis inuentionem; ⁊ ſimilitudines animaliũ, aut lapidem inutilem, opus manꝰ antiquę. ℟. Verbũ iniquũ. 286

SABBATHO.

De libro Sapientię. Lectio j.

ca. 15 TU autem Deus noſter ſuauis ⁊ verus es, patiens, ⁊ in miſericordia diſponens omnia. Etenim ſi peccauerimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinē tuã: ⁊ ſi nõ peccauerimꝰ, ſcimus quoniam apud te ſumus computati. Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt: ⁊ ſcire iuſtitiam, ⁊ virtutē tuam, radix eſt immortalitatis. ℟. Domine pater. 285. Lec. ij.

NOn enim in errorem induxit nos hominum malę artis excogitatio, nec vmbra picturę labor ſine fructu, ⁊ effigies ſculpta per varios colores, cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiã: ⁊ diligit mortuę imaginis effigiem ſine anima. Malorũ amatores digni ſunt morte, qui ſpem habent in talibus, ⁊ qui faciunt illos, ⁊ qui diligunt, ⁊ qui colũt. ℟. Magna. 286. Lectio tertia.

SEd ⁊ figulus mollem terram premens, laborioſe fingit ad vſus noſtros vnumquodque vas, ⁊ de eodem luto fingit quę munda ſunt in vſum vaſa, ⁊ ſimiliter quę his ſunt contraria: horum autem vaſorum quis ſit vſus, iudex eſt figulus. Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto ille, qui paulo ante de terra factus fuerat, ⁊ poſt puſillum reducit ſe vnde acceptus eſt. ℟. Quę ſunt in corde. 286.

Sabb. ante Dñicã iiij. Auguſti. Ad Magnificat. Aña. Sapientia clamitat in plateis; ſiquis diligit ſapientiam ad me declinet, ⁊ eam inueniet: ⁊ cum inuenerit, beatus erit ſi tenuerit eam.

DOMINICA IIII. Auguſti.

Incipit liber Eccleſiaſtici. Le. j.

OMnis ſapientia a dño Deo eſt, ⁊ cũ illo fuit ſēp, ⁊ eſt ante æuũ. Arenã maris, ⁊ pluuię guttas,

ꝛ dies ſeculi quis dinumeravit? Altitudinē celi, ꝛ latitudinē terre, ꝛ profundū abyſſi quis dimēſus eſt? Sapientiā Dei precedētē omnia quis inveſtigavit? Prior omniū creata eſt ſapiētia, ꝛ intellectus prudētie ab evo. Fons ſapientie verbum Dei in excelſis, ꝛ ingreſſus illius mandata eterna. ℟. In principio. 284. L. ij.

RAdix ſapientie cui revelata eſt: ꝛ aſtutias illius quis agnovit? Diſciplina ſapiētie cui revelata eſt, ꝛ manifeſtata: ꝛ multiplicationē ingreſſus illius quis intellexit? Unus eſt altiſſimus creator omnium, omnipotens, ꝛ rex potens ꝛ metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, ꝛ dominans Deus. Ipſe creavit illā in ſpiritu ſancto, ꝛ vidit, ꝛ dinumeravit, ꝛ mēſus eſt, ꝛ effudit illam ſuper omnia opera ſua ꝛ ſuper omnem carnem ſecundū datum ſuū, ꝛ prebuit illā diligentibus ſe. ℟. Gyrum. 285. L. iij.

TImor domini gloria, ꝛ gloriatio, ꝛ letitia, ꝛ corona exultationis. Timor domini delectabit cor, ꝛ dabit letitiā, ꝛ gaudiū in longitudinē dierū. Timēti dominū bene erit in extremis: ꝛ in die defunctionis ſue benedicetur. Dilectio Dei honorabilis ſapiētia. Quibus autē apparuerit in viſu, diligūt eā in viſione, ꝛ in agnitione magnaliū ſuorū. Initiū ſapientie timor domini, ꝛ cū fidelibus in vulva cōcreatus eſt. ℟. Emitte domine. fol. 285.

Ex libro Moralium ſancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

SUnt nonnulli, qui vitā ſuā negligunt, ꝛ dum tranſitoria appetunt, dum eterna vel nō intelligunt, vel intellecta contemnunt, nec dolorē ſentiunt, nec habere conſiliū ſciūt: cūq; ſuperna que amiſerunt, nō cōſiderant, eſſe ſe, heu miſeri, in bonis felices putant. Nequaquā enim ad veritatis lucē cui cōditi fuerāt mētis oculos erigunt, nequaquam ad contemplationem patrie eterne deſiderij aciem tendunt: ſed ſemetipſos in ijs, ad que proiecti ſunt, deſerentes, vice patrie diligunt exilium, quod patiuntur: ꝛ in cecitate, quam tolerant quaſi i claritate luminis exultāt. ℟. Da mihi. 285. Lectio v.

AT contra electorum mentes, dum tranſitoria cuncta nulla eſſe conſpiciunt, ad que ſint condite exquirunt: cumque eorum ſatiſfactioni nihil extra Deum ſufficit, ipſa inquiſitionis exercitatione fatigata, illorum cogitatio in cōditoris ſui ſpe ꝛ contemplatione requieſcit, ſupernis interſeri civibus appetit, unuſquiſque eorum adhuc in mundo corpore poſitus, mente tamē extra mundum ſurgit: erumnā exilij, quam tolerat deplorat: ꝛ ad ſublimem patriam inceſſantibus ſe amoris ſtimulis excitat. Cum ergo dolens videt, quam ſit eternum

num quod perdidit, inuenit salu bre consilium, temporale hoc despicere quod percurrit: & quo magis crescit cõsilij sciẽtia, vt peritura deserat, eo augetur dolor quod necdũ ad mansura pertingat. ℟. Initium. 285. Lec.vj.

Intuendum quoque est quod nullus dolor mentis sit in actione præcipitationis. Qui enim sine consilijs viuunt, qui se ipsos rerum euentibus præcipites dederunt, nullo interim cogitationum dolore fatigãtur. Nam qui solerter in vitæ consilio figit mentem, cautè sese in omni actione circumspiciendo considerat: & ne ex re quæ agitur, repentinus finis, aduersusq; surrepat, hunc prius molliter posito pede cogitationis palpat: pensat, ne ab ijs quæ agẽda sunt præpediat formido, ne in ijs quæ differenda sunt, præcipitatio impellat, ne praua per concupiscentiam aperto bello superent, ne recta per inanem gloriam insidiando supplantent. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastici. Lectio j.

ca. 1. Corona sapientiæ timor domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumerauit eã, vtraq; autẽ sunt dona Dei. Scientiam & intellectũ prudentiæ sapientia compartietur: & gloriã tenẽtium se exaltat. Radix sapientiæ est, timere dominũ: rami enim illius longæui. In thesauris sapiẽtiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. ℟. Ne derelinquas. 285. Lectio secũda.

Timor domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari: iracundia enim animositatis illius, subuersio illius est. Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucũditatis. Bonus sensus vsq; in tẽpus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori cultura Dei. Fili concupiscens sapientiam conserua iustitiam: & Deus præbebit illam tibi. ℟. Magna enim. 286. Lectio iij.

Sapientia enĩ & disciplina timor domini: & quod beneplacitum est illi fides, & mãsuetudo, & adimplebit thesauros illius. Ne sis incredibilis timori domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ, & nõ scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationẽ: & reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: quoniã accessisti maligne ad dominũ, & cor tuũ plenum est dolo & fallacia. ℟. Quæ sunt. 286.

FERIA TERTIA.

De lib. Ecclesiastici. L. j.

Fili accedens ad seruiturẽ Dei, ca. 2.

Dei, ſta in iuſtitia, ⁊ in timore, ⁊ prępara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuū, ⁊ ſuſtine: inclina aurē tuā, ⁊ ſuſcipe verba intellectus: ⁊ ne feſtines in tēpore obductionis. Suſtine ſuſtētationes Dei: coniungere Deo, ⁊ ſuſtine vt creſcat in nouiſſimo vita tua. ℞. Præbe fili. 286. L. ij.

Omne, quod tibi applicitū fuerit, accipe: ⁊ in dolore ſuſtine: ⁊ in humilitate tua patiētiam habe: quoniã in igne probatur aurū, ⁊ argentū: hoīes vero receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, ⁊ recuperabit te, ⁊ dirige viā tuā, ⁊ ſpera in illū: ſerua timorē illius, ⁊ ī illo veteraſce. ℞. Initiū. 285. Lec. iij.

Metuentes dominum ſuſtinete miſericordiam eius, ⁊ non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominum, credite illi, ⁊ non euacuabitur merces veſtra. Qui timetis dominū, ſperate in illum: ⁊ in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui timetis dominum, diligite illum: ⁊ illuminabūtur corda veſtra. ℞. Verbum iniquū. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

ca. 3. Filij ſapientię, Eccleſia iuſtorum, ⁊ natio illorū, obedientia, ⁊ dilectio. Iudicium patris audite filij, ⁊ ſic facite, vt ſalui ſitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: ⁊ iudicium matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, ⁊ continebit ſe ab illis: ⁊ in oratione dierū exaudietur. ℞. Domine pater. 285. Lectio ij.

Et ſicut qui theſaurizat, ita ⁊ qui honorificat matrem ſuam. Qui honorat patrem ſuū, iucūdabitur in filijs, ⁊ in die orationis ſuę exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore: qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet dominū, honorat parentes, ⁊ quaſi dominis ſeruiet ijs qui ſe genuerunt. ℞. Magna. 286. Lect. tertia.

In opere, ⁊ ſermone ⁊ omni patientia honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio a Deo, ⁊ benedictio illius in nouiſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ſed cōfuſio: gloria enim hominis ex honore patris ſui, ⁊ dedecus filij pater ſine honore. ℞. Quę ſunt. folio. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Altiora te ne quęſieris, ⁊ for ca. 3.
tiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quę pręcepit tibi Deꝰ, illa cogita ſemper: ⁊ in pluribus operibus eius ne fueris curioſus: non eſt enim tibi neceſſarium, ea quę abſcōdita ſunt videre oculis tuis. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter: ⁊ in pluribus operibus

Digitized by Google

operibus eius non eris curioſus: plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorum, ⁊ in vanitate detinuit ſenſus illorum. ℟. In principio Deus. 284. Lectio ſecunda.

Cor durum habebit male in nouiſſimo: ⁊ qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus: ⁊ prauus corde in illis ſcandalizabitur. Cor nequã grauabitur in doloribus, ⁊ peccator adijciet ad peccandũ. Synagogę ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, ⁊ nõ intelligetur. ℟. Gyrũ celi. 285. Lectio iij.

Cor ſapientis intelligitur in ſapientia, ⁊ auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiã. Sapiens cor ⁊ intelligibile abſtinebit ſe a peccatis, ⁊ in operibus iuſtitię ſucceſſus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, ⁊ eleemoſyna reſiſtit peccatis: ⁊ Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiam. Meminit in poſterum, ⁊ in tempore caſus ſui inueniet firmamentũ. ℟. Emitte domine ſapientiam. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

ca. 4 Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes, ⁊ oculos tuos ne tranſuertas a paupere. Animã eſurientem ne deſpexeris, ⁊ non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris, ⁊ non protrahas datũ anguſtianti. Rogationẽ contribulati ne abijcias: ⁊ non auertas faciem tuam ab egeno. ℟. Da mihi. 285. L. ij.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter irã: ⁊ non relinquas quęrẽtibus tibi retro maledicere. Maledicẽtis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autẽ eum, qui fecit illũ. Congregationi pauperum affabilem te facito, ⁊ presbytero humilia animam tuam, ⁊ magnato humilia caput tuum. ℟. Initium. 285. L. iij.

Declina pauperi ſine triſtitia aurẽ tuã, ⁊ redde debitum tuũ, ⁊ reſponde illi pacifice: in mãſuetudine libera eũ, qui iniuriã patitur, de manu ſuperbi: ⁊ non acide feras in aĩa tua. In iudicãdo eſto pupillis miſericors vt pater, ⁊ pro viro matri illorũ: ⁊ eris tu velut filius altiſſimi obediens, ⁊ miſerebitur tui magis quã mater. ℟. Verbum. 285.

SABBATHO.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Fili conſerua tẽpus, ⁊ deuĩta a malo. ca. 4 Pro anima tua ne confundaris dicere verum: eſt enim confuſio adducens peccatũ, ⁊ eſt cõfuſio adducẽs gloriam, ⁊ gratiã. Ne accipias faciẽ aduerſus faciẽ tuã, nec aduerſus animã tuã mendacium. Ne reuerearis proximũ tuũ in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis,

non

nō abſcōdas ſapiētiā tuā in decore ſuo. ℟. Dñe pr̄. 285. L. ij.

In lingua enim ſapientis dignoſcitur ſenſus, ⁊ ſcientia ⁊ doctrina in verbo ſenſati, ⁊ firmamentum in operibus iuſtitię. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, ⁊ de mēdacio ineruditionis tuę confundere. Nō cōfundaris cōfiteri peccata tua, ⁊ ne ſubijcias te omni homini p peccato. Noli reſiſtere cōtra faciē potētis, nec coneris ꝯtra ictū fluminis. ℟. Magna. 286. L. iij.

Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, ⁊ vſq; ad mortē certa pro iuſtitia: ⁊ Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus eſſe in lingua tua, ⁊ inutilis, ⁊ remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertens domeſticos tuos, ⁊ opprimens ſubiectos tibi. Non ſit porrecta manꝰ tua ad accipiēdum, ⁊ ad dandū collecta. ℟. Quę ſunt in corde hominū. 286.

Cū Auguſtus ⁊ ſequētes mēſes habēt tm̄ quatuor Dñicas, Dñica v. omittitſ cū Añā, ⁊ tota heb. ⁊ ponit Dñica j. ſequētis mēſis.

¶ Sabb. ante Dñicā v. Auguſti. niſi fuerit alia propinquior Kal. Septēb. q̄ tūc iſta cū ſua hebd. omittitur, ⁊ ponitur Añā pro j. Dñica Septēb. vt infra. fo. 297.

Ad Magnificat. Antiphona.

Obſerua fili pręcepta patris tui: ⁊ ne dimittas legem matris tuę: ſed liga eā ſemper in corde tuo.

DOMINICA V. Auguſti.

Ex libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Noli attēdere ad poſſeſſiones iniquas: ⁊ ne dixeris, eſt mihi ſufficiens vita: Nihil enim proderit in tēpore vindictę, ⁊ obductionis. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui: ⁊ ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me ſubijciet propter facta mea? deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris, Peccaui, ⁊ quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neq; adijcias peccatum ſuper peccatum. ℟. In principio. 284. Lectio ſecunda. ca. 5

Et nō dicas: Miſeratio domini magna eſt: multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim, ⁊ ira ab illo cito proximant, ⁊ in peccatores reſpicit ira illius. Nō tardes conuerti ad dominum, ⁊ ne differas de die in diē: ſubito enim veniet ira illius, ⁊ in tempore vindictę diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis: non enim proderunt tibi in die obductionis ⁊ vindictę. Nō ventiles te in omnem ventum, ⁊ non eas in omnē viam: ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. ℟. Gyrū celi. 285. L. iij.

Eſto firmus in via domini, ⁊ in

& in veritate ſenſus tui, & ſcien-
tia: & proſequatur te verbum pa-
cis, & iuſtitię. Eſto manſuetus ad
audiendū verbum Dei, vt intel-
ligas, & cū ſapientia proferas re-
ſponſum verum. Si eſt tibi intel
lectus, reſponde proximo: ſin au
tem, ſit manus tua ſuper os tuū:
ne capiaris in verbo indiſcipli-
nato, & cōfundaris. Honor & glo
ria in ſermone ſenſati: lingua ve
ro imprudentis ſubuerſio eſt ip-
ſius. Non appelleris ſuſurro in
vita tua: & lingua tua ne capiaris
& confundaris. ℟. Emitte. 285.

Serm̄ ſcti Iohā. Chryſo. L. iiij.

NE moreris cōuerti ad dn̄m,
& ne differas de die in diē:
neſcis quid paritura ſit ſuperuen
tura dies. Periculū enim & me-
tus eſt in differendo: ſalus vero
certa ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio.
Virtutē igitur cole: ſic enim, licet
iuuenis moriare, ſecure diſceſſe-
ris: quod ſi ad ſenectutem perue
neris, cum multa abundantia ſa
lutem habiturus es, duplicemq;
feſtiuitatem, nempe abſtinens a
vitę malitia, & virtutes colēs: Ne
dicas: erit aliquando tempus
quando conuerti licebit: verba
enim hęc Deum valde exaſpe-
rant. ℟. Da mihi. 285. Lec. v.

CVr nam, cū ipſe tibi ęter-
na ſecula promiſit, tu in p̄-
ſenti vita laborare non vis? quę
parua & momentanea eſt: ſed ſic
marcidus ac diſſolutus agis, qua-
ſi hac breuiorem aliam quandā
inquiras. Nonne illę quotidia-
nę comeſſationes, nonne illę mē-
ſę, nonne ſcorta illa, nonne thea-
tra illa, nonne diuitię illę id teſtā
tur, inexpiabilē malitię concupi-
ſcentiam? Cogita bene, ꝙ quo-
ties ſcortatus es, toties cōdemna
ſti te ipſum: peccatum enim ita
ſe habet, vt mox, atque patratū
fuerit ſententiam ferat iudex.
℟. Initium. 285. Lectio ſexta.

INebriatus es? ventri indul
ſiſti? rapuiſti? ſiſte iam gra
dum: verte te in diuerſum: con-
fitere Deo gratiam, ꝙ nō in me-
dijs peccatis te abſtulit: ne quę-
re aliud priuilegiū, vt male ope
reris. Multi, cū iā alijs damnū
fraudulenter facerent, ſubito pe-
rierunt, & ad manifeſtum iu-
diciū abierunt: tune, ne & tu hoc
patiare inexcuſabilis. Sed mul-
tis inquis dedit Deus priuilegiū
vt in vltima ſenecta cōfiterētur.
Quid igitur? nunquid & tibi da-
bit? Fortaſſe dabit, inquis. Cur
dicis fortaſſe? Cōtigit aliquoties?
Cogita ꝙ de anima deliberas:
proinde etiam de contrario cogi
ta, & dic: Quid autem, ſi nō det?
Quid autem, ſi det, inquis? Dat
quidem ipſe, veruntamen hoc
illo certius, & vtilius. ℟. Ver
bum iniquum. folio 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

NOli facere mala, & nō te ap c. 7.
prehendent: diſcede ab ini
quo, & deficient mala abs te. Fili
non

non ſemines mala in ſulcis iniuſtitię, ⁊ nõ metes ea in ſeptuplũ. Noli q̃rere ab homine ducatũ, neq; a rege cathedram honoris. Non te iuſtifices ante Deũ: quoniã agnitor cordis ipſe eſt: ⁊ penes regẽ noli velle videri ſapiẽs.

℟. Ne derelinquas. 285. Lc. ij.

Noli q̃rere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, ⁊ ponas ſcandalum in agilitate tua. Nõ pecces ĩ multitudine ciuitatis: nec te immittas in populũ: neq; alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. Exorare, ⁊ facere eleemoſynam ne deſpicias.

℟. Magna. 286. Lectio iij.

Ne dicas, in multitudine munerũ meorum reſpiciet Deus: ⁊ offerente me deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet. Non irrideas hominẽ in amaritudine animę: eſt enim, q humiliat ⁊ exaltat, circumſpector deus. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuum: neq; in amicum ſimiliter facias. Noli velle mẽtiri oẽ mẽdaciũ: aſſiduitas enim illius nõ eſt bona. Noli verboſus eſſe in multitudine pſbyterorum: ⁊ non iteres verbũ in oratione tua. ℟. Quę ſunt. 286.

FERIA TERTIA.

De libro Eccleſiaſtici. Lcõ j.

20.c. Iudex ſapiẽs iudicabit populũ ſuum, ⁊ principatus ſenſati ſtabilis erit: ſecundũ iudicem populi, ſic ⁊ miniſtri eius: ⁊ qualis rector eſt ciuitatis, tales ⁊ inhabitantes in ea. Rex inſipiẽs perdet populum ſuum, ⁊ ciuitates inhabitabuntur p̃ ſenſus prudentium. In manu dei poteſtas terrę: ⁊ execrabilis oĩs iniquitas gentium, ⁊ vtilẽ rectorẽ ſuſcitabit in tempus ſuper illã. In manu Dei poteſtas hominis, ⁊ ſuper faciem ſcribę imponet honorẽ ſuum. ℟. Præbe. 286. Lc. ij.

Omnis iniurię proximi ne memineris: ⁊ nihil agas in operibus iniurię. Odibilis corã deo eſt ⁊ hominibus ſuperbia, ⁊ execrabilis oĩs iniquitas gentium. Regnum a gente in gentẽ transfertur p̃pter iniuſtitias, ⁊ iniurias, ⁊ contumelias, ⁊ diuerſos dolos. Auaro autẽ nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbis terra, ⁊ cinis? Nihil eſt iniquius, quã amare pecuniã: hic enim ⁊ animam ſuã venalem habet, quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. ℟. Initium. 285. Lcõ iij.

Omnis potẽtatus vita breuis. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorẽ p̃cidit medicus: ſic ⁊ rex hodie eſt, ⁊ cras morietur. Cũ enim morietur homo, hereditabit ſerpentes, ⁊ beſtias, ⁊ vermes. Initiũ ſuperbię hominis, apoſtatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, receſſit cor eius, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia:

Digitized by Google

ſuperbia: qui tenuerit illam ad/ implebit maledictis, ⁊ ſubuertet eum in finem. Propterea exho/ norauit dñs conuentus malo/ rum, ⁊ deſtruxit eos vſq; in fi/ nem. ℟ Verbũ iniquum: 285.

FERIA QVARTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

ca.13 QUi tetigerit picem, inqui/ nabitur ab ea: ⁊ qui com/ municauerit ſuperbo, induet ſu/ perbiã. Pondus ſup ſe tollet, q̃ honeſtiori ſe cõmunicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollã? quando enim ſe colliſerint, con/ fringetur. Diues iniuſte egit, ⁊ fre met, pauper autem leſus tacebit. Si largitus fueris aſſumet te: ⁊, ſi non habueris, derelinquet te: ſi habes, conuiuet tecũ, ⁊ euacua bit te, ⁊ ipſe non dolebit ſup te. ℟ Dñe pater. 285. Lectio ij.

HUmiliare Deo, ⁊ expecta manus eius. Attende ne ſeductus in ſtultitiam humilie/ ris. Noli eſſe humilis in ſapiẽtia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus a potẽtio/ re diſcede: ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris: ⁊ ne longe ſis ab eo, ne eas in obliuionẽ. Ne retineas ex equo loqui cũ illo: nec credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te, ⁊ ſubri dens interrogabit te de abſcon/ ditis tuis. Immitis animus illius cõſeruabit verba tua, ⁊ nõ parcet de malitia, ⁊ de vinculis. ℟ Magna. 286. Lectio iij.

CAue tibi, ⁊ attende dilige/ ter auditui tuo: quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. Audiens vero verba illa, quaſi in ſomnis vide, ⁊ vigilabis. Om ni vita tua dilige Deũ: ⁊ inuoca illũ in ſalute tua. Omẽ animal di ligit ſimile ſibi: ⁊ ſic oĩs homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilẽ ſibi cõiungetur, ⁊ oĩs ho/ mo ſimili ſui ſociabitur. Si com municabit lupus agno aliquan/ do: ſic peccator iuſto. Que com municatio ſancto homini ad ca nem? aut q̃ pars bona diuiti ad pauperem? ℟ Que ſunt. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

BEatus vir, qui non eſt la/ pſus verbo ex ore ſuo, ⁊ non eſt ſtimulatus in triſtitia de/ licti. Felix qui non habuit ani/ mi ſui triſtitiam, ⁊ non excidit a ſpe ſua. Viro cupido, ⁊ tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia: ⁊ ho/ mini liuido ad quid aurũ? Qui aceruat ex animo ſuo iniuſte, alijs cõgregat: ⁊ in bonis illius alius luxuriabitur. Qui ſibi ne/ quam eſt, cui alij bonus erit? ⁊ nõ iucundabitur in bonis ſuis. ca.14

℟ In principio. 284. Lectio ij.

QUi ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius: ⁊ hec reddi/ tio eſt malitie illius: ⁊ ſi bene fe/ cerit, ignoranter, ⁊ nõ volens fa/ cit: ⁊ in nouiſſimis manifeſtat ma litiam

litiam ſuã. Nequam eſt oculus liuidi, ⁊ auertens faciem ſuam, ⁊ deſpiciens animam ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur, donec conſumat areſaciens animam ſuam. Oculus malus ad mala: ⁊ non ſatiabitur pane indigens, ⁊ in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. ℞. Gyrum cęli. 285. Lectio iij.

Fili, ſi habes, benefac tecũ, ⁊ Deo dignas oblationes offer. Memor eſto, quoniam mors nõ tardat, ⁊ teſtamentũ inferorum, quia demõſtratum eſt tibi. Teſtamentũ enim huius mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, ⁊ ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, ⁊ particula boni diei nõ te pretereat. Nonne alijs relinques dolores, ⁊ labores tuos? In diuiſione ſortis da ⁊ accipe, ⁊ iuſtifica animã tuã. Ante obitum tuũ operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. ℞. Emitte. folio. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

21.ca. Fili peccaſti? non adijcias iterum: ſed ⁊ de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur. Quaſi a facie colubri fuge peccata: ⁊ ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quaſi rhomphea bis acuta oĩs iniquitas: plagę illius nõ eſt ſanitas. Obiurgatio, ⁊ iniurię annullabunt ſubſtantiam, ⁊ domus quę nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbia: ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur. ℞. Da mihi. 285. Lectio ſecunda.

Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures perueniet, ⁊ iudicium feſtinato adueniet illi. Qui odit correptionem, veſtigium eſt peccatoris: ⁊ qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum. Notus a longe potẽs lingua audaci: ⁊ ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo. Qui ędificat domum ſuã impendijs alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. Stupa collecta ſynagoga peccãtiũ: ⁊ conſummatio illorũ flãma ignis. ℞. Initiũ. 285. Lectio iij.

Via peccãtium, complanata lapidibus, ⁊ in fine illorum inferi ⁊ tenebrę, ⁊ pęnę. Qui cuſtodit iuſtitiã, continebit ſenſum eius. Cõſummatio timoris dei ſapientia, ⁊ ſenſus. Non erudietur qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia, quę abundat in malo: ⁊ non eſt ſenſus, vbi eſt amaritudo. Scientia ſapientis, tanquam inundatio abũdabit, ⁊ conſilium illius ſicut fons vitę permanet. ℞. Verbum. 285.

SABBATHO.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Rectorem te poſuerũt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Curã illorum habe, ⁊ ſic conſidera, ⁊ omni cura tua ca. 32

Digitized by Google

ma explicite recibe: vt leteris
propter illos, ⁊ ornamẽtum gra-
tię accipias coronam, ⁊ dignatio-
nes cõſequaris corrogationis.
Loquere maior natu: decet enim
te. Primum verbum diligenti
ſcientiã: ⁊ nõ impedias muſicã.
℞. Dñe pater. 285. Lectõ ij.

Ubi auditus non eſt, nõ ef-
fundas ſermonẽ, ⁊ impor-
tune noli extolli in ſapiẽtia tua.
Gemmula carbunculi in orna-
mento auri, ⁊ comparatio muſi-
corum in cõuiuio vini. Sicut in
fabricatione auri ſignum eſt ſma
ragdi, ſic numerus muſicorum in
iucundo, ⁊ moderato vino. Au
di tacẽs, ⁊ pro reuerẽtia accedet ti
bi bona gratia. Adoleſcẽs loque
re in tua cauſa vix cum neceſſe
fuerit. Si bis interrogatus fue-
ris, habeat caput reſponſum tu
um. ℞. Magna. 286. Lec. iij.

In multis eſto quaſi inſci-
us: ⁊ audi tacẽs ſimul ⁊ quę-
rens. In medio magnatorum loq
non preſumas, ⁊ vbi ſunt ſenes,
nõ multũ loquaris. Ante gran-
dinẽ prębit coruſcatio: ⁊ ante ve
recundiã prębit gratia, ⁊ pro re-
uerẽtia accedet tibi bona gratia.
Et hora ſurgẽdi non te trices:
precurre autẽ prior in domũ tuam,
⁊ illic auocare, ⁊ illic lude, ⁊ age
conceptiones tuas, ⁊ nõ in deli-
ctis, ⁊ verbo ſuperbo. Et ſuper
his oĩbus benedicito dñm, qui
fecit te: inebriantẽ te in omnib⁹
bonis ſuis. ℞. Quę ſunt. 286.

Sabba. primo kal. Septembr.
Ad Magnificat. Antiphona.
Cum audiſſet Job nunciorum
verba, ſuſtinuit patiẽter, ⁊ ait:
Si bona ſuſcepimus de manu
dñi, mala autẽ quare non ſuſti-
neamus? In oĩbus his non pec
cauit Job labiis ſuis, neq; ſtultũ
aliquid contra deũ locutus eſt.

DOMINICA I.

Septembris.

Incipit liber Job. Lectio I.

Vir erat in terra Hus
nomine Job: ⁊ erat
vir ille ſimplex, ⁊
rectus, ac timens
Deum, ⁊ recedens
a malo, natiq; ſunt ei ſeptem fi-
lij, ⁊ tres filię: ⁊ fuit poſſeſſio eius
ſeptem millia ouium, ⁊ tria mil-
lia camelorum, quingenta quoq;
iuga boum, ⁊ quingentę aſinę,
ac familia multa nimis: eratq;
vir ille magnus inter oẽs orien-
tales. ℞. Si bona ſuſcepimus
de manu Dei, mala autẽ quare
nõ ſuſtineamus? Dñs dedit, dñs
abſtulit: ſicut dño placuit: ita fa-
ctum eſt: ſit nomen dñi benedi-
ctum. ℣. Nudus egreſſus ſum de
vtero matris meę, ⁊ nudus re-
uertar illuc. Dominus. Lec. ij.

Et ibãt filij eius, ⁊ faciebãt
conuiuia per domos, vnuſ-
quiſq; in die ſuo: ⁊ mittẽtes vo-
cabant tres ſorores ſuas, vt co-
mederent, ⁊ biberent cum eis.
Cumq; in orbẽ tranſiſſent dies
conuiuij, mittebat ad eos Job, ⁊

sanctificabat illos: ⁊ cõsurgensq; diluculo, offerebat holocausta ꝑ singulos: dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, ⁊ benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

℟. Antequã comedã, suspiro: ⁊ tanquam inundantis aquę sic rugitus meus: quia timor, quem timebã, euenit mihi, ⁊ quod verebar accidit: nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? Et venit sup me indignatio? ℣. Ecce non est auxilium mihi in me, ⁊ necessarij quoque mei recesserunt a me. Et ve. Lectio tertia.

QUadam autẽ die, cũ venissent filij dei, vt assisterent coram domino, affuit inter eos etiam Satan, cui dixit dominus: Unde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrã, ⁊ perambulaui eã. Dixitq; dominus ad eũ. Nũquid considerasti seruũ meũ Job, ꝙ nõ sit ei similis in terra, homo simplex ⁊ rectus, ac timẽs Deũ, ⁊ recedens a malo? Cui respondens ait Satan: Nunquid frustra Job timet Deũ? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substãtiam eius, per circuitum? ℟. Quare detraxistis sermonibus veritatis? ad increpandũ verba componitis? ⁊ subuertere nitimini amicum vestrũ? Uerũtamẽ, quę cogitastis, explete. ℣. Quod iustũ est iudicate: ⁊ non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Uerũtamen.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

SCriptura sacra mẽtis oculis quasi quoddam speculũ opponit, vt interna nostra facies in ipsa videatur. Ibi etenim fęda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantũ proficimus, ibi a profectu quam longe distamus. Narrat autem gesta sanctorum, ⁊ ad imitationẽ corda prouocat infirmorũ: dumq; illorum victricia facta cõmemorat, contra vitiorũ pręlia debilia nostra cõfirmat: fitq; verbis illius, vt eo mẽs minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triũphos videt.

℟. Induta est caro mea putredine, ⁊ sordibus pulueris cutis mea aruit, ⁊ contracta est. Memẽto mei dñe, quoniã ventus est vita mea. ℣. Dies mei velocius trãsierunt, quã a texente tela succiditur: ⁊ cõsumpti sunt absque vlla spe. Memento. Lectio v.

NOnnunquã vero non solũ nobis eorum virtutes asserit, sed etiã casus innotescit: vt ⁊ in victoria fortium quod imitando arripere, ⁊ rursus videamus in lapsibus, quod debeam⁹ timere. Ecce enim Job describitur tẽtatione auctus, sed Dauid tentatione prostratus: vt maiorũ virtus spem nostram foueat, ⁊ maiorum casus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenus dũ illa gaudentes sublęuãt, ista metuentes

tuentes

mentes premant: ⁊ audientis animus illinc ſpei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate ſuperbiat, quia formidine premitur, nec preſſus timore deſperet, quia ad ſpei fiduciam virtutis exemplo roboratur. ℟. Paucitas dierum meorum finietur breui: dimitte me domine, vt plangam paululum dolorem meum. Antequam vadam ad terram tenebroſam, ⁊ opertã mortis caligine. ℣. Manus tue domine fecerunt me, ⁊ plaſmauerunt me totum in circuitu: ⁊ ſic repente precipitas me? Antequam. Lectio ſexta.

Vir erat in terra Hus, nomine Job. Idcirco ſanctus vir vbi habitauerit dicitur: vt eius meritũ virtutis exprimatur. Hus namque quis neſciat, ꝙ ſit terra gentiliũ? Gentilitas autẽ eo obligata vitijs extitit, ꝙ cognitionẽ ſui conditoris ignorauit. Dicatur itaqꝫ vbi habitauerit, vt hoc eius laudibus proficiat: quod bonus inter malos fuit. Neque eniꝫ valde laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. Sicut enim grauioris culpe eſt, inter bonos bonum nõ eſſe: ita immenſi eſt preconij, bonum ⁊ inter malos extitiſſe. ℟. Non abſcondas me domine a facie tua: manuꝫ tuam longe fac a me. Et formido tua non me terreat. ℣. Corripe me dñe in miſericordia: non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Et. vij. ℟. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, ⁊ abſcõdas me, donec pertrãſeat furor tuus dñe, niſi tu, qui ſolus es Deus? Et conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei? ℣. Nunquid ſicut dies hominis dies tui? vt queras iniquitatem meam: cum ſit nemo, qui de manu tua poſſit eruere. Et conſtituas. viij. ℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum, Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus Deus ſabaoth. Plena eſt oĩs terra gloria eius. ℣. Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo, pater, verbũ, ⁊ ſpiritus ſanctus, ⁊ hi tres vnũ ſunt. Sanctus. Glo. Plena.

Infra hebd. Fer. iiij. ⁊ Sabba. dicitur ſecunduꝫ ⁊ tertiũ Noct. ſequentis ſecunde ferie, vt infra.

FERIA SECVNDA.

De libro Job. Lectio prima.

Cum autem quadam die filij, ⁊ filie eius comederẽt, ⁊ biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti, nuncius venit ad Job, qui diceret: Boues arabant, ⁊ aſine paſcebantur iuxta eos, ⁊ irruerunt Sabei, tuleruntque omnia, ⁊ pueros percuſſerunt gladio: ⁊ euaſi ego ſolus, vt nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur venit alter, ⁊ dixit: Ignis dei cecidit e celo, ⁊ tactas oues pueroſque conſumpſit: ⁊ effugi ego ſolus, vt nunciarem tibi. ℟. Verſa ca. 1.

Digitized by Google

eſt in luctū cithara mea, organū meū in vocē flētiū. Parce mihi dñe: nihil enim ſunt dies mei. ℣. Cutis mea denigrata eſt ſup me, ⁊ oſſa mea aruerūt. Parce. L. ij.

Sed ⁊ illo adhuc loquente, venit alius, ⁊ dixit: Chaldei fecerunt tres turmas, ⁊ inuaſerunt camelos, ⁊ tulerunt eos, necnon ⁊ pueros percuſſerunt gladio: ⁊ ego fugi ſolus, vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, ⁊ ecce alius intrauit ⁊ dixit: Filys tuis, ⁊ filiabus veſcentib⁹, ⁊ bibentibus vinū in domo fratris ſui primogeniti, repēte ventus vehemens irruit a regione deſerti, ⁊ cōcuſſit quatuor angulos domus, quę corruēs oppreſſit liberos tuos, ⁊ mortui ſunt: ⁊ effugi ego ſolus, vt nūciarē tibi. ℟. Utinā appenderētur peccata mea quibus irā merui. Et calamitas, quam patior, in ſtatera. ℣. Quaſi arena maris hęc grauior appareret: vnde ⁊ verba mea dolore ſunt plena. Et. L. iij.

Tunc ſurrexit Job, ⁊ ſcidit veſtimenta ſua, ⁊ tonſo capite corruēs in terrā, adorauit, ⁊ dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meę: ⁊ nudus reuertar illuc. Dominus dedit, domin⁹ abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomē domini benedictum. In omnibus his non peccauit Job labys ſuis, neqʒ ſtultum quid contra Deuʒ locutus eſt. ℟. Quare de. 297.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

Factum eſt autē, cū quadā die veniſſent filij Dei, ⁊ ſtarent coraʒ domino, veniſſet quoque Satan inter eos, ⁊ ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominus ad Satan: Unde venis? Qui reſpondens ait: Circuiui terrā ⁊ perambulaui eā. Et dixit dominus ad Satan. Nunquid cōſideraſti ſeruum meum Job, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex, ⁊ rectus, ac timens Deum, ⁊ recedens a malo, ⁊ adhuc retinens innocētiā? Tu autē commouiſti me aduerſus eū, vt affligerē eū fruſtra. Cui reſpōdens Satan ait: Pellē pro pelle, ⁊ cuncta quę habet homo, dabit pro anima ſua. Alioquin mitte manum tuam, ⁊ tange os eius, ⁊ carnem: ⁊ tunc videbis quod in facieʒ benedicat tibi. ℟. Indura eſt. 297. Lectio ſecunda.

Dixit ergo dñs ad Satan: Ecce in manu tua eſt, verūtamē animā illi⁹ ſerua. Egreſſus igit̃ Satā a facie dñi, pcuſſit Job vlcere peſſimo, a planta pedis vſqʒ ad verticeʒ eius, q teſta ſaniē radebat, ſedens in ſterquilinio. Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc tu pmanes in ſimplicitate tua? benedic Deo, ⁊ morere. Qui ait ad illaʒ: Quaſi vna de ſtultis mulierib⁹ locuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare nō ſuſtineamus? In omnibus

nibus his nō peccauit Job labijs ſuis. ℟. Paucitas. 298. L. iij.

IGitur audiētes tres amici Job omne malū, quod accidiſſet ei, venerūt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: cōdixerant enī, vt pariter veniētes viſitarent eū, & conſolarentur. Cumq; eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerē ſuper caput ſuum in cęlum: & ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem eſſe vehementem. ℟. Non abſcondas. 298.

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima.

3. POſt hęc aperuit Job os ſuum, & maledixit diei ſuo, & locutus eſt: Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictū eſt, cōceptus eſt homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eū Deus deſuper, & nō illuſtretur lumine: obſcurēt eū tenebrę, & vmbra mortis: occupet eū caligo, & inuoluatur amaritudine. ℟. Quis mihi. 298. Lec. ij.

NOctem illā tenebroſus turbo poſſideat, nō cōputetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna: maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan. Obtenebrentur ſtellę caligine eius: expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis aurorę: quia non concluſit oſtia ventris, qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis meis. ℟. Utinam appen. 298. Lectio tertia.

QUare nō in vulua mortuus ſum? egreſſus ex vtero non ſtatim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nūc enim dormiēs ſilerem, & ſomno meo requieſcerem, cū regibus, & conſulibus terrę, qui ędificāt ſibi ſolitudines: aut cū principibus qui poſſident aurū, & replēt domos ſuas argēto: aut ſicut abortiuū abſcōditū nō ſubſiſterē, vel qui concepti non viderunt lucē. ℟. Quare detraxiſtis. 297.

FERIA QVINTA.

De libro Job. Lectio prima.

REſpondens autē Eliphaz Themanites dixit. Si cęperim⁹ loqui tibi, forſitā moleſtè accipies: ſed conceptū ſermonē tenere quis poterit? Ecce, docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes cōfirmauerūt ſermones tui, & genua trementia confortaſti: nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: & tetigit te, & conturbatus es. Ubi eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarū tuarū? ca. 4.
℟. Si bona. 297. Lectio ij.

REcordare, obſecro te, quis vnquā innocēs perijt? aut

qui recti deleti ſunt? quin potius
vidi eos, qui operant iniquitatē,
& ſeminant dolores, & metūt eos,
flante Deo periſſe, & ſpiritu irę
eius eſſe conſumptos. Rugitus
leonis, & vox leęnę, & dentes ca/
tulorum leonū contriti ſunt. Ti
gris perijt, eo q nō haberet prę/
dā: & catuli leonis diſſipati ſunt.
℟. Antequam. 297. Lectio ij.

PORro ad me dictū eſt ver/
buz abſcōditū, & quaſi fur/
tiue ſuſcepit auris mea venas ſu/
ſurri eius. In horrore viſionis no
cturnę, quādo ſolet ſopor occu/
pare homines, pauor tenuit me,
& tremor, & omnia oſſa mea per/
territa ſunt. Et cū ſpiritus me prę
ſente tranſiret, inhorruerunt pili
carnis meę. Stetit quidā, cuius
nō agnoſcebā vultū, imago corā
oculis meis, & vocem quaſi aurę
lenis audiui. Nunqd homo Dei
cōparatione iuſtificabitur? aut fa
ctore ſuo purior erit vir? ecce qui
ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in
angelis ſuis repperit prauitatē.
℟. Quare detraxiſtis. 297.

FERIA SEXTA.

De libro Job. Lectio prima.

ca. 6. REſpondens autem Job di
xit: Utinam appēderentur
peccata mea quibus iraz merui,
& calamitas, quā patior, in ſtate/
ra: quaſi arena maris hęc gra/
uior appareret: vnde & verba
mea dolore ſunt plena: quia ſagit
tę domini in me ſunt, quaruz in/
dignatio ebibit ſpiritum meum,
& terrores domini militant con/
tra me. ℟. Induta eſt. 297. Lectio ij.

NUnquid rugiet onager cū
habuerit herbam? aut mu
giet bos, cum ante pręſepe plenū
ſteterit? aut poterit comedi inſul/
ſum, quod non eſt ſale conditū?
aut poteſt aliquis guſtare, quod
guſtatum affert mortē? Animę
enim eſurienti, etiam amara dul/
cia eſſe videntur. Quę prius no/
lebat tangere anima mea, nunc
prę anguſtia cibi mei ſunt. ℟.
Paucitas. 298. Lectio tertia.

QUis det, vt veniat petitio
mea, & qđ expecto tribuat
mihi Deus? Et qui cępit, ipſe
me conterat? ſoluat manum ſuā,
& ſuccidat me? Et hęc mihi ſit cō
ſolatio, vt affligens me dolore,
non parcat, nec contradicam ſer
monibus ſanctis? Quę eſt enim
fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut
quis finis meus, vt patiēter agā?
Nec fortitudo lapidum fortitu/
do mea, nec caro mea ęnea eſt.
℟. Non abſcondas. folio. 298.

SABBATHO.

De libro Job. Lectio prima.

MIlitia eſt vita hominis ſu ca. 7
per terrā, & ſicut dies mer
cenarij dies eius. Sicut ceruus
deſiderat vmbrā, & ſicut merce/
narij pręſtolatur finē operis ſui:
ſic & ego habui mēſes vacuos, &
noctes laborioſas enumeraui mi
hi. Si dormiero, dicam: Quū cō/
ſurgā? & rurſuz expectabo veſpe/
rā, & replebor doloribus vſq; ad
tene/

Digitized by Google

tenebras. ℟. Quis.298. Lec.ij.

Induta eſt caro mea putre/dine, et ſordibus pulueris cu/tis mea aruit, et contracta eſt. Dies mei velocius tranſierunt quam a texente tela ſucciditur, et conſumpti ſunt abſque vlla ſpe. Memento quia ventus eſt vita mea, et non reuertetur oculus meus, vt videat bona, nec aſpi/ciet me viſus hominis: oculi tui in me, et non ſubſiſtam. ℟. An/nam. 298. Lectio tertia.

Sicut conſumitur nubes, et pertranſit: ſic qui deſcen/derit ad inferos, nō aſcendet, nec reuertetur vltra in domum ſuam, nec cognoſcet eum amplius locus eius. Quapropter et ego nō par/cam ori meo: loquar in tribula/tione ſpiritus mei: confabulabor cum amaritudine animę meę. Nunquid mare ego ſum, aut ce/tus, quia circundediſti me car/cere? ℟. Quare detra. 297.

Ad Magnificat. Antiphona. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum aliquid contra deum locutus eſt.

DOMINICA II.
Septembris.

De libro Iob. Lectio prima.

ca.9. Et reſpondens Iob ait: Vere ſcio, quod ita ſit, et quod non iuſtificetur homo, compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Sapiens corde eſt, et fortis robore: quis reſtitit ei, et pacem habuit? qui tranſtulit mō/tes: et neſcierunt hi, quos ſubuer/tit in furore ſuo. ℟. Si bona ſuſcepimus.297. Lectio ſecūda.

Qui commouet terram de loco ſuo, et columnę eius concutiuntur: qui pręcipit So/li, et non oritur, et ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo: qui exten/dit celos ſolus, et graditur ſuper fluctus maris: qui facit Arctu/rum, et Oriona, et Hyadas, et in/teriora Auſtri: qui facit magna, et incomprehenſibilia, et mirabi/lia, quorum non eſt numerus. ℟. Antequam. 297. Lectio iij.

Si venerit ad me, non vide/bo eum: ſi abierit, non intel/ligam. Si repente interroget, qs reſpōdebit ei? vel quis dicere ei poteſt, cur ita facis? Deus, cuius irę nemo reſiſtere poteſt, et ſub quo curuantur qui portant or/bem. Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Qui etiam ſi ha/buero quippiam iuſtum, non re/ſpondebo, ſed meum iudicem de/precabor. ℟. Quare. fol.297.

Ex libro Moralium ſancti Gre/gorij Papę. Lectio quarta.

Vere ſcio, q ita ſit, et non iu/ſtificabitur homo cōpoſi/tus Deo. Homo quippe Deo nō compoſitus iuſtitiam percipit, compoſitus amittit: quia quiſ/quis ſe auctorem bonorum compa/

rat, bono ſe quod acceperat, priuat. Qui enim accepta bona ſibi arrogat, ſuis contra Deũ donis pugnat. Unde ergo deſpectus erigitur, dignum eſt vt erectus inde deſtruatur. ℟. Induta eſt. fol. 297. Lectio quinta.

SI voluerit contendere cũ Deo, non poterit reſpondere ei vnum pro mille. In ſcriptura ſancta millenarius numerus pro vniuerſitate ſolet intelligi. Hinc enĩ Pſalmiſta ait: Verbi, quod mandauit in mille generationes: cum profecto conſtet, quod ab ipſo mundi exordio vſque ad Redemptoris Aduentum, per Euangelium non amplius, quã ſeptuaginta ſeptem propagines numerentur: Quid ergo in millenario numero, niſi ad proferendam nouam ſobolem, perfecta vniuerſitas preſcite generationis exprimitur? Hinc, & per Joannem dicitur: Et regnabũt cum eo mille annis: quia videlicet regnum ſancte Eccleſie vniuerſitatis perfectione ſolidatur. ℟. Paucitas. 298. Lectio vj.

QUia ergo monas, decies multiplicata in denarium ducitur, denarius per ſemetipſum ductus in centenarium dilatatur, qui rurſus per denarium ductus in millenariũ tenditur: cum ab vno incipimus, vt ad millenarium veniamus, quid hoc loco vnius appellatione, niſi bene viuendi initium? quid millenarij numeri amplitudine, niſi eiuſdem vite bone perfectio deſignatur? Cum Deo autem contendere, eſt, non ei tribuere, ſed ſibi gloriam ſue virtutis arrogare. Sed ſanctus vir conſpiciat, quia & qui ſumma Dei dona percipit, ſi de acceptis extollitur, cuncta que acceperat amittit. ℟. Non abſcondas. 298.

FERIA SECVNDA.

De libro Job. Lectio prima.

ADdidit quoque Job aſſumens parabolam ſuã, & dixit. Viuit Deus, qui abſtulit iudiciũ meum, & omnipotẽs qui ad amaritudinem adduxit animam meã: Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis, nõ loquẽtur labia mea iniquitatẽ, nec lingua mea meditabitur mendaciũ. Abſit a me, vt iuſtos vos eſſe iudicẽ: donec deficiã, non recedã ab innocẽtia mea. ℟. Verſa eſt. 297. L. ij. C. 27

IUſtificationẽ meam, quã cepi tenere, non deſerã: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit vt impius inimicus meus, & aduerſarius meus, quaſi iniquus. Que eſt enim ſpes hypocrite, ſi auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? nunquid Deus audiet clamorem eius cum venerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? ℟. Utinam. 297. Lect. iij.

Docebo

Digitized by Google

Docebo vos p manũ Dei quę omnipotens habeat, nec abſcondam. Ecce vos omnes noſtis: ⁊ vtquid hęc ſine cauſa vana loquimini? Hęc eſt pars hominis impij apud Deum, ⁊ hęreditas violentorũ quã ab omnipotẽte ſuſcipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erũt, ⁊ nepotes eius nõ ſaturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelient in interitu, ⁊ viduę illi⁹ nõ plorabunt. ℟. Quare. 297.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

c. 28. SApientia vbi inuenitur? ⁊ quis eſt locus intelligentię? Neſcit homo precium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuẽtium. Abyſſus dicit, nõ eſt in me: ⁊ mare loquitur, non eſt mecũ. Non dabitur aurum obrizũ pro ea, nec appendetur argentum in cõmutatione eius. Non conferetur tinctis Indię colorib⁹, nec lapidi ſardonycho ꝓcioſiſſimo, vel ſapphiro. ℟. Induta. 297. ℣. ij.

NOn adęquabitur ei aurũ, vel vitrum: nec commutabũtur pro ea vaſa auri. Excelſa, ⁊ eminentia nõ memorabuntur in cõparatione eius, trahitur autem ſapiẽtia de occultis. Nõ adęquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturę mundiſſimę cõponentur. Unde ergo ſapientia venit? ⁊ quis eſt locus intelligentię? Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium: volucres quoque cęli latet. Perditio, ⁊ mors dixerunt: Auribus noſtris audiuimus famam eius. ℟. Pauitas. 298. Lectio tertia.

DEus intelligit vias eius, ⁊ ipſe nouit locũ illius. Ipſe enim fines mundi intuetur, ⁊ omnia q̃ ſub cęlo ſunt, reſpicit. Qui fecit vẽtis pondus, ⁊ aquas appẽdit in menſura: quando ponebat pluuijs legem, ⁊ viam procellis ſonantibus, tũc vidit illã, ⁊ enarrauit, ⁊ ꝑparauit, ⁊ inueſtigauit, ⁊ dixit homini: Ecce timor dñi ipſa eſt ſapiẽtia, ⁊ recedere a malo intelligẽtia. ℟. Nõ abſcõ. 298

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima. c. 31.

PEpigi fędus cum oculis meis, vt ne cogitarẽ quidẽ de virgine. Quam enim partem haberẽt in me Deus deſuper, ⁊ hęreditatẽ omnipotens de excelſis? Nunquid nõ perditio eſt iniquo, ⁊ alienatio operantibus iniuſtitiã? Nonne ipſe conſiderat vias meas, ⁊ cũctos greſſus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, ⁊ feſtinauit in dolo pes me⁹, appẽdat me in ſtatera iuſta, ⁊ ſciat Deus ſimplicitatẽ meã. ℟. Quis mihi. 298. Lectio ij.

SI declinauit greſſus meus de via: ⁊ ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum: ⁊ ſi in manibus meis adhęſit macula: ſeram, ⁊ alius comedat: ⁊ ꝓgenies mea eradicetur. Si deceptum eſt cor meũ ſuper mulierẽ ⁊ ſi ad oſtiũ amici

amici mei inſidiantis ſuis: ſcortũ alterius ſit vxor mea, ⁊ ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nefas eſt, ⁊ iniquitas maxima. Ignis eſt vſq; ad perditionem deuorans, ⁊ omnia eradicãs genimina. ℟. Utinam appenderentur. folio. 298. Lectio tertia.

SI contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo ⁊ ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. Quid enim faciam, cũ ſurrexerit ad iudicãdũ De⁹? Et cũ quęſierit, quid reſpondebo illi? Nunquid nõ in vtero fecit me q; ⁊ illum operatus eſt, ⁊ formauit me in vulua vnus. Si negaui qđ volebãt pauperibus, ⁊ oculos viduę expectare feci: Si comedi bucellã meã ſolus, ⁊ nõ comedit pupillus ex ea, q; ab infantia mea creuit mecum miſeratio. ℟. Quare detr. 297.

FERIA QVINTA.

De libro Iob. Lectio prima.

c. 38. REſpondens autẽ dñs Iob de turbine, dixit: Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, ⁊ reſponde mihi: vbi eras, quando ponebam fundamenta terrę? indica mihi, ſi habes intelligentiam. Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? vel quis tetẽdit ſuper eam lineam? ſuper quo baſes illius ſolidatę ſunt? aut quis demiſit lapidẽ angularẽ eius? Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, ⁊ iubilarent omnes filij Dei. ℟. Si bona. 297. L. ij.

QUis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedẽs? Cum ponerem nubem veſtimentũ eius, ⁊ caligine illud quaſi pãnis infantię obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, ⁊ poſui vectẽ ⁊ oſtia, ⁊ dixi: Uſq; huc venies, ⁊ non ꝓcedes amplius, ⁊ hic cõfringes tumentes fluctus tuos. Nunquid poſt ortũ tuũ pręcepiſti diluculo, ⁊ oſtẽdiſti aurorę locum ſuũ? ⁊ tenuiſti concutiẽs extrema terrę, ⁊ excuſſiſti impios ex ea? ℟. Antequã. 297. L. iij.

REſtituetur vt lutũ ſignaculũ ſuũ, ⁊ ſtabit ſicut veſtimentũ. Auferet ab impijs lux ſua, ⁊ brachium excelſũ cõfringetur. Nunquid ingreſſus es profunda maris, ⁊ in nouiſſimis abyſſi deambulaſti? Nunquid apertę ſũt tibi portę mortis: ⁊ oſtia tenebroſa vidiſti? Nunquid cõſideraſti latitudinẽ terrę? indica mihi ſi noſti omnia, in qua via lux habitet, ⁊ tenebrarũ quis locus ſit: vt ducas vnũquodq; ad terminos ſuos, ⁊ intelligas ſemitas domus eius. ℟. Quare. 297.

FERIA SEXTA.

De libro Iob. Lectio prima.

REſpõdens autẽ dñs Iob de turbine, dixit: Accinge ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, ⁊ indica mihi: nũquid irritũ facies iudiciũ meũ, ⁊ cõdemnabis c. 40.

Digitized by Google

nobis me, vt tu iuſtificeris? Et, ſi
habes brachiū ſicut Deus: ⁊ ſi
voce ſimili tonas: circūda tibi de
cores, ⁊ in ſublime erigere, ⁊ eſto
glorioſus, ⁊ ſpecioſis induere ve
ſtibus. ℟. Induta. 297. L. ij.

DIſperge ſuperbos in furo
re tuo, ⁊ reſpiciens oēm
arrogantē humilia. Reſpice cū
ctos ſuperbos, ⁊ cōfunde eos, ⁊
contere impios in loco ſuo. Ab
ſconde eos in puluere ſimul, ⁊ fa
cies eorum demerge in foueā: ⁊
ego confitebor quod ſaluare te
poſſit dextera tua. Ecce Behe
moth, quē feci tecū, fenū qua
ſi bos comedet. Fortitudo eius
in lumbis eius: ⁊ virtus illius in
vmbilico ventris ei⁹. ℟. Pau
citas. 298. Lectio tertia.

REſpondens autē Iob dn̄o
dixit: Scio q̄ omnia po
tes, ⁊ nulla te latet cogitatio.
Quis eſt iſte q̄ celat conſiliū abſ
que ſciētia? Ideo inſipienter lo
cutus ſum, ⁊ quę vltra modum
excederent ſcientiā meā. Audi,
⁊ ego loquar: interrogabo te, ⁊
reſpōde mihi. Auditu auris au
diui te: nūc autē oculus meus vi
det te. Idcirco ipſe me reprehen
do, ⁊ ago pęnitentiā in fauilla ⁊
cinere. ℟. Non abſcon. 298.

SABBATHO.

De Libro Iob. Lectio prima.

c.41. POſtquā autē locutus eſt
dominus verba hęc ad
Iob, dixit ad Eliphaz Thema
nitē: Iratus eſt furor meus in te,
⁊ in duos amicos tuos, qm̄ non
eſtis locuti corā me rectū, ſicut
ſeruus me⁹ Iob. Sumite ergo
vobis ſeptē tauros, ⁊ ſeptē arie
tes, ⁊ ite ad ſeruū meum Iob,
⁊ offerte holocauſtū pro vobis:
Iob autē ſeruus meus orabit
pro vobis: faciem eius ſuſcipiā,
vt non vobis imputetur ſtulti
tia: neq; enim locuti eſtis ad me
recta, ſicut ſeruus me⁹ Iob. ℟.
Quis mihi. 298. Lectio ſecūda.

ABierunt ergo Eliphaz
Themanites, ⁊ Baldad
Suhites, ⁊ Sophar Naamathi
tes: ⁊ fecerūt ſicut locut⁹ fuerat
dn̄s ad eos, ⁊ ſuſcepit dn̄s faciem
Iob. Dn̄s quoq; cōuerſus eſt ad
pęnitentiā Iob: cū oraret ille p
amicis ſuis. Et addidit dn̄s oīa
quęcūq; fuerant Iob, duplicia.
Venerunt aūt ad eū omnes fra
tres ſui, ⁊ vniuerſę ſorores ſuę, ⁊
cuncti q̄ nouerant eū prius: ⁊ co
mederūt cum eo panē in domo
ei⁹: ⁊ mouerūt ſup eū caput: ⁊
cōſolati ſunt eū ſuper omni ma
lo, quod intulerat dn̄s ſuper eū:
⁊ dederūt ei vnuſquiſq; ouem
vnam, ⁊ inaurem auream vnā.
℟. Vtinā. 298. Lectio tertia.

DOminus autē benedixit
nouiſſimis Iob magis,
quām principio eius: ⁊ facta ſūt
ei quatuordecim millia ouium,
⁊ ſex millia camelorū, ⁊ mille iu
ga boū, ⁊ mille aſinę. Et fuerūt
ei ſeptē filij, ⁊ tres filię. Et voca
uit nomē vnius diē, ⁊ nomē ſe
cunde

Digitized by Google

cũdę Caſſiã, ꝛ nomẽ tertię Cor/
nuſtibij. Nõ ſunt aũt inuẽtę mu
lieres ſpecioſę ſicut filię Job, in
vniuerſa terra: deditq; eis pa/
ter ſuus hereditatẽ inter fratres
earũ. Vixit autẽ Job poſt flagel
la hęc centũ quadraginta annis,
ꝛ vidit filios ſuos, ꝛ filios filiorũ
ſuorum, vſq; ad quartã genera/
tionẽ: ꝛ mortuus eſt ſenex, ꝛ ple/
nus dierum. ℟. Quare. 297.
Sabbatho. Ad Mag. Añа. Ne
reminiſcaris dñe delicta mea vel
parentum meorum, neq; vindi/
ctam ſumas de peccatis meis.

DOMINICA III. Septembris.

Incipit liber Tobię. Lectio j.

Tobias, ex tribu ꝛ ci
uitate Nephtalim,
quę eſt in ſuperiori/
bus Galilęę ſupra
Naaſon, poſt viam
quę ducit ad occidentem, in ſi/
niſtro habens ciuitatẽ Sephet,
cum captus eſſet in diebus Sal/
manaſar regis Aſſyriorum, in
captiuitate tamen poſitus, viam
veritatis non deſeruit: ita vt om
nia quę habere poterat, quotidie
concaptiuis fratribus, qui erant
ex eius genere, impertiret. Cum/
que eſſet iunior omnibus in tri/
bu Nephtalim, nihil tamen pue
rile geſſit in opere. ℟. Peto
domine, vt de vinculo impope/
rij huius abſoluas me, aut certe
deſuper terram eripias me. Ne
reminiſcaris delicta mea vel pa/
rentum meorum, neque vindi/
ctam ſumas de peccatis meis:
quia eruis ſuſtinentes te domine.
℣. Omnia enim iudicia tua iu/
ſta ſunt, ꝛ omnes vię tuę miſeri
cordia ꝛ veritas, ꝛ nunc domi/
ne memento mei. Ne. Lectio ij.

Deniq; cum irent omnes
ad vitulos aureos, quos
Jeroboam fecerat rex Iſrael, hic
ſolus fugiebat conſortia omniũ,
ꝛ pergebat in Jeruſalem ad tem
plum domini, ꝛ ibi adorabat do
minum Deũ Iſrael, omnia pri/
mitiua ſua, ꝛ decimas ſuas fide/
liter offerens, ita vt in tertio an/
no proſelytis, ꝛ aduenis miniſtra
ret omnem decimationem. Hęc
ꝛ his ſimilia ſecundũ legẽ Dei
puerulus obſeruabat. Cum ve/
ro factus fuiſſet vir, accepit vxo
rem Annã de tribu ſua, genuit/
que ex ea filium, nomen ſuũ im/
ponens ei, quem ab infantia ti/
mere Deum docuit, ꝛ abſtinere
ab omni peccato. ℟. Omni tẽ/
pore benedic Deũ, ꝛ pete ab eo,
vt vias tuas dirigat. Et in omni
tempore conſilia tua in ipſo per/
maneãt. ℣. Inquire vt facias q̃
placita ſunt illi in veritate, ꝛ i to/
ta virtute tua. Et in omni. L. iij.

Igitur cum per captiuitatẽ
deueniſſet cum vxore ſua, ꝛ
filio in ciuitatem Niniuen, cum
omni tribu ſua: ꝛ cũ omnes ede/
rent ex cibis gentilium: ipſe cu/
ſtodiuit animã ſuam, ꝛ nunquã
contaminatus eſt in eſcis eorũ.

Digitized by Google

Et quoniam memor fuit domi/ni in toto corde ſuo, dedit illi de⁹ gratiam in conſpectu Salmanaſar regis, ꝛ dedit illi poteſtatem quocunq; vellet ire, habẽs libertatem, quęcũq; facere voluiſſet. Pergebat ergo ad omnes q erãt in captiuitate, ꝛ monita ſalutis dabat eis. ℟. Memor eſto fili, quoniã pauperẽ vitã gerimus: Habebis multa bona, ſi timue/ris Deũ. ℣. In mẽte habeto eũ: ꝛ caue nequando pręterinittas pręcepta eius. Habebis multa.

Sermo s. Leonis Pap. L. iiij.

SCio quidẽ dilectiſſimi, plurimos veſtrũ ita in ijs, quę ad obſeruantiam Chriſtianę fi/dei pertinẽt eſſe deuotos, vt no/ſtris cohortationib⁹ nõ indigeãt admoneri: quod enim dudum, ꝛ traditio decreuit, ꝛ conſuetudo firmauit, nec eruditio ignorat, nec pietas prętermittit: ſed quia ſacerdotalis officij eſt, erga om/nes Eccleſię filios curã habere cõmunem: in id, quod ꝛ rudibus proſit, ꝛ doctis, quos ſimul dili/gimus, pariter incitamus: vt ieiu/niũ, quod nobis ſeptimi menſis recurſus indicit, fide alacri per caſtigationem animi ꝛ corporis celebremus. ℟. Sufficiebat nobis paupertas noſtra, vt diuitię computarentur: nũquam fuiſſet pecunia ipſa, pro qua miſiſti filiũ noſtrũ: Baculũ ſenectutis no/ſtrę. ℣. Heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumẽ ocu/lorum noſtrorũ ꝛ Baculũ. L. v.

IDeo enim ipſa continẽtię obſeruãtia quatuor eſt aſſi/gnata temporibus, vt in idipſum totius anni redeunte decurſu, cognoſceremus nos indeſinẽter purificationib⁹ indigere, ſemperq; eſſe nitendũ, dum huius vitę varietate iactamur: vt peccatum, quod fragilitate carnis, ꝛ cupiditatũ pollutione cõtrahitur, ie/iunijs atq; eleemoſynis deleatur. Eſuriamus paululũ, dilectiſſimi, ꝛ aliquantulũ, quod iuuãdis poſſit prodeſſe pauperibus, noſtrę cõſuetudini ſubtrahamus. ℟. Benedicite Deum celi, ꝛ corã omnibus viuẽtib⁹ cõfitemini ei. Quia fecit nobiſcũ miſericordiã ſuã. ℣. Ipſum benedicite, ꝛ cantate illi: ꝛ enarrate omnia mira/bilia eius. Quia fecit. Lectio vj.

DElectetur conſcientia benignorum fructibus largitatis: ꝛ gaudia tribuẽs, quo es lęti/ficandus, accipies. Dilectio proximi dilectio Dei eſt, qui pleni/tudinẽ legis ꝛ prophetarum in hac geminę charitatis vnitate conſtituit, vt nemo ambigeret, deo ſe offerre quod homini con/tuliſſet, dicẽte domino ſaluatore cũ de alendis iuuandiſq; paupe/rib⁹ loqueretur: Quod vni eorũ feciſtis, mihi feciſtis. Quarta igi/tur, ꝛ ſexta feria ieiunem⁹. Sab/batho vero apud beatum Pe/trum apoſtolum vigilias celebremus, cuius nos meritis ꝛ oratio/nibus

nibus credimus adiuuādos, vt miſericordi Deo, ieiunio noſtro ꝛ deuotione placeamꝰ. ℟. Tēpus eſt vt reuertar ad eum, qui miſit me. Vos autem benedicite Deū, ꝛ enarrate omnia mirabilia eius. ℣. Cōfitemini ei corā oībus viuentibus: quia fecit vobiſcū miſericordiam ſuā. Vos.

vij. ℟. Tribulationes ciuitatū audiuimꝰ, quas paſſę ſūt, ꝛ defecimus: timor, ꝛ hebetudo mentis cecidit ſuper nos, ꝛ ſup liberos noſtros: ipſi mōtes nolūt recipere fugā noſtram. Dn̄e miſerere. ℣. Peccauimus cū patribus noſtris: iniuſte egimus: iniquitatem fecimus. Domine.

viij. ℟. Duo Seraphī f. 258.

Infra hebd. feria iiij. ꝛ Sabbatho dī ij. ꝛ iij. ℟. j. noc. Dñicę.

FERIA SECVNDA.

De libro Tobię. Lectio j.

ca. 2. POſt hęc vero, cum eſſet dies feſtus dn̄i, ꝛ factum eſſet prandium bonum in domo Tobię, dixit filio ſuo: Vade, ꝛ adduc aliquos de tribu noſtra timentes Deum, vt epulentur nobiſcum. Cumque abyſſet, reuerſus nunciauit ei, vnum ex filijs Iſrael iugulatum iacere in platea. Statimque exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus, tollenſq; illud portauit ad domum ſuam occulte, vt dum ſol occubuiſſet, caute ſepeliret eū. ℟. Peto dn̄. 302. Lectiō ij.

ARguebant autē eū oēs ꝓximi eius, dicentes: Iā huius rei cauſa interfici iuſſus es: ꝛ vix effugiſti mortis imperiū, ꝛ iterū ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timēs Deū, quā regē, rapiebat corpora occiſorum, ꝛ occultabat in domo ſua, ꝛ medijs noctibus ſepeliebat ea. Cōtigit aūt, vt quadā die fatigatus a ſepultura, veniens in domum ſuā, iactaſſet ſe iuxta parietē, ꝛ obdormiſſet, ꝛ ex nido hirundinū dormiēti illi calida ſtercora inciderēt ſup oculos eiꝰ, fieretq; cęcus. Hanc autē tentationem ideo permiſit dn̄s euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientię eius, ſicut ꝛ ſancti Iob. ℟. Omni. 302. Lectio iij.

NAm cū ab infantia ſua ſēper Deū timuerit, ꝛ mandata eius cuſtodierit, nō eſt contriſtatus contra Deū, ꝙ plaga cęcitatis eueniret ei: ſed immobilis Dei timore ꝑmanſit, agēs gratias Deo omnibus diebus vitę ſuę. Nā ſicut beato Iob inſultabant reges: ita iſti parētes ꝛ cognati eius irridebāt vitam eius, dicētes: Vbi eſt ſpes tua, ꝓ qua eleemoſynas ꝛ ſepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos, dicens: Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, ꝛ vitam illam expectamus quā Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. ℟. Memor. 303.

Feria

Digitized by Google

FERIA TERTIA.
De libro Tobię. Lectio j.

2. ca. Anna vero vxor eiꝰ ibat ad opus textrinuȝ quotidie, ⁊ de labore manuum ſuaꝝ victū quem conſequi poterat, deferebat: vnde factuȝ eſt, vt hędū caprarum accipiens detuliſſet domũ: cuius cum vocem balantis vir eiꝰ audiſſet, dixit: Videte ne forte furtiuus ſit: reddite eum dñis ſuis: qꝛ nō licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cōtingere. ℟. Sufficiebat. 303. L. ij.

Ad hęc vxor eius irata reſpondit: Manifeſte vana facta eſt ſpes tua, ⁊ eleemoſynę tuę modo apparuerunt. Atque his, ⁊ alijs huiuſmodi verbis exprobrabat ei. Tunc Tobias ingemuit, ⁊ cępit orare cum lacrymis dicens: Juſtus es domine, ⁊ omnia iudicia tua iuſta ſunt, ⁊ omnes vię tuę miſericordia, ⁊ veritas, ⁊ iudicium. Et nunc dñe memor eſto mei, ⁊ ne vindictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea, vel parentū meorum. ℟. Benedicite. 303. Lectio iij.

Quoniā non obediuimus pręceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptioneȝ, ⁊ captiuitatē, ⁊ mortē, ⁊ in fabulā, ⁊ improperiū omnibus nationibus, in quibus diſperſiſti nos. Et nūc dñe magna iudicia tua: quia nō egimus ſm pręcepta tua, ⁊ non ambulauimus ſinceriter coram te. Et nunc dñe ſm voluntatem tuam fac mecuȝ, ⁊ pręcipe in pace recipi ſpiritum meum. Expedit enim mihi mori magis, quaȝ viuere. ℟. Tempus eſt. 303.

FERIA QVARTA
Quattuor temporum.
Lcō ſ. euāg. ſm Marcum. L. j.

In illo tempore: Reſpondens vnus de turba, dixit ad Jeſum: Magiſter, attuli filium meum ad te, habentem ſpiritum immundum. Et reliqua. ca. 9

Homilia venerab. Bedę pſbr.

Dęmoniacum hunc, quē deſcendens de monte dominus ſanauit, Marcus quidē ſurdū mutūqꝫ: Mattheus vero lunaticum fuiſſe cōmemorat: ſignificat autem eos, de quibus ſcriptum eſt: Stultus vt luna mutatur, qui nunquaȝ in eodeȝ ſtatu permanentes, nunc ad hęc, nūc ad illa vitia mutati creſcūt, atque decreſcunt. Qui muti ſūt non confitendo fidem: ſurdi, nec ipſum aliquatenus veritatis audiendo ſermonem: ſpumant autem, cum ſtultitia tabeſcunt. Stultorum namque ⁊ languētium atque hebetum eſt, ſpumas ſaliuarū ex ore dimittere: ⁊ ſtrident dentibus, cum iracundię furore flammeſcūt: areſcūt, cuȝ ocio torpente langueſcunt, ⁊ nulla virtutis induſtria confortati eneruiter viuunt. ℟. Tribulatiōes. 303. ex iij. noctur. dominicę. Lectio ſecunda.

Quod

Quod autē ait: Et dixi diſcipulis tuis, vt eycerēt illū, ꝛ non potuerūt: latenter apoſtolos accuſat, cū impoſſibilitas curandi interdū non ad imbecillitatē curantiū, ſed ad eorum q curandi ſunt fidē referatur, dicēte dño. Fiat tibi ſm fidē tuā. Qui reſpondēs eis, dixit. O generatio incredula, quādiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Non quo tędio ſuperatus ſit, māſuetus ac mitis, q non aperuit ſicut agnus corā tondēte os ſuū, nec in verba furoris erupit: ſed quo in ſimilitudinē medici, ſi ęgrotum videat cōtra ſua pcepta ſe gerere, dicat, Uſquequo accedā ad domum tuam? quouſq artis meę perdā induſtriā, me aliud iubente, ꝛ te aliud perpetrante? ℟. Omni tempore. ex i. noctur. dominicę. 302. Lectio iij.

Et dixit illis: Hoc genus dęmoniorum in nullo poteſt exire, niſi in oratione, ꝛ ieiunio. Dū docet apoſtolos, quomodo dęmon nequiſſimus debeat expelli, oēs inſtituit ad vitā: vt ſcilicet nouerimus, grauiſſima queq vel immundorum ſpirituū vel hominū tentamenta, ieiunijs, ꝛ orationibus eſſe ſuperanda: irā quoque dñi, cum in vltionem noſtrorum ſcelerum fuerit accēſa, hoc remedio ſingulari poſſe placari. Ieiunium autem generale eſt, non ſolū ab eſcis, ſed a cunctis illecebris abſtinere carnalibus, immo ab omnibus vitiorū cōtinere paſſionibus. Sic ꝛ oratio generalis non in verbis ſolum eſt, quibus diuinam clementiam inuocamus, verū etiā in omnibus, q in obſequiū noſtri conditoris fidei deuotione gerimus. ℟. Memor. fo. 303. Ad Benedictus. Aña. Hoc genus dęmoniorū in nullo poteſt exire, niſi in oratione ꝛ ieiunio. Deinde dñr pces. vt in pſalt. 24. Poſt preces. Oratio.

Miſericordię tuę remedijs, qs dñe, fragilitas nr̃a ſubſiſtat: vt q ſua cōditione atterit, tua clementia reparet. Per do.

FERIA QVINTA.

De libro Tobie. Lectio j.

Vocauit ad ſe Tobias filiū ſuū: Dixitq ei: Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecum? Reſpondens Tobias dixit patri ſuo: Pater, quā mercedem dabimus ei? aut qd dignum poterit eſſe beneficijs ei'? Me duxit ꝛ reduxit ſanū: pecuniā a Gabel o ipſe recepit: vxorē ipſe me habere fecit: ꝛ dęmoniū ab ea ipſe cōpeſcuit, gaudiū parētibus eius fecit: me ipſū a deuoratione piſcis eripuit: te quoq videre fecit lumē cęli: ꝛ bonis omnibus p eū repleti ſumus. Quid illi ad hęc poterimus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum: ſi forte dignabitur medietatem de omnibus quę allata ſunt, ſibi aſſumere. ca. 12

men. ℟. Peto dñe. 302. ℣. Et

Et vocantes eum, pater ſci
licet ⁊ filius, tulerunt eum
in partem: ⁊ rogare ceperunt: vt
dignaretur dimidiam partē om
nium, que attulerant, acceptam
habere. Tunc dixit eis occulte:
Benedicite Deum celi, ⁊ coram
omnibus viuentibus confitemi
ni ei, quia fecit vobiſcum miſeri
cordiam ſuam. Etenim ſacramē
tum regis abſcondere bonū eſt:
opera autem Dei reuelare, ⁊ cō
fiteri, honorificum eſt. Bona eſt
oratio cū ieiunio, ⁊ eleemoſyna,
magis quam theſauros auri re
condere: quoniam eleemoſyna a
morte liberat, ⁊ ipſa eſt que pur
gat peccata, ⁊ facit inuenire miſe
ricordiam, ⁊ vitam eternā. Qui
autem faciunt peccatum, ⁊ ini
quitatem, hoſtes ſunt anime ſue.
℟. Omni tempore. 302. Lectio iij.

Manifeſto ergo vobis ve
ritatem, ⁊ non abſcondā
a vobis occultū ſermonē. Quā
do orabas cum lacrymis, ⁊ ſepe
liebas mortuos, ⁊ derelinquebas
prandium tuum, ⁊ mortuos ab
ſcondebas per dies in domo tua,
⁊ nocte ſepeliebas eos: ego obtu
li orationem tuam domino: ⁊ quia
acceptus eras deo, neceſſe fuit vt
tentatio probaret te. Et nūc mi
ſit me dominus, vt curarē te, ⁊
Saram vxorem filij tui a demo
nio liberare. Ego enim ſum Ra
phael angelus, vnus ex ſeptem
qui aſtamus ante dominū. Cūq;
hec audiſſent turbati ſunt, ⁊ tre
mentes ceciderunt ſuper terram
in faciem ſuam. Dixitq; eis an
gelus: Pax vobis, nolite timere.
℟. Memor eſto. 303.

FERIA SEXTA.

Quatuor tempor. Septembris.

Lectio ſancti euang. ſm Lucā. L. j.

In illo tēpore: Rogabat Jeſum ca. 7
quidā Phariſeus, vt man
ducaret cum illo. Et ingreſſus do
mū Phariſei diſcubuit. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Pape.

Quem Phariſeus, de fal
ſa iuſticia preſumens, niſi
Judaicum populum: quem pec
catrix mulier, ad veſtigia domi
ni veniens, ⁊ plorans, niſi conuer
ſam gentilitatem deſignat? Que
cum alabaſtro venit, vnguentū
fudit, retro ſecus pedes dñi ſtetit,
lacrymis pedes rigauit, capillis
terſit, eoſdēq; quos infundebat
⁊ tergebat pedes, oſculari nō ceſ
ſit. Nos ergo, nos illa mulier
expreſſit, ſi toto corde ad domi
num poſt peccata redeamus, ſi
eius penitentie luctus imitemur.
Quid nāq; vnguento, niſi bon⁹
odor opinionis, exprimitur? vn
de Paulus dicit: Chriſti bonus
odor ſumus Deo in omni loco.
℟. Sufficiebat. 303. Lectio ij.

Si ergo recta opera agim⁹;
quib⁹ opinionis bone odo
re eccleſiam reſpergamus, quid
in domini corpore niſi vnguen
tū fundimus? Sed ſecus pedes
Jeſu mulier ſtetit: contra pedes

Digitized by Google

enim dominiſſecimus, cū in peccatis poſiti, eius itineribus renitebamur. Sed, ſi ad veram penitentiã poſt peccata cõuertimur, iam retro ſecus pedes ſtamus: quia eius veſtigia ſequimur, quē impugnabamus. Lacrymis mulier pedes eius rigat: quod nos quoque veraciter agimus, ſi quibuslibet vltimis membris domini, per compaſſionis affectũ inclinamur, ſi ſanctis eius in tribulatione compatimur, ſi eorum triſtitiam noſtram putamus.

℟. Benedicite. 303. Lectio iij.

Capillis ergo pedes domini tergimus, quando ſanctis eius quibus ex charitate cõpatimur, etiam ex iis, quę nobis ſuperfluūt, miſeremur: quatenus ſic mens per cõpaſſionẽ doleat, vt etiam larga manus affectum doloris oſtẽdat. Rigat nãq; lacrymis redemptoris pedes, ſed capillis non tergit, qui vtcũq; proximorũ dolori cõpatitur, ſed tamen eis ex iis, quę ſibi ſuperfluūt, nõ miſeretur. Plorat & non tergit, qui verba quidẽ doloris tribuit, ſed nõ miniſtrando quę deſunt, vim doloris minime abſcindit. Oſculatur mulier pedes, quos tergit: quod nos quoque plene agimus, ſi ſtudioſe diligimus quos ex largitate continemus: ne grauis nobis ſit neceſſitas proximi: ne ipſa nobis eius indigentia, quę ſuſtentatur, fiat onerosa: & cum manus neceſſaria tribuit, animus à dilectione torpeſcat. ℟. Tempus eſt. 303.

Ad Benedictus. Antiphona.

Mulier quę erat in ciuitate peccatrix, ſtans retro ſecus pedes domini, lacrymis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Preces vt in Pſalter. 24. Oro.

Preſta, quęſumus omnipotens Deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes: & corpore tibi placeamus, & mente. Per dominum.

SABBATHO.

Quatuor temporum.

Lectio ſancti euang. ſm Lucam. L. j.

In illo tẽpore, dicebat Ieſus turbis ſimilitudinem hanc: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quęrens fructum in illa, & non inuenit. Et reliqua. ca.

Homilia ſancti Gregorij papę.

Dominus & redemptor noſter per euangelium ſuum aliquãdo verbis, aliquãdo rebus loquitur: aliquando aliud verbis, atq; aliud rebus, aliquãdo autem hoc verbis, quod rebus. Duas etenim res ex euangelio fratres audiſtis, ficulneam infructuoſam, & mulierem curuam: & vtrique rei eſt pietas impenſa: illud autem dixit per ſimilitudinem, iſtud egit per exhibitionem. Sed hoc ſignificat ficulnea infructuoſa, quod mulier inclinata:

Digitized by Google

diutius? hoc ficulnea reſeruata, quod mulier erecta. ℟. Tribulationes. 303. Lectio ſecunda.

Quid arbor fici, niſi humanam naturam, deſignat? quid mulier inclinata, niſi eandē naturã ſignificãdo, denunciat? Que ⁊ bene plantata eſt ſicut ficus, ⁊ bene creata ſicut mulier; ſed in culpam propria ſponte lapſa, neque fructũ ſeruat operationis, neq; ſtatum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientię ferre noluit, ſtatum rectitudinis amiſit: quę ad Dei ſimilitudinem condita, dum in ſua dignitate non perſtitit, quod plantata vel creata fuerat contempſit. Tertio dominus vineę ad ficulneam venit: quia naturam generis humani ante legem, ſub lege, ſub gratia expectando, admonendo, viſitando requiſiuit. ℟. Omni. 302. Lectio tertia.

Venit ante legem, quia per naturalem intellectũ, qd vnuſquiſq; exemplo ſui qualiter erga proximum agere debuiſſet innotuit. Venit in lege, quia pręcipiendo docuit. Venit poſt legē per gratiã, quia pietatis ſuę pręſentiam exhibendo monſtrauit. Sed tamē in tribus annis fructũ ſe nõ inueniſſe cõqueritur: quia quorundam prauorum mentes nec inſpirata lex naturalis corrigit, nec pręcepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula cõuertunt. Quid vero per cultores vineę, niſi prępoſitorũ ordo exprimitur: qui dum pręſunt eccleſię, nimirum dominicę vineę curam gerunt. ℟. Memor. 304.

Ad Benedictus. Antiphona. Illuminare domine iis, qui in tenebris ſedēt, ⁊ dirige pedes noſtros in viã pacis Deus Iſrael. Preces vt in Pſalte. 24. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui per continentiã ſalutarem corporib⁹ mederis, ⁊ mentibus: maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus, ⁊ pręſentia nobis ſubſidia tribuas, ⁊ futura. Per dominum.

¶ Sabbatho ante Dominicam quartam Septembris.

Ad Magnificat. Antiphona. Adonai domine Deus magne, ⁊ mirabilis, qui dediſti ſalutem in manu feminę, exaudi preces ſeruorum tuorum.

DOMINICA IIII Septembris.

Incipit liber Iudith. Lectio j.

Arphaxad, Rex Medorum, ſubiugauerat multas gentes imperio ſuo: ⁊ ipſe ędificauit ciuitatem potentiſſimã, quã appellauit Ecbathanis, ex lapidib⁹ quadratis, ⁊ ſectis. Fecit muros eius in altitudinem cubitorũ ſeptuaginta, ⁊ in latitudine cubitorum triginta: turres vero eius poſuit

in altitudine cubitorum centum:
per quadrum vero earum latus
vtrumque vicenorum pedũ ſpa-
tio tendebatur: poſuitque por-
tas eius in altitudine turrium,
⁊ gloriabatur quaſi potẽs in po-
tentia exercitus ſui, ⁊ in gloria
quadrigarum ſuarũ. ℟. Ado-
nai domine Deus magne, ⁊ mi-
rabilis, qui dediſti ſalutẽ in ma-
nu feminę: Exaudi preces ſeruo-
rũ tuorũ. ℣. Benedictus es dñe
qui non derelinquis preſumen-
tes de te, ⁊ de ſua virtute gloriã-
tes humilias. Exaudi. Lectio ij.

Anno igitur duodecimo re-
gni ſui Nabuchodonoſor
rex Aſſyriorũ, qui regnabat in
Niniue, ciuitate magna, pugna-
uit cõtra Arphaxad, ⁊ obtinuit
eum in campo magno, qui appel
latur Ragau, circa Euphratem,
⁊ Tigrim, ⁊ Iadaſon, in campo
Erioch, regis Elicorum. Tunc
exaltatum eſt regnũ Nabucho-
donoſor, ⁊ cor eius eleuatũ eſt: ⁊
miſit ad omnes, qui habitabãt in
Cilicia, ⁊ Damaſco, ⁊ Libano,
⁊ ad gẽtẽs quę ſunt in Carmelo,
⁊ Cedar, ⁊ inhabitantes Gali-
leã in campo magno Eſdrelon,
⁊ ad omnes qui erant in Sama-
ria, ⁊ trans flumen Iordanem
uſq; in Ieruſalem, ⁊ ad omnem
terram Ieſſe, quouſque perue-
niatur ad terminos Aethiopię.
℟. Tribulationes ciuitatum au-
diuimus, quas paſſę ſunt, ⁊ defe-
cimus: timor, ⁊ hebetudo men-
tis cecidit ſup nos, ⁊ ſuper libe-
ros noſtros: ipſi mõtes nolũt re-
cipere fugã noſtrã. Dñe miſere-
re. ℣. Peccauimus cũ patribus
noſtris: iniuſte egimus: iniqui-
tatẽ fecimus. Domine. Lec. iij.

Ad hos omnes miſit nũcios
Nabuchodonoſor rex Aſ-
ſyriorũ: qui oẽs vno animo con-
tradixerunt, ⁊ remiſerũt eos va-
cuos, ac ſine honore abiecerunt.
Tunc indignatus Nabuchodo-
noſor rex ad omnẽ terrã illã, iu-
rauit per thronũ, ⁊ regnũ ſuum,
quod defenderet ſe de omnibus
his regionibus. Anno decimo-
tertio Nabuchodonoſor regis,
viceſima ⁊ ſecũda die mẽſis pri-
mi, factũ eſt verbũ in domo Na-
buchodonoſor regis Aſſyriorũ:
vt defenderet ſe. Vocauitq; om-
nes maiores natu: omneſq; du-
ces, ⁊ bellatores ſuos, ⁊ habuit cũ
eis myſterium cõſilij ſui: dixitq;
cogitationẽ ſuã in eo eſſe, vt om-
nẽ terrã ſuo ſubiugaret imperio.
℟. Benedicat te dñs in virtute
ſua, qui per te ad nihilũ redegit
inimicos noſtros: Ut nõ deficiat
laus tua de ore hominũ. ℣. Be-
nedictus dominus, qui creauit cę-
lum ⁊ terram, quia hodie nomen
tuum ita magnificauit. Ut non.

Ex libro S. Ambroſij epiſcopi,
de Elia, ⁊ ieiunio. Lectio iiij.

Potentes, vinũ prohibent
bibere: ne, cum biberint,
obliuiſcant ſapientiã: bibebãt vi
num in ebrietate potentes, qui
Holoferni

Holoferni principi militię regis Aſſyriorū ſe tradere geſtiebat: ſed non bibebat fęmina Judith, ieiunans omnibus diebus viduitatis ſuę, pręter feſtorum dierū ſolennitates. His armis munita proceſſit, ⁊ omnem Aſſyriorū circumuenit exercitum: ſobrij vigore conſilij abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiam, ⁊ victoriam reportauit. ℟. Nos alium Deum neſcimus, pręter dominū, in quo ſperamus. Qui non deſpicit nos, nec amouet ſalutem ſuam a genere noſtro. ℣. Indulgētiam ipſius fuſis lacrymis poſtulemus, ⁊ humiliemus illi animas noſtras. Qui. Lec. v.

Hęc enim ſuccincta ieiunio in caſtris ſe pręndebat alienis: ille vino ſepultus iacebat, vt ictum vulneris ſentire nō poſſet: itaque vnius mulieris ieiunium innumeros ſtrauit exercit⁹ ebriorū. Eſther quoq; pulchrior facta eſt ieiunio: dn̄s enim gratiam ſobrię mētis augebat. Omne genus ſuum, ideſt totum populū Judęorum a perſecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem ſibi faceret eſſe ſubiectū. ℟. Dominator dn̄e cęlorū ⁊ terrę, creator aquarū, rex vniuerſę creaturę. Exaudi orationem ſeruorū tuorū. ℣. Tu dn̄e, cui humiliū ſemper, ⁊ manſuetorū placuit deprecatio. Exaudi. Lectio ſexta.

Itaq; illa, quę triduo ieiunauit continuo, ⁊ corpus ſuum aqua lauit, plus placuit, ⁊ vindictam retulit: Aman autē, dum ſe regali iactat cōuiuio, inter ipſa vina pœnam ſuę ebrietatis exoluit. Eſt ergo ieiunium reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiā fęminas fortiores augmēto gratię. Jeiunium neſcit fęneratorē, non ſortem fęnoris nouit, non redolet vſuras: etiā ipſis ieiunium conuiuijs dat gratiā. Dulciores poſt famem epulę fiunt, quę aſſiduitate faſtidio ſunt, ⁊ diuturna cōtinuatione viluſcūt. Cōdimentum cibi ieiunium eſt. Quanto auidior appetentia, tāto eſca iucundior. ℟. Dn̄e deus, qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuū ſuper gentes, quę cogitāt ſeruis tuis mala: Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua: cadat robur eorum in iracundia tua. Et dextera tua glo. vij. ℟. Cōforta me. 309. q̄ ſumitur ex hiſtoria ſequentis Dn̄icę. viij. ℟. Duo Seraphim. 258. Infra hebd. fer. iiij. ⁊ Sabb. de ij. ⁊ iij. ℟. j. noct. huius Dn̄icę.

FERIA SECVNDA.

De libro Judith. Lectio prima.

Filij Iſrael, qui habitabant in terra Juda, timuerunt valdè a facie Holofernis: tremor etiam ⁊ horror inuaſit ſenſus eorū, ne hoc faceret Jeruſalē, ⁊ templo domini, quod fecerat cęteris ciuitatibus, ⁊ templis earū: ⁊ mi ca. 4

ſerunt in omnẽ Samariã per cir
cuitum vſq; Iericho: ⁊ preoccu
pauerunt omnes vertices mon/
tium: ⁊ muris circũdederunt vi/
cos ſuos: ⁊ congregauerunt fru
menta in preparationẽ pugnę.
℟. Adonai dñe.306. Lectio ij.
Sacerdos etiam Eliachim
ſcripſit ad vniuerſos, qui
erãt cõtra Eſdrelon, quę eſt con/
tra faciem cãpi magni iuxta Do
thain, ⁊ vniuerſos per quos vię
tranſitus eſſe poterat, vt obtine/
rent aſcenſus montium, ꝑ quos
via eſſe poterat ad Ieruſalem, ⁊
illic cuſtodirent, vbi anguſtum
iter eſſe poterat inter montes. Et
fecerunt filij Iſrael ſecundum
quod cõſtituerat eis ſacerdos do
mini Eliachim. Et clamauit om
nis populus ad dominũ inſtan
tia magna: ⁊ humiliauerunt ani
mas ſuas in ieiunijs, ⁊ orationi/
bus, ipſi ⁊ mulieres eorum. ℟.
Tribulationes.306. Lectio iij.
Et induerunt ſe ſacerdotes
cilicijs, ⁊ infantes proſtra/
uerunt cõtra faciẽ tẽpli domi/
ni, ⁊ altare domini operuerunt ci
licio. Et clamauerũt ad dominũ
deũ Iſrael vnanimiter, ne darẽ
tur in predã infantes eorũ, ⁊ vxo
res eorum in diuiſionem, ⁊ ciui/
tates eorum in exterminium, ⁊
ſancta eorum in pollutionem, ⁊
fierent in opprobrium gentibus.
Tũc Eliachim ſacerdos dñi ma
gnus circuiuit omnẽ Iſrael, allo
cutuſq; eſt eos, dicens: Scitote
quoniã exaudiet dñs preces ve/
ſtras, ſi manentes permãſeritis
in ieiunijs ⁊ orationibus in con/
ſpectu dñi. ℟. Benedicat.306.

FERIA TERTIA.

De libro Iudith. Lectio prima.
Et factũ eſt cũ audiſſet hęc ca.
verba Iudith vidua, quę
erat filia Merari, filij Idox, fi/
lij Ioſeph, filij Ozię, filij Elai, fi/
lij Iãnor, filij Gedeon, filij Ra/
phaim, filij Achitob, filij Mel/
chię, filij Enan, filij Nathanię,
filij Salathiel, filij Simeon, filij
Ruben: ⁊ vir eius Manaſſes,
qui mortuus eſt in diebus meſſis
hordeaceę: inſtabat enim ſuper al
ligantes manipulos in campo, ⁊
venit ęſtus ſuper caput eius, ⁊
mortuus eſt in Bethulia in ciui
tate ſua, ⁊ ſepultus eſt illic cum
patribus ſuis. Erat autem Iu/
dith, relicta eius, vidua iam an/
nis tribus, ⁊ menſibus ſex. ℟.
Nos alium.307. Lectio ſecũda.
Et in ſuperioribus domus
ſuę fecit ſibi ſecreto cubicu
lũ: in quo cum puellis ſuis clauſa
morabat, ⁊ habẽs ſup lũbos cili/
ciũ, ieiunabat omnib⁹ dieb⁹ vitę
ſuę ꝑter ſabbatha, ⁊ neomenias,
⁊ feſta domus Iſrael. Erat autẽ
elegãti aſpectu nimis, cui vir ſu⁹
reliquerat diuitias multas, ⁊ fa/
miliã copioſam, ac poſſeſſiones
armentis boum, ⁊ gregibus oui/
um plenas. Et erat hęc in omni/
bus famoſiſſima, quoniam time
bat dñm valde, nec erat qui lo/
queretur

Digitized by Google

quereretur de illa verbum malum. ℟. Dominator. 307. Lectio iij.

HEc itaq; cũ audiſſet quoniã Ozias ꝓmiſiſſet quod tranſacto quinto die traderet ciuitatem, miſit ad presbyteros Chabri, ⁊ Charmi: ⁊ venerunt ad illam: ⁊ dixit illis: Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui eſtis vos, qui tentatis dominum? ℟. Domine Deus. 307.

FERIA QVARTA.

De libro Judith. Lectio prima.

10. FActũ eſt autẽ, cũ ceſſaſſet clamare ad dominũ, ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad dñm, vocauitq; Abrã ſuã, ⁊ deſcendẽs in domũ ſuam, abſtulit a ſe ciliciũ, ⁊ exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuę, ⁊ lauit corpus ſuum, ⁊ vnxit ſe myrto optimo: ⁊ diſcriminauit crinem capitis ſui, ⁊ impoſuit mitram ſuper caput ſuũ, ⁊ induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuę: induitq; ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitq; dextrariola, ⁊ lilia, ⁊ inaures, ⁊ annulos: ⁊ omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe, cui etiam dominus contulit ſplendorem. ℟. Conforta me. 309. Lect. ij.

FActum eſt autem cum deſcenderet montem circa ortũ diei, occurrerunt ei exploratores Aſſyriorum, ⁊ tenuerunt eã dicẽtes: Unde venis? aut quo vadis? Quę reſpondit: Filia ſum Hebręorum: ideo ego fugi a facie eorũ, quoniã futurum agnoui, quod dentur vobis in deprędationem, pro eo, quod contemnentes vos, noluerunt vltro tradere ſeipſos, vt inuenirent miſericordiam in conſpectu veſtro. ℟. Tribulationes. 306. Le. iij.

DUxeruntque illam ad tabernaculũ Holofernis annũciantes eam: cumq; intraſſet ante faciem eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eũ ſatellites eius: Quis contemnat populum Hebręorum? qui tam decoras mulieres habent: vt nõ pro his merito pugnare contra eos debeamus? Uidẽs itaq; Judith Holofernẽ ſedentẽ in conopęo, quod erat ex purpura, ⁊ auro, ⁊ ſmaragdo, ⁊ lapidibus precioſis intextum: ⁊ cũ in faciem eius intendiſſet, adorauit eũ, ꝓſterniens ſe ſuper terrã. ℟. Uindicat. 306.

FERIA QVINTA.

De libro Judith. Lectio prima.

ET factum eſt in quarto die c. 12.
Holofernes fecit cęnam ſeruis ſuis, ⁊ dixit ad Uagao eunuchũ ſuũ: Uade ⁊ ſuade Hebręã illã, vt ſponte cõſentiat habitare mecum: fędũ eſt enim apud Aſſyrios, ſi fęmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo tranſeat. Tunc introiuit Uagao ad Judith, ⁊ dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominũ meum,

meum, & honorificetur ante faciem eius, & manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Judith respódit, Quę ego ſum, vt contradicam domino meo? ℟. Adonai. 306. Lec. ij.

Ut autem ſero factum eſt, feſtinauerũt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abijt. Erant autẽ omnes fatigati a vino: eratq; Judith ſola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Dixitque Judith puellę ſuę, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret: ſtetitq; Judith ante lectum orãs cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio, dicens: Confirma me domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum: vt, ſicut promiſiſti, Jeruſalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiã. ℟. Tribulationes. 306. Lectio tertia.

Et cũ hęc dixiſſet, acceſſit ad columnã, quę erãt ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pẽdebat, exoluit. Cũque euaginaſſet illũ, apprehendit comã capitis eius, & ait: Cõfirma me dñe Deus in hac hora: & percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius: & abſtulit conopęum eius a columnis, & euoluit corp⁹ eius trũcum: & poſt puſillũ exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillę ſuę, & iuſſit vt mitteret illud in peram ſuam. ℟. Benedicat. 306.

¶ Si hec fuerit vltima hebdomada Septẽb. hac nocte ponit Liber Eſther cũ ſua hiſtoria, vt infra in dñica v. hui⁹ mẽſis. Et ñ ſi hoc triduo nõ occurrat fer. in qua poſſint dici ℟ia; in ſabba. fiat Officiũ de fer. cũ cõme. feſti ſimpl. in ea occurrentis: niſi fuerit feſtum nouẽ lectionum, quia tunc de feria fit prędenti die.

FERIA SEXTA.

De libro Judith. Lectio prima.

Cumq; oĩs exercitus decollatũ Holofernẽ audiſſet, fugit mẽs, & conſiliũ ab eis: & ſolo tremore, & metu agitati, fugę pręſidium ſumunt, ita vt nullus loqueretur cũ proximo ſuo: ſed inclinato capite relictis omnib⁹, euadere feſtinabant Hebręos, quos armatos ſuper ſe venire audierãt, fugiẽtes per vias cãporũ, & ſemitas colliũ. Videntes itaq; filij Iſrael fugiẽtes, ſecuti ſunt illos, deſcenderuntq; clangentes tubis, & vlulãtes poſt ipſos. ℟. Nos aliũ. 307. Lectio ſecunda.

Miſit itaque Ozias nũcios per oẽs ciuitates, & regiones Iſrael. Oĩs itaq; regio, omniſq; vrbs electã iuuẽtutẽ armatã miſit poſt eos: & pſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſq; peruenirent ad extremitatẽ finiũ ſuorum. Reliqui autem, qui erãt in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum: & prędã quam fugientes

gentes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. ℟. Dominator. 307. Lect. iij.

IOachim autẽ ſumm⁹ Pōtifex, de Jeruſalez venit in Bethuliam cuz vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret Judith. Quę cū exiſſet ad illum, benedixerunt eā omnes vna voce, dicētes: Tu gloria Jeruſalem, tu lętitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri: quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatez amaueris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideo & manus dñi cōfortauit te, & ideo eris benedicta in ęternū. Et dixit omnis popul⁹: fiat, fiat. ℟. Domine Deus. 307.

SABBATHO.

De libro Judit. Lectio prima.

c. 16. ET factum eſt: poſt hęc omnis populus poſt victoriaz venit in Jeruſalez adorare dñm: & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas. Porro Judith, vniuerſa vaſa bellica Holofernis quę dedit illi populus, & conopęum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema obliuionis. ℟. Conforta me. 309. Lectio ij.

ERat autem populus iucundus ſecundū faciez ſanctorū, & per tres mēſes gaudiū huius victorię celebratum eſt cum Judith. Poſt dies autē illos vnuſquiſqz rediit in domum ſuam: & Judith magna facta eſt in Bethulia, & pręclarior erat vniuerſę terrę Iſrael. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta: ita vt nō cognoſceret virum omnibus diebus vitę ſuę, ex quo defunct⁹ eſt Manaſſes vir ei⁹. Erat autē dieb⁹ feſtis ꝓcedēs cū magna gl̃ia. ℟. Tribulationes. 306. Lec. iij.

MAnſit autē in domo viri ſui annos cētum quinqz, & dimiſit Abram ſuam liberam: & defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia: luxitqz illā omnis populus diebus ſeptem. In omni autem ſpatio vitę eius non fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis. Dies autem victorię huius feſtiuitatis ab Hebręis in numero ſanctorum dierū accipitur, & colitur a Judęis ex illo tempore vſque in pręſentem diem. ℟. Benedicat te dominus. 306.

Sabb. ante dñicā v. Septēb. hz ſuperiorem rubricam. 308.

Ad Magnificat. Antiphona.

Dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit tuę reſiſtere volūtati.

DOMINICA V.

Septembris.

Incipit liber Eſther. Lectio I.

IN diebus Aſſueri regis, qui regnauit ab India vſque ad Aethiopiam, ſuper centū viginti ſeptez prouincias, quando ſedit in ſolio

regni

regni ſui. Suſan ciuitas regni e/
ius exordiũ fuit. Tertio igitur an
no imperij ſui fecit grãde conui/
uiũ cũctis principibus ⁊ pueris
ſuis fortiſſimis Perſarũ, ⁊ Me/
dorum inclytis, ⁊ prefectis pro/
uinciarum coram ſe, vt oſtende/
ret diuitias glorię regni ſui, ac
magnitudinem atq; iactantiam
potentię ſuę, multo tẽpore, cẽtũ
videlicet ⁊ octoginta dieb⁹. ℟.
Domine mi rex omnipotens, in
ditione tua cuncta ſunt poſita: ⁊
nõ eſt qui poſſit reſiſtere volũta
ti tuę: Libera nos propter nomẽ
tuũ. ℣. Exaudi orationem no/
ſtram, ⁊ conuerte luctum noſtrũ
in gaudium. Libera. Lectio ij.

Cumque implerentur dies
cõuiuij, inuitauit omnẽ po
pulum, qui inuentus eſt in Su/
ſan, a maximo vſq; ad minimũ,
⁊ ſeptem diebus iuſſit cõuiuium
pręparari i veſtibulo horti, ⁊ ne/
moris, quod regio cultu, ⁊ manu
conſitũ erat: ⁊ pẽdebãt ex omni
parte tentoria aerei coloris, ⁊ car
baſini, ac hyacinthini, ſuſten/
tata funibus byſſinis, atque pur
pureis, q eburneis circulis inſer/
ti erant, ⁊ columnis marmoreis
fulciebãtur: lectuli quoq; aurei,
⁊ argẽtei, ſuper pauimentũ ſmã/
ragdino, ⁊ pario ſtratũ lapide,
diſpoſiti erãt, quod mira varie/
tate pictura decorabat. ℟. Cõ/
forta me rex, ſanctorũ principa
tum tenens. Et da ſermonẽ re/
ctum, ⁊ bene ſonantem in os me/
um. ℣. Domine rex vniuerſę po
teſtatis, conuerte conſilium eo/
rum ſuper eos. Et. Lectio tertia.

Bibebant autem, qui inuita
ti erant aureis poculis: ⁊
alijs atq; alijs vaſis cibi infere/
bantur. Uinum quoque, vt ma/
gnificẽtia regia dignũ erat, abũ/
dans, ⁊ pręcipuũ ponebatur: nec
erat, qui nolentes cogeret ad bi/
bendum, ſed ſicut rex ſtatuerat,
pręponens menſis ſingulos de
principibus ſuis, vt ſumeret v/
nuſquiſq; quod vellet. Uaſthi
quoque regina fecit conuiuium
feminarũ in palatio, vbi rex Aſ/
ſuerus manere conſueuerat. ℟.
Spem in alium nunquã habui,
pręter quam in te Deus Iſrael:
Qui iraſceris, ⁊ propitius eris:
⁊ omnia peccata hominũ in tri
bulatione dimittis. ℣. Domine
Deus, creator cęli ⁊ terrę, reſpi/
ce ad humilitatẽ noſtrã. Qui.

Ex libro officiorum ſancti Am/
broſij epiſcopi. Lectio quarta.

Quid Eſther regina? nõne
vt populum ſuũ periculo
exueret, quod erat decorum atq;
honeſtũ, morti ſe obtulit, nec im/
mitis regis trepidauit furorem?
Ipſe quoq; rex Perſarũ ferox,
atque tumido corde, tamen de/
corum iudicauit, indici inſidia/
rum, quę ſibi paratę forent gra/
tiam repręſentare, populumq;
liberũ a ſeruitute eripere, eruere
neci: nec parcere neci eius, qui
tam indecora ſuaſiſſet. Denique
quem

Digitized by Google

quē ſecundum a ſe ac pręcipuũ inter oēs amicos haberet, cruci tradidit, qꝫ dehoneſtatum ſe eius fraudulentis conſilijs animaduertiſſet. ℟. Memento mei domine deus in bonũ. Et ne deleas miſerationes meas, quas feci in domo Dei mei, ⁊ in ceremonijs eius. ℣. Recordare mei domine Deus meus. Et ne. Lectio v.

EA eniꝫ amicitia probabilis, quę honeſtatem tuetur, pręferenda ſane opibus, honoribus, poteſtatibus: honeſtati vero pręferri non ſolet, ſed honeſtateꝫ ſequi, qualis fuit Jonathę: qui pro pietate, nec offenſam patris, nec ſalutis periculũ refugiebat: qualis fuit Achimelech, qui pro hoſpitalis gratię officijs, necem potius ſibi, quam proditionem fugientis amici ſubeundam arbitrabatur. Nihil igitur pręferendũ honeſtati: quę tamen ne amicitię ſtudio prętereatur, etiã hoc ſcriptura admonet. ℟. Tribulationes ciuitatum audiuimus quas paſſę ſunt, ⁊ defecimus: timor, ⁊ hebetudo mentis cecidit ſup nos, ⁊ ſuper liberos noſtros, ipſi montes nolunt recipere fugã noſtram. Domine miſerere. ℣. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitateꝫ fecimus. Domine. Lectio vj.

SUnt enim plereqꝫ philoſophorũ quęſtiones: Utrũ amici cauſa quiſquã ꝯtra patriã ſentire, necne, debeat, vt amico obediat. Utrum oporteat vt fidē deſerat dũ indulget, atqꝫ intēdit amici cōmoditatib⁹. Et ſcriptura quidem ait. Claua, ⁊ gladi⁹, ⁊ ſagitta ferrata: ſic homo eſt, teſtimoniũ dãs falſum aduerſus amicũ ſuũ. Sed ꝯſidera, qd aſtruat. Nõ teſtimonium reprehendit dictum in amicum, ſed falſum teſtimonium. Quid eniꝫ, ſi Dei cauſa? quid ſi patrię cogatur aliquis dicere teſtimoniũ? nũquid preponderare debet amicitia religioni? preponderare charitati ciuiũ? ℟. Benedicat te dominus in virtute ſua, qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus dominus qui creauit cęlum ⁊ terram, quia hodie nomen ſuum ita magnificauit. Ut non defic.

vij. ℟. Nos aliũ Deũ neſcim⁹, ꝑter dñm, in quo ſperam⁹: Qui nõ deſpicit nos, nec amouet ſalutē ſuam a genere noſtro. ℣. Indulgentiã ipſius fuſis lacrymis poſtulem⁹, ⁊ humiliem⁹ illi animas noſtras. Qui nõ deſpi.

viij. ℟. Duo ſeraphim. 258. vt ſup.

Quarta feria ⁊ Sabbatho dicitur ſecundum ⁊ tertium ℟. primi nocturni huius Dominicę.

FERIA SECUNDA.

De libro Eſther. Lectio prima. ca. 2.

ERat vir Judęus in Suſan ciuitate, vocabulo Mardochęus, fili⁹ Jair, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Jemini, qui tranſla-

tranſlatus fuerat de Jeruſalem eo tpe, quo Jechoniā regem Juda Nabuchodonoſor rex Babylonis trāſtulerat: q̄ fuit nutritius filię fratris ſui Ediſſę, quę altero noīe vocabatur Eſther, ⁊ vtrunqꝫ parentē amiſerat, pulchra nimis, ⁊ decora facie: mortuiſqꝫ patre eius ac matre, Mardochęus ſibi eā adoptauit in filiam. ℟. Dñe mi. 309. Lc. ij.

Cumqꝫ percrebuiſſet regis imperiū, ⁊ iuxta mādatū illi⁹ multę pulchrę virgines adducerent̄ Suſan, ⁊ Egeo traderentur eunucho, Eſther quoqꝫ inter cęteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fęminaruꝫ: quę placuit ei, ⁊ inuenit gratiam in conſpectu illius: ⁊ pręcepit eunucho, vt acceleraret mūdum muliebrem, ⁊ traderet ei partes ſuas, ſeptem puellas ſpecioſiſſimas de domo regis, ⁊ tam ipſam quam pediſequas eius ornaret, atqꝫ excoleret. Quę noluit indicare ei populū, ⁊ patriam ſuam. Mardochęus enim pręceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: qui ambulabat quotidie ante veſtibulū domus in qua electę virgines ſeruabantur, curā agens ſalutis Eſther. ℟. Cōforta. 309. L. iij.

Evoluto autem tēpore per ordinem, inſtabat dies quo Eſther filia Abigail fratris Mardochęi, quam ſibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quę non quęſiuit muliebrem cultum, ſed quęcunqꝫ voluit Egeus eunuchus cuſtos virginum, hęc ei ad ornatuꝫ dedit: Erat eniꝫ formoſa valde: ⁊ incredibili pulchritudine omnium oculis gratioſa ⁊ amabilis videbat̄. Ducta eſt itaqꝫ ad cubiculū regis Aſſueri menſe decimo, q vocat̄ Tebeth, ſeptimo anno regni eius. Et adamauit eā rex pluſquam omnes mulieres, habuitque gratiam ⁊ miſericordiā corā eo ſuper omnes mulieres, ⁊ poſuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vaſthi. ℟. Spem. 309.

FERIA TERTIA.

De libro Eſther. Lectō prima.

Poſt hęc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag: ⁊ poſuit ſoliū eius ſup oēs principes, quos habebat: cunctique ſerui regis, qui in foribus palatij verſabant̄, flectebant genua, ⁊ adorabāt Aman: ſic eniꝫ pręceperat eis imperator: ſol⁹ Mardochęus nō flectebat genu, neque adorabat eū. Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores palatij pręſidebant: cur pręter cęteros non obſeruas mandatuꝫ regis? ca.
℟. Memento mei. 310. Lc. ij.

Cumque hoc crebrius dicerēt, ⁊ ille nollet audire, nunciauerūt Amā, ſcire cupiētes vtrum perſeueraret in ſententia: dixerat eniꝫ eis, ſe eſſe Judęū. Quod

Digitized by Google

Quod cum audiſſet Aman, ⁊ experimento probaſſet, quod Mardocheus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret: iratus eſt valde, ⁊ ꝓ nihilo duxit, in vnū Mardocheū mittere man⁹ ſuas. ℟. Tribulationes. 310. L. iij.

Audierat enim, quod eſſet gentis Judeę: magiſq; voluit omnem Judęorum, q̄ erant in regno Aſſueri, ꝑdere nationē. Menſe primo, cuius vocabulū eſt Niſan, anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam quę hebraice dicitur Phur, coram Aman, quo die, ⁊ quo menſe gens Judęorum deberet interfici, ⁊ exiuit menſis duodecimus: qui vocatur Adar. ℟. Benedicat. 310.

FERIA QVARTA.

De libro Eſther. Lectio prima.

ca. Mardocheus, ſcidit veſtimenta ſua: ⁊ indutus eſt ſacco ſpargēs cinerem capiti: ⁊ in platea medię ciuitatis voce magna clamabat, oſtendēs amaritudinem animi ſui, ⁊ hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens: non enim erat licitum indutum ſacco aulam regis intrare. In omnibus quoq; prouincijs, oppidis, ac locis, ad q̄ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Judęos, ieiunium, vlulatus, ⁊ fletus, ſacco, ⁊ cinere multis pro ſtratu vtentibus. Ingreſſę autē ſunt puellę Eſther, ⁊ eunuchi, nunciaueruntq; ei. Quod audiens conſternata eſt, ⁊ veſtem miſit, vt ablato ſacco indueret eā: quam accipere noluit: accitoq; Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat, pręcepit vt iret ad Mardocheum, ⁊ diſceret ab eo cur hoc faceret. ℟. Nos alium. 310. Lectio ſecunda.

Egreſſuſq; Athach iuit ad Mardocheū ſtantē in platea ciuitatis ante oſtium palatij: qui indicauit ei omnia, quę acciderant, quomodo Aman ꝓmiſiſſet vt in theſauros regis pro Judęorū nece inferret argētū: exemplar quoq; edicti, quod pendebat in Suſan, dedit ei: vt reginę oſtenderet, ⁊ moneret eā vt intraret ad regem, ⁊ deprecaretur eum pro populo ſuo. Regreſſuſq; Athach, nunciauit Eſther omnia, q̄ Mardocheus dixerat. Quę reſpōdit ei, ⁊ iuſſit vt diceret Mardocheo. Omnes ſerui regis, ⁊ cūctę quę ſub ditione eius ſunt, nouerunt prouincię, quod ſiue vir, ſiue mulier, nō vocatus, interius atrium regis intrauerit, abſq; vlla cunctatione ſtatim interficiatur: niſi forte rex auream virgam ad eū tetenderit ꝓ ſigno clemētię, atq; ita poſſit viuere. Ego igit̄ quomodo ad regē intrare potero, quę triginta iā diebꝰ nō ſum vocata ad eū? ℟. Cōfortare. 309. L. iij.

Quod cum audiſſet Mardocheus, rurſus mandauit

uit Eſther, dicens: Ne putes quod animã tuã tantũ liberes, quia in domo regis es pre cunctis Iudeis: ſi enim nunc ſilueris, per aliã occaſionẽ liberabuntur Iudei: ⁊ tu, ⁊ domus patris tui peribis. Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnũ veneris, vt in tali tempore parareris? Rurſumq; Eſther hec Mardocheo verba mãdauit: Vade, ⁊ congrega oẽs Iudeos quos in Suſan reppereris: ⁊ orate pro me. Nõ comedatis: ⁊ nõ bibatis tribus diebus ⁊ tribus noctibus: ⁊ ego cũ ancillis meis ſimiliter ieiunabo: ⁊ tunc ingrediar ad regem contra legẽ faciẽs non vocata, tradensque me morti, ⁊ periculo. Iuit itaq; Mardocheus, ⁊ fecit omnia, que ei Eſther preceperat.

℟. Spem in alium 309.

FERIA QVINTA.

De libro Eſther. Lectio prima.

ca. 5. DIe autẽ tertio induta eſt Eſther regalibus veſtimẽtis, ⁊ ſtetit in atrio domus regie, quod erat interius contra baſilicã regis: At ille ſedebat ſuper ſolium ſuum in conſiſtorio palatij contra oſtium domus: cumq; vidiſſet Eſther reginã ſtantẽ, placuit oculis eius, ⁊ extẽdit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Que accedens oſculata eſt ſummitatem virge eius. Dixitq; ad eã rex: Quid vis Eſther regina? que eſt petitio tua? etiam ſi dimidiam partẽ regni petieris, dabit tibi. At illa reſpondit: Si regi placet, obſecro vt venias ad me hodie, ⁊ Aman tecũ ad cõuiuiũ, qđ paraui. Statimq; rex, Vocate, inqt, cito Amã: vt Eſther obediat voluntati. ℟. Dñe mi rex. 309. L. ij.

EGreſſus eſt itaque illo die Amã letus ⁊ alacer. Cũq; vidiſſet Mardocheũ ſedentẽ ante fores palatij, ⁊ non ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum quidẽ de loco ſeſſionis ſue, indignatus eſt valde: ⁊ diſſimulata ira reuerſus in domũ ſuam, conuocauit ad ſe amicos ſuos, ⁊ Zares vxorem ſuam: ⁊ expoſuit illis magnitudinẽ diuitiarũ ſuarum, filiorumq; turbã; ⁊ quãta eum gloria ſuper omnes principes ⁊ ſeruos ſuos rex eleuaſſet. Et poſt hec ait. Regina quoq; Eſther nullũ aliũ vocauit ad conuiuium cum rege pter me: apud quã etiã cras cũ rege pranſurus ſũ: ⁊ cũ hec omnia habeã, nihil me habere puto, quandiu videro Mardocheũ Iudeum ſedentem ante fores regias. ℟. Conforta me rex. 309. Lect. iij.

REſponderuntq; ei Zares vxor eius, ⁊ ceteri amici: Iube parari excelſam trabẽ habentẽ altitudinis quinquaginta cubitos: ⁊ dic mane regi vt appendatur ſuper eam Mardocheus: ⁊ ſic ibis cum rege letus ad conuiuium. Placuit ei conſilium, ⁊ iuſſit excelſas preparari crucem.

crucem. ℟. Spem in. 309.

FERIA SEXTA.

De libro Eſther. Lectio prima.

c.6 Noctem illam duxit rex inſomnem, iuſſitq; ſibi afferri hiſtorias, & annales priorū temporū: q̃ cum illo preſente legerentur, ventum eſt ad illum locum vbi ſcriptum erat, quomodo nunciaſſet Mardocheus inſidias Bagathan, & Thares eunuchorum, regem Aſuerū iugulare cupientium. Quód cum audiſſet rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac premij Mardocheus conſecutus eſt? Dixerūt ei ſerui illius, ac miniſtri. Nihil omnino mercedis accepit. Statimque rex: Quis eſt, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regię intrauerat: vt ſuggereret regi, & iuberet Mardocheum affigi patibulo, quod ei fuerat ꝑparatū. Reſpōderūt pueri: Aman ſtat i atrio. Dixitq; rex, Ingrediatur. ℟. Memento mei. 310. Lectio ij.

Cumq; eſſet ingreſſus, ait illi: Quid debet fieri viro quem rex honorare deſiderat? Cogitās autē i corde ſuo Amā, & reputans ꝙ nullum aliū rex, niſi ſe, vellet honorare, reſpondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui veſtibus regijs, & imponi ſuper equū qui de ſella regis eſt, & accipere regiū diadema ſuper caput ſuū: & primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius; & per plateam ciuitatis incedēs clamet, & dicat: Sic honorabitur, quēcunq; voluerit rex honorare. ℟. Tribulationes. 310. L. iij.

Dixitque ei rex: Feſtina, & ſumpta ſtola, & equo, fac vt locutus es Mardocheo Iudęo, qui ſedet ante fores palatij: caue, ne quidquam de his, quę locutus es, pretermittas. Tulit itaque Aman ſtolam, & equum, indutumque Mardocheum in platea ciuitatis, & impoſitum equo precedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus eſt, quemcunque rex voluerit honorare. Reuerſusq; eſt Mardocheus ad ianuam palatij: & Aman feſtinauit ire in domum ſuam, lugens, & operto capite: narrauitque Zares vxori ſuę, & amicis omnia, quę euenissent ſibi. ℟. Benedicat. 310.

SABBATHO.

De libro Eſther. Lectio prima.

Intrauit itaq; rex, & Amā, vt biberent cū regina: dixitque ei rex etiam ſecunda die poſtquā vino incaluerat. Quę eſt petitio tua Eſther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiam ſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa reſpondit: Si inueni gratiā in oculis tuis o rex, & ſi tibi placet, dona mihi animam meam, pro qua rogo, & populum meū, pro quo obſecro. Traditi enim ſumus ca. 7

ſumus

mus ego, ⁊ populus meus, vt cõ-
teramur, iugulemur, ⁊ pereamꝰ:
atque vtinam in ſeruos, ⁊ famu-
las venderemur, eſſet tolerabile
malum, ⁊ gemens tacerem: nũc
autẽ hoſtis noſter eſt, cuius cru-
delitas redundat in regem. ℟.
Nos alium. 310. Lectio ſecunda.

RESpondenſq; rex Aſſue-
rus ait. Quis eſt iſte, ⁊ cu-
ius potentię, vt hęc audeat face-
re? Dixitq; Eſther: Hoſtis, ⁊ ini-
micus noſter peſſimus iſte eſt
Aman. Quod ille audiens, illi-
co obſtupuit, vultum regis ac re-
ginę ferre non ſuſtinens. Rex au-
tem iratus ſurrexit de loco con-
uiuij, ⁊ intrauit in hortũ arbo-
ribus conſitum. Aman quoq;
ſurrexit, vt rogaret Eſther regi-
nam pro anima ſua: intellexit e-
nim a rege ſibi paratum malũ.
℟. Conforta me. 309. Lectio iij.

QUi cum reuerſus eſſet de
horto nemoribus conſito,
⁊ intraſſet conuiuij locũ, reppe-
rit Aman ſuper lectulũ corruiſ-
ſe: in quo iacebat Eſther: ⁊ ait.
Etiam reginã vult opprimere,
me pręſente, in domo mea? Nec-
dum verbum de ore regis exie-
rat, ⁊ ſtatim operuerunt faciem
eius: dixitq; Harbona, vnus de
eunuchis, qui ſtabant in miniſte-
rio regis: En lignum, quod pa-
rauerat Mardocheo, qui locu-
tus eſt pro rege, ſtat in domo
Aman, habẽs altitudinis quin-
quaginta cubitos. Cui dixit rex,
Appendite eum in eo. Suſpen-
ſus eſt itaq; Aman in patibulo,
quod parauerat Mardocheo: ⁊
regis ira quieuit. ℟. Spẽ. 309.

Sabbatho ante Dominicã pri-
mã Octobris. Ad Mag. Aña.
Adaperiat dñs cor veſtrũ in le-
ge ſua, ⁊ in pręceptis ſuis, ⁊ faciat
pacem dominus Deus noſter.

DOMINICA PRIMA.
Octobris.

Incipit liber j. Machab. Lec. j.

ET factum eſt poſt-
quã percuſſit Ale-
xander Philippi
Macedo, qui pri-
mꝰ regnauit ĩ Grę-
cia, egreſſus de terra Cethim,
Darium regem Perſarum ⁊
Medorũ: conſtituit pręlia mul-
ta, ⁊ omnium obtinuit munitio-
nes: ⁊ interfecit reges terrę: ⁊
pertranſijt vſque ad fines terrę:
⁊ accepit ſpolia multitudinis gẽ-
tium: ⁊ ſiluit terra in conſpectu
eius: ⁊ congregauit virtutem ⁊
exercitum fortem nimis: ⁊ exal-
tatum eſt ⁊ eleuatum cor eius: ⁊
obtinuit regiones gẽtiũ, ⁊ tyran-
nos: ⁊ facti ſunt illi ĩ tributũ. Et
poſt hęc decidit in lectum: ⁊ co-
gnouit quia moreretur. Et voca-
uit pueros ſuos nobiles, qui ſe-
cum erant nutriti a iuuentute, ⁊
diuiſit illis regnũ ſuũ, cum ad-
huc viueret. ℟. Adaperiat do-
minus cor veſtrum in lege ſua, ⁊
in pręceptis ſuis, ⁊ faciat pacem
in diebus veſtris. Concedat vo-
bis

Digitized by Google

bis ſalutem, ⁊ redimat vos a malis. ℣. Exaudiat dñs orationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Concedat. Lectio ſecunda.

Et regnauit Alexãder annis duodecim, ⁊ mortuus eſt: ⁊ obtinuerunt pueri eius regnũ vnuſquiſq; in loco ſuo. Et impoſuerunt ſibi oẽs diademata poſt mortem eius, ⁊ filij eorũ poſt eos annis multis: ⁊ multiplicata ſunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus Illuſtris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romę obſes: ⁊ regnauit in anno cẽteſimo trigeſimo ſeptimo regni Gręcoꝝ. ℟. Exaudiat dñs orões vr̃as, ⁊ reconciliet vobiſ: nec vos deſerat in tẽpore malo, Dñs Deus noſter. ℣. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, ⁊ faciatis eius voluntatem. Dñs. Le. iij.

In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniq; ⁊ ſuaſerũt multis, dicẽtes: Eamus, ⁊ diſponamus teſtamentuꝫ cum gentibus, quę circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum: ⁊ deſtinauerunt aliqui de populo, ⁊ abierunt ad regem: ⁊ dedit eis poteſtatem, vt facerent iuſtitiam gentium. Et ędificauerunt gymnaſiuꝫ in Ieroſolymis ſm leges nationum: ⁊ fecerunt ſibi pręputia, ⁊ receſſerunt a teſtamẽto ſancto: ⁊ iuncti ſunt nationibus, ⁊ venundati ſunt, vt facerent maluꝫ. ℟. Congregati ſunt inimici noſtri: ⁊ gloriantur in virtute ſua. Cõtere fortitudinem illoruꝫ domine, ⁊ diſperge illos. Ut cognoſcant, quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu deꝰ noſter. ℣. Diſperde illos in virtutẽ tuã, ⁊ deſtrue eos, protector noſter domine. Ut co.

Ex libro officiorum ſancti Ambroſij epiſcopi. Lectio quarta.

Fortaſſe aliquos bellica defixos gloria tenet, vt putẽt ſolam eſſe pręliarem fortitudinez, ⁊ ideo me ad iſta deflexiſſe, quia illa noſtris deforet. Quam fortis Ieſus Naue, vt vno pręlio quinque reges captos ſterneret cum populis ſuis. Deinde cum aduerſum Gabaonitas ſurgeret pręliuꝫ, ⁊ vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis ⁊ fidei clamauit, ſtet ſol: ⁊ ſtetit ſol, donec victoria conſummaretur. Gedeon in trecẽtis viris, de ingẽti populo, ⁊ acerbo hoſte reuexit triumphum. Ionathas adoleſcẽs virtutem fecit in magno pręlio. ℟. Impetum inimicorum ne timueritis: memores eſtote quomodo salui facti ſunt patres noſtri. Et nunc clamemus in cęlũ: ⁊ miſerebit noſtri Deus nr̃. ℣. Mementote mirabiliũ eius: quę fecit Pharaoni, ⁊ exercitui eius in mari rubro. Et nunc. Lec. v.

Quid de Machabeis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, qui cũ eſſent parati ad repugnandum pro tẽplo Dei, ⁊ pro legitimis ſuis, dolo hoſtiũ die laceſſiti ſabbathi, maluerũt vulneribus offerre nuda corpora, quam repugnare, ne violarent ſabbathum. Itaque omnes leti ſe obtulerunt morti. Sed Machabei conſiderantes, quod hoc exemplo gens omnis poſſet perire, ſabbatho etiam cũ ipſi in bellũ prouocarentur, vlti ſunt innocentium necem fratrum ſuorum. Unde poſtea ſtimulatus rex Antiochus cũ bellum accenderet per duces ſuos, Lyſiam, Nicanorẽ, ⁊ Gorgiã, ita cum orientalibus ſuis, ⁊ Aſſyriis attritus eſt copiis: vt quadraginta ⁊ octo millia in medio campi a tribus millibus proſternerent. ℟. Cõgregatę ſunt gẽtes in multitudine, vt dimicent cõtra nos, ⁊ ignoramus quid agere debeamus. Dñe Deus ad te ſunt oculi noſtri, ne pereamus. ℣. Tu ſcis quę cogitant in nos: quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem illorum, niſi tu adiuues nos? Domine. Lectio vj.

Virtutem ducis Iudę Machabei de vno eius milite cõſiderate. Nanque Eleazarus, cum ſupereminentem ceteris elephantem lorica veſtitũ regia aduerteret, arbitratus quod in eo eſſet rex, curſu concito in mediũ legionis ſe proripuit: ⁊ abiecto clypeo, vtraq; manu interficiebat beſtias, atq; intrauit ſub eã, ⁊ ſubiecto gladio interemit eaz: itaq; cadẽs beſtia oppreſſit Eleazarum, atque ita mortuus eſt. Quanta igitur virtus animi? primo vt mortem non timeret; deinde vt circumfuſis legionibus inimicorum, in confertos raperetur hoſtes, medium penetraret agmen, ⁊ contempta morte, ferocior, abiecto clypeo, vtraque manu vulneratę molem beſtię ſubiret, ac ſuſtineret: poſt infra ipſaz ſuccederet, quo pleniori feriret ictu: cuius ruina incluſus magis quam oppreſſus, ſuo eſt ſepultus triumpho. ℟. Tua eſt potentia, tuum regnum domine: tu es ſuper omnes gentes. Da pacem domine in diebus noſtris. ℣. Creator omniũ Deus, terribilis, ⁊ fortis, iuſtus, ⁊ miſericors. Da pacem domine. vij. ℟. Refulſit Sol in clypeos aureos, ⁊ reſplenduerunt montes ab eis: Et fortitudo gentium diſſipata eſt. ℣. Erat enim exercitus magnus valde, ⁊ fortis: ⁊ appropiauit Iudas, ⁊ exercitus eius in prelio. Et fortitudo. viij. ℟. Duo Seraphim. 258.

Infra hebdomadã Feria quarta, ⁊ Sabbato dicit ij. ⁊ iij. ℟. ſecunde ſequentis ferie. ℟ia huius Dominice dicuntur in ſequentibus Dnicis vſq; ad Dominicam primam Nouembris.

Feria

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabeorū. Le. j.

ca. 1. PAratum eſt regnū in conſpectu Antiochi, ⁊ cepit regnare ĩ terra Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna, ⁊ intrauit in Aegyptum in multitudine graui, in curribus, ⁊ elephantis, ⁊ equitibus, ⁊ copioſa nauium multitudine, ⁊ conſtituit bellum aduerſus Ptolemeum regem Aegypti: ⁊ veritus eſt Ptolemeus a facie eius, ⁊ fugit, ⁊ ceciderunt vulnerati multi. Et cōprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti, ⁊ accepit ſpolia terrę Aegypti. ℟. Dixit Judas Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros, ⁊ vade, libera fratres tuos in Galileam: ego autem ⁊ Jonathas frater tuus ibimus in Galathim. Sicut fuerit voluntas in cęlo, ſic fiat. ℣. Accingimini filij potentes, ⁊ eſtote parati: quoniam melius eſt nobis mori in bello, quã videre mala gentis noſtrę ⁊ ſanctorum. Sicut fuerit. Lectio ij.

ET conuertit ſe Antiochus, poſtquam percuſſit Aegyptum in centeſimo ⁊ quadrageſimo tertio anno, ⁊ aſcēdit ad Iſrael, ⁊ aſcendit Jeroſolymam in multitudine graui, ⁊ intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, ⁊ accepit altare aureum, ⁊ candelabrum luminis, ⁊ vniuerſa vaſa eius, ⁊ menſam propoſitionis, ⁊ libatoria, ⁊ phialas, ⁊ mortariola aurea, ⁊ velum, ⁊ coronas, ⁊ ornamentū aureum, quod in facie templi erat: ⁊ cōminuit omnia. ℟. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, ⁊ dedicauerunt altare domino: Et facta eſt lętitia magna ĩ populo. ℣. In hymnis ⁊ confeſſionibus benedicebant dominum. Et fa. Lectio iij.

ET accepit argentum, ⁊ aurum, ⁊ vaſa cōcupiſcibilia: ⁊ accepit theſauros occultos, quos inuenit: ⁊ ſublatis omnibus abijt in terram ſuam, ⁊ fecit cędem hominum; ⁊ locutus eſt in ſuperbia magna. Et factꝰ eſt planctus magnus in Iſrael, ⁊ in omni loco eorum: ⁊ ingemuerunt principes, ⁊ ſeniores, ⁊ iuuenes, ⁊ virgines infirmati ſunt, ⁊ ſpecioſitas mulierum immutata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamentum: ⁊ quę ſedebant in toro maritali, lugebant: ⁊ commota eſt terra ſuper habitantes in ea: ⁊ vniuerſa domus Jacob induit confuſionem. ℟. In hymnis, ⁊ cōfeſſionibꝰ benedicebãt dñm: Qui magna fecit in Iſrael, ⁊ victoriã dedit illi dominus omnipotens. ℣. Ornauerũt faciẽ templi coronis aureis, ⁊ dedicauerũt altare domino. Qui magna.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

IN diebꝰ illis ſurrexit Mathathias filius Johannis, filij Simeonis, ſacerdos ex filijs Joarim ab Jeruſalem, ⁊ cōſedit in monte Modin: ⁊ habebat fi- ca. 2.

lios quinque: Iohānē, q cogno-
minabatur Gaddis: ⁊ Simonē,
qui cognominabat Thassi: ⁊ Iu
dā, qui vocabat Machabeus: ⁊
Eleazarū, qui cognominabatur
Abaron: ⁊ Ionathā, qui cogno
minabatur Apphus: hi viderūt
mala, quę fiebant in populo Iu-
da, ⁊ in Ierusalem. ℟. Hic est
fratrū amator, ⁊ populi Israel.
Hic est qui multū orat pro po-
pulo, ⁊ vniuersa sancta ciuitate
Ierusalē. ℣. Vir iste in populo
suo mitissim⁹ apparuit. Hic. L. ij.

ET dixit Mathathias: Vę
mihi: vt quid natus sū vi-
dere contritionē populi mei, ⁊ cō-
tritionē ciuitatis sanctę, ⁊ sede-
re illic, cū datur in manibus ini-
micorū? Sancta in manu extra-
neorū facta sunt, templū eius si-
cut homo ignobilis: Vasa glorię
ei⁹ captiua abducta sūt, trucida-
ti sunt senes eius in plateis, ⁊ iu-
uenes eius ceciderunt in gladio
inimicorum. Quę gens non hę-
reditauit regnum eius, ⁊ nō ob-
tinuit spolia eius? ℟. Tu domi
ne vniuersorum, qui nullam ha-
bes indigentiam, voluisti tem-
plum tuum fieri in nobis: Con-
serua domum istā immaculatā
in ęternum domine. ℣. Tu ele-
gisti domine domum istā ad in-
uocandū nomen tuū in ea, vt es-
set dom⁹ orationis, ⁊ obsecratio-
nis populo tuo. Cōserua. L. iij.

ET scidit vestimēta sua Ma
thathias, ⁊ filij eius, ⁊ ope-
ruerunt se cilicijs, ⁊ planxerunt
valde: ⁊ venerunt illuc qui missi
erant a rege Antiocho, vt coge-
rent eos qui confugerant in ciui
tatem Modin, immolare, ⁊ ac-
cendere tura, ⁊ a lege Dei disce-
dere. Et multi de populo Israel
consentientes, accesserunt ad eū:
sed Mathathias, ⁊ filij eius cō-
stanter steterūt. ℟. Aperi ocu-
los tuos domine, ⁊ vide afflictio-
nem nostram: circundederunt
nos gentes ad puniendum nos.
Sed tu domine extende brachiū
tuum, ⁊ libera animas nostras.
℣. Afflige opprimentes nos, ⁊
contumeliam facientes in super-
biam, ⁊ custodi partem tuam.
Sed tu. ℟ia ij. ⁊ iij. ferię huius
hebd. repetuntur in alijs secun-
dis, ⁊ tertijs ferijs, vsq; ad pri-
mam dominicam Nouembris.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machabęorū. L. j.

RESpondit Mathathias, ⁊ ca. 2
dixit magna voce: Etsi om
nes gentes regi Antiocho obe-
diunt, vt discedāt vnusquisq; a
seruitute legis patrum suorum,
⁊ consentiant mādatis eius: ego
⁊ filij mei, ⁊ fratres mei obediem⁹
legi patrum nostrorum: propi-
tius sit nobis Deus. Non est no
bis vtile relinquere legem ⁊ iu-
stitias Dei: non audiemus ver-
ba regis Antiochi, nec sacrifica
bimus transgredientes legis no
strę mandata, vt eamus altera
via. ℟. Refulsit. 313. Lectio ij.

Et

Digitized by Google

ET vt ceſſauit loqui verba hęc, acceſſit quidã Iudęus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis: ⁊ vidit Mathathias, ⁊ doluit, ⁊ contremuerunt renes eius, ⁊ accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis, ⁊ inſiliens trucidauit eum ſuper aram: ſed ⁊ virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore, ⁊ aram deſtruxit, ⁊ zelatꝰ eſt legẽ, ſicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. ℟. Ornauerunt. 314. Lectio tertia.

ET exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis, qui zelum habet legis, ſtatuens teſtamentũ exeat poſt me. Et fugit ipſe, ⁊ filij eius in montes: ⁊ reliquerunt quęcũque habebant in ciuitate. Tunc deſcenderunt multi quęrentes iudicium, ⁊ iuſtitiam in deſertum: ⁊ ſederunt ibi ipſi, ⁊ filij eius, ⁊ mulieres eorum, ⁊ pecora eorũ: quoniam inundauerunt ſuper eos mala. ℟. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorũ. L. j.

ca. 2. ET appropinquauerũt dies Mathathię moriendi, ⁊ dixit filijs ſuis: Nunc cõfortata eſt ſuperbia, ⁊ caſtigatio, ⁊ tempus euerſionis, ⁊ ira indignationis. Nũc ergo o filij ęmulatores eſtote legis: ⁊ date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorũ. Mementote operũ patrũ quę fecerũt in generationibꝰ ſuis: ⁊ accipietis gloriã magnã, ⁊ nomẽ ęternũ. Abrahaʒ nõne in tentatione inuẽtus eſt fidelis, ⁊ reputatũ eſt ei ad iuſtitiã? Ioſeph ĩ tpe anguſtię ſuę cuſtodiuit mãdatũ, ⁊ factꝰ eſt dñs Aegypti. Phinees pr̃ noſter zelãdo zelũ Dei, accepit teſtamẽtũ ſacerdotij ęterni. ℟. Adaperiat. 312. Lec. ij.

IEſus dũ impleuit verbum, factꝰ eſt dux in Iſrael. Caleb, dũ teſtificatur in eccleſia, accepit hęreditatẽ. Dauid in ſua miſericordia, conſecutus eſt ſedem regni in ſęcula. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in cęlũ. Ananias, ⁊ Azarias, ⁊ Miſael credentes liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonũ. Et ita cogitate per generationem, ⁊ generatione: quia oẽs qui ſperant in eum, non infirmantur. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis: qa gloria eius, ſtercus ⁊ vermis eſt. Hodie extollitur, ⁊ cras non inuenietur: quia cõuerſus eſt in terram ſuaʒ, ⁊ cogitatio eius perijt. ℟. Exaudiat. 313. Lectio iij.

VOs ergo filij cõfortamini, ⁊ viriliter agite in lege: qa cum feceritis quę vobis pręcepta ſunt in lege a dño Deo veſtro, in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter, ſcio q̃ vir conſilij eſt: ipſum audite ſemper, ⁊ ipſe erit vobis pater. Et Iudas

Machabęus fortis viribus a iu/
uentute ſua ſit vobis princeps
militię, ꝛ ipſe aget bellū populi.
Et adducetis ad vos omnes fa/
ctores legis, ꝛ vindicate vindi/
ctā populi veſtri. Retribuite re/
tributionem gentibus, ꝛ inten/
dite in pręceptū legis. Et bene/
dixit eos, ꝛ appoſitus eſt ad pa/
tres ſuos. ℟. Congregati. 313.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabeorū. L. j.

ca. 2. Defunctus eſt Mathathias
anno centeſimo ꝛ quadra/
geſimo ſexto, ꝛ ſepultus eſt a fi/
lijs ſuis in ſepulcris patrū ſuo/
rum in Modin, ꝛ planxerūt eū
omnis Iſrael planctu magno. Et
ſurrexit Judas, qui vocabatur
Machabęus, filius eius pro eo:
ꝛ adiuuabāt eum omnes fratres
eius, ꝛ vniuerſi qui ſe coniunxe/
rant patri eius, ꝛ pręliabantur
pręliū Iſrael cū lętitia. Et di/
latauit gloriam populo ſuo. Et
perſecutus eſt iniquos, perſcru/
tans eos: ꝛ qui cōturbabant po/
pulum ſuum, eos ſuccendit flam/
mis, ꝛ repulſi ſunt inimici eius
pre timore eius: ꝛ omnes opera/
rij iniquitatis conturbati ſunt: ꝛ
directa eſt ſalus in manu eius.
℟. Impetum. 313. Lectio ij.

Et exacerbabat reges mul/
tos, ꝛ lętificabat Jacob in
operibus ſuis: ꝛ in ſęculum me/
moria eius, ꝛ in benedictione.
Et perambulabat ciuitates Ju/
da, ꝛ perdidit impios ex eis, ꝛ
auertit iram ab Iſrael: ꝛ nomi/
natus eſt vſque ad nouiſſimum
terrę, ꝛ congregauit pereuntes:
ꝛ congregauit Apollonius gē/
tes, ꝛ a Samaria virtutē multā
ꝛ magnam, ad bellandū contra
Iſrael: ꝛ cognouit Judas, ꝛ exijt
obuiā illi: ꝛ percuſſit, ꝛ occidit
illū: ꝛ ceciderunt vulnerati mul/
ti: ꝛ reliqui fugerunt: ꝛ accepit
ſpolia eorum, ꝛ gladiū Apollo/
nij abſtulit Judas, ꝛ erat pu/
gnans in eo in omnibus diebus.
℟. Cōgregatę ſunt. 313. L. iij.

Et cecidit timor Judę ac
fratrum eius ꝛ formido ſu/
per omnes gentes in circuitu eo/
rum: ꝛ peruenit ad regem no/
men eius, ꝛ de pręlijs Judę nar/
rabant omnes gentes. Et audi/
uit autē rex Antiochus ſermo/
nes iſtos, iratus eſt animo, ꝛ mi/
ſit, ꝛ cōgregauit exercitum vni/
uerſi regni ſui: caſtra fortia val/
de: ꝛ aperuit ęrarium ſuū: ꝛ de/
dit ſtipendia exercitui in annū:
ꝛ mandauit illis, vt eſſent parati
ad omnia. ℟. Tua eſt potē. 313.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorū. L. j.

Et vidit Judas, ꝛ fratres ca. 3.
eius, quia multiplicata ſūt
mala: ꝛ exercitus applicabat ad
fines eorū, ꝛ cognouerūt verba
regis, quę mandauit populo fa/
cere in interitū, ꝛ cōſummatio/
nem: ꝛ dixerunt vnuſquiſqꝫ ad
proximum ſuū. Erigamus de/
iectionē populi noſtri, et pugne/
mus

Digitized by Google

mus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent, & peterent miſericordiam & miſerationes. Et Jeruſalem nõ habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: nõ erat qui ingrederetur, & egrederetur de natis eius: & ſanctum conculcabatur, & filij alienigenarum erant in arce: ibi erat habitatio gentium: & ablata eſt voluptas a Jacob: & defecit ibi tibia & cithara. ℟. Refulſit Sol. 313. Lectio ij.

Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha cõtra Jeruſalẽ: quia locus orationis erat in Maſpha ante in Iſrael. Et ieiunauerũt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerẽ impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt veſtimẽta ſua, & expanderunt libros legis, de quibus ſcrutabãtur gentes ſimilitudinẽ ſimulacrorũ ſuorũ: & attulerunt ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerũt Nazaręos, qui impleuerant dies: & clamauerunt voce magna in cęlũ, dicẽtes: Quid faciemus iſtis, & quo eos ducemus? & ſancta tua cõculcata ſunt, & cõtaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum, & in humilitatem: & ecce nationes conuenerunt aduerſum nos, vt nos diſperdant: tu ſcis, quę cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem illorum, niſi tu Deus adiuues nos? ℟. Dna-

uerunt faciem. 314. Lectio iij.

Et tubis exclamauerũt voce magna. Et poſt hęc conſtituit Judas duces populi, tribunos, & decuriones, & pentacõtarchos, & decuriones: & dixit ijs qui ędificabant domos, & ſponſabãt vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domũ ſuam ſecũdum legem. Et mouerunt caſtra, & collocauerunt ad auſtrum Emmaum. Et ait Judas: Accingimini, & eſtote filij potentes: & eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus nationes has, quę conuenerunt aduerſus nos, diſperdere nos, & ſancta noſtra: quoniam melius eſt nos mori in bello, quam videre mala gentis noſtrę & ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cęlo, ſic fiat. ℟. In hymnis, & confeſſ. 314. Ad Magnificat. Antiphona. Refulſit ſol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis: & fortitudo gentium diſſipata eſt.

DOMINICA II. Octobris.

De libro j. Machabęorum. L. j.

Dixit autem Judas & fratres eius. Ecce cõtriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nũc mũdare ſancta, & renouare. Et cõgregat⁹ eſt oĩs exercitus, & aſcenderunt in montem Sion, & viderunt ſanctificationem deſertã, & altare propha- ca. 4

 narum,

natum, ꝛ portas exuſtas, ꝛ in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu, vel in montibus, ꝛ paſtophoria diruta: ꝛ ſciderunt veſtimenta ſua, ꝛ planxerunt planctu magno, ꝛ impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum, ꝛ ceciderunt in faciem ſuper terram, ꝛ exclamauerunt tubis ſignorum, ꝛ clamauerunt in cęluꝫ. ℟. Adaperiat dominus. 312. Lectio ſecunda.

TUnc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent ſancta: ꝛ elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatē habentes in lege Dei: ꝛ mundauerunt ſancta, ꝛ tulerūt lapides contaminationis in locū immūdum: ꝛ cogitauit de altari holocauſtorum quod prophanatum erat, qd de eo faceret. Et incidit illis conſiliū bonū, vt deſtruerēt illud: ne forte illis eſſet in opprobriū, qꝛ cōtaminauerūt illud gētes, ꝛ demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusqꝫ veniret propheta, ꝛ reſponderet de eis. ℟. Exaudiat. 313. Lec. iij.

ET acceperūt lapides integros ſecūdū legē: ꝛ ędificauerunt altare nouū, ſecūdū illud quod fuit prius: ꝛ ędificauerunt ſancta, ꝛ quę intra domum erāt intrinſecus, ꝛ ędem: ꝛ atria ſanctificauerunt. Et fecerunt vaſa ſancta noua, ꝛ intulerunt candelabrum, ꝛ altare incenſorum, ꝛ menſam in templum. Et incenſum poſuerūt ſuper altare, ꝛ accenderūt lucernas, quę ſuper cādelabrū erant, ꝛ lucebant in templo. Et poſuerūt ſup menſam panes, ꝛ appenderunt velamina, ꝛ conſummauerūt omnia opera q̄ fecerunt. ℟. Congregati. 313.

Ex libro S. Auguſtini epiſcopi de Ciuitate Dei. Lectio quarta.

POſteaquā gēs Iudęa cępit nō habere prophetas, proculdubio deterior facta eſt: eo ſcilicet tēpore, quo ſe ſperabat inſtaurato templo poſt captiuitatem, quę fuit in Babylonia, futuram eſſe meliorem: ſic quippe intelligebat populꝰ ille carnalis, quod pręnunciatuꝫ eſt per Aggęum prophetam, dicentē: Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę pluſquaꝫ primę. Quod de nouo teſtamento dictum eſſe, paulo ſuperius demōſtrauit, vbi ait aperte Chriſtum promittēs: Et mouebo omnes gentes, ꝛ veniet deſideratus cūctis gentibus. ℟. Imperium. 313. Lectio v.

TAlibus enim electis gētiū domus Dei ędificatur per teſtamentum nouum lapidibus viuis, longe glorioſior, quam tēplum illud fuit, quod a rege Salomone conſtructum eſt, ꝛ poſt captiuitatem inſtauratuꝫ. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gēs, ſed multis cladibus afflicta eſt ab alienigenis regibus, ipſisqꝫ Romanis,

minis, ne hanc Aggei prophe‐tiam in illa inſtauratione templi opinaretur impletam. Non mul‐to enim poſt adueniente Alexan‐dro ſubiugata eſt: quando, etſi nulla facta eſt vaſtatio, quoniã non ſunt auſi ei reſiſtere, ⁊ ideo placatum facillime ſubditi rece‐perunt, non erat tamen gloria tanta domus illius, quanta fuit in ſuorũ regum libera poteſtate. ℟. Congregatę.313. Lectio vj.

Deinde Ptolomeus Lagi filius, poſt Alexãdri mor‐tem captiuos inde in Aegyptum trãſtulit: quos ei⁹ ſucceſſor Pto‐lemęus Philadelphus beneuo‐lentiſſime inde dimiſit: per quẽ factum eſt, vt ſeptuaginta inter‐pretum ſcripturas haberemus. Deinde contriti ſunt bellis, quę in Machabęorum libris expli‐cant. Poſt hęc capti a rege Ale‐xãdrię Ptolemęo, qui eſt appel‐latus Epiphanes: inde ab An‐tiocho rege Syrię multis ⁊ gra‐uiſſimis malis ad idola colenda compulſi: templumq; ipſum re‐pletũ ſacrilegis ſuperſtitionibus gentium: quod tamen dux eorũ ſtrenuiſſimus Judas, qui etiam Machabęus dictus eſt, Antio‐chi ducibus pulſis, ab omni illa idolatrię contaminatione mun‐dauit. ℟. Tua eſt potentia.313.

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabęorũ. L. j.

ca. 5. Ante matutinũ ſurrexerunt quinta ⁊ viceſima die men‐ſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimi quadrageſimi octaui anni: ⁊ obtulerũt ſacrificiũ ſecun‐dũ legẽ ſuper altare holocauſto‐rũ nouũ, quod fecerũt ſecundũ tẽpus: ⁊ ſecũdũ diẽ in qua cõta‐minauerũt illud gẽtes, in ipſa re‐nouatũ eſt in canticis, cithăris, ⁊ cinirys, ⁊ cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, ⁊ ado rauerunt, ⁊ benedixerunt in cę‐lum eum, qui proſperauit eis. ℟. Dixit Judas.314. Lect. ij.

Et fecerũt dedicationem al‐taris diebus octo: ⁊ obtule runt holocauſta cum lętitia, ⁊ ſa crificium ſalutaris ⁊ laudis. Et ornauerunt faciem templi coro‐nis aureis, ⁊ ſcutulis: ⁊ dedicaue runt portas, ⁊ paſtophoria: ⁊ impoſuerunt eis ianuas: ⁊ facta eſt lętitia in populo magna val‐de, ⁊ auerſum eſt opprobriũ gen tium. Et ſtatuit Judas, ⁊ fratres eius, ⁊ vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis alta ris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo, a quin‐ta ⁊ viceſima die menſis Caſleu, cum lętitia ⁊ gaudio. ℟. Or‐nauerunt.314. Lectio tertia.

Et edificauerunt in tempo re illo montẽ Sion, ⁊ per circuitum muros altos ⁊ turres firmas, nequando venirent gen tes, ⁊ conculcarent eum, ſicut an tea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt ſeruarent eum: ⁊ muniuit eum ad cuſtodiendam

Bethſu‐

Bethſuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumeę. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabęorū. L. j.

ca. 5. ET factum eſt, vt audierunt gentes in circuitu, quia ędificatum eſt altare, ⁊ ſanctuariū ſicut prius: iratę ſunt valde, ⁊ cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos: ⁊ cęperunt occidere de populo, ⁊ perſequi. Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumęa, ⁊ eos, q erāt in Arabathane, quia circūſedebant Iſraelitas: ⁊ percuſſit eos plaga magna. Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueū, ⁊ in ſcandalū, inſidiantes ei in via: ⁊ concluſi ſunt ab eo in turribus: ⁊ applicuit ad eos, ⁊ anathematizauit eos, ⁊ incendit turres eorū igne cum omnibus, qui in eis erant. ℟. Hic eſt fratrum. 314. Le. ij.

ET tranſiuit ad filios Ammon, ⁊ inuenit manū fortē, ⁊ populū copioſū, ⁊ Timotheū ducem ipſorum: ⁊ commiſit cū eis pręlia multa: ⁊ contriti ſunt in conſpectu eorum: ⁊ percuſſit eos, ⁊ cepit Gazer ciuitatem, ⁊ filias eius, ⁊ reuerſus eſt in Iudęam: ⁊ congregatę ſunt gentes quę ſunt in Galaad, aduerſus Iſraelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: ⁊ fugerunt in Datheman munitionē. ℟. Tu Domine. 314. Lect. iij.

ET miſerunt literas ad Iudam ⁊ fratres eius, dicentes: Congregatę ſunt aduerſum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: ⁊ parant venire, ⁊ occupare munitionem, in quā cōfugimus, ⁊ Timotheus eſt dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, ⁊ eripe nos de manibus eorū, quia cecidit multitudo de nobis: ⁊ omnes fratres noſtri, qui erāt in locis Tubin, interfecti ſunt: ⁊ captiuas duxerūt vxores eorū, ⁊ natos: ⁊ ſpolia, ⁊ peremerūt illic fere mille viros. ℟. Aperi. 314.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorū. L. j.

IN diebus quibus erat Iudas, ⁊ Ionathas in terra Galaad, ⁊ Simon frater eius in Galilęa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Ioſephus Zacharię filius, ⁊ Azarias princeps virtutis, res bene geſtas, ⁊ pręlia quę facta ſunt, ⁊ dixit: Faciamus ⁊ ipſi nobis nomen, ⁊ eamus pugnare aduerſus gentes quę in circuitu noſtro ſunt: ⁊ pręcepit iis, qui erant in exercitu ſuo: ⁊ abierunt Iamniam. ℟. Refulſit Sol. 313. Lectio ſecunda.

ET exiuit Gorgias de ciuitate, ⁊ viri eius obuiā illis in pugnam: ⁊ fugati ſunt Ioſephus ⁊ Azarias vſq; in fines Iudę, ⁊ ceciderunt illa die de populo Iſrael ad duo millia viri: ⁊ facta eſt plaga magna in populo, quia non audierunt Iudam, ⁊ fratres

Digitized by Google

fratres eius, existimantes fortiter ſe facturos. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, per quos ſalus facta eſt in Iſrael. ℞. Ornauerunt. 314. Lectio tertia.

ET viri Iuda magnificati ſunt valde in cõſpectu omnis Iſrael, ⁊ gentium omniũ: vbi audiebatur nomen eorum, ⁊ cõuenerunt ad eos fauſta acclamãtes, ⁊ exiuit Iudas, ⁊ fratres ei⁹, ⁊ expugnabant filios Eſau in terra, quę ad auſtrum eſt: ⁊ percuſſit Chebron, ⁊ filios eius, ⁊ muros eius, ⁊ turres ſuccendit igni in circuitu. Et mouit caſtra vt iret in terram alienigenarum: ⁊ perambulabat Samariã. In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prælium. ℞. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabęorũ. L. j.

6. ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, ⁊ audiuit eſſe ciuitatẽ Elymaidẽ in Perſide nobiliſſimã, ⁊ copioſam in argento, ⁊ auro, templumq; in ea locuples valde: ⁊ illic velamina aurea, ⁊ loricę, ⁊ ſcuta, quę reliquit Alexander Philippi, rex Macedo, qui regnauit primus in Gręcia. Et venit, et quęrebat capere ciuitatẽ, et deprędari eam, et non potuit: quoniam innotuit ſermo his, qui erant in ciuitate, et inſurrexerũt in prælium, et fugit inde, et abijt cum triſtitia magna, et reuerſus eſt in Babyloniã. Et venit qui nunciaret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra, quę erant in terra Iuda, et quia abijt Lyſias cum virtute forti in primis, et fugatus eſt a facie Iudęorũ. ℞. Adaperiat. 312. Lectio ſecũda.

ET inualuerũt armis, et viribus, et ſpolijs multis, quę ceperunt de caſtris, quę exciderunt: et quia diruerunt abominationem, quam ędificauerant ſuper altare, quod erat in Ieruſalem: et ſanctificationem, ſicut prius, circundederunt muris excelſis: ſed et Bethſuram ciuitatem ſuam. Et factum eſt vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit, et commotus eſt valde, et decidit in lectum, et incidit in languorem prę triſtitia, quia non factum eſt ei ſicut cogitabat: et erat illic per dies multos, quia renouata eſt in eo triſtitia magna, et arbitratus eſt ſe mori. ℞. Exaudiat. 313. Lectio iij.

ET vocauit omnes amicos ſuos, et dixit illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, et concidi, et corrui corde prę ſolicitudine, et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deueni, et in quos fluctus triſtitię in qua nũc ſum, qui iucundus eram, et dilectus in poteſtate mea: nunc vero reminiſcor malorum, quę feci in Ieruſalem, vnde et abſtuli omnia ſpolia aurea et argentea,

tea, que erant in ea, ⁊ miſi auferre habitantes Judeam ſine cauſa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala iſta: ⁊ ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. ℟. Congregati. 313.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

ca. 7 Anno cētesimo quinquageſimo primo exijt Demetri⁹ Seleuci filius ab vrbe Roma, ⁊ aſcendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam: ⁊ regnauit illic. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui: ⁊ venerunt ad eū viri iniq ⁊ impij ex Iſrael, ⁊ Alcim⁹ dux eorū, qui volebat fieri ſacerdos: ⁊ accuſauerunt populum apud regem dicentes: Perdidit Judas ⁊ fratres eius omnes amicos tuos, ⁊ nos diſperdidit de terra noſtra: nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat ⁊ videat exterminiū omne, qȯ fecit nobis ⁊ regionib⁹ regis, ⁊ puniat omnes amicos eius, ⁊ adiutores eorum. ℟. Impetum. 313. Lec. ij.

Et elegit rex ex amicis ſuis Bacchidē, qui dominabatur trās flumē magnū in regno, ⁊ fidelem regi: ⁊ miſit eum vt videret exterminium, quod fecit Judas. Sed ⁊ Alcimum impiū conſtituit in ſacerdotium: ⁊ mādauit ei facere vltionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt, ⁊ venerūt cum exercitu magno in terram Juda: ⁊ miſerunt nuncios: ⁊ locuti ſunt ad Judam, ⁊ ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno. ℟. Cōgregate ſunt. 313. L. iij.

Et conuenerunt ad Alcimum ⁊ Bacchidem congregatio ſcribarū requirere que iuſta ſunt: ⁊ primi Aſſidei, qui erant in filijs Iſrael: ⁊ exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus eſt cum eis verba pacifica: ⁊ iurauit illis dicens: Non inferemus vobis malum: neque amicis veſtris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis ſexaginta viros, ⁊ occidit eos in vna die, ſecundum verbum quod ſcriptum eſt. Carnes ſanctorum tuorum, ⁊ ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Jeruſalem, ⁊ non erat qui ſepeliret. ℟. Tua eſt potentia. 313.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Et audiuit Judas nomen Romanorū, quia ſunt potentes viribus: ⁊ acquieſcunt ad omnia que poſtulantur ab eis: ⁊ quicunq; acceſſerunt ad eos, ſtatuerūt cum eis amicitias, ⁊ quia ſunt potentes viribus. Et audierunt prelia eorum, ⁊ virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, ⁊ duxerūt ſub tributum, ⁊ quanta fecerunt in regione Hiſpanie, ⁊ quod in poteſta-

poteſtatem redegerunt metalla argenti & auri, quę illic ſunt, & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo, & patientia: locaq; quę longe erāt valde ab eis, & reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terrę contriuerunt, & percuſſerunt eos plaga magna: cęteri autē dant eis tributū omnibus annis. ℟. Refulſit. 313. Lec. ij.

Et elegit Judas Eupolemum filium Johannis, filij Jacob, & Jaſonem filiū Eleazari, & miſit eos Romā cōſtituere cum illis amicitiam, & ſocietatem: & vt auferrent ab eis iugū Gręcorum: quia viderunt q͂ in ſeruitutem premerent regnum Jſrael. Et abierunt Romā viā multam valde, & introierunt curiam, & dixerunt: Judas Machabęus, & fratres eius, & populus Judęorum miſerunt nos ad vos, ſtatuere vobiſcum ſocietatem, & pacem, & conſcribere nos ſocios, & amicos veſtros. Et placuit ſermo in conſpectu eorū: & hoc reſcriptum eſt, quod reſcripſerunt in tabulis ęreis, & miſerunt in Jeruſalem, vt eſſet apud eos ibi memoriale pacis, & ſocietatis. ℟. Ornauerūt. 314. L. iij.

Bene ſit Romanis, & genti Judęorū in mari & in terra in ęternū: gladiuſq; & hoſtis procul ſit ab eis. Quod ſi inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſocijs eorum: in omni dominatione eorum, auxilium feret gens Judęorum, prout tēpus dictauerit, corde pleno: & pręliantibus non dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticū, arma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & ſi genti Judęorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tēpus permiſerit. ℟. In hymnis & conf. 314.

Sabb. ante dñicam iij. Octob. Ad Magnificat. Antiphona.

Lugebat autem Judam Jſrael planctu magno, & dicebat: Quomodo cecidiſti potens in pręlio, qui ſaluū faciebas populū dñi.

DOMINICA III. Octobris.

De libro j. Machabęorū. L. j.

Praeterea, vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor, & exercitus eius in pręlio, appoſuit Bacchidem, & Alcimū rurſum mittere in Judęam, & dextrum cornu cum illis: & abierunt viam quę ducit in Galgala, & caſtra poſuerunt in Maſaloth, quę eſt in Arbellis, & occupauerunt eā: & peremerunt animas hominū multas. In menſe primo anni centeſimi & quinquageſimi ſecūdi, applicuerunt exercitū ad Jeruſalem, & ſurrexerunt, & abierunt in Berēam viginti millia virorum, & duo millia equitum. ca. 9.

Et

Et Judas poſuerat caſtra i Laiſa, ⁊ tria millia viri electi cū eo. Et viderunt multitudinē exercitus, quia multi ſunt: ⁊ timuerunt valde: ⁊ multi ſubtraxerūt ſe de caſtris: ⁊ non remanſerunt ex eis, niſi octingenti viri. ℟. Adaperiat. 312. Lectio ſecūda.

Et vidit Judas q͡ defluxit exercitus ſuus, ⁊ bellū ꝑurgebat eū, ⁊ confractus eſt corde, q2 nō habebat tempus cōgregandi eos: ⁊ diſſolutus eſt, ⁊ dixit iis, q reſidui erant: Surgamus, ⁊ eam⁹ ad aduerſarios noſtros: ſi poterimus pugnare aduerſus eos. Et auertebant eum dicentes: Nō poterimus: ſed liberemus aīas nr̄as modo, ⁊ reuertamur ad fratres nr̄os: ⁊ tūc pugnabimus aduerſus eos, nos autē pauci ſumus. Et ait Judas: Abſit iſtā rē facere, vt fugiam⁹ ab eis: ⁊ ſi appropiauit tempus noſtrū, moriamur in virtute ꝓpter fratres nr̄os, ⁊ nō inferamus crimē glorię nr̄ę. Et mouit exercitus de caſtris, ⁊ ſteterunt illis obuiam: ⁊ diuiſi ſunt equites in duas partes: ⁊ fundibularii, ⁊ ſagittarii pręibāt exercitū, ⁊ primi certaminis omnes potentes. ℟. Exaudiat dñs. 313. Lec. iii.

Bacchides autē erat in dextro cornu: ⁊ proximauit legio ex duabus partibus, ⁊ clamabant tubis. Exclamauerūt autē ⁊ ii qui erant ex parte Judę etiā ipſi: ⁊ commota eſt terra a voce exercituum, ⁊ cōmiſſum eſt pręlium a mane vſq; ad veſperam. Et vidit Judas q͡ firmior eſt pars exercitus Bacchidis i dextris: ⁊ conuenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde, ⁊ cōtrita eſt dextera pars ab eis, ⁊ perſecutus eſt eos vſq; ad montē Azoti: ⁊ qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt quod cōtritū eſt dextrū cornu, ⁊ ſecuti ſunt poſt Judam, ⁊ eos, qui cum ipſo erant, a tergo: ⁊ ingrauatum eſt prelium. ⁊ ceciderunt vulnerati multi ex his, ⁊ ex illis: ⁊ Judas cecidit: ⁊ cęteri fugerunt. Et Jonathas, ⁊ Simon tulerunt Judā fratrem ſuum, ⁊ ſepelierunt eum in ſepulcro patrū ſuorum in ciuitate Modin, ⁊ fleuerunt eum omnis populus Iſrael planctu magno. ℟. Congregati ſunt. 313.

Ex libro Officiorū ſancti Ambroſii epiſcopi. Lectio quarta.

Quia fortitudo non ſolum ſecundis rebus, ſed etiam aduerſis probat, ſpectemus Judę Machabęi exitum. Is enim poſt victum Nicanorem, regis Demetrii ducē, ſecurior aduerſus viginti millia exercitus regis, cum octingentis viris bellū adortus, volentibus his cederē ne multitudine opprimerent, glorioſam magis mortē, quam turpem fugā ſuaſit: Ne crimē, inquit, noſtrę relinquamus glorię. Itaque commiſſo prelio cū a primo ortu diei in veſperam

dimi

Digitized by Google

dimicaretur, dextrum cornu, in quo validiſſimam manum aduertit hoſtium, aggreſſus, facile auertit: ſed dum fugientes ſequitur, a tergo vulneri locum prębuit. Itaque glorioſiorez triumphis locuz mortis inuenit. ℞. Impetum. fo.313. Lectio v.

Quid Jonathã fratrē eius attexam? qui cum parua manu aduerſus exercitus regios pugnans, deſertus a ſuis ⁊ cum duobus tãtum relictus, reparauit bellum, auertit hoſtem, fugientes ſuos ad ſocietatem reuocauit triumphi. Habes fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honeſti ac decori forma eſt, quod mortem ſeruituti pręferat, ac turpitudini. Quid autem de martyrũ dicam paſſionibus? Et ne longius vagemur, num minorem de ſuperbo rege Antiocho Machabęi pueri reuexerunt triumphuz, quam parentes proprij? ſiquidem illi armati, iſti ſine armis vicerũt. ℞. Congregatę.313. Lectio ſexta.

Stetit inuicta ſeptem puerorũ cohors regijs cincta legionibus, ⁊ defecerunt ſupplicia, ceſſerunt tortores: nõ defecerunt martyres: alius corium capitis exutus ſpeciez mutauerat, virtutez auxerat. Alius, linguã iuſſus amputandam promere, reſpondit, Non ſolos dominus audit loquentes, qui audiebat Moyſen tacentem: plus audit tacitas cogitationes ſuorũ, quã voces omnium. Linguę flagellum times, flagellum ſanguinis non times? Habet ⁊ ſanguis vocem ſuam, qua clamat ad Deũ, ſicut clamauit in Abel. ℞. Tua eſt potentia. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabeorũ. L. j.

Et congregati ſunt omnes amici Judę, ⁊ dixerunt Jonathę: Ex quo frater tuus Judas defunctus eſt, vir ſimilis ei nõ eſt, q exeat cõtra inimicos noſtros, Baccbidem, ⁊ eos qui inimici ſũt gẽtis noſtrę. Nũc itaqz te hodie eligimus eſſe p eo nobis in principem, ⁊ ducẽ ad bellandum bellum noſtrum. Et ſuſcepit Jonathas tẽpore illo principatum, ⁊ ſurrexit loco Judę fratris ſui. Et cognouit Baccbides: ⁊ quęrebat eum occidere. ca.9. ℞. Dixit Judas.314. Lect.ij.

Et cognouit Jonathas, ⁊ Simõ frater eius et oẽs q cum eo erant, et fugerunt in deſertum Thecuę, et conſederunt ad aquam lacus Aſphar. Et cognouit Baccbides: et die ſabbathorum venit ipſe, et oĩs exercitus eius trans Jordanez, et Jonathas miſit fratrem ſuũ ducez populi, et rogauit Nabuthęos amicos ſuos, vt commodarent illis apparatum ſuum qui erat copioſus, et exierunt filij Jambri ex Madaba, et comprehẽderunt Johannem, et omnia, quę habebat,

habebat, ⁊ abierunt habẽtes ea. ℟. Ornauerunt. fo. 314. L. iij.

POſt hęc verba renũciatũ eſt Jonathę, ⁊ Simoni fratri eius, quia filij Jambri faciũt nuptias magnas, ⁊ ducũt ſpõſaʒ ex Madaba filiaʒ vnius de magnis principibus Chanaan cũ ambitione magna, ⁊ recordati ſunt ſanguinis Johãnis fratris ſui, ⁊ aſcenderunt, ⁊ abſconderunt ſe ſub tegumento montis, ⁊ eleuauerunt oculos, ⁊ viderunt, ⁊ ecce tumultus, ⁊ apparatus multus: ⁊ ſponſus proceſſit, ⁊ amici eius, ⁊ fratres eius obuiam illis cũ tympanis, ⁊ muſicis, ⁊ armis multis: ⁊ ſurrexerunt ad eos ex inſidijs, ⁊ occiderunt eos. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabęorũ. L. j.

ca. 12 ET vidit Jonathas, quia tempus eum iuuat: ⁊ elegit viros, ⁊ miſit eos Romam ſtatuere, ⁊ renouare cũ eis amicitiam: ⁊ ad Spartiatas, ⁊ ad alia loca miſit epiſtolas ſecundũ eãdẽ formam: ⁊ abierũt Romã, ⁊ intrauerunt curiam, ⁊ dixerũt: Jonathas, ſummus ſacerdos, ⁊ gens Judęorũ miſerunt nos, vt renouaremus amicitiam, ⁊ ſocietatẽ ſm priſtinum: ⁊ dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca, vt reducerent eos in terram Juda cũ pace. ℟. Hic eſt. 314. Lect. ij.

ET hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit Jonathas Spartiatis. Jonathas, ſummus ſacerdos, ⁊ ſeniores gẽtis, ⁊ ſacerdotes, ⁊ reliquus populus Judęorum Spartiatis fratribus ſalutem. Jampridẽ miſſę erant epiſtolę ad Oniam ſummum ſacerdoteʒ a Dario, qui regnabat apud vos: quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptũ continet, quod ſubiectũ eſt: ⁊ ſuſcepit Onias virum qui miſſus fuerat, cũ honore: ⁊ accepit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate, ⁊ amicitia. ℟. Tu dñe. 314. Lect. iij.

NOs enim cum nullo horũ indigeremus, habẽtes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, ⁊ amicitiam: ne forte alieni efficiamur a vobis. Multa eniʒ tempora tranſierunt ex quo miſiſtis ad nos. Nos ergo in omni tempore ſine intermiſſione in diebus ſolennibus, ⁊ cęteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificijs, quę offerimus, ⁊ in obſeruationibus, ſicut fas eſt, ⁊ decet meminiſſe fratrũ. ℟. Aperi oculos. fol. 314.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machabęorũ. L. j.

ca. 1 ET cuʒ cogitaſſet Tryphon regnare Aſię, ⁊ aſſumere diadema, ⁊ extendere manũ in Antiochum regem, timens ne forte non permitteret eũ Jonathas, ſi pugnaret aduerſus eũ, quęrebat comprehendere eum,

⁊ occi

⁊ occidere: ⁊ exurgens abijt in
Bethſan, ⁊ exiuit Jonathas ob
uiam illi cum quadraginta mil
libus viroꝛū electoꝛum in pꝛe
liū, ⁊ venit Bethſā: ⁊ vidit Try
phon, quia venit Jonathas cū
exercitu multo, vt extēderet in
eum manus, ⁊ timuit, ⁊ excepit
eum cū honoꝛe, ⁊ cōmendauit
eū oībus amicis ſuis, ⁊ dedit ei
munera: ⁊ pꝛecepit exercitibus
ſuis, vt obedirent ei ſicut ſibi.
℟. Refulſit fol. 313. Lectio ij.

Et dixit Jonathe: quid ve
xaſti vniuerſum populum,
cum bellū nobis non ſit? ⁊ nūc
remitte eos in domos ſuas: elige
autē tibi viros paucos, qui te
cum ſint, ⁊ veni mecum Ptole
maidam, ⁊ tradam eā tibi, ⁊ re
liqua pꝛeſidia, ⁊ exercitū, ⁊ vni
uerſos pꝛepoſitos negocij: ⁊ cō
uerſus abibo: pꝛopterea enim ve
ni. Et credidit ei, ⁊ fecit ſicut di
xit: ⁊ dimiſit exercitū, ⁊ abierūt
in terram Juda: retinuit autem
ſecum tria millia viroꝛum: ex q
bus remiſit in Galileā duo mil
lia: mille autē venerunt cū eo.
℟. Oꝛnauerunt. 314. Lectio iij.

Cum autem intrauit Ptole
maidā Jonathas, clauſe
runt poꝛtas ciuitatis Ptolemē
ſes, ⁊ compꝛehenderunt eum: ⁊
oēs, q cū eo intrauerant, gladio
interfecerūt. Et miſit Tryphon
exercitū, ⁊ equites in Galileā,
⁊ in campum magnum, vt per
derent omnes ſocios Jonathę.
At illi cum cognouiſſent, quia
compꝛehenſus eſt Jonathas, ⁊
perijt, ⁊ omnes qui cū eo erant:
hoꝛtati ſunt ſemetipſos, ⁊ exie
runt pariter in pꝛeliū. Et viden
tes ij, qui inſecuti fuerāt, qꝛ pꝛo
anima res eſt illis, reuerſi ſunt:
illi autē venerūt omnes cū pace
in terram Juda, ⁊ planxerunt
Jonathā, ⁊ eos qui cū ipſo erāt
valde. ℟. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro j. Machabeoꝛū. L. j.

Et audiuit Simō quod cō
gregauit Tryphon exerci
tum copioſū, vt veniret in ter
rā Juda, ⁊ attereret eā. Et vi
dens quia in tremoꝛe populus
eſt ⁊ in timoꝛe, aſcendit Jeruſa
lem, ⁊ congregauit populū, ⁊
adhoꝛtans dixit: Uos ſcitis,
quanta ego, ⁊ fratres mei, ⁊ do
mus patris mei, fecimus pꝛo le
gibus, ⁊ pꝛo ſanctis pꝛelia, ⁊ an
guſtias quales vidimus: hoꝛū
gratia perierunt fratres mei oēs
pꝛopter Jſrael, ⁊ relictus ſum
ego ſolus. Et nunc non mihi cō
tingat parcere alę meę in oī tpe
tribulationis: non enim melioꝛ
ſum fratribus meis. Uindicabo
itaqꝫ gentē meā, ⁊ ſancta, natos
quoque noſtros, ⁊ vxoꝛes: quia
congregatę ſunt vniuerſę gen
tes cōterere nos inimicitię gra
tia. ℟. Adaperiat. 312. L. ij.

Et accenſus eſt ſpiritus po
puli ſimul vt audiuit ſer
mones iſtos: ⁊ reſponderūt vo

ce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Iudę & Ionathę fratris tui: pugna prœlium nostrum: & oia, quęcunque nobis dixeris, faciemus. Et congregans oēs viros bellatores: accelerauit cō ſummare vniuerſos muros Ieruſalem, & muniuit eam in gyro. Et miſit Ionatham filium Abſalomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis iis qui erant in arce, remanſit illic ipſe. Et mouit Trypho a Ptolemaide cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in cuſtodia: Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi. ℟. Exaudiat. folio. 313. Lectio tertia.

Et vt cognouit Trypho, quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathę, & qa cōmiſſurus eſſet cum eo prœlium, miſit ad eum legatos, dicens: Pro argento, qḋ debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negocia quę habuit, detinuimus eum: & nunc mitte argēti talenta centum, & duos filios eius obſides, vt non dimiſſus fugiat a nobis, & remittemus eum. Et cognouit Simon, qa cum dolo loqueretur ſecū: iuſſit tamē dari argentum & pueros, ne inimicitiam magnā ſumeret ad populū Iſrael, dicentē: quia non miſit ei argētum, & pueros, propterea perijt. Et miſit pueros, & centum talenta: & mentitus eſt, & non dimiſit Ionathā. ℟. Congregati ſunt. 313.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabęorū. L. j.

Et auditū eſt Romę, quia defunctus eſſet Ionathas, & vſque in Spartiatas, cōtriſtati ſunt valde. Et audierunt autem quod Simon frater eius factus eſſet ſumm⁹ ſacerdos loco eius, & ipſe obtineret omnem regionem, & ciuitates in ea: ſcripſerūt ad eum in tabulis ęreis, vt renouarent amicitias, & ſocietatem quam fecerant cum Iuda, & cū Ionatha, fratribus eius: & lectę ſunt in cōſpectu Eccleſię in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum quas Spartiatę miſerunt. ℟. Imperium. 313. L. ij.

Spartianorum principes, & ciuitates, Simoni ſacerdoti magno, & ſeniorib⁹, & ſacerdotibus, & reliquo populo Iudęorum, fratribus, ſalutem. Legati qui miſſi ſunt ad populum noſtrum, nunciauerunt nobis de veſtra gloria, & honore, & lętitia: & gauiſi ſumus in introitu eorum: & ſcripſimus, quę ab eis erant dicta in conſilijs populi, ſic: Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius, legati Iudęorum venerūt ad nos renouātes nobiſcū amicitiā priſtinam. Et placuit populo excipere viros glorioſe, & ponere exemplū ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriam

populo Spartiatarum. Exem-
plum autem horum ſcripſimus
Simoni, magno ſacerdoti. ℟.
Congregatę ſunt. 313. Lect. iij.

POſt hęc autē miſit Simō
Numenium Romā, ha-
bentem clypeum aureū magnū
pondo minarū mille, ad ſtatuē-
dam cum eis ſocietatem. Cum
autē audiſſet populus Roma-
nus ſermones iſtos, dixerunt:
Quam gratiarū actionē red-
demus Simoni, ⁊ filijs eius?
Reſtituit enim ipſe fratres ſuos,
⁊ expugnauit inimicos Iſrael
ab eis: ⁊ ſtatuerunt ei libertatē,
⁊ deſcripſerūt in tabulis ęreis, ⁊
poſuerunt in titulis in monte
Sion. ℟. Tua eſt potētia. 313.

SABBATHO.

De libro j. Machabęorū. L. j.

c.16 SImon autē perambulans
ciuitates, quę erant in re-
gione Iudęę, ⁊ ſolicitudinē ge-
rens earum deſcendit in Ieri-
cho, ipſe ⁊ Mathathias filius
eius, ⁊ Iudas, anno centeſimo
ſeptuageſimo ſeptimo, mēſe vn-
decimo: hic eſt menſis Sabath.
Et ſuſcepit eos filius Abobi in
munitiunculam, quę vocatur
Doch, cum dolo quam ędifica-
uit: ⁊ fecit eis conuiuiū magnū,
⁊ abſcondit illic viros. Et cū
inebriatus eſſet Simon, ⁊ filij
eius, ſurrexit Ptolemęus cum
ſuis, ⁊ ſumpſerunt arma ſua, ⁊
intrauerunt in conuiuium, ⁊ oc
ciderūt eū, ⁊ duos filios eius, ⁊
quoſdā pueros eius: ⁊ fecit de-
ceptionē magnā in Iſrael, ⁊ red
didit mala ꝑ bonis. ℟. Reful-
ſit Sol. 313. Lectio ſecunda.

ET ſcripſit hęc Ptolemę-
us, ⁊ miſit regi, vt mitte-
ret ei exercitum in auxilium ⁊
traderet ei regionem, ⁊ ciuita-
tes eorum, ⁊ tributa. Et miſit
alios in Gazaram tollere Io-
hannem: ⁊ tribunis miſit epiſto
las, vt venirent ad ſe, ⁊ daret eis
argentum, ⁊ aurum, ⁊ dona: ⁊
alios miſit occupare Ieruſalē,
⁊ montem templi. Et pręcur-
rens quidam nunciauit Iohan
ni in Gazara, quia perijt pater
eius, ⁊ fratres eius, ⁊ quia miſit
te quoq; interfici. ℟. Ornaue
runt. folio. 314. Lectio tertia.

VT audiuit autē, vehemē-
ter expauit, ⁊ comprehen
dit viros q venerant perdere
eum, ⁊ occidit eos: cognouit
enim, qa quęrebant eū ꝑdere. Et
cętera ſermonū Iohannis, ⁊ bel
lorū eius, ⁊ bonarū virtutum
quibus fortiter geſſit, ⁊ ędificij
murorū, quos extruxit, ⁊ rerū
geſtarum eius: ecce hęc ſcripta
ſunt in libro dierum ſacerdotij
eius, ex quo factus eſt princeps
ſacerdotum poſt patrem ſuum.
℟. In hymnis. folio. 314.

Sabbato ante Dnica. iiij. Octob.
Ad Mag. Añ. Exaudiat dñs
orationes veſtras, ⁊ reconciliet
vobis, nec vos deſerat in tempo
re malo dominus deus noſter.

Digitized by Google

DOMINICA II. Octobris.

Incipit liber ij. Machab. L. j.

FRatribus, q ſunt p Aegyptũ, Iudeis ſalutem dicunt fratres, q ſunt in Jeroſolymis Iudei, ⁊ q in regione Iudea, ⁊ pacẽ bonam. Benefaciat vobis Deus, ⁊ meminerit teſtamenti ſui qd locutus eſt ad Abraham, ⁊ Iſaac, ⁊ Jacob, ſeruorum ſuorum fideliũ; ⁊ det vobis cor omnibus, vt colatis eũ, ⁊ faciatis eius voluntatem corde magno, ⁊ animo volenti. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, ⁊ in preceptis ſuis, ⁊ faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras, ⁊ reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis. Re. Adaperiat dominus. fo. 312.

Re. vii Dñica j. Octobris. L. ij.

FActuri igit quinta, ⁊ viceſima die mẽſis Caſleu purificationem templi, neceſſariũ duximus ſignificare vobis: vt ⁊ vos quoq; agatis diẽ ſcenophegie, ⁊ diẽ ignis qui datus eſt, quãdo Nehemias edificato tẽplo, ⁊ altari, obtulit ſacrificia. Nam cũ in Perſidẽ ducerẽtur patres noſtri, ſacerdotes, q tunc cultores Dei erãt, acceptũ ignẽ de altari occulte abſconderunt in valle, vbi erat puteus altus, ⁊ ſiccus, ⁊ in eo cõtutati ſunt eũ, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Re. Exaudiat. 313. L. e. iij.

CUm autẽ preteriiſſent anni multi, ⁊ placuiſſet deo vt mitteretur Nehemias a rege Perſidis: nepotes ſacerdotum illorũ q abſconderant, miſit ad requirẽdum ignem: ⁊ ſicut narrauerunt nobis, nõ inuenerunt ignẽ, ſed aquam craſſã: ⁊ iuſſit eos haurire, ⁊ afferre ſibi: ⁊ ſacrificia, q impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi aqua ipſa, ⁊ ligna, q erant ſuperpoſita. Utq; hoc factum eſt, ⁊ tempus affuit quo ſol refulſit, q prius erat in nubilo, accẽſus eſt ignis magnus, ita vt oẽs mirarentur. Re. Congregati. 313.

Ex tractatu s. Iohan. Chryſoſtomi ſup pſalmos. Lectio iiij.

DEus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis opus, qd operatus eſt in dieb' eoꝝ. Hunc pſalmum dicit quidam propheta: dicit autem non ex perſona propria, ſed ex pſona Machabeorum, narrans ⁊ predicens que futura erant illo tempore. Tales enĩ ſunt ꝓphete: omnia tempora percurrunt, preſentia, preterita, ⁊ futura. Quinam fũt autẽ hi Machabei, quidq; paſſi ſunt, ⁊ quid fecerint, neceſſarium eſt primum dicere, vt ſint apertiora que in argumento dicuntur. Hi enim, cum inuaſiſſet Iudeã Antiochus, q dictus eſt Epiphanes,

Epiphanes, tota deuaſtaſſet, et multos, qui tunc erāt, a patrijs inſtitutis reſilire coegiſſet, permanſerunt illeſi ab illius tentationibus. ℞. Impetus. 313. L. v.

Et quando grauia quidem bellū ingruebat, nec quicquā poſſēt facere qđ prodeſſet, ſe abſcōdebāt: nā hoc quoqȝ fecerunt apoſtoli: non enim ſemper apparentes in medio ibant periculo, ſed nōnunquā et fugiētes, et latentes ſecedebāt. Poſteaquam autem parū reſpirarunt, tanquam generoſi quidā catuli ex antris exilientes, et e latebris emergentes, ſtatuerūt nō ſe amplius ſolos ſeruare, ſed etiam alios quoſcunqȝ poſſent: et ciuitatem, et omnem regionem obeuntes, collegerūt quotquot inuenerunt adhuc ſanos, et integros, et multos etiam qui laborabant, et corrupti erāt, in ſtatum priſtinum redegerunt, eis perſuadentes redire ad legē patriā. ℞. Congregatę. 313. L. vi.

Deum enim dicebant eſſe benignum, et clementem nec vnquam adimere ſalutem, quę proficiſcitur ex pęnitentia: hec autem dicentes habuerunt delectum fortiſſimorum virorū. Non enim pro vxoribus, liberis, et ancillis, patrięque euerſione et captiuitate, ſed pro lege et patria republica pugnabāt. Eorum autem dux erat Deus. Cū ergo aciem dirigerent, et ſuas animas prodigerent, fundebāt aduerſarios, non armis fidētes, ſed loco omnis armaturę, pugnę cauſā ſufficere ducētes. Ad bellū autē euntes, non tragędias excitabāt: nō pęanas canebāt, ſicut nonnulli faciūt: non aſciuerunt tibicines, vt fit in alijs caſtris: ſed de ſupernis auxilium inuocabāt, vt adeſſet, opem ferret, et manum prēberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. ℞. Tua eſt potētia. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro ij. Machabęorū. L. j.

Inuenitur autem in deſcriptionibus Jeremię prophetę, quod iuſſit eos ignē accipere qui tranſmigrabant, vt ſignificatum eſt, et vt mandauit tranſmigratis. Et dedit illis legē ne obliuiſcerentur pręcepta dñi, et vt nō exerrarent mentibus, videntes ſimulacra aurea et argētea, et ornamenta eorū. Et alia huiuſmodi dicens hortabatur, ne legem amouerēt a corde ſuo. ℞. Dixit Judas. 314. Lectio ij. ca. 2

Erat autē in ipſa ſcriptura, quomodo tabernaculū et arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecū, vſquequo exijt in montem, in quē Moyſes aſcendit, et vidit dei hereditatē. Et veniēs ibi Jeremias inuenit locū ſpeluncę, et tabernaculū, et arcā, et altare incenſi intulit illuc, et oſtium obſtruxit. Et acceſſerunt quidam

ſimul qui ſequebant, vt notarẽt ſibi locũ, ⁊ nõ potuerũt inuenire. ℟. Ornauerunt. 314. ℣. iij.

Vt autem cognouit Jeremias culpans illos, dixit, Quod ignotus erit locus donec congreget Deus cõgregationẽ populi, ⁊ ppitius fiat: ⁊ tũc dñs oſtendet hęc, ⁊ apparebit maieſtas dñi, ⁊ nubes erit, ſicut ⁊ Moyſi manifeſtabatur, ⁊ ſicut cũ Salomon petijt, vt locus ſanctificaretur magno Deo, manifeſtabat hęc. Magnifice enim ſapientiã tractabat: ⁊ vt ſapientiaꝫ habens obtulit ſacrificium dedicationis, ⁊ cõſummationis templi. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro ij. Machab. Lectio j.

ca. 3 Igitur cũ ſancta ciuitas habitaretur in omni pace: leges etiaꝫ adhuc optime cuſtodirentur propter Onię pontificis diſpoſitionem, ⁊ pietatẽ, ⁊ animos odio habẽtes mala: fiebat, vt ⁊ ipſi reges ⁊ principes locũ ſummo honore dignũ ducerẽt, ⁊ tẽplũ maximis muneribus illuſtrarent, ita vt Seleucus, Aſię rex, de redditibus ſuis pręſtaret omnes ſumptus ad miniſteriuꝫ ſacrificiorum pertinẽtes. Simõ autem de tribu Beniamin, prępoſitus templi conſtitutus contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquuꝫ aliquid in ciuitate moliri. ℟. Hic eſt fratrum. 314. Lectio ſecunda.

Sed cũ vincere Oniã non poſſet, venit ad Apollonium Tharſeę filiũ, qui eo tempore erat dux Celeſyrię, ⁊ Phenices: ⁊ nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenuꝫ eſſe ęrarium Jeroſolymis, ⁊ cõmunes copias immẽſas eſſe, quę nõ pertinent ad rationem ſacrificiorũ: eſſe autẽ poſſibile, ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cumqꝫ retuliſſet ad regẽ Apollonius de pecunijs, quę delatę erant, ille accitum Heliodorum, qui erat ſuper negocia eius, miſit cum mandatis vt prędictaꝫ pecuniã trãſportaret. Statimqꝫ Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Celeſyriam, ⁊ Phenicen, ciuitates eſſet peragraturus, re vera autẽ regis propoſitum perfecturus. ℟. Tu domine. 314. Lectio iij.

Sed cum veniſſet Jeroſolymã, ⁊ benigne a ſũmo ſacerdote eſſet accept⁹, narrauit de dato indicio pecuniarũ: ⁊ cuius rei grã adeſſet, aperuit. Interrogabat autẽ ſi vere hęc ita eſſent. Tũ ſummus ſacerdos oſtẽdit depoſita eſſe hęc victualia viduarum, ⁊ pupillorum, quędã vero eſſe Hircani Tobię, viri valde eminentis, in his quę detulerat impius Simon: vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta, ⁊ auri ducenta: decipi vero eos, q crediſſent loco ⁊ tẽplo, quod per vniuerſuꝫ mundum

mundum

Digitized by Google

mundū honorātur, pro ſui veneratione & sāctitate, oīno impoſſibile eſſe. ℞. Aperi ocul. 314.

FERIA QVARTA.

De libro ij. Machabęorū. L. j.

c.3 Heliodorus autē, quod decreuerat, perficiebat eodē loco ipſe cū ſatellitibus, circa ęrariū pręſens. Sed ſpiritus omnipotentis dei magnam fecit ſuę oſtenſionis euidentiā, ita vt omnes, qui auſi fuerant parere ei, ruētes Dei virtute, in diſſolutionē & formidinē cōuerterent. Apparuit enī illis quidā equus terribilem habens ſeſſorē, optimis operimentis adornatus, isque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit: qui autē ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. ℞. Refulſit. 313. Lectio ſcda.

Alij etiam apparuerūt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu: qui circūſteterūt eū, & ex vtraq; parte flagellabāt, ſine intermiſſione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus cōcidit in terrā, eumq; multa caligine circumfuſū rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is, qui cū multis curſoribus, & ſatellitibus pręd ictum ingreſſus eſt ęrarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferēte, manifeſte dei cognita virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe, & ſalute priuatus. ℞. Ornauerunt. 314. Lectio iij.

Conſiderās autē ſummus ſacerdos, ne forte rex ſuſpicaretur malitiam aliquā ex Iudęis circa Heliodorum conſummatā, obtulit pro ſalute viri hoſtiā ſalutarē: cūq; ſūmus ſacerdos exoraret, ijdē iuuenes eiſdē veſtibus amicti, aſtātes Heliodorō, dixerūt: Onię ſacerdoti gratias age: nā propter eū dñs tibi vitā donauit: tu aūt a deo flagellatus nūcia oībus magnalia Dei & poteſtatem. Et his dictis, non paruerūt. ℞. In hymnis. 314.

Si hęc hebd. fuerit vlt. Octob. in tribus ſeq. ferijs leguntur lectio. Dñicę v. & vj. & iiij. fer. eiuſdem hebdo. Quod ſi forte fer. v. & vj. impeditę fuerint, vt non poſſint in eis poni huiuſmodi lectiones, tunc legendę erunt, partim in hac feria quarta, partim Sabbatho ſequenti.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machabęorū. L. j.

Simon autē prędictus pecuniarū, & patrię delator, male loquebat de Onia, tanquā ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hęc, & ipſe fuiſſet inuentor malorum: prouiſoremque ciuitatis ac defenſorē gentis ſuę & ęmulatorem legis Dei, audebat inſidiatorem regni dicere. Sed cū inimicitię in tantū procederent, vt etiam per quoſdā Simonis neceſſarios homicidia fierent: conſiderans Onias periculum 4.c.

contentionis, ⁊ Apollonii in-
ſanire, vtpote ducēs Celeſyrię,
⁊ Phenices, adaugendam ma-
litiam Simonis, ad regem ſe
contulit, non vt ciuium accuſa-
tor, ſed communem vtilitatem
apud ſemetipſuȝ vniuerſę mul-
titudinis cōſiderans. ℟. Ad-
aperiat. ꝫc. Lectio ſecunda.

Videbat enim, ſine regali
prouidētia impoſſibile eſſe
pacē rebus dari, nec Simoneȝ
poſſe ceſſare a ſtultitia ſua. Sed
poſt Seleuci vitę exceſſum, cuȝ
ſuſcepiſſet regnū Antiochus, q
Nobilis appellabat, ambiebat
Iaſon frater Onię ſummū ſacer-
dotium adito rege, promittens
ei argenti talenta trecenta ſexa-
ginta, ⁊ ex redditibus alijs talē-
ta octoginta: ſuper hoc promit-
tebat, ⁊ alia centū quinquagin-
ta, ſi poteſtati eius concederet
gymnaſiuȝ, ⁊ ephebiam ſibi cō-
ſtituere, ⁊ eos, qui in Ieroſoly-
mis erāt, Antiochenos ſcribe-
re. ℟. Exaudiat. ꝫc. Lec. iij.

Quod cum rex annuiſſet,
⁊ obtinuiſſet principatū,
ſtatim ad gentilem ritum con-
tribules ſuos transferre cępit:
⁊ amotis his, quę humanitatis
cauſa Iudęis a regibus fuerant
conſtituta, ⁊ p Iohannē patreȝ
Eupolemi, qui apud Romanos
de amicitia, ⁊ ſocietate functus
eſt legatione legitima, ciuium
iura deſtituens, praua inſtituta
ſanciebat. ℟. Congregati. ꝫc.

FERIA SEXTA.

De libro ij. Machabeorū. L. j.

Eodem tēpore Antiochus 5.c
ſecundam profectionē pa-
rauit in Aegyptum. Cōtigit au-
tē per vniuerſam Ieroſolymorꝫ
ciuitatē videri in dieb⁹ quadra-
ginta per aera equites diſcurrē-
tes, auratas ſtolas habentes, ⁊
haſtas quaſi cohortes armatas,
⁊ curſus equorū per ordines di-
geſtos, ⁊ cōgreſſiones fieri cōmi-
nus, ⁊ ſcutorꝫ motus, ⁊ galeatorꝫ
multitudinē gladiis diſtrictis.
⁊ telorꝫ iactus, ⁊ aureorꝫ armorꝫ
ſplendoreȝ, omnis qꝫ generis lori-
carū. Quapropter omnes roga-
bant in bonum monſtra conuer-
ti. ℟. Impetum. ꝫc. Le. ij.

Sed cū falſus rumor exiſ-
ſet, tanquam vita exceſſiſ-
ſet Antiochus, aſſumptis Iaſon
non minus mille viris, repente
aggreſſus eſt ciuitatem: ⁊ ciui-
bus ad murū cōuolantibus, ad
vltimum apprehenſa ciuitate,
Menelaus fugit in arcem: Ia-
ſon vero non parcebat in cęde
ciuibus ſuis, nec cogitabat, pro-
ſperitatem aduerſum cognatos,
malum eſſe maximuȝ, arbitrās
hoſtium, ⁊ nō ciuiuȝ ſe trophęa
capturuȝ. Et principatū quidē
nō obtinuit, finē vero inſidiarū
ſuarum confuſionem accepit, ⁊
profugus iterum abijt in Amma-
nitē. ℟. Cōgregati. ꝫc. L. iiij.

Ad vltimum in exitium ſui
cōcluſus ab Areta Ara-
bum

Digitized by Google

bum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odioſus, vt refuga legum, & execrabilis, vt patriæ & ciuium hoſtis, in Aegyptũ extruſus eſt: & q multos de patria ſua expulerat, peregre perijt Lacedęmona profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus. Et qui inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamentatus. & inſepultus abijcitur, ſepultura neq; peregrina vſus, neq; patrio ſepulcro participãs. ℟. Tua eſt potẽtia. 313.

SABBATHO.

De libro ij. Machabeorũ. Le. j.

a.6 Miſit rex Antiochus ſenẽ quendã Antiochenum, q cõpelleret Iudæos vt ſe transferrẽt a patrijs, & Dei legibus: contaminare etiam quod in Jeroſolymis erat templũ, & cognominare Jouis Olympij: & in Garizim, prout erant ij, qui locum inhabitabant, Jouis hoſpitalis. Peſſima aũt, & vniuerſis grauis erat malorũ incurſio: nã & tẽplũ luxuria & comeſſationibus gentium erat plenum, ſcortantium cum meretricibus: ſacratiſq; ędibus mulieres ſe vltro ingerebant, intro ferentes ea, quę non licebat. ℟. Refulſit. 313. Le. ij.

Altare etiam plenũ erat illicitis, quę legibus prohibebãt: neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur: nec ſimpliciter Iudæum ſe eſſe quiſquam confitebatur. Ducebant autem cum amara neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia: & cũ Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circumire. Decretum autem exijt in proximas gentilium ciuitates ſuggerentibus Ptolemęis, vt pari modo & ipſi aduerſus Judęos agerent, vt ſacrificarent: eos autem, qui nollent trãſire ad inſtituta Gentiũ, interficerẽt. Erat ergo videre miſeriã. ℟. Ornauerunt. 314. Le. iij.

Duę enim mulieres delatę ſunt, natos ſuos circumcidiſſe: quas, infantibus ad vbera ſuſpenſis cum publice per ciuitatem circunduxiſſent, per muros precipitauerũt. Alij vero ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbathi diem celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flãmis ſuccenſi ſunt: eo quod verebantur propter religionem, & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea, quę acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. ℟. In hymnis. 314. Sabbatho ante dnicã v. Octob. in rubr. 294.

Ad Magnificat. Antiphona. Tua eſt potentia, tuum regnum dñe, tu es ſup omnes gentes, da pacẽ domine in diebus noſtris.

Dominica

DOMINICA V.
Octobris.

De libro ij. Machabeorū. L. j.

ca. 6 Igitur Eleazarus, unus de primoribus ſcribarum, vir ętate prouectus, ꝛ vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinā mā ducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie pręibat ad ſupplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitę amorē. Hi autē, q aſtabant, iniqua miſeratione cō moti, propter antiquā viri amicitiaʒ, tollentes eum ſecreto, rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe ſicut rex imperauerat, de ſacrificij carnibus: vt hoc facto a morte liberaretur: ꝛ propter veterem viri amicitiā, hāc in eo faciebant humanitatem. ℟. Adaperiat. 312. Lectio ij.

At ille cogitare cępit ętatis ac ſenectutis ſuę eminētiaʒ dignā, ꝛ ingenitę nobilitatis canitiē, atqꝫ a puero optimę conuerſationis actus, ꝛ ſecundum ſanctę, ꝛ a Deo conditę legis cō ſtituta, reſpondit cito, dicens pręmitti ſe velle in infernum. Non enim ętati noſtrę dignuʒ eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorū tranſiſſe ad vitam alienigenarum, ꝛ ipſi propter meam ſimulationem ꝛ propter modicum corruptibilis vitę tēpus decipiantur, ꝛ per hoc maculam atque execrationem meę ſenectuti conquiram. Nā ꝛ, etſi in pręſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manū omnipotētis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobreʒ fortiter vita excedendo, ſenectute quidē dignus apparebo, adoleſcentibus autem exemplū forte relinquam, ſi prompto animo ac fortiter pro grauiſſimis ac ſā criſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis, cōfeſtiʒ ad ſupplicium trahebatur. ℟. Exaudiat. fo. 313. Lectio iij.

Contigit autem ſeptem fratres vna cū matre ſua apprehenſos, compelli a rege edere contra fas, carnes porcinas, flagris ꝛ taureis cruciatos. 7. c Unus autem ex illis qui erat primus, ſic ait: Quid quęris ꝛ quid vis diſcere a nobis? Parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges pręuaricari. Iratus itaqꝫ rex iuſſit ſartagines ꝛ ollas ęneas ſuccendi, quibus ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam, ꝛ cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus ꝛ pedes ei pręcidi, cęteris eius fratribus, ꝛ matre inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit

iuſſit ignem admoueri, ⁊ adhuc ſpirantes torreri in ſartagine: in qua cū diu cruciaret, ceteri vna cū matre ſuicē ſe hortabant mori fortiter. ℟. Cōgregati. 313.

Ser. 5. Greg. Nazianzeni. L. iiij.

Eleazarus primitię eorum qui hic ante Chriſtū ſunt paſſi. quemadmodū poſt Chriſtus Stephanus. Is vir ⁊ ſacerdos ⁊ ſenex, canus capillis, canus ⁊ prudentia, prius quidē pro populo ſacrificabat, ⁊ orabat: nunc autem ſemetipſū hoſtiā obtulit Deo perfectiſſimam, ad totius populi expiationē, aptū certaminis initiū, ad quod loquēs, tacitusque cohortabatur: obtulit autem ⁊ filios ſeptē, ſuę opera diſciplinę, hoſtiam viuentē, ſanctā, beneplacitam Deo, omni legali ſacrificio ſplēdidiorem, ⁊ puriorem: quę ſunt enim filiorū, ad patrem referri ęquiſſimum, ac iuſtiſſimū eſt. ℟. Imperium. folio 313. Lectio quinta.

Ibi tū generoſi, ⁊ magnanimi pueri, generoſę mřis nobilis proles, glorioſi veritatis propugnatores, Antiochi tēporibus excelſiores, veri Moſaicę legis diſcipuli, patrię morū ac rituū obſeruatiſſimi, numerus apud Hebręos laudabilis, ⁊ propter ſeptenarię quietis myſteriū venerabilis, vnū ſpirātes, vnum ſpectātes, vnū illud vitę iter ſciētes, vt mortē Dei cauſa ſuſciperent, non minus animis fratres, quam corporibus, inter ſe mutuę mortis ęmuli, proh miraculū, tormenta quaſi theſauros p̄ripientes, pro magiſtra lege pericula ſubeuntes, quę nō magis illata formidabant, quā relicta requirebant, vnum illud veriti ne tyrānus a pęna deſiſteret, nequis ipſorum ſine coronę p̄mio diſcederet, ne inuiti fratres alij ab alio ſeiungerētur, ⁊ ne in eo diſcrimine ſupplicia non ferentes, mala victoria ſuperarent. ℟. Cōgregatę. 313. Lectio vi.

Erat ibi fortis ⁊ generoſa mater, puerorū ſimul ac Dei amans, cuius materna viſcera ſupra naturę cōſuetudinē dilaniabantur: non enim filiorū, qui in tormentis erant, miſerabatur, ſed timore angebatur, ne non ea ſuſtinerent: neq; magis eos qui e vita migrauerāt deſiderabat, quā precabatur vt reliqui cum illis coniungerentur: de quibus viuis magis, quam de mortuis, erat ſolicita. Horū enim dubium erat certamē, at illorum ſecura diſſolutio. Atq; illos quidem iam Deo adiunxerat: de his vero, quomodo eos deus ſuſciperet, laborabat. O virilē animū in corpore muliebri: o admirabile magni animi ſcremētū. ℟. Tua eſt potētia. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro ij. Machabeorū. L. j.

Mortuo itaq; illo primo, 7. c.
hoc modo, ſequentem deducebant

ducebant ad illudēdum: ⁊ cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret priuſquam toto corpore per mēbra ſingula puniret. At ille reſpondens patria voce dixit: Nō faciā. Propter quod ⁊ iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit, ⁊ in vltimo ſpiritu cōſtitutus ſic ait: Tu quidē ſceleſtiſſime in preſenti vita nos perdis: ſed rex mūdi defunctos nos pro ſuis legibus eterne vite reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hūc Tertius illuditur, ⁊ linguā poſtulatus, cito protulit: ⁊ manus cōſtanter extendit: ⁊ cum fiducia ait: E celo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges nūc hec ipſa deſpicio: quoniā ab ipſo me ea recepturū ſpero, ita vt rex, ⁊ qui cū ipſo erant, mirarentur adoleſcentis animum, quod tanquā nihilū duceret cruciatus. R. Dixit Judas Simoni. 314. L. ij.

Et hoc ita defuncto. Quartū vexabāt ſimiliter torquentes. Et cum iam eſſet ad mortem, ſic ait. Potius eſt ab hominibus morti datos ſpē expectare a Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. Et cū admouiſſent Quintū, vexabant eū. At ille reſpiciens in eum dixit: Poteſtatem inter hoīes habens cum ſis corruptibilis, facis qđ vis. Noli autē putare, genus noſtrū a Deo eſſe derelictum: tu autē patiēter ſuſtine, ⁊ videbis magnā poteſtatē ipſius, qualiter te ⁊ ſemen tuum torquebit. Poſt hunc ducebant Sextū: ⁊ is mori incipiens, ſic ait: Noli fruſtra errare, nos enī propter noſmetipſos hoc patimur, peccantes in Deum noſtrum: ⁊ digna admiratione facta ſunt in nobis: tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum quod contra Deum pugnare tentaueris. R. Ornauerunt. 314. Lec. iij.

Supra modū autē mater mirabilis, ⁊ bonorū memoria digna, que pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore cōſpiciens, bono animo ferebat propter ſpē, quā in Deo habebat: ſingulos illorū hortabat voce patria fortiter, repleta ſapientia, ⁊ feminee cogitationi maſculinum animū inſerens, dixit ad eos: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque enī ego ſpiritū, ⁊ animā donaui vobis ⁊ vitā: ⁊ ſingulorū membra non ego ipſa compegi: ſed enī mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique oīum inuenit originem, ⁊ ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet, ⁊ vitā, ſicut nūc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius. R. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro ij. Machabeorū. L. i.

Antiochus autē cōtemni ſe arbitratus, ſimul ⁊ exprobrantis

mentis voce deſpecta, cũ adhuc adoleſcentioꝛ ſupereſſet, non ſolũ verbis hoꝛtabatur, ſed ⁊ cũ iuramento affirmabat, diuitem ſe, ⁊ beatũ facturũ, ⁊ tranſlatũ a patrijs legibus amicum habiturũ, ⁊ res neceſſarias ei pꝛębiturum. Sed ad hęc cum adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocauit rex matrẽ, ⁊ ſuadebat ei, vt adoleſcẽti fieret in ſalutẽ. Cum autem multis eã verbis eſſet hoꝛtatus, pꝛomiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum, ⁊ irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi miſerere mei, q̃ te in vtero nouẽ menſibus poꝛtaui, ⁊ lac triẽnio dedi, ⁊ alui, ⁊ in ętatem iſtã perduxi. ℟. Hic eſt. 314. Lc. ij.

PEto nate, vt aſpicias ad cęlum, ⁊ terrã, ⁊ ad omnia quę in eis ſunt: ⁊ intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, ⁊ hominũ genus: ita fiet vt non timeas carnificem iſtũ: ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe moꝛtẽ, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hęc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? nõ obedio pꝛęcepto regis ſed pꝛęcepto legis, quę data eſt nobis per Moyſen. Tu vero q inuentoꝛ omnis malitię factus es in Hebręos, non effugies manum Dei. Nos enim pꝛo peccatis noſtris hęc patimur. Et, ſi nobis propter increpationem, ⁊ coꝛreptiones dominus Deus noſter modicum iratus eſt, ſed iterũ reconciliabitur ſeruis ſuis. ℟. Tu domine. 314. Lc. iij.

TU autem, o ſceleſte, ⁊ omnium hominũ flagitioſiſſime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus: nondũ enim omnipotentis Dei, ⁊ omnia inſpicientis iudiciũ effugiſti. Nã fratres mei, modico nunc doloꝛe ſuſtentato ſub teſtamento ęternę vitę effecti ſunt: tu vero iudicio Dei iuſtas ſuperbię tuę pęnas exolues. Ego autem ſicut ⁊ fratres mei, animam, ⁊ coꝛpus meum trado pꝛo patrijs legibus, inuocans Deũ maturius gẽti noſtrę pꝛopitiũ fieri, teq; cum toꝛmentis ⁊ verberibus confiteri, quod ipſe eſt Deus ſolus. In me vero, ⁊ in fratribus meis deſinet omnipotẽtis ira, quę ſup omne genus noſtrũ iuſte ſupducta eſt. Tũc rex accenſus ira, in hũc ſup omnes crudelius deſęuijt, indigne ferens ſe deriſum. Et hic itaq; mũdus obijt, per omnia in dño confidens. Nouiſſime autem, poſt filios ⁊ mater conſumpta eſt. ℟. Aperi oculos. fol. 314.

FERIA QVARTA.

De libꝛo ij. Machabeoꝛũ. Lc. j.

COnſtituit autem Nicanoꝛ ca. 8
vt regi tributũ, quod Romanis erat dandum, duo millia talentoꝛũ de captiuitate Iudęorũ suppleret: ſtatimq; ad maritimas

timas ciuitates miſit conuocãs ad coemptionẽ Judaicorũ mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturũ non reſpiciens ad vindictã, quę eum ab omnipotente eſſet conſecutura. Judas autẽ vbi comperit, indicauit hijs qui ſecum erant Judęis Nicanoris aduentũ. Ex quibus quidam formidantes, ꝛ nõ credentes Dei iuſtitię, in fugã vertebãtur: alij vero ſiquid eis ſupererat vendebãt, ſimulque dominũ deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore.

R. Refulſit. 313. Lectio ſecunda.

Conuocatis autẽ Machabęus ſeptem millibus, qui cũ ipſo erant, rogabat ne hoſtibus reconciliarentur, neque metuerent iniquã venientiũ aduerſum ſe hoſtium multitudinẽ, ſed fortiter cõtenderẽt, ante oculos habentes cõtumeliam, quę loco ſancto ab his iniuſte eſſet illata: itemque ꝛ ludibrio habitę ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum inſtituta conuulſa. Nam illi quidem armis cõfidunt, ait, ſimul ꝛ audacia: nos autem in omnipotente dño, qui poteſt ꝛ venientes aduerſum nos, ꝛ vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus. Admonuit autem eos, ꝛ de auxilijs Dei, quę facta ſunt erga parentes, ꝛ quod ſub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierunt.

R. Ornauerunt. 314. Lec. iij.

His verbis conſtantes effecti ſunt, ꝛ pro legibus, ꝛ patria mori parati. Conſtituit itaque fratres ſuos duces vtriuſque ordini, Simonẽ, ꝛ Joſephum, ꝛ Jonatham, ſubiectis vnicuique millenis ꝛ quingentenis. Ad hoc etiã, ab Eſdra lecto illis ſancto libro, ꝛ dato ſigno adiutorij Dei, in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotente, interfecerunt ſuper nouem millia hominũ: maiorẽ autẽ partem exercitus Nicanoris, vulneribus debilem factam, fugere compulerunt. Pecunijs vero eorum, qui ad emptionem ipſorum venerãt, ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti ſunt: ſed reuerſi ſunt ora concluſi, nam erat ante ſabbathum: quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum ꝛ ſpolia congregantes, ſabbathum agebant, benedicentes dñm, qui liberauit eos in iſto die, miſericordię initium ſtillans in eos. Poſt ſabbathum vero debilibus, ꝛ orphanis, ꝛ viduis diuiſerunt ſpolia: ꝛ reſidua ipſi cum ſuis habuere. R. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA

De libro ij. Machabęorũ. Le. j.

Eodem tẽpore Antiochus inhoneſte reuertebatur de Perſide: intrauerat enim in eam quę dicitur Perſepolis, ꝛ tentauit expoliare templum ꝛ ciuitatem

tem opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt: ⁊ ita contigit: vt Antiochus poſt fugā turpiter rediret: ⁊ cum veniſſet circa Ecbatanam, recognouit que erga Nicanorem, ⁊ Timotheum geſta ſunt. Elatus autē in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum, qui ſe fugauerant, poſſe in Judeos retorquere: ideoque iuſſit agitari currum ſuū, ſine intermiſſione agens iter, celeſti eum iudicio perurgente, eo quod ita ſuperbe locutus eſt ſe venturum Jeroſolymam, ⁊ congeriem ſepulcri Judeorum eam facturum. ℟. Adaperiat. 312. Lectio ſcda.

SEd qui vniuerſa cōſpicit dñs Deus Iſrael, ꝑcuſſit eū inſanabili, ⁊ inuiſibili plaga. Ut enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eū dolor dirus viſcerū, ⁊ amara internorū tormenta: ⁊ quidē ſatis iuſtē, quippe qui multis, ⁊ nouis cruciatibus aliorū torſerat viſcera, licet ille nullo modo a ſua malitia ceſſaret. Super hoc autē ſuperbia repletus, ignē ſpirās animo in Judeos, ⁊ ꝓcipiens accelerari negocium, contigit illū impetu euntem de curru cadere, ⁊ graui corporis colliſione mēbra vexari. ℟. Exaudiat. 313. L. iij.

ISq3, qui ſibi videbat etiā fluctibus maris imperare, ſupra humanū modū ſuperbia repletus, ⁊ montiū altitudines in ſtatera appēdere: nūc humiliatus ad terrā in geſtatorio portabat, manifeſtā Dei virtutē in ſemetipſo cōteſtās: ita vt de corpore impij, vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent: odore etiā illius, ⁊ fetore exercitus grauaretur: ⁊ qui paulo ante ſidera celi cōtingere ſe arbitrabat, eū nemo poterat ꝓpter intolerantiā fetoris portare. ℟. Cōgregati ſūt. 313.

FERIA SEXTA.

De libro ij. Machabeorū. L. j.

MAchabeus autē, ⁊ qui cū eo erant, dño ſe protegente, templum quidem, ⁊ ciuitatē recepit: aras autē, quas alienigene per plateas extruxerāt, itē q3 delubra demolitus eſt, ⁊ purgato tēplo aliud altare fecerunt: ⁊ de igniticis lapidibus igne cōcepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, ⁊ incenſū, ⁊ lucernas, ⁊ panes ꝓpoſitionis poſuerūt. Quibus geſtis, rogabant dominum proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: ſed ⁊ ſiquando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, ⁊ nō barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadē die purificationem fieri viceſima quinta menſis, qui fuit Caſleu. ℟. Impetum. 313. Lectio ij. 10. C.

ET Timotheus, q prius a Judeis fuerat ſuperatus, conuocato

contiocato exercitu peregrinę multitudinis, ⁊ cōgregato equitatu Aſiano advenit, quaſi armis Iudęā capturus. Machabęus autem, ⁊ qui cū ipſo erant appropinquante illo deprecabātur dominum, capit terra aſpergentes, lumboſque ciliciis pręcincti ad altaris crepidinē provoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, ⁊ adverſariis adverſaretur, ſicut lex dicit. Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate procedentes, ⁊ proximi hoſtibus effecti, reſederunt.

℟. Congregatę. 313. Lec. iij.

PRimo autē ſolis ortu, vtrique commiſerunt: iſti quidē victorię ⁊ proſperitatis ſpōſorem cū virtute dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant: ſed cum vehemens pugna eſſet, apparuerunt adverſariis de cęlo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudęis pręſtantes: ex quibus duo Machabęū medium habentes, armis ſuis circumſeptum, incolumem conſervabant, in adverſarios autem tela, ⁊ fulmina iaciebant, ex quo ⁊ cęcitate confuſi, ⁊ repleti perturbatione cadebāt. Interfecti ſunt autē viginti millia quingēti, ⁊ equites ſexcēti. Timotheus vero cōfugit in Gazaram, pręſidium munitū, cui pręerat Chęreas. ℟. Tua eſt potētia. 313.

SABBATHO.

De libro ij. Machabeorū. Lc. j.

MAchabęus autem ſemp 15.c.
confidebat cū omni ſpe auxiliū ſibi a Deo affuturum, ⁊ hortabatur ſuos ne formidarent ad adventū nationū, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cęlo, ⁊ nunc ſperarent ab omnipotente ſibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege, ⁊ prophetis, admonens etiam certamina, quę fecerant prius, promptiores cōſtituit eos: ⁊ ita animis eorū erectis ſimul oſtendebat gentiū fallaciā, ⁊ iuramētorū pręvaricationem. Singulos autē illorum armavit non clypei, ⁊ haſtę munitione, ſed ſermonibus optimis, ⁊ exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod vniverſos lętificavit. ℟. Refulſit. 313. Lec. ij.

ERat autē huiuſcemodi viſus: Oniā, qui fuerat ſummus ſacerdos, virū bonū, ⁊ benignū verecūdū viſu, modeſtū moribus, ⁊ eloquio decorū, ⁊ ꝙ a puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem orare pro omni populo Iudęorum. Poſt hoc apparuiſſe ⁊ aliū virū ętate ⁊ gloria mirabilē, ⁊ magni decoris habitudine circa illū: reſpōdentē vero Oniā dixiſſe, Hic eſt fratrum amator, ⁊ populi Iſrael: hic eſt, ꝙ multū orat pro populo, ⁊ vniverſa ſancta ciuitate Ieremias propheta Dei:

Extendiſſe

Extēdiſſe autem Jeremiā dexterā, ⁊ dediſſe Judę gladiū aureū, dicētē: Accipe sanctū gladium munus a Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. ℞. Ornauerūt. 314. Lec. iiij.

Exhortati itaq; Judę ſermonibus bonis valde, de quibus extolli poſſet impetus, ⁊ animi iuuenū conſortari: ſtatuerunt dimicare, ⁊ confligere fortiter, vt virtus de negocijs iudicaret, eo quod ciuitas sancta, ⁊ templū periclitarentur: erat enim pro vxoribus, ⁊ filijs, itēque pro fratribus, ⁊ cognatis minor ſolicitudo: maximus vero ⁊ primus ꝓ ſanctitate timor erat templi: ſed ⁊ eorū qui in ciuitate erāt nō minima ſolicitudo habebat pro ijs qui congreſſuri erant. ℞. In hymnis. 314.

Sabbato ante dñicā j. Nouē. Ad M. Aña. Vidi dñm ſedentē ſup soliū excelsū, ⁊ plena erat oīs terra maieſtate eius: ⁊ ea q̄ ſub ipſo erāt, replebāt templū.

DOMINICA I. Nouembris.

Incipit Liber Ezechielis prophetę. Lectio prima.

Et factū eſt in triceſimo anno, in quarto mēſe, in qnta mēſis: cū eſſem in medio captiuorū iuxta fluuium Chobar, aperti ſunt cęli, ⁊ vidi viſiones Dei. In quinta menſis, (ipſe eſt annus quintus transmigrationis regis Joachin) factum eſt verbū domini ad Ezechielem filium Buzi, ſacerdotem in terra Chaldęorum ſecus flumē Chobar: ⁊ facta eſt ſuper eum ibi manus domini. Et vidi, ⁊ ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, ⁊ nubes magna, ⁊ ignis inuoluens, ⁊ ſplendor in circuitu eius, ⁊ de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt de medio ignis. ℞. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, ⁊ eleuatum, ⁊ plena erat omnis terra maieſtate eius: Et ea, quę ſub ipſo erant, replebant templum. ℣. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alę vni, ⁊ ſex alę alteri. Et ea, quę. Lectio ſecunda.

Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium: ⁊ hic aſpectus eorū. Similitudo hominis in eis, ⁊ quatuor facies vni, ⁊ quatuor pennę vni, ⁊ pedes eorū pedes recti: ⁊ plāta pedis eorū quaſi plāta pedis vituli: ⁊ ſcintillę, quaſi aſpectus ęris cādentis: ⁊ manus hominis ſub pēnis eorū in quatuor partibus: ⁊ facies, ⁊ pennas per quatuor partes habebāt: iunctęq; erant pennę eorum alterius ad alterū. Nō reuertebātur cum incederent: ſed vnumquodq; ante faciē ſuā gradiebatur. ℞. Aſpice domine de ſede ſancta tua, ⁊ cogita de nobis: inclina Deus meus aurem tuā, ⁊ audi. Aperi

Digitized by Google

ri oculos tuos, ⁊ vide tribulatio
nem noſtrã. ℣. Qui regis Iſra
el intende, q deducis velut oues
Ioſeph. Aperi. Lectio tertia.

Similitudo autẽ vultus eo
rum facies hominis, ⁊ fa
cies leonis a dextris ipſoꝝ qua
tuor: facies autẽ bouis a ſiniſtris
ipſorũ quatuor, ⁊ facies aquilę
deſuper ipſorum quatuor. Et fa
cies eorum, ⁊ pennę eorũ exten
tę deſuper. Duę pennę ſingulo
rum iungebantur, ⁊ duę tege
bant corpora eorum. Et vnum
quodque eorũ, coram facie ſua
ambulabat. Ubi erat impetus
ſpiritus, illuc gradiebantur: nec
reuertebantur cũ ambularent.
℟. Aſpice dñe, quia facta eſt
deſolata ciuitas plena diuitijs, ſe
det in triſtitia domina gentium.
Non eſt qui conſoletur eam niſi
tu Deus noſter. ℣. Plorans
plorauit in nocte, ⁊ lacrymę ei⁹
in maxillis eius. Nõ eſt q cõſol.

De expoſitione s. Gregorij pa
pę in Ezechielẽ ꝓphetã. L. iiij.

Uſus ꝓphetice locutionis
eſt, vt prius perſonã, tem
pus, locumqꝫ deſcribat, ⁊ poſt
modum dicere myſteria prophe
tię incipiat, quatenus ad verita
tẽ ſolidius oſtẽdendã, ante hiſto
rię radicẽ figat, ⁊ poſt fructus
ſpiritus per ſigna ⁊ allegorias
proferat. Ezechiel itaqꝫ ętatis
ſuę tẽpus indicat dicens: Et fa
ctũ eſt in triceſimo anno, i quar
to mẽſe, in quinta mẽſis. Locũ
quoque denuncians adiungit:
Cũ eſſem in medio captiuorum
iuxta flumẽ Chobar, aperti ſunt
cęli, ⁊ vidi viſiones dñi. Tem
pus etiã inſinuat, ſubdens: In
quinta menſis, ipſe eſt annus
quintus tranſmigrationis regis
Ioachin. Qui vt bene pſonam
indicet, etiã genus narrat, cum
ſubdit: Et factum eſt verbũ dñi
ad Ezechielem filiũ Buzi, ſacer
dotem. ℟. Super muros tuos
Ieruſalẽ cõſtitui cuſtodes: To
ta die, ⁊ nocte non tacebunt lau
dare nomen domini. ℣. Prędi
cabũt populis fortitudinẽ meã,
⁊ annunciabunt gentibus glo
riam meam. Tota. Lectio v.

Sed prima queſtio nobis
oritur, cur is, qui nihil ad
huc dixerat, ita exorſus eſt dicẽs:
Et factum eſt in triceſimo an
no. Et, nã qꝫ ſermo coniunctio
nis eſt: ⁊ ſcimus, quia nõ coniũ
gitur ſermo ſubſequẽs, niſi ſer
moni pręcedenti. Qui igitur ni
hil dixerat, cur dicit? Et factum
eſt: cum non ſit ſermo, cui hoc
quod incipit, ſubiũgat. Qua in
re intuendum eſt, quia ſicut nos
corporalia, ſic prophetę ſenſu
ſpiritualia aſpiciunt: eiſqꝫ ⁊ illa
ſunt pręſentia, quę noſtrę igno
rantię abſentia videntur. Unde
fit vt in mente prophetarum ita
cõiuncta ſint exterioribus inte
riora, quatenus ſimul vtraque
videant: ſimulqꝫ in eis fiat ⁊ in
tus verbum quod audiunt, ⁊
foras

Digitized by Google

foris quod dicunt: ℟. Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos dñe, & armis tuę potentię protege nos semper. Libera domine. Deus Israel clamantes adte. ℣. Erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo. Libera. Lectio sexta.

Paret igitur causa, cur qui nihil dixerat, inchoauit dicens: Et factum est in tricesimo anno: quia hoc verbum, quod foris protulit, illi verbo, quod intus audierat, coniunxit. Continuauit ergo verba, q̃ protulit, visioni intimę, & idcirco incipit, dicens: Et factum est. Subiunxit enim hoc quod exterius loqui inchoaciat, si & illud foris sit quod intus vidit. Hoc autem, quod dicitur, quia in tricesimo anno spiritum prophetię acceperit, indicat aliquid nobis cõsiderandum: videlicet quia iuxta rationis vsum doctrinę sermo nõ suppetit, nisi in ętate pfecta. Unde & ipse dñs anno duodecimo ętatis suę in medio doctorum in templo sedens, non docens, sed interrogans voluit inueniri. ℟. Sustinuimus pacem, & non venit: quęsiuimus bona, & ecce turbatio: cognouimus domine peccata nostra: Non in perpetuum obliuiscaris nos. ℣. Peccauimus, impie gessimus, iniquitatem fecimus dñe in omnem iustitiam tuam. Non. vij. ℟. Laudabilis populus, Quem dominus exercituum benedixit, dicens: opus manuum mearum tu es hereditas mea Israel. ℣. Beata gens cuius est dominus Deus, populus electus in hereditatem. Quem. ℟. viij. Duo Seraphim, 258.

¶ Infra hebd. fer. iiij. dñr ℟ia ibi assignata: in Sabbatho autẽ dicitur primũ ℟. Laudabilis. & scdm, & tertiũ secũdę seq. ferię. Respõsoria huius Dñicę dñr in alijs Dñicis vsq; ad Aduentũ.

FERIA SECVNDA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et audiui loquentẽ ad me, 2.ca. & dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices quę recesserunt a me. Ipsi & patres eorum pręuaricati sunt pactum meum, vsq; ad diem hunc. Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hęc dicit dominus Deus, si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant: quoniã domus exasperans est: & scient quia propheta fuerit in medio eorũ. ℟. Redemit populum suum, & liberauit eum: & venient & exultabunt in montem Sion: & gaudebunt de bonis domini super frumento, vino, & oleo. Et vltra non esurient. ℣. Erit que anima eorum quasi hortus irrigans. Et. Lectio secunda.

Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neq; sermones

eorum metuas, quoniam incre-
duli ⁊ ſubuerſores ſunt tecũ, ⁊
cũ ſcorpionibus habitas. Ver-
ba eorũ ne timeas, ⁊ vultus eorũ
ne formides: quia domus ex-
aſperãs eſt. Loqueris ergo ver-
ba mea ad eos. ſi forte audiãt, ⁊
quieſcant: q̃m irritatores ſunt.
℟. Anguſtię mihi ſunt vndi-
q̃, ⁊ quid eligã ignoro. Melius
eſt mihi incidere in manus ho-
minum, quam derelinquere le-
gem Dei mei. ℣. Si enim hoc
egero, non effugiam manus ve-
ſtras. Melius eſt. Lectio iij.

TU autẽ, fili hominis, au-
di quęcũq; loquor ad te, ⁊
noli eſſe exaſperãs ſicut domus
exaſperatrix eſt: aperi os tuũ, ⁊
comede quęcunq; ego do tibi.
Et vidi, ⁊ ecce manus miſſa ad
me, in qua erat inuolutus liber:
⁊ expandit illum coram me, qui
erat ſcriptus intus, ⁊ foris, ⁊
ſcriptę erant in eo lamentatio-
nes, ⁊ carmen, ⁊ vę. ℟. Mi-
ſit dominus angelum ſuum, ⁊
concluſit ora leonum. Et non
contaminauerunt: quia coram
eo iniuſtitia inuenta non eſt in
me. ℣. Miſit Deus miſericor-
diam ſuam, ⁊ veritatem ſuam:
animam meã eripuit de medio
catulorum leonum. Et non.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Le. j.

ca. 3 ET dixit ad me: Fili homi-
nis, quodcũq; inueneris,
comede, comede volumẽ iſtud,
⁊ vadens loquere ad filios Iſ-
rael. Et aperui os meum, ⁊ ci-
bauit me volumine illo. Et di-
xit ad me. Fili hominis, venter
tuus comedet, ⁊ viſcera tua cõ-
plebuntur volumine iſto, quod
ego do tibi. Et comedi illud, ⁊
factũ eſt in ore meo ſicut mel dul
ce. Et dixit ad me: Fili hominis,
vade ad domũ Iſrael, ⁊ loque-
ris verba mea ad eos. ℟. A fa-
cie furoris tui Deus conturba-
ta eſt omnis terra. Sed miſere-
re domine, ⁊ ne facias conſum-
mationem. ℣. Domine domi-
nus noſter, quam admirabile
eſt nomen tuum. Sed. Lec. ij.

NOn enim ad populũ pro-
fundi ſermonis, ⁊ ignotę
linguę tu mitteris, ad domum
Iſrael: neq; ad populos multos
profundi ſermonis, ⁊ ignotę lin
guę, quorum non poſſis audire
ſermones: ⁊, ſi ad illos mittere-
ris, ipſi audirent te. Domus au-
tem Iſrael nolunt audire te, q̃a
nolũt audire me. Omnis q̃ppe
domus Iſrael attrita fronte eſt,
⁊ duro corde. Ecce dedi faciem
tuam valentiorem faciebus eo-
rum, ⁊ frontem tuam duriorem
frontibus eorum. Vt adamantẽ
⁊ vt ſilicem dedi faciem tuam:
ne timeas eos, neq; metuas a fa-
cie eorũ: quia domus exaſperãs
eſt. ℟. Ciuitateꝫ iſtã tu circũ-
da dñe: ⁊ angeli tui cuſtodiant
muros eius. Exaudi domine po-
pulum tuum cuꝫ miſericordia.

℣. Auertatur furor tuus, domi
ne, a populo tuo, ⁊ a ciuitate ſan
cta tua. Exaudi. Lectio tertia.
Et dixit ad me: Fili homi-
nis, oẽs ſermones meos
quos loquor ad te, aſſume in cor
de tuo, ⁊ auribus tuis audi. Et
vade, ingredere ad tranſmigra-
tionem, ad filios populi tui, ⁊ lo
queris ad eos. Hec dicit domi-
nus Deus: ſi forte audiant, ⁊
quieſcant. Et aſſumpſit me ſpiri
tus, ⁊ audiui poſt me vocem cõ
motionis magnę: Benedicta
gloria domini de loco ſuo: ⁊ vo-
cem alarũ animaliũ percutien-
tiũ alterã ad alteram: ⁊ vocem
rotarum ſequentiũ animalia, ⁊
vocem cõmotionis magnę. ℟.
Genti peccatrici, populo pleno
peccato miſerere, Domine De-
us. ℣. Eſto placabilis ſuper ne-
quitiam populi tui. Domine.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lcõ j.
a.7 Et factus eſt ſermo dñi ad
me, dicens: Et tu fili hoĩs
hęc dicit dñs Deus terrę Iſrael,
Finis venit, venit finis ſup qua-
tuor plagas terrę: nũc finis ſup
te, ⁊ immittã furorẽ meũ in te,
⁊ iudicabo te iuxta vias tuas, ⁊
ponã cõtra te omnes abomina-
tiones tuas, ⁊ nõ parcet oculus
meus ſuper te: ⁊ non miſerebor:
ſed vias tuas ponam ſuper te: ⁊
abominationes tuę in medio
tui erunt: ⁊ ſcietis qꝛ ego dñs.
℟. Indicabo tibi homo, quid
ſit bonum, aut quid dñs requi-
rat a te. Facere iudicium ⁊ iuſti
tiam, ⁊ ſolicitum ambulare cũ
domino tuo. ℣. Spera in dño,
⁊ fac bonitatem, ⁊ inhabita ter-
ram. Facere. ℟ia propria vt
vt ſupra reperiuntur in alba heb
do. vſq; ad Aduentum. Lc. ij.
Hec dicit dominus Deus:
Afflictio vna, afflictio ec-
ce venit: finis venit, venit finis,
euigilauit aduerſum te: ecce ve-
nit. Venit contritio ſuper te, qui
habitas in terra: venit tempus,
prope eſt dies occiſionis, ⁊ non
glorię montium. Nunc de pro-
pinquo effundam iram meam
ſuper te, ⁊ complebo furorẽ meũ
in te. Et iudicabo te iuxta vias
tuas, ⁊ imponam tibi omnia ſce
lera tua. Et non parcet oculus
meus, nec miſerebor: ſed vias
tuas imponam tibi, ⁊ abomina-
tiones tuę in medio tui erunt: ⁊
ſcietis, quia ego ſum dominus
percutiens. ℟. Anguſtię. 330.
vt in ſecunda feria. Lectio iij.
Ecce dies, ecce venit: egreſ-
ſa eſt contritio: floruit virga:
germinauit ſuperbia: iniquitas
ſurrexit in virga impietatis, nõ
ex eis, ⁊ non ex populo, neque
ex ſonitu eorum, ⁊ non erit re-
quies in eis. Venit tempus, ap-
propinquauit dies: qui emit, nõ
lętetur: ⁊ qui vendit nõ lugeat:
quia ira ſuper omnem populũ
eius: quia qui vẽdit, ad id, quod
vendidit, non reuertetur: ⁊ ad-

Digitized by Google

hunc in viuentibus vita eorum.
℟. Misit dominus. folio 330.

FERIA QVINTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

ca. 9. ET factus est sermo dñi ad me dicẽs: Fili hominis vaticinare ad prophetas Iſrael, q propheťant: ꝛ dices prophetantibus de corde ſuo: Audite verbum dñi. Hęc dicit dñs Deus. Ue prophetis inſipientibus q ſequuntur ſpiritum ſuum, ꝛ nihil vident. Quaſi vulpes in deſertis prophetę tui Iſrael erant. Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael: vt ſtaretis in prælio in die domini. Uident vana, ꝛ diuinant mendacium dicentes: Ait dominus: cum dominus nõ miſerit eos, ꝛ perſeuerauerunt confirmare ſermonem. ℟. Uidi dominum. 329. Lectio ſcḋa.

NUnquid nõ viſionem caſſam vidiſtis, ꝛ diuinationem mendacem locuti eſtis? ꝛ dicitis, Ait dominus: cum ego nõ ſim locutus. Propterea hęc dicit dominus Deus: Quia locuti eſtis vana, ꝛ vidiſtis mẽdacium, ideo ecce ego ad vos, dicit dominus Deus, ꝛ erit manus mea ſuper prophetas, qui vidẽt vana, ꝛ diuinant mendacium: in concilio populi mei non erũt, ꝛ in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, nec in terram Iſrael ingredientur: ꝛ ſcietis quia ego dominus Deus: eo quod deceperint populum meũ, dicentes, Pax: ꝛ non eſt pax: ꝛ ipſe ędificabat parietem; illi autem liniebant eum luto abſq; paleis. ℟. Aſpice domine de ſede. folio 329. Lectio tertia.

DIc ad eos qui liniunt abſque temperatura, quod caſurus ſit: erit enim imber inundans: ꝛ dabo lapides pgrandes deſuper irruentes, ꝛ ventũ procellę diſſipantem. Siquidẽ ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Ubi eſt litura quã liniſtis? Propterea hęc dicit dominus Deus. Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatũ in indignatione mea, ꝛ imber inundãs in furore meo erit; ꝛ lapides grandes in ira, in cõſumptionẽ. Et deſtruam parietem, quem liniſtis abſque temperamento.
℟. Aſpice domine, quia. 329.

FERIA SEXTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens. Fili hominis, qd fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, q̃ ſunt inter ligna ſyluarũ? Nunquid tolletur de ea lignũ, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datũ eſt in eſcã: vtranque partem eius conſumpſit ignis, ꝛ medietas eius redacta eſt in fauillam: nunqd vtile erit ad opus? Etiam cum eſſet integrum, non erat aptum ad ca.

opus:

Digitized by Google

opus: quanto magis, cum illud ignis deuorauerit, ⁊ cõbuſſerit, nihil ex eo fiet operis? ℟. Super muros. 329. Lectio ſecunda.

PRopterea hęc dicit dñs Deus: Quomodo lignũ vitis inter ligna ſyluarũ quod dedi igni ad deuorandũ, ſic tradã habitatores Jeruſalẽ. Et ponã faciẽ meã in eos: de igne egredientur, ⁊ ignis conſumet eos, ⁊ ſcietis, quia ego dominus, cum poſuero faciem meam in eos, ⁊ dedero terram inuiam, ⁊ deſolatã, eo quod pręuaricatores extiterint, dicit dominus Deus. ℟. Dum tuo. 330. Lectio iij.

ET factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, notas fac Jeruſalẽ abominationes ſuas: ⁊ dices: Hęc dicit dominus Deus Jeruſalem: Radix tua, ⁊ generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrhęus, ⁊ mater tua Cethęa. Et quando nata es, in die ortus tui non eſt pręciſus vmbilicus tuus, ⁊ aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſupe faciem terrę in abiectione animę tuę in die qua nata es. ℟. Suſtinuimus. 330.

SABBATHO.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

c.19 ET tu aſſume planctum ſuper principes Jſrael, ⁊ dices: Quare mater tua leęna inter leones cubauit? in medio leunculorũ enutriuit catulos ſuos? Et eduxit vnum de leunculis ſuis, leo factus eſt, ⁊ didicit capere prędam, hominemque comedere. Et audierũt de eo gentes, ⁊ non abſq; vulneribus ſuis ceperunt eum, ⁊ adduxerunt eũ in catenis in terram Aegypti. Quę cum vidiſſet, quoniam infirmata eſt, ⁊ periit expectatio eius, tulit vnum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum, qui incedebat inter leones, ⁊ factus eſt leo, ⁊ didicit prędam capere, ⁊ homines deuorare: didicit viduas facere, ⁊ ciuitates eorum in deſertũ adducere, ⁊ deſolata eſt terra, ⁊ plenitudo eius a voce rugitus illius. ℟. Laudabilis. folio 330. Lectio ſecunda.

ET conuenerunt aduerſus eum gẽtes vndiq; de prouinciis, ⁊ expanderunt ſuper eũ rete ſuum, in vulneribus earum captus eſt. Et miſerunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miſeruntq; eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltra ſup mõtes Jſrael. Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſup aquã plantata eſt. Fructus eius, ⁊ frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factę ſunt ei virgę ſolidę in ſceptra dominantium: ⁊ exaltata eſt ſtatura eius inter frondes: ⁊ vidit altitudinem ſuã in mul-

titudine palmitum ſuoꝝ. ℟. Anguſtię.330. Lectio tertia.

Et euulſa eſt in ira, ꝑ in terramque proiecta: ⁊ ventus vrens ſiccauit fructū eiꝰ: marcuerunt, ⁊ areſactę ſunt virgę roboris eius, ignis comedit eā. Et nunc transplantata eſt in deſertum, in terra inuia, ⁊ ſitienti: ⁊ egreſſus eſt ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit, ⁊ non fuit in ea virga fortis, ſceptrum dominantium. Planctus eſt, ⁊ erit in planctum. ℟. Miſit dominus.330.

Sabb. ante dñicā ij. Nouemb. Ad Mag. Aña. Aſpice domine, q2 facta eſt deſolata ciuitas plena diuitijs: ſedet ī triſtitia domina gentium, non eſt qui conſoletur eā, niſi tu Deus noſter.

Si Nouēber habeat v. Dñicas, tunc ij. Dominica leguntur ſequentes Lectiones de Ezechiele: ſi vero habeat tantum quatuor, Secunda Dñica legetur liber Danielis poſitus in iij. Dñica, ⁊ duabus ſequentibus Dominicis Prophetę minores.

DOMINICA II. Nouembris.

De Ezechiele ꝓpheta. Lect. j.

ca.21 Et factus eſt ſermo domini ad me, dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad Ieruſalē, ⁊ ſtilla ad ſanctuaria: ⁊ propheta contra humum Iſrael: ⁊ dices terrę Iſrael. Hęc dicit dominus Deus. Ecce ego ad te, ⁊ eijciam gladium meum de vagina ſua, ⁊ occidam in te iuſtū, ⁊ impiū. Pro eo autem quod occidi in te iuſtum, ⁊ impiū: idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnē ab Auſtro vſque ad Aquilonem vt ſciat omnis caro, q2 ego dñs eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilem. ℟. Vidi.329.

¶ Reſponſoria Dñicę pteritę dicuntur in omnibꝰ Dominicis vſq; ad Aduentum. Lectio ij.

Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborū, ⁊ in amaritudinibus ingemiſce coram eis: cumq; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices: Pro auditu quia venit, ⁊ tabeſcet omne cor, ⁊ diſſoluentur vniuerſę manus, ⁊ infirmabitur omnis ſpiritus, ⁊ per cuncta genua fluent aquę: ecce venit: ⁊ fiet: ait dominus Deus. Et factus eſt ſermo domini ad me, dicēs: Fili hominis propheta, ⁊ dices: Hęc dicit dominus Deus. Loquere: Gladius, gladius exacutus eſt, ⁊ limatus: vt cędat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat, limatus eſt: qui moues ſceptrum filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, ⁊ iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis. ℟. Aſpice Domine

de ſede. fol. 329. Lectio tertia.

CLama ⁊ vlula fili hominis: q2 hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducib⁹ Iſrael q̄ fugerāt, gladio traditi ſunt cum populo meo: idcirco plaude ſuper femur, q2 probatus eſt, ⁊ hoc, cum ſceptrū ſubuerterit, ⁊ non erit: dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, ⁊ p̄cute ad manu ad manus, ⁊ duplicetur gladius, ac triplicet̄ gladius interfectorū: hic eſt gladi⁹ occiſionis magnę q̄ obſtupeſcere eos fecit, ⁊ corde tabeſcere, ⁊ multiplicat ruinas. ℞. Aſpice dñe q̄a. 329.

De expoſitiōe s. Hieronymi p̄sb. in Ezechielem prophetā. L. iiii.

OLia ſupra dixerat: Ipſi dicunt de me, nūquid nō per parabolas loquitur iſte? ⁊ apertā populus flagitabat ſententiam: idcirco dñs, id quod per metaphoram, ſiue parabolam, ⁊ vt alij vertere, prouerbium, eſt locutus, nunc manifeſtius loquitur: ſaltus Nageb, ⁊ Daron, ⁊ Theman eſſe Jeruſalem, ⁊ templū illius Sācta ſanctorum, ⁊ omnē terram Iudę, flāmamq3, quę cōbuſtura ſit ſaltū, intelligi gladium deuorantem, qui eductus eſt de vagina ſua, vt interficiat iuſtum, ⁊ impium. Hoc eſt enim lignum viride, ⁊ lignum aridum. Unde ⁊ dñs: Si in ligno, ait, viridi tanta faciunt, in ſicco q̄d facient?

℞. Super muros. 329. L. v.

PRimū dixerat. Vaticinare vel ſtilla ad Auſtrum, Africum, ⁊ meridiē, ⁊ ſaltū meridianū. Quod q2 videbat̄ obſcurum, ⁊ dicta prophetę populus neſciebat, ſecundo ponit̄ manifeſtius, ſaltum meridianū eſſe Jeruſalem, ⁊ omnes infructuoſas arbores, ad quarū radices ſecuris poſita ſit intelligi habitatores eius, gladiumq3 interpretari pro incendio. Tertio iubetur prophetę, vt tacentibus illis, ⁊ non interrogantibus, cur iſta vaticinatus ſit, faciat per quę interrogetur, ⁊ reſpondeat quę dominus locutus eſt. ℞. Muro tuo. 330. Lectio ſexta.

TU ingemiſce, inquit, eiulare, non leui voce, nec dolore moderato, ſed in cōtritione lumbo⁊: vt gemitus tuus ex imis viſceribus, ⁊ amaritudine animi proferatur. Et hoc facies coram eis, vt cum te interrogauerint, cur tanto gemitu conteraris, ⁊ quid tibi mali acciderit, vt ſic ingemiſcas: tu eis meo ſermone reſpondeas. Idcirco plango, ⁊ dolorem cordis mei diſſimulare non valeo: q2 auditus, qui ſemper meis auribus inſonuerat, opere completur, ⁊ venit imminēs, videlicet Babylonij furentis exercitus: qui cū venerit ⁊ vallauerit Jeruſalē, tūc tabeſcet oē cor, ⁊ diſſoluent̄ vniuerſę manus, vt occupāte pauore

re mẽtes hoīum, nullus audeat repugnar̄. ℟ Suſtinuim'.330

FERIA SECVNDA.

De Ezechiele propheta. Lec.j.

ca.33 Et factū eſt verbū dñi ad me, dicēs: Fili hominis loquere ad filios populi tui, ⁊ dices ad eos: Terra, cum induxero ſuper eam gladium: ⁊ tulerit populus terrę virū vnum de noviſſimis ſuis, ⁊ conſtituerit eū ſuper ſe ſpeculatorem: ⁊ ille viderit gladium venientem ſuper terram, ⁊ cecinerit buccina, ⁊ annunciauerit populo: audiens autem, quiſquis ille eſt, ſonitum buccinę, ⁊ non ſe obſeruauerit: veneritq; gladius, ⁊ tulerit eū: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit: ſonum buccinę audiuit, ⁊ non ſe obſeruauit: ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuā ſaluabit. ℟ Redemit. fol.330. Lectio ij.

Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, ⁊ nō inſonuerit buccina, ⁊ populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, ⁊ tulerit de eis animā: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu, fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. Si, me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinē autem eius de manu tua requirā. ℟ Anguſtię.330. Lectio iij.

Si autē, annunciante te ad impium, vt a vijs ſuis cōuertatur, non fuerit conuerſus a via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur. porro tu animam tuam liberaſti. Tu ergo, fili hominis, dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, dicentes: Iniquitates noſtrę ⁊ peccata noſtra ſuper nos ſunt, ⁊ in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit dñs Deus: nolo mortem impij: ſed vt cōuertatur impius a via ſua, ⁊ viuat. Conuertimini, conuertimini a vijs veſtris peſſimis: ⁊ quare moriemini domus Iſrael? ℟. Miſit.330.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Lec.j.

Et factū eſt verbum domini ad me, dicens: Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael, propheta, ⁊ dices paſtoribus. Hęc dicit dñs Deus. Vę paſtoribus Iſrael, qui paſcebāt ſemetipſos: nonne greges a paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, ⁊ lanis operiebamini, ⁊ quod craſſū erat, occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis: quod infirmum fuit nō conſolidaſtis: ⁊ quod ęgrotum non ſanaſtis: quod confractum eſt, non alligaſtis: ⁊ quod abiectum 34.c.

Digitized by Google

tuum eſt, non reduxiſtis: ⁊ quod perierat, non quęſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, ⁊ cū potentia. ℟ A facie. 330.

At diſperſę ſunt oues meę, eo quod non eſſet paſtor: ⁊ factę ſunt in deuorationē omnium beſtiarū agri, ⁊ diſperſę ſunt. Errauerunt greges mei in cunctis montibus, ⁊ in vniuerſo colle excelſo: ⁊ ſuper omnem faciem terrę diſperſi ſunt greges mei: ⁊ non erat qui requireret, non erat inquam, qui requireret. Propterea paſtores audite verbum domini. Viuo ego, dicit dominus Deus, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinā, ⁊ oues meę in deuorationem omnium beſtiarū agri, eo quod non eſſet paſtor, (neque enim quęſierunt paſtores mei gregem meū: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, ⁊ greges meos non paſcebant) propterea paſtores audite verbū domini. ℟ Ciuitatem. 330. Lectio iij.

Haec dicit dn̄s Deus: Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meum de manu eorum, ⁊ ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos: ⁊ liberabo gregem meum de ore eorum: ⁊ non erit vltra eis in eſcam: quia hęc dicit dominus Deus: Ecce ego ipſe requiram oues meas, ⁊ viſitabo eas: ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum, ſic viſitabo oues meas, ⁊ liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſę fuerant in die nubis, ⁊ caliginis. ℟ Genti peccatrici. folio 331.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lectio j.

In viceſimo quinto anno tráſmigrationis noſtrę, in exordio anni, decima menſis, quartodecimo anno, poſt quam percuſſa eſt ciuitas, in ipſa hac die facta eſt ſuper me manus domini: ⁊ adduxit me illuc. In viſionibus Dei adduxit me in terram Iſrael, ⁊ dimiſit me ſuper montem excelſum nimis, ſuper quem erat quaſi ędificium ciuitatis vergentis ad auſtrum, ⁊ introduxit me illuc. ℟ Iudicabo. fol. 331. ℟ 2a fer. iiij. precedentis hebdo. Lectio ij. 40. c.

Et ecce vir, cuius erat ſpecies quaſi ſpecies ęris, ⁊ funiculus lineus in manu eius, ⁊ calamus menſurę in manu eius. Stabat autem in porta, ⁊ locutus eſt ad me idem vir: Fili hominis vide oculis tuis, ⁊ auribus tuis audi, ⁊ pone cor tuum in omnia quę ego oſtendam tibi: quia vt oſtendantur tibi, adductus es huc: annuncia omnia, quę tu vides domui Iſrael. ℟ Anguſtię. 330. Lec. iij.

Et ecce murus forinſecus in circuitu domus vndique

que, ⁊ in manu viri calamus mē
ſurę ſex cubitorum, ⁊ palmo: ⁊
menſus eſt latitudinem ędificij
calamo vno, altitudinem quoqꝫ
calamo vno: ⁊ venit ad portam
quę reſpiciebat viā orientalē, ⁊
aſcendit per gradus eius: ⁊ mē-
ſus eſt limen portę calamo vno
latitudinem, id eſt limen vnum
calamo vno in latitudine. ℟.
Miſit dominus. folio 330.

FERIA QVINTA.

De Ezechiele propheta. Lcō. j.

c.41 ET introduxit me in tem-
plum, ⁊ menſus eſt frōtes,
ſex cubitos latitudinis hinc, ⁊
ſex cubitos latitudinis inde, la-
titudinem tabernaculi. Et lati-
tudo portę, decem cubitorum
erat: ⁊ latera portę, quinque cu-
bitis hinc, ⁊ quinque cubitis in-
de: ⁊ menſus eſt longitudinem
eius quadraginta cubitorum, ⁊
latitudinem viginti cubitorū.
Et introgreſſus intrinſecus, mē
ſus eſt in fronte portę duos cubi
tos, ⁊ portam ſex cubitorū, ⁊ la
titudinē portę ſeptem cubito-
rū. ℟. Vidi dnm. 329. Lec. ij.

ET menſus eſt longitudi-
nem eius viginti cubito-
rum, ⁊ latitudinem viginti cubi
torum ante faciem templi. Et di
xit ad me: Hoc eſt ſanctū ſancto
rum. Et menſus eſt parietem do
mus ſex cubitorum, ⁊ latitudi-
nem lateris quatuor cubitorū,
vndiqꝫ per circuitum domus.
Latera autem latus ad latus,
bis triginta tria: ⁊ erant eminen
tia quę ingrederentur per parie
tem domus in lateribus per cir
cuitum, vt continerent, ⁊ non
attingerent parietem templi.
℟. Aſpice dñe de. 329. Le. iij.

ET platea erat in rotunduꝫ
aſcendens ſurſum per co-
chleam, ⁊ in cęnaculum templi
deferebat per gyrum: idcirco
latius erat templum in ſuperio-
ribus: ⁊ ſic de inferioribus aſcē
debatur ad ſuperiora, ⁊ in me-
dium. Et vidi in domo altitudi-
nem per circuitum fundata late
ra ad menſuram calami ſex cubi
torum ſpatio, ⁊ latitudineꝫ per
parieteꝫ lateris forinſecus quin
que cubitorum, ⁊ erat interior
domus in lateribus domus.
℟. Aſpice dñe, quia. 329.

FERIA SEXTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

ET duxit me ad portaꝫ, quę 43.c.
reſpiciebat ad viam orien-
talem. Et ecce gloria Dei Iſrael
ingrediebatur per viam orien-
talem, ⁊ vox erat ei, quaſi vox
aquarum multarū: ⁊ terra ſplen
debat a maieſtate eius. Et vidi
viſionem, ſecundum ſpeciem,
quam videram, quando veni,
vt diſperderet ciuitatem: ⁊ ſpe-
cies ſecundum aſpectum, quem
videram iuxta fluuium Cho-
bar, ⁊ cecidi ſuper faciem meaꝫ.
Et maieſtas domini ingreſſa eſt
templum per viam portę, quę re
ſpiciebat ad orienteꝫ: ⁊ eleuauit
me

Digitized by Google

me ſpiritus, ⁊ introduxit me in atrium interius: ⁊ ecce repleta erat gloria dñi domus. ℟. Super muros tuos.329. Lectio ij.

ET audiui loquentem ad me de domo: ⁊ vir ſtabat iuxta me, ⁊ dixit ad me. Fili hominis, locus ſolij mei, ⁊ locus veſtigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorũ Iſrael in ęternum: ⁊ non polluent vltra domus Iſrael nomen ſanctum meum, ipſi ⁊ reges eorum in fornicationib⁹ ſuis, ⁊ in ruinis regum ſuorum ⁊ in excelſis. Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limen meũ, ⁊ poſtes ſuos iuxta poſtes meos: ⁊ murus erat inter me, ⁊ eos: ⁊ polluerunt nomen ſanctum meũ in abominationibus, quas fecerũt, propter quod cõſumpſi eos in ira mea. ℟. Muro tuo.330. Lectio iij.

NUnc ergo repellant procul fornicationem ſuam, ⁊ ruinas regum ſuorũ a me: ⁊ habitabo in medio eorum ſemper. Tu autem, fili hominis oſtende domui Iſrael templum: ⁊ confundãtur ab iniquitatibus ſuis: ⁊ metiantur fabricam, ⁊ erubeſcant ex omnibus quę fecerũt. Figuram domus ⁊ fabricę eius, exitus, ⁊ introitus, ⁊ omnem deſcriptionem eius, ⁊ vniuerſa pręcepta eius, cunctumque ordinem eius, ⁊ omnes leges eius oſtende eis, ⁊ ſcribes in oculis eorum: vt cuſtodiant omnes deſcriptiones eius, ⁊ pręcepta illius, ⁊ faciant ea. ℟. Suſtinuimus. folio 330.

SABBATHO.

De Ezechiele propheta. Lec. i. c.47

ET conuertit me ad portam domus: ⁊ ecce aquę egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem. Facies enim domus reſpiciebat ad Orientem, aquę autem deſcendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portę Aquilonis, ⁊ conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quę reſpiciebat ad Orientem, ⁊ ecce aquę redũdãtes a latere dextro. ℟. Laudabilis.330. Lectio ſecunda.

CUm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu ſua, ⁊ menſus eſt mille cubitos: ⁊ traduxit me per aquam vſq; ad talos. Rurſumque menſus eſt mille, ⁊ traduxit me per aquas vſque ad genua: ⁊ menſus eſt mille, ⁊ traduxit me per aquam vſq; ad renes: ⁊ menſus eſt mille torrentẽ, quẽ non potui pertranſire: quia intumuerãt aquę profundi torrentis, qui nõ poteſt trãſuadari. ℟. Anguſtię.330.

ET dixit ad me: Certe vidiſti fili hominis. Et eduxit me, ⁊ conuertit ad ripam torrẽtis. Cumq; me cõuertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte: ⁊ ait ad me:

me: Aquę iſte, quę egrediūtur ad tumulos Sabuli orientalis, ⁊ deſcendunt ad plana deſerti, ⁊ intrabunt mare, ⁊ exibunt, ⁊ ſanabuntur aquę. Et omnis anima viuens, quę ſerpit quocunque venerit torrens, viuet: ⁊ erunt piſces multi ſatis poſtquam euenerint illuc aquę iſtę, ⁊ ſanabuntur ⁊ viuent omnia ad quę venerit torrens. ℞. Miſit dominus. folio.330.

Sabb. ante Dñicā iij. Nouēb. Ad Magnificat. Antiphona.

Muro tuo inexpugnabili circūcinge nos domine, ⁊ armis tuę potentię protege nos ſemper.

DOMINICA III. Nouembris.

Incipit liber Danielis pph. L. i.

Anno tertio regni Joacim, regis Juda venit Nabuchodonoſor, rex Babylonis, in Jeruſalem, ⁊ obſedit eam: ⁊ tradidit dominus in manu eius Joacim regem Juda: ⁊ partem vaſorum domus Dei: ⁊ aſportauit ea in terrā Sennaar in domum Dei ſui: ⁊ vaſa intulit in domum theſauri Dei ſui. Et ait rex Aſphenez, pręposito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, ⁊ de ſemine regio, ⁊ tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, ⁊ eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, ⁊ doctos diſciplina, qui poſſent ſtare in palatio regis, vt doceret eos literas, ⁊ linguā Chaldęorū. ℞. Uidi dominum. 329. Lectio ſecūda.

Et conſtituit eis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, ⁊ de vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti trib⁹ annis, poſtea ſtarēt in cōſpectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Judę, Daniel, Ananias, Miſael, ⁊ Azarias. Et impoſuit eis prępoſitus eunuchorū nomina: Danieli Balthaſſar, Ananię Sidrach, Miſaeli Miſach, Azarię Abdenago. Propoſuit aūt Daniel in corde ſuo, ne pollueret̄ de menſa regis, neq̄ de vino potus eius: ⁊ rogauit eunuchorū prepoſitū, ne cōtaminaretur. Dedit autē Deus Danieli gratiam, ⁊ miſericordiā in cōſpectu principis eunuchoꝝ. ℞. Aſpice dñe. 329. Lectio iij.

Et ait princeps eunuchorū ad Danielem: Timeo ego dñm meū regē, q cōſtituit vobis cibum ⁊ potū: q ſi viderit vultus veſtros macilentiores pre ceteris adoleſcentibus coęuis veſtris, condemnabitis caput meū regi. Et dixit Daniel ad Malaſar, quem conſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, ⁊ Azariā: Tēta nos, obſecro, ſeruos tuos decē diebus: ⁊ dent nobis legumina ad veſcendum, ⁊ aqua ad bibendū, ⁊ cōtem-

Digitized by Google

emplare vultus noſtros, ⁊ vultus puerorum, q veſcuntur cibo regio: ⁊ ſicut videris, facies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, tētauit eos diebus decem: poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorū meliores, ⁊ corpulentiores ꝑ omnibus pueris, qui veſcebātur cibo regio. ℟. Aſpice dñe. 329.

De ſermone ſancti Athanaſii Epiſcopi, ad Virgines. Lectō iiii.

SI accedāt aliquī, ⁊ dicāt tibi, ne frequēter ieiunes, ne imbecillior fias: ne credas illis, neque auſcultes: iſtos enim inimicus ſubornat. Reminiſcere ſanctas ſcripturas, q cū tres pueri, ⁊ Daniel, ⁊ alij adoleſcentuli captiui ducti eſſent a Nabuchodonoſor rege Babylonis: iuſſumque eſſet, vt de ipſius menſa regia comederent, ⁊ de vino biberent: Danielem ⁊ tres pueros illos noluiſſe pollui ex menſa illa, ſed dixiſſe eunucho, qui eos curandos ſuſceperat, Da nobis de ſeminibus terrę, ⁊ veſcemur. Quibus ait eunuchus: Timeo ego regem, qui cōſtituit vobis cibū ⁊ potū, ne forte facies veſtrę appareant regi prę ceteris pueris, qui regia menſa aluntur, ſquallidiores: ⁊ puniat me. ℟. Super muros tuos. 329. Lectio quinta.

QUi dixerūt illi: Tenta ſeruos tuos dies decē, ⁊ da nobis de ſeminib⁹: ⁊ dedit eis legumina ad veſcendū, ⁊ aquā ad bibendū, ⁊ introduxit eos ad regē, ⁊ viſę ſunt formę ipſorū ſpecioſiores, prę ter ceteros pueros, q regię mēſę cibis nutriebant. Vides, qd faciat ieiuniū? morbos ſanat, deſtillationes exiccat, dęmones fugat, prauas cogitationes expellit, mentē clariorem reddit, cor mundum efficit, corpus ſanctificat, deniq; ad thronum Dei hominē ſiſtit. Sed ne putes hęc temere dici, habes huius rei teſtimoniū in euangelijs a Saluatore prolatū. Cum enim quęſiuiſſent diſcipuli, quonammodo immūdi ſpiritus eijcerentur, reſpondit dominus: Hoc genus nō eijcitur, niſi per orationē, ⁊ ieiuniū. ℟. Muro tuo. 330. Lctō vi.

QUiſquis igitur ab immūdo ſpiritu vexatur, certū habere debet, hoc pharmaco, ieiunio inquam, ſtatim ſpiritus malos afflictos abſcedere, vim ieiunij metuentes. Valde enim dęmones oblectantur crapula, ⁊ ocio corporis. Magna vis in ieiunio, ⁊ magna ⁊ pręclara fiunt per illud: alioqui vnde fieri poſſit? vt homines tam mirifica preſtent, vt dominus ꝑ eos vel ſigna faciat, vel ſanitatem laborantibus donet: niſi plane ob dolorosas meditationes, ⁊ humilitatē animi, ⁊ conuerſationem bonam. Ieiunium enim Angelorum cibus eſt: ⁊ qui

eo vtitur, ordinis angelici cēſendus eſt. ℟. Suſtinuimus.330.

FERIA SECVNDA.

De Daniele propheta. Lectio .j.

a.ca. Tu rex videbas, ⁊ ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa magna, ⁊ ſtatura ſublimis ſtabat contra te: ⁊ intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuę caput ex auro optimo erat: pectus autem ⁊ brachia de argēto: porro vēter ⁊ femora ex ęre: tibię autem ferreę: pedum quędam pars erat ferrea, quędam autem fictilis: videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, ⁊ percuſſit statuā in pedibus eius ferreis, ⁊ fictilibus, ⁊ comminuit eos. Tunc cōtrita ſunt pariter ferrum, teſta, ęs, argentum, ⁊ aurū, ⁊ redacta quaſi in fauillā ęſtiuę areę, q̄ rapta ſunt vento, nullusq; locus inuentus eſt eis. Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, ⁊ impleuit vniuerſam terram. ℟. Redemit populum.330. Lectio ij.

Hoc eſt ſomniū. Interpretationē quoq; eius dicemus coram te rex. Tu rex regū es: ⁊ Deus cęli, regnū, ⁊ fortitudinem, ⁊ imperiu; ⁊ gloriā dedit tibi, ⁊ omnia, in quibus habitāt filij hominū, ⁊ beſtię agri. Volucres quoque cęli dedit in manu tua, ⁊ ſub ditione tua vniuerſa cōſtituit. Tu es ergo caput aureū, ⁊ poſt te cōſurget regnū aliud minus te, argenteu; ⁊ regnum tertium aliud ęreū, quod imperabit vniuerſę terrę, ⁊ regnum quartū erit velut ferreū. Quomodo ferru; comminuit, ⁊ domat omnia: ſic cōminuet, ⁊ conteret omnia hęc. ℟. Anguſtię mihi. fo. 330. Lectio iij.

Porro quia vidiſti pedum ⁊ digitorum partem teſtam figuli, ⁊ partem ferream: regnum diuiſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundum quod vidiſti ferrum miſtum teſtę ex luto: ⁊ digitos pedum ex parte ferreos, ⁊ ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, ⁊ ex parte contritum. Quod autem vidiſti ferrum miſtum teſtę ex luto, commiſcebūtur quide; humano ſemine, ſed non adherebunt ſibi, ſicuti ferru; miſceri non poteſt teſtę. In diebus autem regnorum illorū ſuſcitabit Deus cęli regnum, quod in ęternum non diſſipabitur, ⁊ regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, ⁊ conſumet vniuerſa regna hęc, ⁊ ipſum ſtabit in ęternum. ℟. Miſit dominus.330.

FERIA TERTIA.

De Daniele propheta. Lec.j.

Pronuncians Nabuchodonoſor rex, ait eis. Vere ne Sidrach, Miſach, ⁊ Abdenago deos meos non colitis, ⁊ ſtatuam auream, quā cōſtitui, non adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati, 3.c.

Digitized by Google

tui, quacunque hora audieritis ſonitũ tubę, fiſtulę, citharę, ſambucę, pſalterij, & ſymphonię, omniſque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam, quam feci: quod ſi non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardẽtis. Et quis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea? ℟. A facie. 330. Lectio ſecunda.

RESpõdẽtes Sidrach, Miſac, & Abdenago, dixerũt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re reſpõdere tibi. Ecce enim deus noſter quẽ colimus poteſt eripere nos de camino ignis ardẽtis, & de manibus tuis, o rex, liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuã auream, quã erexiſti, non adoramus. Tũc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago: & pręcepit, vt ſuccenderetur fornax ſeptuplũ, quã ſuccendi conſueuerat. ℟. Ciuitatem iſtam. 330. Lectio tertia.

ET confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, calciamentis, & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis: nam iuſſio regis vrgebat: fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porro viros illos, qui miſerãt Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flãma

ignis. Viri autẽ hi tres, id eſt, Sidrach, Miſach, & Abdenago, ceciderũt i medio camino ignis ardentis colligati: & ambulabant in medio flammę laudantes deum, & benedicentes domino. ℟. Venit peccatrici. 331.

FERIA QVARTA.

De Daniele propheta. Lectio i. ca. 4

RESpõdit Balthaſſar, & dixit: Dñe mi, ſomnium his qui te oderunt: & interpretatio eius hoſtibus tuis ſit. Arborẽ quam vidiſti ſublimem, atq; robuſtam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, & aſpectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & eſca omnium in ea, ſubter eam habitãtes beſtię agri, & in ramis eius commorantes aues cęli, Tu es rex, q magnificatus es, & inualuiſti, & magnitudo tua creuit, & peruenit vſque ad cęlum, & poteſtas tua in terminos vniuerſę terrę. ℟. Indicabo tibi homo. fo. 331. Lectio ſecunda.

QVod autẽ vidit rex vigilem, & ſanctum deſcendere de cęlo, & dicere: Succidite arborẽ, & diſſipate illam: attamen germen radicum eius in terra dimittite: & vinciatur ferro, & ęre in herbis foris, & rore cęli cõſpergatur, & cum feris ſit pabulum eius, donec ſeptem tẽpora mutentur ſuper eum: Hęc eſt interpretatio ſententię Altiſſimi, quę peruenit ſuper dñm meum re-

gentem. Eijcient te ab hominibus, & cum beſtijs feriſqȝ erit habitatio tua, & fenum vt bos comedes: & rore celi infunderis. ℟. Anguſtie. 330. Lectio tertia.

SEptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias, quod dominetur excelſus ſuper regnū hominū, & cuicūqȝ voluerit, det illud. Quod autē precepit, vt relinqueretur germē radicum eius, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit, poſtquam cognoueris poteſtatem eſſe celeſtem. Quamobrem rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis. Omnia hec venerūt ſuper Nabuchodonoſor regē. ℟. Miſit dominus. 330.

FERIA QVINTA.

De Daniele propheta. Lec. j.

ca.5 BAlthaſar rex fecit grande cōuiuiū optimatibus ſuis mille, & vnuſquiſqȝ ſm ſuā bibebat etatem. Precepit ergo iam temulētus, vt afferrent vaſa aurea, & argētea, que aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo, quod fuit in Jeruſalē, vt biberēt in eis rex, & optimates eius, vxoreſqȝ eius & concubine. Tunc allata ſunt vaſa aurea, que aſportauerat de tēplo, quod fuerat in Jeruſalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubine illius. bibebant vinum, & laudabant deos ſuos, aureos, & argēteos, ereos, ferreos, ligneoſque, & lapideos. In eadē hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis, ſcribentis cōtra candelabrū in ſuperficie parietis aule regie: & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis: tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum. ℟. Vidi dominū. 329. Lectio ij.

INtroductus eſt Daniel coram rege: ad quē prefatus rex ait. Tu es Daniel de filijs captiuitatis Jude, quem adduxit pater meus rex de Judea: audiui de te, quoniam ſpiritum deorum habeas, & ſcientia intelligentiaque ac ſapientia ampliores inuente ſunt in te. Et nunc introgreſſi ſunt in cōſpectu meo ſapientes Magi, vt ſcripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt ſenſuȝ huius ſermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod poſſis obſcura interpretari, & ligata diſſoluere. Si ergo vales ſcripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi: purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuū habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad que reſpondens Daniel ait coram rege: Munera tua ſint tibi, & dona domus tue alteri da: ſcripturaȝ autem legam tibi rex, & interpretationem

Digitized by Google

pretationem eius oſtendam tibi. ℟. Aſpice dñe.329. Lec.iij.

Haec eſt autem ſcriptura, que digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares. Et hec eſt interpretatio ſermonis. Mane numerauit Deus regnum tuum, ⁊ compleuit illud. Thecel, appenſus es in ſtatera, ⁊ inuentus es minus habens. Phares, diuiſum eſt regnum tuum, ⁊ datū eſt Medis ⁊ Perſis. Tunc iubente rege, indutus eſt Daniel purpura, ⁊ circundata eſt torques aurea collo eius, ⁊ predicatum eſt de eo, quod haberet poteſtatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar rex Chaldeus: ⁊ Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexagintaduos. ℟. Aſpice domine.329.

FERIA SEXTA.

De Daniele propheta. Lec.j.

5. Viri ergo illi curioſius inquirentes inuenerūt Danielem orantem, ⁊ obſecrantem Deum ſuum, ⁊ accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto. Rex, nunquid non cōſtituiſti, vt omnis homo qui rogaret quēquā de diis, ⁊ hominibus vſque ad dies triginta, niſi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex ait: Verus eſt ſermo iuxta decretum Medorum, atque Perſarum, quod preuaricari non licet. Tunc reſpondentes dixerunt coram rege: Daniel, de filiis captiuitatis Iude, non curauit de lege tua, ⁊ de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua. Quod verbum cum audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt: ⁊ pro Daniele poſuit cor, vt liberaret eum: ⁊ vſque ad occaſum ſolis laborabat, vt erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, vt omne decretum, quod conſtituerit rex, non liceat immutari. ℟. Super muros.329. Lectio ij.

Tunc rex precepit, ⁊ adduxerunt Danielem, ⁊ miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis ſemper, ipſe liberabit te. Allatuſq; eſt lapis vnus, ⁊ poſitus eſt ſuper os laci: quem obſignauit rex annulo ſuo, ⁊ annulo optimatum ſuorū, ne quid fieret contra Danielem. Et abiit rex in domum ſuam, ⁊ dormiuit incenatus, cibiq; nō ſunt allati coram eo, inſuper ⁊ ſomnus receſſit ab eo. Tunc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit, appropinquanſque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, ⁊ affatus eſt eum: Daniel, ſerue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu ſeruis ſemper, putas ne valuit te liberare a leonibus? ℟. Muro tuo.330. Lectio iij.

ET Daniel regi reſpondēs ait: Rex in ęternum viue: Deus meus miſit angeluz ſuū: ⁊ concluſit ora leonum; ⁊ non nocuerunt mihi, quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me; ſed ⁊ coram te rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauiſus eſt ſuper eo, ⁊ Danielē pręcepit educi de lacu: eductuſq; eſt Daniel de lacu, ⁊ nulla leſio inuenta eſt in eo, q̄a credidit Deo ſuo. Iubente autem rege, adducti ſunt viri illi, qui accuſauerant Danielem, ⁊ in lacum leonum miſſi ſunt ipſi, ⁊ filij, ⁊ vxores eoruz: ⁊ nō peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperēt eos leones: ⁊ oīa oſſa eorū cōminuerūt. ℟. Suſtinuimus. 330.

SABBATHO.

De Daniele propheta. Lec. j.

ca. 9 IN anno primo Darij, filij Aſſueri, de ſemine Medorū, qui imperauit ſuper regnuz Chaldęorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annoruz, de quo factus eſt ſermo dñi ad Ieremiā prophetam, vt complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni: ⁊ poſui faciem meā ad dñm Deum meum rogare, ⁊ deprecari in ieiunijs, ſacco, ⁊ cinere: ⁊ oraui dominū Deuz meum, ⁊ confeſſus ſum, ⁊ dixi: Obſecro domine Deus magne, ⁊ terribilis, cuſtodiens pactuz, ⁊ miſericordiam diligentibus te, ⁊ cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, ⁊ receſſimus, ⁊ declinauimus a mādatis tuis, ac iudicijs. ℟. Laudabilis. fol. 330. Lectio ſecunda.

ADhuc me loquente in oratione eccē vir Gabriel, quē videram in viſione a principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini, ⁊ docuit me, ⁊ locutus eſt mihi, dixitq;: Daniel, nunc egreſſus ſum vt docerem te, ⁊ intelligeres. Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo: ego autem veni, vt indicarem tibi quia vir deſideriorum es: tu autem animaduerte ſermonem, ⁊ intellige viſionez. Septuaginta hebdomades abbreuiatę ſunt ſuper populum tuum, ⁊ ſuper vrbem ſanctaz tuam, vt conſummetur pręuaricatio, ⁊ fidez accipiat peccatum, ⁊ deleatur iniquitas, ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna, ⁊ impleatur viſio, ⁊ prophetia, ⁊ vngatur Sanctus ſanctorum. ℟. Anguſtię. 330. Lectio iij.

SCito ergo, ⁊ animaduerte: ab exitu ſermonis vt iterum ędificetur Ieruſalem, vſq; ad Chriſtū ducē hebdomades ſeptem, ⁊ hebdomades ſexaginta duę erunt, ⁊ rurſum ędificabitur platea, ⁊ muri in anguſtia temporū. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: ⁊ non erit eius populus, qui

qui eum magaturus eſt: ⁊ ciuitatem, ⁊ ſanctuariũ diſſipabit populus cuȝ duce venturo: ⁊ finis eius vaſtitas, ⁊ poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactũ multis hebdomada vna: ⁊ in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia, ⁊ ſacrificiũ: ⁊ erit in templo abominatio deſolationis, ⁊ vſqȝ ad conſummationeȝ, ⁊ finem perſeuerabit deſolatio. ℟. Miſit dñs. fo. 330.

Sabb. ante Dñicã iiij. Nouẽb. Ad Mag. Añ. Qui cęloꝝ cõtines thronũ, ⁊ abyſſos intueris dñe rex regũ, mõtes põderas, ⁊ terraȝ palmo ꝯcludis, exaudi nos dñe in gemitibus noſtris.

DOMINICA IIII. Nouembris.

Incipit liber Oſeę pphe. L. j.

VErbum dñi, quod factum eſt ad Oſeę filium Beeri in diebus Oȝię, Joathan, Achaz, ⁊ Ezechię regum Juda, ⁊ in diebus Jeroboam filij Joas regis Jſrael. Principium loquendi dñi in Oſeę. Et dixit dominus ad Oſeę: Uade, ſume tibi vxorem fornicationum, ⁊ fac filios fornicationum: qa fornicans fornicabitur terra dño. Et abijt, ⁊ accepit Gomer filiam Debelai, ⁊ concepit, ⁊ peperit ei filium. ℟. Uidi. 329. Lectio ſecũda.

ET dixit dñs ad euȝ: Uoca nomẽ eius Jeȝrabel: quonia adhuc modicũ, ⁊ viſitabo ſanguinẽ Jeȝrabel ſuper domũ Jehu, ⁊ quieſcere faciam regnũ domus Jſrael: ⁊ in illa die cõteram arcũ Jſrael in valle Jeȝrabel. Et cõcepit adhuc, ⁊ peperit filiam: ⁊ dixit ei: Uoca nomen eius Abſque miſericordia, quia non addam vltra miſereri domui Jſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum: ⁊ domui Juda miſerebor: ⁊ ſaluabo eos in domino Deo ſuo: ⁊ non ſaluabo eos in arcu, ⁊ gladio, ⁊ bello, ⁊ in equis, ⁊ in equitibus. ℟. Aſpice. fol. 329. Lectio tertia.

ET ablactauit eaȝ, quę erat abſqȝ miſericordia. Et cõcepit: ⁊ peperit filiuȝ. Et dixit. Uoca nomẽ eius, Nõ populus meus: quia vos non populus meus, ⁊ ego nõ ero veſter deus. Et erit numerus filiorum Jſrael quaſi arena maris, quę ſine menſura eſt, ⁊ nõ numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis, Nõ populus meus vos, dicetur eis, Filij dei viuentis. Et cõgregabuntur filij Juda, ⁊ filij Jſrael pariter, ⁊ ponent ſibimet caput vnum, ⁊ aſcẽdent de terra, quia magnus dies Jeȝrabel. ℟. Aſpice domine. f. 329.

Ex libro S. Auguſtinum epi de ciuitate dei. Lectio quarta.

OSeas ppheta, quãto profundius qdẽ loquitur, tãto operoſius penetrat. Sed aliquid inde ſumendum eſt: ⁊ hic ex

noſtra prouiſſione ponendum. Et erit, inquit, in loco in quo dictum eſt eis: Nō populus meus vos, vocabuntur & ipſi, Filij Dei viui. Hoc teſtimoniuȝ propheticum de vocatione populi gentium, qui prius nō pertinebat ad Deum, etiaȝ apoſtoli intellexerūt. ℟. Super. 329. L. v.

Et quia ipſe quoq; populus gentiū ſpiritualiter eſt in filijs Abrahę, ac per hoc recte dicitur Iſrael: propterea ſequitur, & dicit: Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael in idipſuȝ: & ponēt ſibimet principatum vnum, & aſcendent a terra. Hoc ſi adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur ſapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, & duo illi parietes, vnus ex Iudęis, alter ex gentibus: ille nomine filiorum Iuda, iſte nomine filiorum Iſrael: eidem vni principatui ſuo in idipſum innitentes, & aſcendētes agnoſcantur in terra. ℟. Muro tuo. 330. Lectio ſexta.

Iſtos autē carnales Iſraelitas qui nunc nolunt credere in Chriſtū poſtea credituros, ideſt filios eorum: nam vtique iſti in ſuum locum moriendo tranſibunt: idem propheta teſtatur dicens: Quoniā diebus multis ſedebunt filij Iſrael ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus. Quis nō videat, nūc ſine iſtis eſſe Iudęos?

℟. Suſtinuimus pacem. f. 330.

FERIA SECVNDA.

De Oſee propheta. Lectio j.

Audite verbuȝ domini filij 4. ca.
Iſrael: quia iudiciū domino cum habitatoribus terrę. Nō eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtuȝ, & adulterium inundauerūt, & ſanguis ſanguinē tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabit omnis, qui habitat in ea, in beſtia agri & in volucre cęli: ſed & piſces maris congregabuntur. ℟. Redemit. 330. Lectio ij.

Veruntamen vnuſquiſque non iudicet, & non arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod nō habuerit ſcientiaȝ: & quia tu ſciētiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum & ego. ℟. Anguſtię. 330. Lectio iij.

Secundum multitudinem eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiā commutabo. Peccata populi mei comedent: & ad iniquitates eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit ſicut populus, ſic ſacer-

Digitized by Google

ſacerdos, ⁊ viſitabo ſuper eum vias eius, ⁊ cogitationes eius reddam ei. Et comedent, ⁊ non ſaturabunt: fornicati ſunt, ⁊ nõ ceſſauerunt, quoniam dñm dereliquerunt in non cuſtodiẽdo.
℟. Miſit dominus. folio 330.

FERIA TERTIA.

Incipit Ioel ppheta. Lectio j.

Verbum dñi, quod factum eſt ad Ioel, filiũ Phatuel. Audite hoc ſenes, ⁊ auribus percipite omnes habitatores terrę: ſi factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrũ veſtrorum. Super hoc filijs veſtris narrate, ⁊ filij veſtri filijs ſuis, ⁊ filij eorum generationi alterę. Reſiduum erucę comedit locuſta: ⁊ reſiduum locuſtę comedit bruchus: ⁊ reſiduum bruchi comedit rubigo.
℟. A facie furoris. 330. Le. ij.

Expergiſcimini ebrij, ⁊ flete, ⁊ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore veſtro. Gens enim aſcendit ſuper terram meã fortis, ⁊ innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, ⁊ molares eius vt catuli leonis. Poſuit vineam meam in deſertum, ⁊ ficum meam decorticauit, nudans ſpoliauit eam, ⁊ proiecit: albi facti ſunt rami eius. ℟. Ciuitatem. 330. Lectio tertia.

Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis ſuę. Perijt ſacrificium, ⁊ libatio de domo domini, luxerunt ſacerdotes miniſtri domini: depopulata eſt regio, luxit humus: quoniam deuaſtatum eſt triticum. Confuſum eſt vinum, elanguit oleum, confuſi ſunt agricolę, vlulauerunt vinitores ſuper frumento, ⁊ hordeo, quia perijt meſſis agri.
℟. Genti peccatrici. folio 331.

FERIA QVARTA.

De Ioele propheta. Lectio j.

In diebus illis, ⁊ in tem- 3. c.
pore illo, cũ conuertero captiuitatẽ Iuda, ⁊ Ieruſalem, cõgregabo omnes gentes, ⁊ deducam eas in vallem Ioſaphath, ⁊ diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, ⁊ hereditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, ⁊ terram meam diuiſerũt, ⁊ ſuper populũ meum miſerũt ſortem: ⁊ poſuerunt puerum in proſtibulo, ⁊ puellam vendiderunt pro vino, vt biberent.
℟. Iudicabo. 331. Lectio ij.

Verum quid mihi, ⁊ vobis Tyrus, ⁊ Sidon, ⁊ omnis terminus Paleſthinorum? numquid vltionẽ vos reddetis mihi? ⁊ ſi vlciſcimini vos cõtra me, cito velociter reddã viciſſitudinẽ vobis ſuper caput veſtrum. Argentum enim meũ, ⁊ aurum tuliſtis, ⁊ deſiderabilia mea, ⁊ pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra: ⁊ filios Iuda, ⁊ filios Ieruſalem vendidiſtis filijs Grecorum.

Digitized by Google

gentium, vt longe faceretis eos de finibus ſuis: Ecce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos: ꝛ cõuertam retributionem veſtrã in caput veſtrũ. ℞. Anguſtie. folio.330. Lectio tertia.

Et vendã filios veſtros, ꝛ filias veſtras in manib⁹ filiorũ Juda: ꝛ venundabũt eos Sabeis gẽti lõginque, q̃a dñs locutus eſt: Clamate hoc in gẽtibus: ſanctificate bellũ: ſuſcitate robuſtos. Accedant, aſcendant oẽs viri bellatores. cõcidite aratra veſtra i gladios, ꝛ ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego ſum. Erumpite, ꝛ venite oẽs gentes de circuitu, ꝛ congregamini: ibi occũbere faciet dñs robuſtos tuos. Conſurgant, ꝛ aſcendant gẽtes in vallem Joſaphath: q̃a ibi ſedebo, vt iudicem oẽs gentes in circuitu. ℞. Miſit dñs.330.

FERIA QVINTA.

Incipit Amos propheta. L.j.

Verba Amos, qui fuit in paſtoribus Thecue, que vidit ſuper Iſrael in diebus Ozie regis Iuda, ꝛ in diebus Jeroboam, filij Joas, regis Iſrael, ante duos annos terremotus. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, ꝛ de Jeruſalem dabit vocem ſuam: ꝛ luxerunt ſpecioſa paſtorum, ꝛ exiccatus eſt vertex Carmeli. ℞. Vidi Dominum ſedentem. folio.329. Lectio ſecunda.

Hec dicit dñs: Super tribus ſceleribus Damaſci ꝛ ſuper quatuor nõ conuertam eum: eo quod triturauerit in plauſtris ferreis Galaad. Et mittam ignẽ in domũ Azael: ꝛ deuorabit domos Benadad: ꝛ cõteram vectem Damaſci, ꝛ diſperdam habitatorẽ de campo idoli, ꝛ tenẽtem ſceptrum de domo voluptatis: ꝛ transferet populus Syrie Cyrenen, dicit dñs. ℞. Aſpice dñe de ſede.329. Le.iij.

Hec dicit dñs: Super tribus ſceleribus Gaze: ꝛ ſuper quatuor non conuertã eũ: eo quod tranſtulerit captiuitatem perfectam, vt concluderet eã in Idumea: ꝛ mittam ignem in murum Gaze: ꝛ deuorabit edes eius, ꝛ diſperdam habitatorem de Azoto, ꝛ tenentem ſceptrum de Aſcalone: ꝛ conuertam manum meam ſuper Accaron: ꝛ peribunt reliquie Philiſthinorũ: dicit dominus Deus. ℞. Aſpice dñe q̃a.329.

FERIA SEXTA.

Incipit Abdias ꝓpheta. Le.j.

Viſio Abdie: Hec dicit dominus ad Edom. Auditum audiuimus a domino, ꝛ legatum ad gentes miſit: Surgite ꝛ conſurgamus aduerſus eum in prelium. Ecce paruulum dedi te in gentibus: ꝛ contemptibilis tu es valde. Superbia

Digitized by Google

dia cordis tui extulit te habitan
tem in ſciſſuris petrarū, exaltan
tem ſoliū tuū, qui dicis in cor
de tuo: Quis detrahet me in
terram? Si exaltatus fueris, vt
aquila, ꝛ ſi inter ſidera poſueris
nidum tuum, inde detrahā te,
dicit dominus. ℞. Super mu
ros. folio 329. Lectio ſecunda.

SI fures introiſſent ad te, ſi
latrones ꝑ noctem: quo
modo cõticuiſſes? nonne furati
eſſent ſufficiētia ſibi? Si vinde
miatores introiſſent ad te, nun
quid ſaltem racemū reliquiſſēt
tibi? Quomodo ſcrutati ſunt
Eſau, inueſtigauerūt abſcōdita
eius? vſqꝫ ad terminum emiſe
runt te: omnes viri fœderis tui
illuſerūt tibi, inualuerūt aduer
ſuꝫ te viri pacis tuę: q comedūt
tecū, ponent inſidias ſuper te:
non eſt prudentia in eo. ℞.
Muro tuo. 330. Lectio tertia.

NUnquid non in die illa, di
cit dñs perdam ſapientes
de Idumęa, ꝛ prudentiā de mō
te Eſau? Et timebūt fortes tui
a meridie, vt intereat vir de mō
te Eſau. Propter interfectio
nem ꝛ propter iniquitatē in fra
trem tuuꝫ Iacob operiet te cōfu
ſio, ꝛ peribis in ęternū. In die cū
ſtares aduerſus eū, quādo capie
bant alieni exercitum eius, ꝛ ex
tranei ingrediebantur portas
eius, ꝛ ſuper Ieruſalē mittebant
ſortes, tu quoqꝫ eras quaſi vnus
ex eis. ℞. Suſtinuimus. 330.

SABBATHO.

Incipit Ionas ꝓpheta. Lectō. j.

ET factuꝫ eſt verbū
domini ad Ionam
filium Amathi, di
cens: Surge, ꝛ va
de in Niniuen ciui
tatem grandeꝫ, ꝛ prędica in ea:
q̄a aſcendit malitia eius coram
me. Et ſurrexit Ionas vt fuge
ret in Tharſis a facie domini, ꝛ
deſcendit in Ioppen, ꝛ inuenit
nauem euntēꝫ in Tharſis: ꝛ de
dit naulum eius, ꝛ deſcendit in
eam: vt iret cum eis in Tharſis
a facie dñi. Dñs autem miſit
ventum magnum in mare, ꝛ fa
cta eſt tēpeſtas magna in mari:
ꝛ nauis periclitabatur conteri.
℞. Laudabilis. 330. Lectio ij.

ET timuerūt nautę, ꝛ cla
mauerūt viri ad deū ſuū:
ꝛ miſerunt vaſa, quę erāt in na
ui, in mare, vt alleuiaretur ab
eis. Et Ionas deſcendit ad inte
riora nauis, ꝛ dormiebat ſopore
graui: ꝛ acceſſit ad euꝫ guber
nator, ꝛ dixit ei: Quid tu ſopore
deprimeris? ſurge: inuoca Deū
tuū, ſi forte recogitet Deus de
nobis, ꝛ non pereamus. Et di
xit vir ad collegam ſuum: Ve
nite, ꝛ mittamus ſortes, ꝛ ſcia
mus, quare hoc malum ſit no
bis. Et miſerunt ſortes, ꝛ ceci
dit ſors ſuper Ionam. ℞. An
guſtię. fol. 330. Lectio tertia.

ET dixerunt ad eū. Indica
nobis, cuius cauſa mali
iſtud

iſtud ſit nobis? quod eſt opus tuum? que terra tua? ⁊ quo va/
dis? vel ex quo populo es tu? Et
dixit ad eos: Hebręus ego ſum:
⁊ dominum Deum cęli ego ti/
meo: qui fecit mare ⁊ aridam. Et
timuerunt viri timore magno,
⁊ dixerunt ad eum: Quid hoc
feciſti? Cognouerunt enim viri
quod a facie dñi fugeret, quia in/
dicauerat eis. Et dixerũt ad eũ.
Quid faciemus tibi, ⁊ ceſſabit
mare a nobis? qa mare ibat ⁊ in/
tumeſcebat ſuper eos. Et dixit
ad eos: Tollite me, ⁊ mittite in
mare, ⁊ ceſſabit mare a vobis:
ſcio enim ego, quoniam propter
me tempeſtas hęc grandis eſt ſu
per vos. ℟. Miſit dñs. 330.

Sabbatho ante dñicã v. Noue.
Ad Magnificat. Antiphona.
Super muros tuos Jeruſalem
conſtitui cuſtodes: tota die ⁊
nocte non tacebunt laudare no
men domini.

DOMINICA V. Nouembris.

Incipit Micheas propheta. L. j.

Verbuz domini, quod
factum eſt ad Mi/
cheaz Moraſtiten in
in diebus Joathan,
Achaz, ⁊ Ezechię regũ Juda,
quod venit ſuper Samariam,
⁊ Jeruſalez. Audite populi om
nes: ⁊ attendat terra, ⁊ plenitu/
do eius, ⁊ ſit dominus Deus
vobis in teſtem, dominus de tẽ/
plo ſancto ſuo. Quia ecce domi/
nus egredietur de loco ſuo, ⁊
deſcendet, ⁊ calcabit ſuper ex/
celſa terrę. ℟. Vidi domi/
num. 329. Lectio ſecunda.

Et conſumentur montes
ſubtus eum: ⁊ valles ſcin/
dentur ſicut cera a facie ignis,
ſicut aquę quę decurrunt in pręc
ceps. In ſcelere Jacob omne
iſtud, ⁊ in peccatis domus Iſ/
rael. Quod ſcelus Jacob? non/
ne Samaria? ⁊ quę excelſa Ju/
dę? nonne Jeruſalem? Et po/
nam Samariam, quaſi aceruũ
lapidum in agro, cũ plantatur
vinea: ⁊ detraham in vallem la/
pides eius: ⁊ fundamenta eius
reuelabo. ℟. Aſpice domine
de ſede ſancta. 329. Lectio iij.

Et oĩa ſculptilia eius con/
cidentur: ⁊ oẽs mercedes
eius comburent igne: ⁊ omnia
idola eius ponã in perditionẽ:
quia de mercedibus meretricis
congregata ſunt, ⁊ vſq; ad mer/
cedem meretricis reuertentur.
Super hoc plangã, ⁊ vlulabo:
vadã ſpoliatus ⁊ nudus: faciam
planctum, velut draconũ, ⁊ lu/
ctũ quaſi ſtruthionũ, quia deſpe
rata eſt plaga eius, quia venit
vſq; ad Judam, tetigit portam
populi mei vſq; ad Jeruſalem.
℟. Aſpice domine, quia. 329.

De ſermone Scti Baſilij Ma/
gni in pſalmum trigeſimum ter
tium. Lectio quarta.

Cum te appetitus inuaſe/
rit peccandi, velim cogi/

Digitized by Google

ne horribile illud & intolerabile Chriſti tribunal, in quo preſidebit iudex in alto & excelſo throno: adſtabit autem omnis creatura ad glorioſum illius conſpectũ cõtremiſcẽs. Adducẽdi etiã nos ſumus ſinguli, eorum que in vita geſſerimus rationẽ redditurĩ. Mox illis qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidã & deformes aſſiſtent angeli, igneos vultus preferẽtes, atque ignem ſpirãtes, ea re propoſiti & volũtatis acerbitatẽ oſtendẽtes, nocti vultu ſimiles ꝑpter merorem & odiũ in humanũ genus. ℟ Sup muros. 329. ℣.

Hec cogites profunditatẽ barathrũ, inextricabiles tenebras: & ignem carentem ſplendore, vrendi quidem vim habẽtem, ſed priuatum lumine: deinde vermium genus venenũ immittens ac carnẽ vorans, inexplebiliter edens, neq; vnquã ſaturitatẽ ſentiens, intolerabiles dolores corroſione ipſa infigens: poſtremo, quod ſuppliciorũ omnium grauiſſimũ eſt, opprobriũ illud & cõfuſionẽ ſempiternam. Hec time, & hoc timore inſtructus, animã a peccatorũ cõcupiſcẽtia tanq; freno quodã reprime. ℟ Muro tuo. 330. Lec. vj.

Hunc timorẽ dñi ſe docturũ propheta promiſit: docere autẽ nõ ſimpliciter ꝑmiſit, ſed eos q eum audire voluerint: non eos, qui longius prolapſi ſunt, ſed qui ſalutem appetentes accurrunt: non alienos a promiſſionibus, ſed ex baptiſmate filiorũ adoptionis, verbo ipſi conciliatos atq; cõiũctos. Propterea venite, inquit: hoc eſt, per bona opera accedite ad me filij, quippe qui per regenerationem filij lucis effici digni facti eſtis. Audite, qui aures cordis habetis apertas: timorem domini docebo vos, illum ſcilicet, quem paulo ante oratione noſtra deſcripſimus. ℟ Suſtinuimus. 330.

FERIA SECVNDA.

Incipit Naum ꝓphe[illegible]. Lec. j.

Onus Niniue. Liber viſionis Naum Elceſei. Deus emulator, & vlciſcens dñs: vlciſcẽs dñs, & habens furorẽ, vlciſcens dñs in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dñs patiens & magnus fortitudine, & mundãs non faciet innocentem. Dñs in tẽpeſtate & turbine vie eius, & nebule puluis pedum eius, increpans mare, & exiccans illud: & omnia ad deſertum deducens. ℟ Redemit. 330. Lectio ſcda.

Infirmat⁹ eſt Baſan, & Carmelus, & flos Libani elanguit: montes cõmoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt: & contremuit terra a facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciẽ indignationis eius quis ſtabit? & qs reſiſtet in ira furoris eius? indignatio ei⁹ effuſa eſt vt ignis

& pe

⁊ petrę diſſolutę ſunt ab eo. ℟. Anguſtię. 330. Lectio iij.

BOnus dñs, ⁊ confortās in die tribulationis: ⁊ ſciens ſperantes in ſe: ⁊ in diluuio prętereunte, conſummationē faciet loci eius: ⁊ inimicos eius perſequentur tenebrę. Quid cogitatis contra dñm? Conſummationē ipſe faciet: non cōſurget duplex tribulatio: qa ſicut ſpinę ſe inuicē cōplectuntur, ſic conuiuium eoꝝ pariter potantiū, conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. ℟. Viſit dñs. 330.

FERIA TERTIA.

Incipit Habacuc pphēta. L. j.

ONus, quod vidit Habacuc propheta. Uſquequo dñe clamabo, ⁊ non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, ⁊ nō ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitates, ⁊ laborē, videre prędā ⁊ iniuſtitiā contra me? Quare reſpicis cōtemptores, ⁊ taces, cōculcāte impio iuſtiorē ſe? Et facies hoīs quaſi piſces maris, ⁊ quaſi reptilia nō habentia ducē? Et factū eſt iudiciū, ⁊ cōtradictio potentior. ℟. A facie. 330. L. ij.

PRopter hoc lacerata eſt lex, ⁊ nō peruenit vſq; ad finem iudiciū: quia impius pręualet aduerſus iuſtum: propterea egreditur iudiciū peruerſū. Aſpicite in gentibus, ⁊ videte, ⁊ admiramini, ⁊ obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldęos gentem amarā, velocem, ambulantē ſuper latitudinem terrę, vt poſſideat tabernacula nō ſua. Horribilis, ⁊ terribilis eſt: ex ſemetipſa iudicium, ⁊ onus eius egredietur. ℟. Ciuitatem. 330. Lectio iij.

LEuiores pardis equi eius, ⁊ velociores lupis veſpertinis, ⁊ diffundētur equites eius, equites enim eius de longe venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prędam venient: facies eorum ventus vrens, ⁊ congregabit quaſi arenā captiuitatē. Et ipſe de regibus triumphabit, ⁊ tyranni ridiculi eius erunt, ipſe ſuper oēm munitionē ridebit, ⁊ cōportabit aggerem, ⁊ capiet eā. ℟. Genti peccatrici. 331.

FERIA QVARTA

Incipit Sophonias pphēta. L. i.

VErbum domini quod factū eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godolię, filij Amaſię, filij Ezechię, in diebus Joſię, filij Ammon regis Juda. Congregans cōgregabo omnia a facie terrę, dicit dominus: cōgregans hominē ⁊ pecus: cōgregans volatilia cęli, ⁊ piſces maris: ⁊ ruinę impioꝝ erūt: ⁊ diſperdā hoīes a facie terrę: dicit dñs. ℟. Iudicabo. 331. L. ij.

Et

Digitized by Google

Et extendam manum meã ſuper Judam, ⁊ ſuper oẽs habitantes Jeruſalẽ, ⁊ diſperdã de loco hoc reliquias Baal, ⁊ nomina ędituorum cũ ſacerdotibus, ⁊ eos qui adorant ſup tecta militiã celi, ⁊ adorãt ⁊ iurant in domino, ⁊ iurãt in Melchom, ⁊ qui auertuntur de poſt tergum dñi, ⁊ qui non quęſierũt dominum, nec inueſtigauerũt eũ. ℟. Anguſtię. 330. Lec. iij.

Silete a facie dñi Dei, quia iuxta eſt dies dñi: qꝛ prępauit dñs hoſtiã, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtię dñi, viſitabo ſup principes, ⁊ ſup filios regis, ⁊ ſup oẽs q induti ſunt veſte peregrina: ⁊ viſitabo ſuper oẽm, qui arrogãter ingreditur ſup limen in die illa, q cõplent domũ dñi Dei ſui iniquitate, ⁊ dolo. ℟. Miſit do. 330.

FERIA QVINTA.

Incipit Aggeus ppheta. L. j.

In anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto, in die vna menſis: Factũ eſt verbum domini in manu Aggęi prophetę ad Zorobabel filium Salathiel, ducẽ Juda, ⁊ ad Jeſum filium Joſedec, ſacerdotem magnum, dicens: Hęc ait dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit, Nondum venit tempus domus domini ędificandę. ℟. Vidi dñm. 329. Lectio ſecunda.

Et factum eſt verbũ dñi in manu Aggęi prophetę, dicens: Nunquid tẽpus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, ⁊ domus iſta deſerta? Et nũc hęc dicit dñs exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras: ſeminaſtis multũ, ⁊ intuliſtis parũ: comediſtis, ⁊ nõ eſtis ſatiati: bibiſtis, ⁊ nõ eſtis inebriati: operuiſtis vos, ⁊ nõ eſtis calefacti: ⁊ qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſũ. ℟. Aſpice dñe. 329. Lec. iij.

Hęc dicit dñs exercituũ: Ponite corda vr̃a ſuper vias veſtras, aſcẽdite in montẽ, portate ligna, ⁊ ędificate domũ, ⁊ acceptabilis mihi erit, ⁊ glorificabor: dicit dñs. Reſpexiſtis ad amplius, ⁊ ecce factum eſt minus, ⁊ intuliſtis in domum, ⁊ exufflaui illud: quam ob cauſam, dicit dominus exercituum: Quia domus mea deſerta eſt, ⁊ vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam: propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt celi ne darent rorem, ⁊ terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum. ℟. Aſpice domine, quia. folio 329.

FERIA SEXTA.

Incipit Zacharias propheta L. j.

In menſe octauo, in anno ſecundo Darij, factum eſt verbũ domini ad Zachariam, filium Barachię filij Addo, prophetam: dicens:

cens: Iratus eſt dñs ſuper patres veſtros iracundia. Et dices ad eos: Hęc dicit dominus exercituũ: conuertimini ad me, ait dñs exercituum: ⁊ conuertar ad vos, dicit dñs exercituum. ℟. Super. 329. Lectio ſecunda.

Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabãt pphete priores dicentes: Hęc dicit dñs exercituũ. Cõuertimini de vijs veſtris malis, ⁊ de cogitationibus veſtris peſſimis: ⁊ nõ audierunt, neque attenderunt ad me, dicit dñs. Patres veſtri vbi ſunt? ⁊ prophetę nunquid in ſempiternum viuent. ℟. Muro tuo. 330. Lectio tertia.

Verumtamẽ verba mea, ⁊ legitima mea, quę mandaui ſeruis meis prophetis, nunqd nõ comprehenderunt patres veſtros? ⁊ conuerſi ſunt, ⁊ dixerũt: Sicut cogitauit dñs exercituum facere nobis ſm vias noſtras, ⁊ ſm adinuentiones noſtras, fecit nobis. ℟. Suſtinuimus pacẽ. 330.

SABBATHO.

Incipit Malachias ppheta. L. j.

Onus verbi dñi ad Iſrael in manu Malachię prophetę. Dilexi vos, dicit dñs, ⁊ dixiſtis: in quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus: ⁊ dilexi Iacob, Eſau autẽ odio habui? ⁊ poſui Seir montes eius in ſolitudinẽ, ⁊ hereditatẽ eius in dracones deſerti? Quod ſi dixerit Idumęa, Deſtructi ſumus, ſed reuertẽtes ędificabim⁹ quę deſtructa ſũt: hęc dicit dñs exercituũ: Iſti ędificabũt, ⁊ ego deſtruã: ⁊ vocabũtur termini impietatis, ⁊ populus cui iratus eſt dominus vſque in ęternum. ℟. Laudabilis. 330. Lectio ſecunda.

Et oculi veſtri videbũt: ⁊ vos dicetis, Magnificetur dñs ſup terminum Iſrael. Filius honorat patrẽ, ⁊ ſeruus dñm ſuũ. Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? ⁊ ſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dñs exercituum. Ad vos o ſacerdotes: qui deſpicitis nomẽ meum, ⁊ dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, ⁊ dicitis, in quo polluimus te? In eo quod dicitis: Menſa domini deſpecta eſt. ℟. Anguſtię mihi. 330. Lectio tertia.

Si offeratis cęcũ ad immolãdũ, nõne malũ eſt? ⁊ ſi offeratis claudũ ⁊ languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit dñs exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur noſtri (de manu enim veſtra factũ eſt hoc) ſiquo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit dñs exercituum. Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, ⁊ incendat altare meum gratuito? ℟. Miſit dominus. folio. 330.

HOMI-

Digitized by Google

HOMILIAE IN DOMINICIS PER ORDINEM DISPOSITAE

A Tertia Dominica poſt Pentecoſten, vſque ad Aduentum.



Dominica tertia poſt Pentecoſten. Oratio.

PRotector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore, te duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus ęterna. Per dominum noſtrum.

Lectio ſancti euang. ſecundum Lucam. Lectio vij.

15 IN illo tempore: Erant appropinquantes ad Jeſum publicani, et peccatores, vt audirent illum. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

HAudiſtis in lectione euangelica, fratres mei, quia peccatores et publicani acceſſerunt ad redemptorem noſtrum: et non ſolum ad colloquendum, ſed etiam ad conueſcendum recepti ſunt: quod videntes Phariſei dedignati ſunt. Ex qua re colligitur, quia vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa vero dedignationem: quamuis et iuſti ſoleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud eſt quod agitur typo ſuperbię, aliud quod zelo diſciplinę. R. Peccaui. 258. Lectio viij.

OEdignantur etenim, ſed non dedignantes, deſperant, non deſperantes, perſecutionem commouent, ſed amantes: quia, et ſi foris increpationem per diſciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem ſeruant. Preponunt ſibi in animo ipſos plerunque quos corrigunt: meliores eſtimant eos quoque, quos iudicant. Quod videlicet agentes, et per diſciplinam ſubditos, et per humilitatem cuſtodiunt ſemetipſos. R. Duo Seraphim. 258. Lectio nona.

HAt contra, hi, qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cęteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt: et quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero

Digitized by Google

numero Phariſei extiterât, q
dijudicantes dñm quod pecca
tores ſuſciperet, arenti corde
ipſum fontem miſericordię re/
prehendebant. Sed quia ęgri
erant, ita vt ſe ęgros eſſe neſci/
rent, quatenus quod erât agno
ſcerent, cęleſtis eos medicus blā
dis fomentis curat, benignum
paradigma obijcit, ⁊ in eorum
corde vulneris tumorē premit.
Ad Benedictus. Antiphona.
Quis ex vobis homo, q habet
cētum oues? ⁊ ſi perdiderit vnā
ex illis, nōne dimittit nonagin/
ta nouē in deſerto, ⁊ vadit ad il/
lam, q̄ perierat, donec inueniat
eam? hal'ab. Ad Mag. Añā.
Quę mulier habens drachmas
decem? ⁊ ſi perdiderit drachmā
vnam, nonne accendit lucer/
nam, ⁊ euerrit domū, et quęrit
diligenter, donec inueniat?
Dñica iiij. poſt Pētecoſt. Orō.
DA nobis, quęſumus
dñe: vt et mundi cur
ſus pacifice nobis tuo
ordine dirigatur, et
Eccleſia tua trāquilla deuotio/
ne lętetur. Per dominum noſt.
Lcō s. euāg. ſm Lucā. Lcō vij.
ca. 5 IN illo tempore: Cum tur/
bę irruerent in Ieſum, vt
audirent verbum Dei, et ip/
ſe ſtabat ſecus ſtagnum Ge/
neſareth. Et reliqua.
Homilia s. Ambroſij epiſcopi.
VBi dñs multis impertiuit
varia genera ſanitatū, nec
tempore, nec loco cępit a ſtudio
ſanandi turba cohiberi. Veſper
incubuit, populi ſequebant. Sta/
gnum occurrit, turbę vrgebāt:
et ideo aſcēdit in Petri nauī.
Hęc eſt illa nauis, q̄ ſecundum
Matthęum adhuc fluctuat, ſe/
cundum Lucam repletur piſci
bus, vt et principia Eccleſię flu
ctuantis, et poſteriora exube/
rantis agnoſcas. Lectio viij.
PIſces enī ſunt, qui hanc
enauigāt vitā: ibi adhuc
diſcipulis Chriſtus dormit: hic
pręcipit: dormit enim tepidis,
vigilat perfectis. Denique etſi
alijs imperat vt laxēt retia ſua,
ſoli tamē Petro dicitur, duc in
altū, hoc eſt in pfundum diſpu
tationū. Quid enim tam altū,
quam altitudinem diuitiarum
videre, ſcire Dei filium, et pro/
miſſionem diuinę generatio/
nis aſſumere? quam licet mens
humana non queat plene ratio
nis inueſtigatione comprehen/
dere, fidei tamen plenitudo cō/
plectitur. Lectio nona.
NAm etſi non licet mihi ſci
re, quemadmodū natus
ſit, nō licet tamen neſcire, quod
natus ſit. Seriem generationis
ignoro: ſed auctoritatē genera
tionis agnoſco. Nō interfuim⁹,
cū ex patre Dei filius naſcere/
tur: ſed interfuimus, cū a patre
Dei filius diceretur. Si deo nō
credimus, cui credimus? Om/
nia enim quę credimus, vel viſu
credi/

audimus, vel auditu. Viſus ſępe fallitur, auditus in fide eſt.

Ad Benedictus, Antiphona. Aſcendẽs Ieſus in nauim, & ſedẽs, docebat turbas, halleluiah.

Ad Magnificat. Antiphona. Preceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.

Dñica v. poſt Penteco. Oro.

Deus, qui diligentibus te bona inuiſibilia preparaſti, infunde cordibus noſtris tui amoris affectum: vt te in omnibus, & ſuper omnia diligentes, promiſſiones tuas, quę omne deſiderium ſuperant, conſequamur. Per dominum noſtrũ Ieſum Chri.

Lcõ ſ. euã. ſm Mattheũ. C. v.

15 In illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Amẽ, dico vobis: Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarũ, & Phariſęorum, non intrabitis in regnum cęlorũ. Et reliqua.

Homilia Sãcti Auguſtini epi.

Iuſtitia Phariſeorũ eſt, vt non occidãt: iuſtitia eorum qui intraturi ſunt in regnũ Dei, vt non iraſcantur ſine cauſa. Minimum eſt ergo, non occidere: & qui illud ſoluerit, minimus vocabitur in regno celorum: qui autẽ illud impleuerit, vt non occidat, non cõtinuo magnus erit, & idoneus regno cęlorum, ſed tamen aſcendit aliquẽ gradum: perficietur autem, ſi non iraſcitur ſine cauſa: quod ſi perfecerit, multo remotior erit ab homicidio. Quapropter qui docet vt non iraſcamur, non ſoluit legem ne occidamus, ſed implet potius: vt & foris, dum non occidimus, & in corde, dum non iraſcimur, innocentiam cuſtodiamus. Lectio octaua.

Gradus itaque ſunt in iſtis peccatis: vt primo quiſq; iraſcat, & eũ motũ retineat corde conceptum: iam ſi extorſerit vocẽ indignãtis ipſa cõmotio, non ſignificantẽ aliquid, ſed illum animi motũ ipſa eruptione teſtantẽ, qua feriatur ille, cui iraſcitur, plus eſt vtiq;, quam ſi ſurgens ira ſilentio premeretur. Sin vero nõ ſolũ vox indignãtis audiatur, ſed etiã verbũ, quo iam certam eius vituperationẽ in quẽ profertur deſignet, & notet: quis dubitet, amplius hoc eſſe, quam ſi ſolus indignationis ſonus ederetur? Lectio nona.

Videnunc etiam tres reatus, iudicij, concilij, & gehennę ignis. Nã in iudicio adhuc defenſioni daſ locus: in concilio autẽ quanq; & iudiciũ eſſe ſoleat, tamen q̃a intereſſe aliq̃d hoc loco fateri cogit ipſa diſtinctio, videtur ad cõciliũ pertinere ſententię prolatio, quãdo nõ iam cum ipſo reo agitur vtrum dãnandus ſit, ſed inter ſe, qui iudicant, conferũt quo ſupplicio

damnari oportẽat quẽ ꝯſtat eſſe
damnandũ. Gehẽna vero ignis
nec damnationẽ habet dubiã, ſi/
cut iudiciũ, nec dãnari pęnã ſi/
cut cõciliũ: in gehenna quippe
ignis certa eſt ⁊ damnatio, ⁊ pę/
na damnati. Ad Bñs. Añã.
Audiſtis quia dictum eſt anti/
quis: Non occides: qui autem
occiderit, reus erit iudicio.
Ad Mag. Añã. Si offers mu/
nus tuũ ad altare, ⁊ recordatus
fueris, quia frater tuus habet ali
qd aduerſus te, relinque ibi mu
nus tuũ ante altare, ⁊ vade prius
reconciliari fratri tuo: ⁊ tũc ve/
niẽs offeres munus tuum, hal.
Dñica vj. poſt Penteco. Oro.

Deus virtutũ, cuius
eſt totum, quod eſt
optimum: inſere pe
ctoribus noſtris a/
morem tui nomi/
nis, ⁊ pręſta in nobis religionis
augmentum: vt quę ſunt bona,
nutrias, ac pietatis ſtudio, quę
ſunt nutrita cuſtodias. Per do
minum noſtrum Jeſum Chr̃m.
Lcõ ſ. euã. ſm Marcũ. Lcõ vij.
ca.8 In illo tempore: Cũ turba
multa eſſet cũ Jeſu, nec ha
berent quod manducarent, con
uocatis diſcipulis, ait illis. Miſe
reor ſuper turbam: qꝛ ecce iam
triduo ſuſtinent me: nec habẽt
quod manducent. Et reliqua.
Homilia ſ. Ambroſij epiſcopi.
Poſteaquam illa, quę eccle
ſię typum accepit, a fluxu
curata eſt ſanguinis, poſtea quã
apoſtoli ad euangelizandũ re/
gnum Dei ſunt deſtinati, gratię
cęleſtis impartitur alimentum:
ſed quibus impartiatur aduer/
te: nõ ocioſis, nõ in ciuitate, qua
ſi in ſynagoga, vel ſeculi dignita
te reſidentibus, ſed inter deſerta
quęrentibus Chriſtum. L. viij.
Qui enim nõ faſtidiũt, ipſi
recipiuntur a Chriſto, ⁊
cum ipſis loquitur Dei verbũ,
non de ſecularibus, ſed de Dei
regno. Et ſiqui corporalis ge/
runt vulnera paſſionis, his me/
dicinam ſuam libenter indul/
get. Conſequens igitur erat, vt,
quos a vulnerũ dolore ſanaue/
rat, eos alimonijs ſpiritualibus
a ieiunio liberaret. Lcõ nona.
Itaqꝫ nemo cibum acci/
pit Chriſti, niſi fuerit ante
ſanatus: ⁊ illi qui vocantur ad
cęnam, prius vocando ſanan/
tur. Si claudus fuerat, gradien
di facultatem vt veniret, acce/
pit: ſi lumine priuatus erat ocu/
lorum, domum vtique domini,
niſi refuſa luce, intrare non po/
tuit. Ubiqꝫ ergo myſterij ordo
ſeruatur, vt prius per remiſſio/
nem peccatorũ vulneribus me/
dicina tribuatur, poſtea alimo/
nia menſę cęleſtis exuberet.
Ad Benedictus. Antiphona.
Cum turba multa eſſet cum Je/
ſu, nec haberent quod mãduca/
rent, conuocatis diſcipulis, ait il
lis: Miſereor ſuper turbã: quia
ecce

ecce iã triduõ ſuſtinent me, nec habent quod manducent, hal. Ad M. Aña. Miſereor ſuper turbã: quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod mãducent: ꝛ, ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via, haleluiah.

Dñica vij. poſt Pẽtẽco. Oro.

DEus, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur: te ſupplices exoramus: vt noxia cuncta ſubmoueas, ꝛ omnia nobis ꝓfutura concedas. Per dominum noſtrũ Jeſum Chri.

Lcõs. euã. ſm̃ Mattheũ. c. vij.

1.7 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homilia S. Hilarij epiſcopi.

BLandimenta verborum, ꝛ manſuetudinis ſimulationem admonet fructu operationis expẽdi oportere: vt nõ qualem quis verbis referat, ſed qualem ſe rebus efficiat, ſpectemus: quia in multis veſtitu ouium rabies lupina contegitur. Ergo vt ſpinę vuas, tribuli ficus non generant: vt iniquę arbores vtilia poma non afferunt: ita ne in iſtis quidem conſiſtere docet boni operis effectum, ꝛ idcirco omnes cognoſcendos eſſe de fructibus. Regnum enim cęlorum ſola verborũ officia non obtinẽt, neque qui dixerit, domine, domine, hęres illius erit. Lectio viij.

QUid enim meriti eſt dño dicere, domine? Nunquid dominus non erit, niſi fuerit dictus a nobis? ꝛ quę officij ſanctitas eſt nominis nuncupatio? cũ cęleſtis regni iter, obedientia potius voluntatis Dei, non nuncupatio repertura ſit. Multi mihi dicent in illa die: Dñe domine, nonne in tuo nomine prophetauimus? Etiam nunc pſeudoprophetarum fraudulentiã, ꝛ hypocritarum ſimulamenta condemnat, qui gloriam ſibi ex verbi virtute prę́ſumunt, in doctrinę prophetia, ꝛ dęmoniorũ fuga, ꝛ in iſtiuſmodi operum virtutibus. Lectio nona.

HAeque hinc ſibi regnũ cęlorũ pollicentur: quaſi vero eorũ aliquid proprium ſit, quę loquuntur, aut faciunt, ꝛ nõ omnia virtus Dei inuocata perficiat, cum doctrinę ſcientiam lectio afferat, dęmonia Chriſti nomen exagitet. De noſtro igitur eſt beata illa ęternitas promerẽda, prę́ſtandumq; eſt aliquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoq; affectu pręceptis cęleſtibus obtemperemus, ac talibus officijs cogniti Deo ſimus: agamusq; potius quod vult, quam quod poteſt gloriemur, repudians eos ac repellens, quos a cognitione ſua opera iniquitatis auerterint.

Digitized by Google

Ad Bñs. Añ. Attēdite a falſis
prophetis, qui veniūt ad vos in
veſtimentis ouium, intrinſecus
autē ſunt lupi rapaces: a fructi/
bus eorū cognoſcetis eos, halelu.
Ad Mag. ana. Non poteſt
arbor bona fructus malos face/
re, nec arbor mala fructus bonos
facere: omnis arbor quę non fa/
cit fructum bonum excidetur,
& in ignem mittetur, haleluiah.
Dñica viij. poſt Pent. Oratio.
Largire nobis, quęſu/
mus dñe, ſemper ſpi
ritum cogitādi quę
recta ſunt, ꝓpitius,
& agendi: vt qui ſi/
ne te eſſe non poſſumus, ſecun/
dum te viuere valeamus. Per
dominū noſtrum Ieſum Chri.
Lcō s. euag. ſm Lucam. L. vij.
ca.16 In illo tpe: Dixit Ieſus di/
ſcipulis ſuis parabolā hāc.
Homo quidam erat diues, qui
habebat villicum: & hic diffama
tus eſt apud illum, quaſi diſſi/
paſſet bona ipſius. Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi pſbyt.
Si diſpēſator iniqui mam/
monę dñi voce laudat, qꝫ
de re iniqua ſibi iuſtitiam prępa
rauit: & paſſus diſpendiū dñs lau
dat diſpenſatoris prudentiā, qꝫ
aduerſus dñm quidē fraudulen
ter, ſed pro ſe prudenter egerit:
quanto magis Chriſtus, qui nul
lum damnum ſuſtinere poteſt, &
pronus eſt ad clemētiam lauda/
bit diſcipulos ſuos, ſi in eos,
qui credituri ſibi ſunt, miſericor
cordes fuerint? Lectio octaua.
Denique poſt parabolam
intulit: Et ego vobis dico,
facite vobis amicos de iniquo
mammona. Mammona autem
non Hebręorum, ſed Syrorum
lingua diuitię nuncupantur,
quod de iniquitate collectę ſint.
Si ergo iniquitas bene diſpenſa
ta vertitur in iuſtitiam, quanto
magis ſermo diuinus, in quo
nulla eſt iniquitas, qui & apoſto
lis creditus eſt, ſi bene fuerit diſ/
penſatus, diſpenſatores ſuos le/
uabit in cęlum? Lectio nona.
Quamobrē ſequit: Qui fi/
delis eſt in minimo, hoc eſt
in carnalibus, & in multis fide/
lis erit, hoc eſt in ſpiritualibus.
Qui autem in paruo iniquus
eſt, vt non det fratribus ad vtē/
dum quod a Deo pro omnibus
eſt creatum, iſte & in ſpirituali pe
cunia diuidenda iniquus erit, vt
nō pro neceſſitate, ſed pro perſo/
nis doctrinam dñi diuidat. Si
autem, inquit, carnales diuitias
quę labūtur, non bene diſpenſa/
tis: veras ęternasqꝫ diuitias do
ctrinę Dei quis credet vobis?
Ad Bñs. Aña. Ait dominus
villico: Quid hoc audio de te?
redde rationē villicationis tuę,
haleluiah. Ad Magni. Ana.
Quid faciam? quia dñs meus
aufert a me villicationem: fode/
re non valeo, mendicare erube/
ſco: ſcio quid faciam, vt, cum
amotus

Digitized by Google

amotus fuero a villicatione, re-
cipiant me in domos ſuas.

Dñica ix. poſt Penteco. Oro.

Pateant aures miſe-
ricordię tuę domi-
ne precibus ſuppli-
cantium: & vt petē-
tibus deſiderata cō
cedas, fac eos, quę tibi ſunt pla-
cita, poſtulare. Per dominum.

Lectio ſancti euangelij ſecundū
Lucam. Lectio ſeptima.

19 In illo tempore: Cum ap-
propinquaret Jeſus Jeru-
ſalem, videns ciuitatem fleuit
ſuper illam dicens: Quia ſi co-
gnouiſſes, & tu: & quidē in hac
die tua, quę ad pacem tibi: nunc
autem abſcondita ſunt ab ocu-
lis tuis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

Quod flente dño illa Jero-
ſolymorum ſubuerſio de-
ſcribatur, quę a Veſpaſiano, &
Tito, Romanis principibus, fa-
cta eſt, nullus qui hiſtoriā euer-
ſionis eiuſdē legit, ignorat. Ro-
mani etenim principes deſignā-
tur, cum dicitur: Quia venient
dies in te, & circundabunt te ini-
mici tui vallo. Hoc quoq; quod
additur, Nō relinquent in te la-
pidem ſuper lapidem, etiam ip-
ſa ciuitatis eiuſdem tranſmigra-
tio teſtatur: quia, dum in eo loco
nunc cōſtructa eſt, vbi extra por-
tam dominus fuerat crucifixus:
prior illa Jeruſalem, vt dicitur,
funditus eſt euerſa. Lectio viij.

Cui etiam ex qua culpa
euerſionis ſuę pęna fue-
rit illata, ſubiungitur: Eo quod
non cognoueris tempus viſita-
tionis tuę. Creator quippe om-
nium per incarnationis ſuę my-
ſterium hanc viſitare dignatus
eſt: ſed ipſa timoris & amoris il-
lius recordata non eſt. Vnde
etiam per prophetam in incre-
patione cordis humani, aues cę-
li ad teſtimonium deducuntur,
dum dicitur, Miluius in cęlo co-
gnouit tempus ſuum: turtur, &
hirundo, & ciconia cuſtodierunt
tempus aduentus ſui: populus
autem meus non cognouit iu-
dicium domini. Lectio nona.

Fleuit pius redēptor rui-
nas perfidę ciuitatis, quā
ipſa ſibi ciuitas nō cognoſcebat
eſſe venturam. Cui a flente dño
recte dicit: Quia ſi cognouiſſes &
tu ſubaudi, fleres: quę modo,
quia neſcis quod imminet, exul-
tas. Vnde & ſubditur, Et quidē
in hac die tua, quę ad pacē tibi.
Cum enim carnis ſe voluptati-
bus daret, & ventura mala non
proſpiceret in die ſua quę ad pa-
cem ei eſſe poterant, habebat.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cū appropinquaret dñs Jeru-
ſalem, vidēs ciuitatem fleuit ſu-
per illam, & dixit: Quia ſi cogno-
uiſſes, & tu: quia venient dies in
te, & circūdabunt te inimici tui
vallo, & circundabunt te, & coan-
guſtabunt te vndiq;, & ad terrā

proſternent te, eo q̄ non cognouiſti tẽpus viſitationis tuę. hal.
Ad Magnificat. Antiphona.
Scriptũ eſt eni͏̃: Quia domus mea, domus orationis eſt cũctis gentibus, vos autem feciſtis illam ſpeluncã latronum. Et erat quotidie docens in templo.

Dñica x. poſt Pẽtecoſtẽ. Orõ.
Deus, qui omnipotentiam tuam, parcendo maxime, & miſerãdo, manifeſtas: multiplica ſuper nos miſericordiam tuã: vt ad tua promiſſa currentes, cęleſtium bonorum facias eſſe conſortes. Per dominum noſtru͏̃.

Lectõ. euãg. ſm Lucam. C. xvij.
ca.18 In illo tẽpore: Dixit Ieſus ad quoſdã, qui in ſe cõfidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cęteros, parabolã iſtam. Duo homines aſcẽderũt in tẽplum, vt orarent, vnus Phariſeus, & alter Publicanus. Et reli.

Homilia Sãcti Auguſtini epi.
Diceret ſaltẽ Phariſeus, Non ſum ſicut multi homines. Quid eſt cęteri homines, niſi omnes pręter ipſum? Ego inquit, iuſtus ſum, cęteri peccatores: nõ ſum ſicut cęteri homines, iniuſti, auari, raptores, adũlteri. Et ecce tibi ex vicino publicano, maior eſt tumoris occaſio: ſicut, inquit, publicanus iſte. Ego eni͏̃, inquit, ſolus ſum: iſte, de cęteris eſt. Non ſum, inquit, talis, qualis iſte per iuſtitias meas, quibus iniquus nõ ſum. L. viij.

Ieiuno bis in ſabbatho, decimas do omium quę poſſideo. Quid rogauerit Deum, quęre in verbis eius, & nihil inuenies. Aſcendit orare, noluit rogare Deum, ſed ſe laudare. Parum eſt, non Deum rogare, ſed ſe laudare, inſuper & roganti inſultare. Publicanus autem de longinquo ſtabat, & tamen Deo ipſe appropinquabat: cordis conſcientia remouebat, pietas applicabat. Publicanus autem de longinquo ſtabat, ſed dominus eum de propinquo attendebat. Lectio nona.

Excelſus eni͏̃ dñs, humilia reſpicit: excelſos autẽ, qualis erat ille Phariſęus, a longe cognoſcit. Deus autem a longe cognoſcit, ſed non ignoſcit. Adhuc autem audi humilitatẽ publicani. Parum eſt, q̄ de lõginquo ſtabat: nec ſuos oculos ad cęlu͏̃ leuabat: vt aſpiceretur, nõ aſpiciebat: premebat cõſcientia, ſubleuabat ſpes. Adhuc audi: Percutiebat pectus ſuũ, pęnas de ſe ipſo exigebat: propterea dominus cõfitenti parcebat. Percutiebat pectus ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Ecce quod rogat; quid miraris? ſi dominus ignoſcit, quando ipſe ſe agnoſcit.

Ad Bñs. Añ. Stãs a lõge publicanus nolebat oculos ad cęlũ leuare: ſed percutiebat pectus ſuum

Digitized by Google

ſuum dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Ad Mag. Añ. Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: et qui ſe humiliat, exaltabitur.

Dñica xj. poſt Pente. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui abundantia pietatis tue et merita ſupplicum excedis et vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuam: ut dimittas que conſcientia metuit, et adiicias quod oratio non preſumit. Per dominum noſtrum.

Lectio. euang. ſm Marcum. Lc. vij.

M.7 In illo tempore: Exiens Jeſus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilee, inter medios fines Decapoleos. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Pape.

Quid eſt, quod creator omnium Deus, cum ſurdum et mutum ſanare voluiſſet, in aures illius ſuos digitos miſit, et expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redemptoris, niſi dona ſancti ſpiritus deſignantur? Unde cum in alio loco eieciſſet demonium dixit: Si in digito Dei eiicio demonia: pervenit in vos regnum Dei. Qua de re per euangeliſtam alium dixiſſe deſcribitur: Si ego in ſpiritu Dei eiicio demonia, igitur pervenit in vos regnum Dei. Ex quo utroque loco colligitur: quia digitus dei vocatur ſpiritus. Digitos ergo in auriculam mittere eſt per dona ſancti ſpiritus mentem ſurdi ad obediendum aperire. Lectio viij.

Quid vero eſt, quod expuens linguam eius tetigit? Saliva nobis eſt ex ore redemptoris accepta ſapientia in eloquio divino. Saliva quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo ſapientia, que ipſe eſt, dum lingua noſtra tangitur, vox ad predicationis verba formatur. Quod ſuſpiciens in celum ingemuit, non quod ipſe neceſſarium gemitum haberet, qui dabat quod poſtulabat: ſed nos ad eum gemere, qui celo preſidet, docuit: ut et aures noſtre per dona ſpiritus ſancti aperiri, et lingua per ſalivam oris, ideſt per ſcientiam divine locutionis ſolui debeat ad verba predicationis. Lectio nona.

Cui mox, ephpheta, ideſt adaperire, dicit: et ſtatim aperte ſunt aures eius, et ſolutum eſt vinculum lingue eius. Qua in re notandum eſt, quod propter clauſas aures dictum eſt, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fuerint, ex ſubſequenti proculdubio etiam lingue eius vinculum ſolvitur, ut bona que ipſe fecerit, etiam facienda aliis loquatur. Unde et bene additur, Et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, que loquendo admonet eſſe facienda.

Digitized by Google

Ad Bñs. Añe. Cum tranſiret
dñs per medios fines Tyri, ſur-
dos fecit audire, et mutos loqui.
Ad Magnificat. Antiphona.
Bene omnia fecit, ſurdos fecit
audire, ⁊ mutos loqui.
Dñica xvj. poſt Pent. Oratio.
Omnipotēs ⁊ miſe-
ricors Deus, de cu-
ius munere venit,
vt tibi a fidelibus
tuis digne, ⁊ lauda-
biliter ſeruiatur: tribue queſu-
mus nobis: vt ad promiſſiones
tuas ſine offenſione curramus.
Per dominum noſtrum Jeſum.
Lco ſ. euãg. ſcm Lucam. L. vij.
C.10 In illo tempore: Dixit Je-
ſus diſcipulis ſuis: Beati
oculi qui vident, quę vos vide-
tis. Dico eniʒ vobis, quod mul
ti prophetę ⁊ reges voluerunt
videre, quę vos videtis, ⁊ non
viderunt. Et reliqua.
Homilia venerab. Bedę pſbyt.
Non oculi ſcribarũ ⁊ Pha
riſęorum, qui corpus tan-
tum dñi videre, ſed illi beati ocu
li qui eius poſſunt cognoſcere
ſacramēta, de qbus dicitur: Et
reuelaſti ea paruulis: Beati ocu
li paruulorũ, quibus ⁊ ſe ⁊ pa-
trem filius reuelare dignatur.
Abraham exultauit, vt videret
diem Chriſti, ⁊ vidit, ⁊ gauiſus
eſt. Jſaias quoqʒ, ⁊ Micheas,
⁊ multi alij prophetę viderunt
gloriam dñi: qui ⁊ propterea vi
dentes ſunt appellati. ſed hi om-
nes a longe aſpicientes, ⁊ ſalu-
tantes, per ſpeculum ⁊ in enig-
mate viderunt. Lectio octaua.
Apoſtoli autem in pręſen-
tiarum habentes dñm, cō-
ueſcentesqʒ ei, ⁊ quęcunque vo
luiſſent interrogando diſcentes,
nequaquam per angelos aut va
rias viſionũ ſpecies opus habe-
bant docere. Quos vero Lu-
cas multos prophetas, ⁊ reges
dicit, Mattheus apertius pro-
phetas, ⁊ iuſtos appellat. Jpſi
ſunt enim reges magni: quia tē-
tationum ſuarum motibus non
conſentiendo ſuccūbere, ſed re-
gendo pręeſſe nouerunt. L. ix.
Et ecce quidam legis peri-
tus ſurrexit, tentans eum,
⁊ dicēs: Magiſter, qd faciendo
vitam ęternã poſſidebo? Legis
peritus, qui de vita ęterna dum
tentans interrogat, occaſionē,
vt reor, tentandi de ipſis dñi ſer
monibus ſumpſit, vbi ait: Gau-
dete autē, ꝙ nomina veſtra ſcri-
pta ſunt in cęlis. Sed ipſa ſua tē
tatione declarat: quã vera ſit illa
Dñi confeſſio, qua patri loqui-
tur: Quod abſcondiſti hęc a ſa-
piētibus, ⁊ prudētibus, ⁊ reue-
laſti ea paruulis. Ad Bñs. Añ.
Magiſter quid faciendo vitam
ęternam poſſidebo? At ille dixit
ad eum: Jn lege quid ſcriptum
eſt? quomodo legis? Diliges do
minũ Deum tuum ex toto cor-
de tuo. Halab. Ad Mag. Añ.
Homo quidam deſcendebat ab
Jeru-

Digitized by Google

Jeruſalem in Jericho, ⁊ incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, ⁊ plagis impoſitis, abierunt, ſemiuiuo relicto.

Dñica xiij. poſt Pentecoſ. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus: da nobis fidei, ſpei, ⁊ charitatis augmentũ: ⁊ vt mereamur aſſequi quod pmittis, fac nos amare quod precipis. Per dominũ.

Lectio ſancti euangelij ſecundũ Lucam. Lectio ſeptima.

.17. In illo tẽpore: Cũ iret Jeſus in Jeruſalem tranſibat per mediam Samariam, ⁊ Galileam: ⁊ cũ ingrederetur quoddam caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi. Et reliqua.

Homilia Sācti Auguſtini epi.

De decem leproſis, quos dñs ita mundauit cũ ait: Jte, oſtẽdite vos ſacerdotibus: queri poteſt, cur ad ſacerdotes eos miſerit: vt, cum irent mundarentur. Nullum enim eorum quibus corporalia hec beneficia preſtitit, inuenitur miſiſſe ad ſacerdotes, niſi leproſos. Nam ⁊ illum a lepra mundauerat, cui dixit: Uade, oſtende te ſacerdoti, ⁊ offer pro te ſacrificium, quod precepit Moyſes in teſtimoniũ illis. Querendum eſt igitur quid ipſa lepra ſignificet: nõ enim ſanari, ſed mundari dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe vitium eſt, non valetudinis, aut integritatis ſenſuum atque membrorum. Lectio viij.

Leproſi ergo nõ abſurde intelligi poſſunt, q ſcientiam vere fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abſcõdunt imperitiã ſuam, ſed pro ſumma peritia proferunt in lucẽ, ⁊ iactantia ſermonis oſtentant. Nulla porro falſa doctrina eſt, que non aliqua vera intermiſceat. Uera ergo falſis inordinate pmiſta in vna diſputatione, vel narratiõe hominis, tanquã in vnius corporis colore apparentia, ſignificant leprã, tanquam veris falſiſq; coloꝛum fucis humana corpora variantẽ, atq; maculantem. Lectio ix.

Hi autem tam vitandi ſunt eccleſie: vt, ſi fieri poteſt, lõgius remoti, magno clamore Chriſtũ interpellẽt: ſicut iſti decẽ ſteterunt a longe, ⁊ leuauerũt vocẽ dicentes: Jeſu pceptor miſerere noſtri. Nam, ⁊ q pceptorem vocant, quo nomine neſcio vtrũ quiſquã dñm interpellauerit pro medicina corporali, ſatis puto ſignificare, leprã falſam eſſe doctrinam, quam bonus pceptor abſtergit. Ad Bns. Aña.

Cum tranſiret Jeſus quoddã caſtellum, occurrerunt ei decem viri leproſi: qui ſteterunt a longe, ⁊ leuauerunt vocem dicẽtes: Jeſu preceptor, miſerere noſtri.

Ad Magnificat. Antiphona.

Unus autem ex illis, vt vidit q mun-

mūdatus eſt, regreſſus eſt cū magna voce, magnificās Deū, hal.

Dñica xiiij. poſt Pent. Oratio.

Cuſtodi dñe, quęſumus, eccleſiam tuā propitiatione perpetua: ⁊ quia ſine te, labitur humana mortalitas: tuis ſemper auxilijs, ⁊ abſtrahatur a noxijs, ⁊ ad ſalutaria dirigatur. Per dominū.

Lectio ſc̄i euā. ſm Mattheū. L. vij.

ca.6 In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et reliq.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Ad hanc ipſaʒ intentionē referendū eſt quod cōſequenter exponit dicens: Aut enim vnū odio habebit, ⁊ alterū diliget: aut alterū patietur, ⁊ alterū contemnet. Quę verba diligenter conſideranda ſunt: nam qui ſint duo dñi, deinceps oſtendit cum dicit: Nō poteſtis Deo ſeruire ⁊ mammonę. Mammona apud Hebręos diuitię appellari dicuntur. Cōgruit ⁊ Punicum nomen: nam lucrū Punice māmon dicitur. Lectio viij.

Sed qui ſeruit māmonę, illi vtique ſeruit, qui rebus iſtis terrenis merito ſuę peruerſitatis prępoſitus, magiſtratus huius ſeculi a dño dicitur. Aut enim vnū odio habebit, ⁊ alterū diliget homo, ideſt Deū: aut alterū patietur, ⁊ alteruʒ contemnet. Patietur enim durum ⁊ pernicioſum dominum, quiſquis ſeruit mammonę: ſua enim cupiditate implicatus, ſubditur diabolo, ⁊ non eum diligit. Quis enim eſt, qui diligat diabolum? ſed tamen patitur. Lectio ix.

Ideo, inqt, dico vobis, nō habere ſolicitudinē animę veſtrę quid edatis, neqʒ corpori veſtro quid induatis: ne forte quamuis iam ſuperflua nō quęrant, propter ipſa neceſſaria cor duplicet, ⁊ ad ipſa cōquirēda noſtra detorqueatur intentio, cum aliqd quaſi miſericorditer operamur: ideſt vt, cū cōſulere alij videri volumus, noſtrum emolumentum ibi potius, quam illius vtilitatem, attendamus, ⁊ ideo nobis non videamur peccare, qr non ſuperflua, ſed neceſſaria ſunt quę cōſequi volumus.

Ad Benedictus. Antiphona. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, qd manducabimus, aut quid bibemus? ſcit enim pater veſter, qd vobis neceſſe ſit, haleluiah.

Ad Mag. Aña. Quęrite primū regnuʒ Dei, ⁊ iuſtitiam eius: ⁊ hęc oia adijcientur vobis, hal.

Dñica xv. poſt Pent. Oratio.

Eccleſiam tuam dñe miſeratio continuata mundet, ⁊ muniat: ⁊ quia ſine te non poteſt ſalua cōſiſtere, tuo ſemper munere gubernetur. Per dominum noſt.

Lectio

Lcō ſ. eu͂ag. ſm Lucam. L. vij.

Lu. 7 In illo tempore: Ibat Jeſus in ciuitatem, quę vocatur Naim: & ibant cum eo diſcipuli eius, & turba copioſa. Et reliq.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

De iuuene illo reſuſcitato gauiſa eſt mater vidua: de hominibus quotidie in ſpiritu reſuſcitatis, gaudet mater Eccleſia. Ille quidem mortuus erat corpore, illi autem mente. Illius mors viſibilis viſibiliter plangebatur: illorum mors inuiſibilis, nec quęrebatur, nec videbatur. Quęſiuit ille, qui nouerat mortuos: ille ſolus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos: Niſi enim ad mortuos ſuſcitandos veniſſet, non diceret Apoſtolus: Surge qui dormis, & exurge a mortuis: & illuminabit te Chriſtus. Lectio viij.

Tres autem mortuos inuenimus a dño reſuſcitatos viſibiliter, millia inuiſibiliter. Quot autē mortuos viſibiliter ſuſcitauerit, quis nouit? nō enim oīa ſcripta ſunt quę fecit. Johānes hoc dicit: Multa & alia ſigna fecit Jeſus: quę ſi ſcripta eſſent, arbitror totum mundū nō poſſe libros capere. Multi ſunt ergo alibi ſuſcitati ſine dubio fortaſſe, ſed nō fruſtra tres commemorati. Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus ea quę faciebat corporaliter, etiam ſpiritualiter volebat intelligi: neq; enim tantum miracula propter miracula faciebat, ſed vt illa, quę faciebat, mira eſſent videntibus, vera eſſent intelligentibus. Lectio ix.

Quemadmodū qui videt literas in codice optime ſcriptas, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem: ſed quid ſibi velint, quid indicent illi apices, neſcit: & eſt oculis laudator, mente non cognitor. alius autem laudat artificium, & capit intellectum: ille vtiq; q non ſolum videre, quod commune eſt omnibus poteſt, ſed etiam legere, quod qui non didicit non poteſt: ita qui viderunt Chriſti miracula, & non intellexerunt quid ſibi vellent, & quid intelligentibus quodammodo innuerent, mirati ſunt tantum quia facta ſunt: alij vero & facta mirati, & intellectum aſſecuti. Tales nos in ſchola Chriſti eſſe debemus. Ad Ben. Aña. Ibat Jeſus in ciuitatem, quę vocatur Naim: & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris ſuę. Ad Mag. Aña. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem ſuam.

Dñica xvj. poſt Pente. Oro.

Tua nos, quęſumus dñe, gratia ſemper pręueniat & ſequatur: ac bonis operibus iugiter pręſtet eſſe intentos. Per dñm noſtrū.

Lectio

Digitized by Google

Lectõ s. eua. s. Lucam. L. xiiij.

c. 14 In illo tempore: Cum intraſſet Jeſus in domum cuiuſdam principis Phariſeorũ ſabbatho manducare panem: & ipſi obſeruabant eum, & ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animę grauabat officia, ſpiritus extinguebat ardorem. Deinde docetur humilitas: dũ in illo conuiuio nuptiali appetentia loci ſuperioris arcetur: cle menter tamen, vt perſuaſionis humilitas aſperitatẽ correptionis excluderet, ratio proficeret ad perſuaſionis affectum: & correctio emendaret affectũ. Huic quaſi proximo limine humanitas copulatur: quę ita dominicę ſententię definitione diſtinguitur, ſi in pauperes & debiles conferatur. Nam hoſpitalem eſſe remuneraturis, affectus auaritię eſt. Lectio octaua.

Poſtremo quaſi emeritę militię viro contemnẽdarum ſtipendium facultatum pręſcribitur: quod neque ille, qui ſtudijs intentus inferioribus, poſſeſſiones ſibi terrenas coemit, regnum cęlorũ poſſit adipiſci, cum dominus dicat, Vende omnia tua, & ſequere me: nec ille, qui emit boues: cum Eliſęus occiderit, & populo diuiſerit quos habebat: & ille qui duxit vxorẽ, cogitet quę mundi ſunt, non quę Dei: non quo coniugium reprehendatur, ſed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: quoniam mulier innupta, & virgo, cogitat quę ſunt domini: vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Lectio nona.

Sed vt in gratiã, vt ſuperacum viduis, ita nunc etiã cum coniugibus reuertamur, non refugimus opinionem quã ſequunẽ pleriq;, vt tria genera hominum a conſortio magnę illius cęnę exiſtimemus excludi: Gentiliũ, Judęorũ, & hęreticorũ. Et ideo apoſtolus auaritiã dicit eſſe fugiendam, ne impediti more gentili iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnũ Chriſti peruenire nequeamus. Omnis enim immũdus, aut auarus, quod eſt idolorũ ſeruitus, non habet hęreditatem in regno Chriſti, & Dei.

Ad Bñs. Aña. Dum intraret Jeſus in domum cuiuſdã principis Phariſeorum ſabbatho manducare panem: ecce homo quidam hydropicus erat ante illum: ipſe vero apprehenſum, ſanauit eum ac dimiſit.

Ad Mag. Aña. Cum vocatus fueris ad nuptias, recũbe in nouiſſimo loco: vt dicat tibi qui te inuitauit: Amice aſcende ſuperius: & erit tibi gloria coram ſimul diſcumbẽtibus, halleluiah.

Digitized by Google

Dñica xvij. poſt Pente. Orõ.

Da, quęſumus dñe, populo tuo diabolica vitare contagia: et te ſoluz Deum pura mente ſectari. Per dominum noſtrum.

Lcõ ſ. euã. ſm Mattheũ. L. vij.

a.22 In illo tempore: Acceſſerũt ad Jeſum Phariſei, et interrogabat eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Homi. ſ. Johãnis Chryſoſtomi.

Sadducęis cõfuſis: Phariſęi rurſus aggrediunt: cumqz quieſcere oporteret, decertare voluerũt, et legis peritiã profitentem præmittunt, non diſcere, ſed tẽtare cupiẽtes: ac ita interrogant, quodnam primuz mandatum in lege ſit. Nam cũ primum illud ſit: Diliges dominum Deuz tuum: putãtes cauſas ſibi allaturum, ad mandatũ hoc corrigendũ, aliquid addendo, quoniam Deum ſe faciebat, hoc modo interrogant. Quid igitur Chriſtus? Ut oſtendat idcirco ad hęc eos deueniſſe, quia nulla in eis eſſet charitas, ſed inuidię liuore tabeſcerẽt: Diliges, inquit, dominum Deum tuum: hoc primuz et magnum mandatum eſt. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Lec. viij.

Quamobrez ſimile eſt huic? quoniam hoc illud inducit, et ab illo rurſus munitur. Quicunqz enim male agit, odio habet lucem, et non venit ad lucem. Et rurſus: Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. Deinde ſequitur: Corrupti ſunt, et abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: et iterum: Radix omnium malorum auaritia eſt, quã quidam appetentes errauerunt a fide. Et, Qui diligit me, mandata mea ſeruabit, quorũ caput et radix eſt, Diliges dominum Deum tuum: et proximum tuuz ſicut te ipſum. Lectio nona.

Si ergo diligere Deum, diligere proximum eſt: (naz ſi diligis me, o Petre, inquit, paſce oues meas) ſi etiam dilectio proximi, facit vt mandata cuſtodias, merito ait in his totam legem, et prophetas pendere. Et quemadmodũ in ſuperioribus, cum de reſurrectione interrogaretur, plus docuit quam tentantes petebant: ſic in hoc loco de primo interrogatus mandato, ſecundũ etiam, non valde quaz primum inferius ſponte attulit, ſecunduz enim eſt primo ſimile. Ita occulte inſinuauit, odio illos, ad quęrendũ incitari: Charitas, enim, inqt, non ęmulatur.

Ad Bñs. An. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Jeſus: Diliges dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, hal.

Ad Magnificat. Antiphona. Quid vobis videt de Chriſto?

cuius

Digitized by Google

cuius filius eſt? Dicũt ei omnes, Dauid. Dicit eis Jeſus: Quomodo Dauid in ſpiritu vocat eum dñm dicens: Dixit dñs domino meo, ſede a dextris meis.

Dñica xviij. poſt Pente. Oro.

Dirigat corda noſtra, quęſumus dñe, tuę miſerationis operatio: qa tibi ſine te placere nõ poſſumus. Per dominum noſtrum.

Lco 8. euã. ſm Mattheũ. c. ix.

ca. 9. In illo tpe: Aſcẽdẽs Jeſus in nauiculã, transfretauit, & venit in ciuitatem ſuã, Et rel.

Homilia 8. Petri Chryſologi.

Chriſtum in humanis actibus diuina geſſiſſe myſteria, & in rebus viſibilibus inuiſibilia exercuiſſe negocia, lectio hodierna mõſtrauit. Aſcendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem ſuã. Nonne ipſe eſt, qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit, vt Iſraeliticus populus inter ſtupentes vndas ſicco veſtigio velut montium concaua trãſiret. Nonne hic eſt, qui Petri pedibus marinos vortices inclinauit, vt iter liquidum humanis greſſibus ſolidum pręberet obſequium. Lectio octaua.

Et quid eſt, q ipſe ſibi ſic maris denegat ſeruitutẽ, vt breuiſſimi lacus tranſitũ ſub mercede nautica transfretaret? Aſcendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit. Et quid mirum fratres? Chriſtus venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſuas nobis conferre virtutes: humana quęrere, pręſtare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tędia, referre ſanitates: quia medicus, qui non infert ſanitatem, infirmitatẽ curare neſcit: & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non poteſt conferre ſanitatem. Lc. ix.

Chriſtus ergo, ſi in ſuis mãſiſſet virtutibus, cõmune cum hominibus nihil haberet: & ſi non impleſſet carnis ordinẽ, carnis in illo eſſet ocioſa ſuſceptio. Aſcendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem ſuam. Creator omnium Deus, poſtquam ſe propter nos noſtra anguſtauit in carne, cępit habere humanam patriam: cępit ciuitatis Judaicę eſſe ciuis, parentes habere cępit parentum omnium ipſe parens, vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinciret affectio, ſuaderet humanitas quos fugarat dñatio, metus diſperſerat, & fecerat eius poteſtatis extorres.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dixit dñs paralytico, confide fili: remittũtur tibi peccata tua.

Ad Magnificat. Antiphona.

Tulit ergo paralyticus lectum ſuum in quo iacebat, magnificans Deum. & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

Digitized by Google

Dñica xix. poſt Pēte. Oratio.

Omnipotens & miſericors Deus, vniuerſa nobis aduerſantia propitiatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti, quę tua ſunt, liberis mētibus exequamur. Per domi.

Lcō ſ. euāg. ſm Matthū. c. xxij.

Mat. 22 In illo tempore: Loquebatur Ieſus principibus ſacerdotū & Phariſeis in parabolis, dicens: Simile factum eſt regnū celorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et reliq.

Homilia, S. Gregorij Papę.

Sæpe iam me dixiſſe memini: quod plerunque in ſancto euangelio regnum celorum pręſens eccleſia nominatur: congregatio quippe iuſtorum, regnum celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit: Celum mihi ſedes eſt: Et Salomon ait: Anima iuſti ſedes eſt ſapiētię: Paulus etiam dicit, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam: liquido colligere debemus, quia ſi Deus eſt ſapientia, anima autem iuſti ſedes ſapientię: dum cęlum dicitur ſedes Dei, cęlum ergo eſt anima iuſti. Hinc per pſalmiſtam de ſanctis prędicatoribus dicitur, Cęli enarrant gloriam Dei. Lectio octaua.

Regnum ergo cęlorum eſt eccleſia iuſtorum, quia dū eorū corda in terra nil ambiūt, per hoc quod ad ſuperna ſuſpirant, iam in eis dominus quaſi in cęleſtibus regnat. Dicatur ergo: Simile eſt regnum cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Iam intelligit charitas veſtra, quis eſt iſte rex, regis filij pater, ille nimirum, cui pſalmiſta ait, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio ſuo. Tunc enī deus pater Deo filio ſuo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humanę naturę coniunxit, quando Deum ante ſęcula fieri voluit hominem in fine ſęculorum. Lectio nona.

Sed quia ex duabus perſonis fieri ſolet iſta coniunctio, abſit hoc ab intellectibus noſtris, vt perſonam Dei & hominis Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, ex duabus perſonis credamus vnitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis exiſtere dicimus, ſed ex duabus perſonis compoſitum credi, vt nefas, vitamus. Apertius igitur, atque ſecurius dici poteſt, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quando ei per incarnationis myſterium ſanctam eccleſiam ſociauit. Vterus autem genitricis virginis huius ſponſi thalamus fuit. Vnde & pſalmiſta dicit: In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus

ſus procedens de thalamo ſuo.

Ad Benedictus Aña. Dicite inuitatis: ecce prandium meuʒ paraui, venite ad nuptias, hal.

Ad Magnificat. Antiphona. Intrauit autē rex, vt videret diſcūbentes, ꝛ vidit ibi hominē nō veſtituʒ veſte nuptiali: ꝛ ait illi: Amice: quomodo huc intraſti, nō habens veſtem nuptialem?

Dñica xx. poſt Pētecoſt. Oīo.

Largire, quęſumus dñe, fidelibus tuis indulgentiam placatus, ꝛ pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis, ꝛ ſecura tibi mente deſeruiant. Per dominum noſt.

Lcō ſ. euāg. ſm Iohānē. L. iiij.

ca. 4 In illo tpe: Erat quidā regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Papę.

Lectio ſancti euāgelij, quā modo fratres audiſtis, expoſitione nō indiget: ſed ne hāc tacite ꝑteriyſſe videamur, exhortando potius, quam exponēdo in ea aliquid loquamur. Hoc aūt nobis ſolūmodo de expoſitione video eſſe reqrēdū, cur is q ad ſalutem filio petendam venerat, audiuit, Niſi ſigna ꝛ ꝓdigia videritis, nō creditis? Qui enim ſalutem quęrebat filio, ꝓculdubio credebat: neqʒ enim ab eo quęreret ſalutem, quem nō crederet Saluatoreʒ. Quare ergo ei dicitur: Niſi ſigna, ꝛ prodigia videritis nō creditis, qui ante credidit, quam ſignuʒ videret. Lectio octaua.

Sed mementote qd petijt: ꝛ aperte cognoſceris qa in fide dubitauit. Popoſcit nāque vt deſcenderet, ꝛ ſanaret filium eius. Corporaleʒ ergo domini pręſentiam quęrebat, qui per ſpiritum nuſquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putauit ſalutem poſſe dare niſi pręſens eſſet ꝛ corpore. Si enim perfecte credidiſſet, proculdubio ſciret quia non eſſet locus, vbi non eſſet Deus. Lectio nona.

Ex magna ergo parte diffiſus eſt, qui virtutis bonoreʒ nō dedit maieſtati, ſed pręſentię corporali: ſalutem itaque filio petijt, ꝛ tamen in fide dubitauit: qa eum, ad queʒ venerat, ꝛ potentem ad curandum credidit, ꝛ tamen morienti filio eſſe abſentem putauit. Sed dñs, qui rogatur, vt vadat, quia nō deſit vbi inuitatur, indicat: ſolo iuſſu ſalutē reddidit, q voluntate oīa creauit. Ad Bñs. Aña. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaū: hic cum audiſſet quod Ieſus veniret in Galilęam, rogabat eum vt ſanaret filium eius.

Ad Mag. Añ. Cognouit autē pater qa illa hora erat in qua dixit Ieſus, filius tuus viuit: ꝛ credidit ipſe, ꝛ domus eiꝰ tota.

Digitized by Google

Dñica xxj. poſt. Pente. Oro.

Familiam tuam, qs dñe, cõtinua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera, ꝛ in bonis actibus tuo nomini ſit deuota. Per dominum.

Lcõ ſ. euãg. ſm Mattheũ. c. xviij.

18 In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cęlorum homini regi, qui voluit rationem ponere, cum ſeruis ſuis. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi preſb.

Familiare eſt Syris, ꝛ maxime Paleſtinis ad oẽm ſermonem ſuũ parabolas iungere: vt quod p ſimplex pręceptum teneri ab auditoribus nõ poteſt, per ſimilitudinem, exemplaque teneatur. Precepit itaq; dominus Petro ſub cõparatione regis, ꝛ dñi, ꝛ ſerui, qui debitor decem millium talentorũ a domino rogans veniã impetrauerat, vt ipſe quoq; dimittat cõſeruis ſuis minora peccantib⁹. Si enĩ ille rex ꝛ dominus ſeruo ſuo debitori decem millia talentorum tam facile dimiſit: quãto magis ſerui conſeruis ſuis debent minora dimittere? Lectio octaua.

Quod vt manifeſtius fiat, dicamus ſub exẽplo. Si quis noſtrum cõmiſerit adulteriũ, homicidiũ, ſacrilegiũ, maiora crimina: decem millia talẽtorum rogantibus dimittuntur, ſi ꝛ ipſi dimittant minora peccãtibus: ſin autem ob factã cõtumeliam ſimus implacabiles, ꝛ propter amarius verbum perpetes habeamus diſcordias, nonne nobis videmur recte redigendi in carcerem, ꝛ ſub exemplo operis noſtri hoc agere, vt maiorum nobis delictorum venia non relaxetur. Lectio nona.

Sic ꝛ pater me⁹ cęleſtis faciet vobis, ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordibus veſtris. Formidoloſa ſententia, ſi iuxta noſtram mentem ſentẽtia Dei flectit, atq; mutatur: ſi parua fratrib⁹ nõ dimittimus, magna nobis a deo nõ dimittẽtur. Et quia poteſt vnuſquiſq; dicere: Nihil habeo cõtra eum, ipſe nouit, habet Deum iudicẽ, nõ mihi curę eſt quid velit agere, ego ignoui ei: Confirmat ſententiam ſuam, ꝛ omnem ſimulationẽ fictę pacis euertit, dicens, Si non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus veſtris.

Ad Bñs. Añ. Dixit autẽ dñs ſeruo: redde quod debes. Procidens autem ſeruus ille rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, ꝛ omnia reddam tibi.

Ad Magnificat. Antiphona. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit ꝛ te miſereri conſerui tui, ſicut ꝛ ego tui miſertus ſum: halleluiah.

Digitized by Google

Dñica xxij. poſt Pent. Oratio.

DEus, refugium noſtrũ, ⁊ virtus: adeſto pijs eccleſię tuę precibus, auctor ipſe pietatis, ⁊ preſta: vt quod fideliter petim⁹, efficaciter conſequamur. Per dñm nõ.

Lcõ ſ. euãg. ſcd3 Mattheũ. L. vij.

C. 22. IN illo tẽpe: Abeuntes Phariſei cõſilium inierũt: vt caperẽt Jeſum in ſermone. Et rel.

Homilia ſancti Hilarij epiſcopi.

FRequenter Phariſei cõmouẽtur, ⁊ occaſionẽ inſimulandi eum habere ex pręteritis non poſſunt: cadere enim vitium in geſta eius, ⁊ dicta nõ poterat: ſed de malitię affectu ĩ omnem ſe inquiſitionem reperiundę accuſationis extendunt. Nã que a ſęculi vitijs atq3 ſuperſtitionibus humanarũ religionum vniuerſos ad ſpem regni cęleſtis vocabat. Igitur an violaret ſęculi poteſtatem, de propoſitę interrogationis conditione pertentant, an videlicet reddi tributu3 Cęſari oporteret. Lectio viij.

QUi interna cogitationum ſecreta cognoſcens (Deus enim nihil eorũ, quę intra hominem ſunt abſconſa, non ſpeculatur) afferri ſibi denarium iuſſit, ⁊ quęſiuit, cuius ⁊ inſcriptio eſſet, ⁊ forma. Phariſei reſponderunt, Cęſaris eam eſſe. Quibus ait, Cęſari reddẽda eſſe quę Cęſaris ſunt: Deo autem reddenda eſſe, quę Dei ſunt. O plenam miraculi reſponſionem, ⁊ perfectam dicti cęleſtis abſolutione3. Ita omnia inter contemptum ſęculi, ⁊ contumeliam lędendi Cęſaris temperauit, vt curis omnibus, ⁊ officijs humanis deuotas Deo mentes abſolueret, cu3 Cęſari, quę eius eſſent, reddenda decernit. Lectio nona.

SI enim nihil eius penes nos reſederit, conditione reddendi ei quę ſua ſunt non tenebimur. Porro autem ſi rebus illius incumbamus, ſi iure poteſtatis eius vtimur, ⁊ nos tanquã mercenarios alieni patrimonij procuratione ſubijcimus: extra querela3 iniurię eſt, Cęſari reddi quod Cęſaris eſt: Deo aute3 quę ei⁹ ſunt propria reddere nos oportere, corpus, animam, volũtatem. Ab eo enim profecta hęc atque aucta retinemus: ⁊ perinde condignum eſt, vt ei ſe in totum reddant, cui debere ſe recolunt ⁊ originem, ⁊ profectum.

Ad Benedictus. Antiphona. Magiſter ſcimus, quia verax es, ⁊ viã Dei in veritate doces, hal.

Ad Magnificat. Antiphona. Reddite ergo, quę ſunt Cęſaris Cęſari, ⁊ q̃ ſunt Dei, Deo, hal.

Si ſequẽs Dñica fuerit vltima poſt Pentec. eius loco ponit xxiiij. vt infra, ⁊ offĩm hui⁹ Dñicę ponitur in Sabbatho pcedenti nõ impedito feſto ix. lec. alioqn fer. vj. vel alia ſiit nõ impedita.

Digitized by Google

Dñica xxiij. poſt Pẽte. Oratio.

Abſolue, quęſumus domine, tuorũ delicta populorum: & a peccatorũ noſtrorũ nexibꝰ, quę pro noſtra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per do.

Lcõ 5. euág. ſm Mattheũ. c. ix.

c. 9. In illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas, ecce princeps vnus acceſſit, & adorauit eũ dicens: Domine, filia mea modo defuncta eſt. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presb.

Octauum ſignũ eſt, in quo princeps ſuſcitari poſtulat filiá ſuam, nolẽs de myſterio verę circuncìſionis excludi: ſed ſubintrat mulier ſanguine fluẽs, & octauo ſanatur loco, vt principis filia de hoc excluſa numero, veniat ad nonum, iuxta illud qđ in pſalmo dicitur: Aethiopia pręueniet manus eius Deo: &, Cum intrauerit plenitudo gentiũ, tũc omnis Jſrael ſaluus fiet. Le. viij.

Et ecce mulier, quę ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimẽti eius. In euangelio ſecundum Lucã ſcribitur, qđ principis filia, duodecĩ annos haberet ętatis. Nota ergo, quod eo tẽpore hęc mulier, ideſt gentium populus cęperit ęgrotare, quo genus crediderat Judęorum. Niſi enim ex comparatione virtutum, vitium non oſtenditur. Lectio nona.

Haec autẽ mulier ſanguine fluens, non in domo, nõ in vrbe accedit ad dominum, quia iuxta legem vrbibus excludebatur, ſed in itinere ambulante domino, vt, dum pergit ad aliam, alia curaretur: vnde dicũt & apoſtoli: Vobis quidẽ prius oportebat prędicare verbum Dei, ſed quoniã indignos vos iudicaſtis ſalute, trãſgredimur ad gentes.

Ad Bñs. Aña. Dicebat enim intra ſe: Si tetigero fimbriã veſtimenti eius tantum, ſalua ero.

Ad Mag. Aña. At Jeſus conuerſus, & vidẽs eã, dixit: Cõfide filia: fides tua te ſaluã fecit, hal.

¶ Dominicę poſt Pẽtecoſtẽ nõ poſſunt eſſe minus viginti tribus neque plures viginti octo.

¶ Cũ autẽ fuerint plures xxiij. tunc poſt vigeſimãtertiã Dominicã ponuntur quę ſuperfuerũt poſt Epiphaniam hoc ordine.

¶ Si Dominicę poſt Pente coſten fuerint xxv. Dominica xxiiij. poſt Pentecoſten erit quę eſt vj. poſt Epiphaniá. fol. 130.

¶ Si fuerint 26. 24. erit q̃ eſt v. poſt Epipha. 127. & 25. q̃ eſt vj.

¶ Si fuerint 27. 24. erit iiij. poſt Epi. f. 124. 25. erit v. & 26. erit vj.

¶ Si fuerint 28. 24. erit iij. poſt Epiph. 121. xxv. erit iiij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & vlt. loco ſẽp ponitꝰ q̃ ſequitꝰ in ordine xxiiij.

¶ Dominica xxiiij. vel vltima poſt Pentecoſten. Oratio.

Excita, quęſumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructũ propenſius exequẽtes, pietatis tuę remedia maiora percipiant. Per dominum.

Lcõ s. euãg. ſm Mattheũ. c. xvij.

c. 24. In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cũ videritis abominationem deſolationis, quę dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi presb.

Quando ad intelligentiam prouocamur, myſticum monſtratur eſſe quod dictũ eſt. Legimus autẽ in Daniele hoc modo. In dimidio hebdomadis deficiet hoſtia et ſacrificium, et erit in templo abominatio deſolationũ vſq; ad cõſummationẽ temporis, et conſummatio dabit ſup ſolitudine. De hoc et apoſtolus loquitur, quod homo iniquitatis, et aduerſarius eleuãdus ſit contra omne quod dicit Deus, aut qđ colitur: ita vt audeat ſtare in tẽplo Dei, et oſtẽdere quod ipſe ſit Deus: cuius aduẽtus ſecundũ operationẽ Satanę deſtruet eos, et ad Dei ſolitudinẽ rediget qui ſe ſuſceperint. Lectio viij.

Poteſt autẽ ſimpliciter aut de Antichriſto accipi, aut de imagine Cęſaris, quam Pilatus poſuit in templo, aut de Hadriani equeſtri ſtatua, quę in ipſo Sancto ſanctorũ loco, vſq; in preſentem diẽ ſtetit. Abominatio quoq; ſecundũ veterem ſcripturam, idolum nuncupatur, et idcirco additur, deſolationis, quod in deſolato tẽplo atq; deſtructo, idolum poſitum ſit. Lectio ix.

Abominatio deſolationis intelligi poteſt omne dogma peruerſũ: quod cum viderimus ſtare in loco ſãcto, hoc eſt in eccleſia, et ſe oſtendere Deũ, debemus fugere de Judęa ad montes, hoc eſt, dimiſſa occidente litera, et Judaica prauitate, appropinquare montibus ęternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus: et eſſe in tecto, et in dogmate, quo nõ poſſint ignita diaboli iacula puenire: nec deſcendere, & tollere aliquid de domo conuerſationis priſtinę, nec quęrere quę retrorſũ ſunt, ſed magis ſerere in agro ſpiritualiũ ſcripturarum, vt fructus capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quã apoſtoli habere prohibentur.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cum videritis abominationem deſolationis, quę dicta eſt a Daniele propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat. Antiphona.

Amen dico vobis, quia nõ pręteribit generatio hęc, donec omnia fiant: cęlũ, et terra tranſibũt, verba autẽ mea non tranſibũt, dicit dominus.

Finis Proprium de Tempore.

PROPRIVM SANCTORVM.

Die 29. Nouẽb. **SANCTI SATVRNINI** Martyris Commemoratio.

Ad Veſperas. Antiphona. Iſte ſanctus. 501. ℣. Gloria et honore coronaſti eum. de communi vnius martyris. Oratio.



Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui cõcedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominuz noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ De feſtis occurrẽtib. i Aduẽtu nõ fit Offm̃, niſi fuerit feſtuz dupl. vel ſemidup. quod ſi venerit in Dñica transferri in ſecũdã feriã, ſimili feſto nõ impeditam. ¶ De ſimpl. autẽ fit tm̃ cõme. Idez ſeruari debet in Quadra. Quatuor Tpibus, et i Vigilijs, vt in rub. generalibus dictũ eſt.

IN VIGILIA S. Andreæ apoſtoli.

¶ Si hec vigil. venerit i Aduẽtu, nihil fit de ea, niſi in Miſſa. ¶ Si vero nõ venerit in Aduẽ. fit Officium de feria, vt dictũ eſt in rubricis generalibus, cũ Homilia et Oratione de vigilia, vt infra, et ℟. de hiſtoria currentis Dñicę cũ precibus ad Laudes. 24. ꝛ Horas, quod ſeruatur etiam in alijs Vigilijs occurrentibus in Aduen. in Quadrageſima, et in Quatuor tẽporibus. ¶ Si feſtũ S. Andreę celebret feria ſecũda, de Vigilia fit offm̃ in Sabbatho, et commemoratio ſancti Saturnini in Dominica.

Lcõ s. euãg. ſm Iohannez. L. j.

In illo tpe: Stabat Iohannes, ꝛ ex diſcipulis eius duo. ca. 1. Et reſpiciẽs Ieſuz ambulantẽ dixit: Ecce agnꝰ Dei. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Talis erat Iohannes amicus ſpõſi, non querebat gloriam ſuã, ſed teſtimoniũ perhibebat veritati: nũquid voluit apud ſe remanere diſcipulos ſuos, vt nõ ſequerẽtur dominũ? Magis ipſe oſtendit diſcipulis ſuis quem ſequerentur: habebãt enim illũ tanquã agnum: et ille, Quid me attẽditis? ego nõ ſum agnus. Ecce agnꝰ Dei. De quo et ſuperius dixerat, Ecce agnus Dei. Et qd nobis prodeſt agnus Dei? Ecce, ait, qui tollit peccata mũdi. Secuti sũt illũ hoc audito duo q erãt cũ Iohãne. L. ij.

Videamus ſequentia. Ecce agnꝰ Dei. Hoc Iohãnes.

Et audierūt eum duo diſcipuli loquentē: ⁊ ſecuti ſunt Ieſū. Nō ſic illū ſequebant, quaſi iā inhęrerent illi. Nam manifeſtum eſt quando illi inheſerunt, qa de naui eos vocauit. In his enī duobus erat Andreas, ſicut modo audiſtis. Andreas autem frater Petri erat: ⁊ nouimus in euangelio quod Petrū ⁊ Andream dominus de naui vocauit dicēs: Venite poſt me, ⁊ faciam vos piſcatores hominum: ⁊ ex illo iam inheſerunt illi, vt non recederent. Lectio tertia.

Modo ergo quod illum ſequūtur iſti duo, nō quaſi non receſſuri ſequuntur, ſed videre voluerunt vbi habitaret, ⁊ facere quod ſcriptum eſt: Limen oſtiorum eius exterat pes tuus, ſurge venire ad illum aſſidue, ⁊ erudire preceptis eius. Oſtendit eis ille, vbi maneret, ⁊ venerunt, ⁊ fuerunt cum illo. Quam beatū diem duxerunt: quam beatam noctem: quis eſt q nobis dicat, quę audierint illi a dño? Aedificemus noſmetipſi in corde noſtro, ⁊ faciamus domum, quo veniat ille, ⁊ doceat nos, ⁊ colloquatur nobis. Oro.

Queſumus, oīps Deus: vt beatus Andreas apoſtolus, cuius preuenimus feſtiuitatem, tuum pro nobis imploret auxilium: vt a noſtris reatibus abſoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominū no.

Deinde p cōm. s. Saturni. añ. Qui odit animā ſuā. fo. 504. ℣. Iuſtus vt palma. de cōmuni vnius martyris. Oratio vt ſup.

IN FESTO S. ANDREAE Duplex. D 30.

Ad Veſpe. Añā. Salue crux. cū reliq Laud. ps. Dixit dñs. 52. cū reliq dñica, ⁊ loco vlti. dr ps. Laudate dñm oēs gēt. 54. Cap.



Fratres, Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autē confeſſio fit ad ſalutem: dicit enī ſcriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundet. Hymnus. Exultet. 493. ℣. In oēm terrā. de cōi apoſtolorū. Ad Magnificat. Antiphona. Vnus ex duob⁹, qui ſecuti ſunt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri, halab. Oro.

Maieſtatem tuā dñe ſupplicitur exoramus: vt ſicut Eccleſię tuę beatus Andreas apoſtolus extitit pręd icator ⁊ rector: ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominum. Ad Matu. Inui. Regem apoſtolorum. 493. ps. Venite. Hym. Aeterna Chriſti. 493. de cōmuni apoſtolorū. In j. noct. Añ. Vidit dominus Petrum ⁊ Andreā, ⁊ vocauit eos. ps. Celi enarrant. fo. 493.

Añ. Venite poſt me, dicit dñs, faciam vos fieri piſcatores hominum. Ps. Benedicaȝ. fol. 494.
Aña. Relictis retibus ſuis ſecuti ſunt dñm redemptorē. Ps. Eructauit. 494. ℣. In oēm terrā exiuit ſonus eorū. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum.
Deinde dicitur Pater noſter. Abſolutiones, ⁊ Bñones, vt habentur in j. Dñica de Aduētu.
De epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Lectio j.

1.10 Finis legis Chriſtus, ad iuſtitiā omni credēti. Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiā quę ex lege eſt qui fecerit homo, viuet in ea. Quę autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis aſcēdet in cęluȝ? id eſt Chriſtuȝ deducere: aut, quis deſcendet in abyſſum? hoc eſt Chriſtū a mortuis reuocare. Sed quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo, ⁊ in corde tuo. Hoc eſt verbuȝ fidei quod prędicamus: qꝛ ſi confitearis in ore tuo dominum Jeſum, ⁊ in corde tuo credideris quod Deus illum ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris. ℟. Cum perambularet Dominus iuxta mare ſecus litus Galilęę, vidit Petrum, ⁊ Andream retia mittentes in mare, ⁊ vocauit eos dicens: Venite poſt me: faciam vos fieri piſcatores hominum. ℣. Erāt enim piſcatores, ⁊ ait illis. Venite poſt. Lectio ſcđa.

Corde enim creditur ad iuſtitiam. Ore autem confeſſio fit ad ſalutē. Dicit enim ſcriptura, Omnis q̄ credit in illuȝ, non confundetur. Nō enim eſt diſtinctio Judęi, ⁊ Gręci: nā idē dñs omnium, diues in omnes, qui inuocant illū. Omnis enim quicūqȝ inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in queȝ non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem nō audierūt? Quomodo autem audient ſine prędicante? Quomodo vero pdicabunt niſi mittantur? Sicut ſcriptū eſt: Quam ſpecioſi pedes euangelizantiū pacē, euangelizantium bona. ℟. Mox vt vocem dñi prędicantis audiuit beatus Andreas, relictis retibus quorum vſu, actuque viuebat, Aeternę vitę ſecutus eſt pręmia largientem. ℣. Hic eſt, qui pro amore Chriſti pependit in cruce, ⁊ pro lege eius ſuſtinuit paſſionem. Aeternę vitę. Lectio tertia.

Sed nō oēs obediūt euāgelio. Jſaias eniȝ dicit: Dñe, quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbū Chriſti. Sed dico: Nunquid nō audierunt? Et quidem: In omnem terram exiuit ſonus eorum, ⁊ in fines orbis terrę verba eorū. Sed dico: Nunquid Jſrael non cognouit? Primꝰ Moyſes dicit: Ego ad ęmulationem vos adducam

in non gentem, in gentē inſipiē
tem, in iram vos mittam. Iſaias
autem audet, et dicit: Inuentus
ſum a non quęrētibus me: palā
apparui iis qui me non interro-
gabāt. Ad Iſrael autē dicit. To
ta die expādi man⁹ meas ad po-
pulum non credentem, ſed con-
tradicentem mihi. ℟. Doctor
bonus, et amicus Dei Andreas
ducitur ad crucē: quam a longe
aſpiciens dixit: ſalue crux: Su-
ſcipe diſcipulum eius, qui pepen
dit in te magiſter me⁹ Chriſtus.
℣. Salue crux, quę in corpore
Chriſti dedicata es, et ex mēbris
eius tāquā margaritis ornata.
Suſcipe. Gloria. Suſcipe diſc.

In ſecundo nocturno. Aña.

Dignū ſibi dñs cōputauit mar-
tyrem, quem vocauit apoſtolū,
dū eſſet in mari, balab. ps. Om-
nes gētes. 495. Añ. Dilexit An
dream dñs in odorē ſuauitatis.
ps. Exaudi De⁹ depre. 495. Añ.
Biduo viuēs pendebat in cruce
beatus Andreas pro Chriſti no
mine, et docebat populum. ps.
Exaudi Deus orōnem. fo. 495.
℣. Conſtitues eos principes ſu-
per omnē terrā. ℟. Memores
erūt nominis tui domine. Le. iiij.

Andreas apoſtolus,
Bethſaidę natus, q
eſt Galilęę vicus,
frater Petri natu
maior, diſcipul⁹ Jo
hannis Baptiſtę, cum eum de
Chriſto dicentē audiſſet, Ecce
agnus Dei: ſecut⁹ Jeſum, fratrē
quoq; ſuum ad eundem perdu-
xit. Cū poſtea vna cū fratre pi
ſcaretur in litore Galilęę, ambo
prętereunte Chriſto domino an
te alios apoſtolos vocati illis ver
bis, Venite poſt me, faciam vos
fieri piſcatores hominum, nullā
interponentes moram, et relictis
retibus ſecuti ſunt eū. Poſt ei
us paſſionem, et reſurrectionem
Andreas, cū in Scythiam Eu-
ropę quę ei prouincia ad Chri-
ſti fidem diſſeminandam obtige
rat, veniſſet, deinde Epirum ac
Thraciam peragraſſet, doctri-
na et miraculis innumerabiles
homines ad Chriſtum conuer-
tit. Poſt Patras Achaię pro-
fectus, et in ea vrbe plurimis ad
veritatem euangelicā perductis,
Aegeā proconſulē, prędicatio-
ni euangelicę reſiſtentem liberri
me increpauit, quod qui iudex
hominū haberi vellet, Chriſtū
Deum omnium iudicem a dę-
monibus eluſus nō agnoſceret.
℟. Homo Dei ducebatur, vt
crucifigerent eū: populus autem
clamabat voce magna dicēs: In
nocens eius ſanguis ſine cauſa
damnatur. ℣. Cumq; ducerent
eum vt crucifigeretur, factus eſt
concurſus populorum clamā-
tiū, et dicentiū. Innocens. Le. v.

Tum Aegeas iratus, Deſi
ne, inquit, Chriſtum iacta-
re, cui ſimilia verba nihil profue
runt, quo minus a Iudęis cruci-
figere-

Digitized by Google

figeretur. Andreã vero de Chriſto nihilominus libere prędicantem, q̄ pro ſalute humani generis ſe crucifigendum obtuliſſet, impia oratione interpellat, ac demum hortatur, vt ſibi cõſulens, dijs velit immolare. Cui Andreas: Ego omnipotenti Deo qui vnus, ⁊ verus eſt immolo quotidie non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatũ agnum in altari: cuius carnem poſteaquam omnis populus credentiuʒ mãducauerit, Agnus, qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat ⁊ viuus. Quam ob rem ira accenſus Aegeas, iubet eum in carcerẽ detrudi: vnde populꝰ Andream facile liberaſſet, niſi ipſe ſedaſſet multitudinẽ, vehementius rogãs ne ſe ad optatiſſimam martyrij coronaʒ properantem impedirent. ℟. O bona crux, quę decorẽ ⁊ pulchritudinẽ de mẽbris domini ſuſcepiſti, accipe me ab hominibꝰ, ⁊ redde me magiſtro meo, Vt ꝑ te me recipiat, qui per te me redemit. ℣. Beatus Andreas expanſis manibus ad cęlũ, orabat dicens: Salua me bona crux. Vt. L. vj.

Litur paulo poſt in tribunal productũ, cum Aegeas crucis extollẽtem myſteria, ſibique ſuam impietatẽ exprobrantem, diutius ferre non poſſet, in crucem tolli, ⁊ Chriſti mortem imitari iuſſit. Adductꝰ Andreas ad locum martyrij, cum crucem vidiſſet, longe exclamare cępit. O bona crux, quę decorẽ ex mẽbris domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſolicite amata, ſine intermiſſione quęſita, ⁊ aliquãdo cupienti animo pręparata, accipe me ab hominibꝰ, ⁊ redde me magiſtro meo: vt per te me recipiat, qui ꝑ te me redemit. Itaque cruci affixus eſt: in qua biduum viuus pẽdens, ⁊ Chriſti fidem prędicare nunquam intermittens, ad eum migrauit, cuius mortis ſimilitudinem concupierat. Quę omnia presbyteri ⁊ diaconi Achaię, qui eius paſſionẽ ſcripſeruntꝰ, ſe ita vt commemorata ſunt audiſſe, ⁊ vidiſſe teſtantur. Eius oſſa primũ, Conſtantino Imperatore, Conſtantinopolim, deinde Malphim tranſlata ſunt. Caput, Pio ſecundo Pontifice, Romam allatum in baſilica ſancti Petri collocatũ eſt. ℟. Expãdi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi: Qui ambulant vias non bonas, ſed poſt peccata ſua. ℣. Deus vltionũ dñs, Deꝰ vltionũ libere egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionẽ ſuperbis. Qui. Gloria. Qui. In iij. noct. Aña. Non me permittas, dñe famulũ tuum a te ſeparari: tempus eſt vt cõmendetur terrę corpus meũ, ⁊ me ad te venire iubeas. ps. Cõfitebimur. 596. Añ. Andreas vero rogabat populũ, vt nõ impediret

diret paſſionem ipſius. ps. Do minus regna. ex. 596. Aña. Accipe me ab hominibus, ⁊ redde me magiſtro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit, halleluiah. ps. Dominus regn. traſc. 596. ℣. Nimis honorati sũt amici tui Deus. ℟. Nimis cõfortatus eſt principatus eorum. Lcõ. euãg. ſcd'm Mattheũ. L. vij.

a. 4. IN illo tẽpore: Ambulãs Jeſus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres, Simonẽ q vocatur Petr⁹, ⁊ Andreã fratrẽ eius mittẽtes rete i mare. Et reliqua. Homilia ſãcti Gregorij Papę.

AVdiſtis fratres cariſſimi, q ad vnius iuſſionis vocẽ Petrus ⁊ Andreas relictis retibus ſecuti ſunt redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de premio eternę retributionis audierant: ⁊ tamẽ ad vnum domini preceptũ, hoc, quod poſſidere videbant, obliti ſunt. Quãta nos eius miracula videmus? quot flagellis affligimur? quantis minarum aſperitatibus deterremur? ⁊ tamen vocantem ſequi contemnimus. ℟. O quam ſanctus Andreas, dum reſpiceret in cęlum, ⁊ voce magna clamauit, ⁊ dixit, Tu es De⁹ me⁹, quẽ vidi: ne me patiaris ab impio iudice deponi: Quia virtutẽ ſanctę crucis agnoui. ℣. Tu es magiſter me⁹ Chriſtus, quẽ dilexi: quẽ cognoui: quẽ cõfeſſus ſũ: tantũmodo in iſta voce exaudi me. Quia virtutem. L. viij.

IAm cęlo iã ſedet, qui de conuerſione nos admonet, iam iugo fidei colla gentium ſubdidit, iam mundi gloriã ſtrauit, iã ruinis eius crebreſcentibus, diſtricti ſui iudicij propinquantem denunciat diem: ⁊ tamen ſuperba mens noſtra, adhuc nõ vult hoc ſponte deſerere, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo, fratres cariſſimi, quid in eius iudicio dicturi ſumus? qui amore pſentis ſeculi, nec pręceptis flectimur, nec verberib⁹ emẽdamur. ℟. Videns crucem Andreas exclamauit, dicens. O crux admirabilis, o crux deſiderabilis, o crux quę per totum mundũ rutilas. Suſcipe diſcipulum Chriſti, ac per te me recipiat, qui per te moriẽs me redemit. ℣. O bona crux, quę decorẽ ⁊ pulchritudinẽ de membris dñi ſuſcepiſti. Suſcipe. Glo. Suſcipe. L. ix.

SEd fortaſſe aliquis tacitis ſecum cogitationibus dicat: Ad vocẽ domini tam vterque iſte piſcator, quid aut quantum dimiſit, qui pene nihil habuit? Sed in hac re fratres cariſſimi, affectum debemus potius penſare, quam cenſum. Multũ reliquit qui ſibi nihil retinuit: multum reliquit, qui quantumlibet parum, totũ deſeruit. Certe nos, ⁊ habita cum amore poſſidemus, ⁊ ea quę minime habemus,

bemus ex deſiderio quęrimus. Multum ergo Petrus, & Andreas dimiſit, quando vterque etiam deſideria habẽdi reliquit. Ad Laudes, & per Horas. Añа.

SAlue crux precioſa, ſuſcipe diſcipulũ eius q̃ pependit in te magiſter meꝰ Chriſtus. Ps. Dominus regn. 8. cũ reliq. Aña. Beatus Andreas orabat dicens: Domine rex ęternę glorię, ſuſcipe me pendentẽ in patibulo. Aña. Andreas Chriſti famulus, dignus Dei apoſtolꝰ, germanꝰ Petri, & in paſſione sociꝰ. Aña. Maximilla, Chriſto amabilis, tulit corpꝰ apoſtoli, optimo loco cum aromatibus ſepeliuit. Aña. Qui perſequebantur iuſtũ demerſiſti eos dñe in inferno: & in ligno crucis dux iuſti fuiſti. Cap. Fratres, Corde. fol. 355. ℣. Annũciauerũt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Ad Bñs. Aña. Concede nobis hoĩem iuſtũ, redde nobis hominẽ ſanctũ: ne interficias hominẽ Deo carũ, iuſtũ, mãſuetũ, & piũ. Orõ vt in j. Veſp. Ad iij. Cap. Fratres. Corde. 355. ℟. bre. In oẽm terrã. 497. & Conſtitues. de cõi apoſtolorũ. Ad vj. Cap.

Ro. c. 10. NOn enim eſt diſtinctio Iudęi, & Gręci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocãt illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini, ſaluus erit. ℟. bre. Conſtitues. 497. & Nimis honorati.

Ad Nonam. Capitulum.

ISaias enĩ dicit: Domine quis credidit auditui noſtro: ergo fides ex auditu, auditꝰ autem per verbum Chriſti: ſed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. ℟. bre. Nimis honorati. & Annunciau. Ad Veſper. Aña. Salue crux. cum rel. de Laud. pſalmi. Dixit dñs 52. Laudate pueri. Credidi. In cõuertẽdo. Dñe probaſti. vt in ij. Veſper. de cõi apſtorum. Cap. vt ſupra. Hymnus. Exultet cę. 493. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt. Ad Magnificat. Antiphona. Cum perueniſſet beatus Andreas ad locum, vbi crux parata erat, exclamauit, & dixit: O bona crux, diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo pręparata, ſecurus, & gaudens venio ad te: ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius, qui pependit in te.

DECEMBRIS FESTA.

Offm̃ Defunc. j. die nõ ĩpedita.

Die 1. F.

¶S. Bibianę virginis, & mar. Die 2. G

¶Si hoc feſtũ venerit in Aduẽtu, de eo fit tm̃ cõme. ſi non venerit in Aduen. fit de eo, ordine in rubricis generalib. deſcripto in rub. de feſto ſimpl. & iij. lcõ legit, vt infra. Orõ. Indulgẽtiã. 523. vt in communi virginũ. Lec. iij.

Bibiana

Bibiana virgo Romana, Fauſti & Dafroſę martyrū filia, a tenera ętate ſic a parentibus imbuta eſt Chriſtiana religione, vt neq; precibus, neq; terroribus Iuliani Imperatoris a Ieſu Chriſti cultu deterreri potuerit. Quamobrem plumbatis vſq; ad necē ceſa, virginalem palmā martyrij corona decorauit. Cuius corpus cū nefarij Imperatoris iuſſu proiectum biduo iacuiſſet inhumatum, a Iohanne presbytero ſepultum eſt quarto Nonas Decembris, prope matris & ſororis Demetrię ſepulcrum, ad palatium Licinianum.

Die 3. A.

Die 4. B ℭ S. Barbarę virginis & martyris commemoratio Aña. ℣. & Oro. Deus qui inter cętera. 523. de communi Virginum.

Die 5. C ℭ S. Sabbę abbatis cōmem. Interceſſio. f. 520. de communi confeſſorum non Pontificum.

Die 6. D ℭ S. Nicolai epiſcopi, & confeſſoris ſemid. officiū fit vt in rubricis generalib⁹ de feſto ſemid. omnia dicūtur de cōi vnius cōfeſſo. pontific. fol. 513. exceptis his, quę hic ſunt propria. Oratio.

Deus, qui beatū Nicolaum Pontificē miū innumeris decoraſti miraculis: tribue quęſumus: vt eius meritis & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominum noſtrum Ieſum.

In primo nocturno leguntur lectiones de Iſaia quę occurrunt per ordinem in officio de tempore: quod & in alijs feſtis ſeruatur quando alię lectiones in primo nocturno nō aſſignātur. L. iiij.

Nicolaū illuſtri loco Paterę in Lycia natum parentes ſteriles a Deo precibus impetrarunt. Cuius viri ſanctitas quanta futura eſſet, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cū reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, quarta, & ſexta feria ſemel dumtaxat, idq; veſperi ſugebat: quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſemper tenuit. Adoleſcens parentibus orbatus, facultates ſuas pauperibus diſtribuit. Cuius illud inſigne eſt Chriſtianę benignitatis exemplum, quod, cum eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare non poſſet, earumq; pudicitiam proſtituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per feneſtram tantum pecunię in eius domum iniecit, quantum vnius virginis doti ſatis eſſet: quod cum iterum, & tertio feciſſet, tres illę virgines honeſtis viris in matrimoniū datę ſunt. ℟. Inueni. 515. Lectio v.

Qum vero ſe totū Deo dediſſet, in Palęſtinā profectus eſt, vt loca ſancta viſeret & pręſens veneraretur. Qua in peregri-

peregrinatione nauem conſcendẽs, ſereno cęlo, ⁊ tranquillo mari, horribilem nautis tempeſtatẽ prędixit, moxq; oratam, cum eſſent omnes in ſummo periculo, orans mirabiliter ſedauit. Unde cum domum reuerſus ſingularis ſanctitatis omnibus documenta pręberet, Dei admonitu Myream, quę Lycię Metropolis erat, venit: quo tempore eius vrbis epiſcopo mortuo, prouinciales epiſcopi de ſucceſſore deligendo conſultabant. Itaque in ea deliberatione diuinitus admoniti ſunt, vt eum eligerent, qui Nicolaus nomine poſtridie mane primus in Eccleſiam ingrederetur. Qua obſeruatione adhibita, in Eccleſię ianua deprehenſus eſt Nicolaus, ⁊ ſummo omnium conſenſu Myreę epiſcopus creatur. In epiſcopatu caſtitatem, quam ſemper coluerat, grauitatem, orationis aſſiduitatem, vigilias, abſtinentiam, liberalitatem, ⁊ hoſpitalitatem, in adhortando manſuetudinem, in reprehendendo ſeueritatem perpetuo adhibuit. ℟. Poſui adiutorium. 515. Lec. vj.

Viduis ⁊ orphanis pecunia, conſilio, opera non defuit. Oppreſſos adeo ſubleuauit, vt etiam tres tribunos, per calumniam a Conſtantino Auguſto condemnatos, qui ſe propter famam eius miraculorum orationibus longiſſime abſenti commendarant, adhuc viuens cum Imperatori minaciter eum terrens apparuiſſet, liberauerit. Cum vero contra edictum Diocletiani, ⁊ Maximiani Chriſtianę fidei veritatem Myreę prędicaret, ab Imperatorum ſatellitibus comprehenſus, ⁊ longiſſime abductus, in carcerem coniectus eſt: vbi fuit vſq; ad Conſtantinum Imperatorem: cuius iuſſu ex cuſtodia ereptus, Myream rediit, mox ad Nicęnum concilium ſe contulit: vbi cum trecẽtis illis decem ⁊ octo patribus Arianam hęreſim condemnauit. Inde reuerſus ad epiſcopatum, non ita multo poſt inſtãte morte, ſuſpiciens in cęlum, cũ angelos ſibi occurrentes intueretur, illo pſalmo pronunciato, In te domine ſperaui, vſque ad eum locum: In manus tuas cõmendo ſpiritum meum, in cęleſtem patriam migrauit octauo Idus Decembris, anno ſalutis humanę trecenteſimo quadrageſimo tertio. ℟. Iſte eſt q̃ ante Deū. 516. In tertio nocturno Homilia in euange. Homo quidã peregre proficiſcens. 516. vt in cõmuni confeſſ. Pontific.

¶ Sancti Ambroſij epi, ꝯfeſſ. ⁊ Eccleſię Doctoris. duplex. Die 7. E

Ad veſperas. Antiphona. Ecce ſacerdos magnus. fol. 513. cum reliq. de cõi ꝯfeſſ. Pontific. Ad Magnificat. Antiphona. O Doctor optime. 514. Oratio.

Deus



DEus, qui populo tuo ęternę ſalutis beatū Ambroſium miniſtrum tribuiſti: pręſta, quęſumus: vt quem doctorem vitę habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per dominum noſtrum Jeſum.

¶ Deinde fit cōmemoratio S. Nicolai, niſi transferatur: poſtea de feria. Ad Matutinum ⁊ alias horas omnia de communi confeſſoris pontificis. fol. 514. In j. noct. Lcō. Fidelis ſermo. de eodem cōmuni. 514. Le. iiij.

AMbroſius epiſcopus Mediolanenſis, Ambroſij ciuis Romani filius, patre Gallię pręfecto natus eſt. In huius infantis ore examen apum conſediſſe dicitur: quę res diuinā viri eloquentiam pręmōſtrabat. Romę liberalibus diſciplinis eruditus eſt, Poſt a Probo pręfecto, Ligurię ⁊ Aemilię prępoſitus: vnde poſtea eiuſdem Probi iuſſu cum poteſtatē Mediolanum venit: vbi mortuo Auxentio, Ariano Epiſcopo, populus de ſucceſſore deligendo diſſidebat. Quare Ambroſius pro officij ſui munere eccleſiam ingreſſus, vt commotam ſeditionem ſedaret, cum multa de quiete, ⁊ tranquillitate reipublicę pręclare dixiſſet, de repente puero Ambroſiū Epiſcopū exclamāte, vniuerſi populi vox erupit, Ambroſiū epiſcopū depoſcentis. ℟. Inueni Dauid. 515. Lectio quinta.

REcuſante illo, ⁊ eorū precibus reſiſtente, ardēs populi ſtudium ad Valentinianū Imperatorem delatum eſt, cui gratiſſimum fuit, a ſe delectos iudices ad ſacerdotium poſtulari. Fuit id etiā Probo pręfecto iucundum, qui Ambroſio proficiſcenti, quaſi diuinans dixerat: Vade, age, non vt iudex, ſed vt epiſcopus. Itaqꝫ cum ad populi deſideriū Imperatoris voluntas accederet, Ambroſius baptizatꝰ (erat enim catechumenus) ſacriſqꝫ initiatus, ac ſeruatis omnibus ex inſtituto eccleſię ordinum gradibus, octauo die, qui fuit ſeptimo Idus Decembris, epiſcopale onꝰ ſuſcepit. Factus epiſcopus, catholicā fidē, ⁊ diſciplinā eccleſiaſticā acerrime defendit: multoſqꝫ Arianos ⁊ alios hęreticos ad fidei veritatē conuertit, in quibus clariſſimum Eccleſię lumen ſanctum Auguſtinū Jeſu Chriſto peperit. ℟. Poſui adiutorium. 515. Lectio ſexta.

GRatiano Imperatore occiſo, ad Maximum eius interfectorem legatus profectus eſt, eumqꝫ pęnitentiam agere recuſantem, a fidelium communione remouit: Theodoſium Imperatorem, propter cędem Theſſalonicę

ſalonicę factam, ingreſſu Eccleſię prohibuit. Cui cum ille Dauid quoq; regem adulterum, & homicidam fuiſſe, dixiſſet: reſpōdit Ambroſius: Qui ſecutus es errantem, ſequere pęnitentem. Quare Theodoſius ſibi ab eo impoſitam publicā pęnitentiā humiliter egit. Ergo ſanctus epiſcopus pro Eccleſia Dei maximis laboribus curisq; perfunctus, multis libris etiam egregie conſcriptis, antequam in morbum incideret, mortis ſuę diem prędixit. Ad quem ęgrotū Honoratus Vercellenſis epiſcopus Dei voce ter admonitus, accurrit: eiq; ſanctū domini corpus prębuit: quo ille ſumpto, conformatis in crucis ſimilitudinē manibus, orans animam Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno poſt Chriſtum natum treceteſimo octuageſimo. ℟. Iſte eſt qui ante Deū. 516. In iij. noctur. Hom. in euāgel. Vos eſtis ſal terrę. 519. de cōi Doctorum.

Die f

CONCEPTIO

B. Mariæ virginis, duplex.

Omnia pręter lectiones primi, & ſecundi nocturni dicuntur, vt in Nati. eiuſdem, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis. In primis Veſperis, omnia de Conceptione, cū commemoratione ſancti Ambroſij. Ad Magnific. Aña. Glorioſę Virginis Marię conceptionem digniſſimam recolamus. 453.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio i.



EGo ex ore altiſſimi prodiui primo genita ante oēm creaturā. c. 24. Ego feci in cęlis, vt oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram. Ego in altiſſimis habitaui: & thronus meus in columna nubis: gyrum cęli circuiui ſola, & profundum abyſſi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra ſteti. Et in omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui, & in his omnibus requiem quęſiui, & in hęreditate domini morabor. Tūc pręcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Iſrael hęreditare, & in electis meis mitte radices. ℟. Hodie cōcepta eſt beata virgo. Reſponſoria vt in feſto Natiuitatis. 453. Lectio ſecunda.

AB initio & ante ſecula creata ſum, & vſq; ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta corā ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo

Digitized by Google

pulo honorificato, ⁊ in partes Dei mei hereditas illi⁹, ⁊ in ple nitudine ſanctoꝝ detentio mea. Quaſi cedr⁹ exaltata ſuꝫ in Libano, ⁊ quaſi cypreſſus in monte Sion. Quaſi palma exaltata ſum in Cades, ⁊ quaſi plantatio roſę in Jericho. Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis, ⁊ quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas. In plateis ſicut cinnamomuꝫ ⁊ balſamum aromatizans odoreſ dedi: quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris. Et quaſi ſtorax, ⁊ galbanus, ⁊ vngula, ⁊ gutta, ⁊ quaſi Libanus nõ inciſus vaporaui habitationem meam, ⁊ quaſi balſamuꝫ non miſtũ odor meus. ℟. Beatiſſimę virginis Marię cõcept. 453. Lectio iij.

Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, ⁊ ramí mei honoris, ⁊ gratię. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitaté odoris: ⁊ flores mei fructus honoris, ⁊ honeſtatis. Ego mater pulchrę dilectionis, ⁊ timoris, ⁊ agnitionis, ⁊ ſanctę ſpei. In me gratia omnis vię ⁊ veritatis: in me omnis ſpes vitę ⁊ virtutis. Tranſite ad me omnes q concupiſcitis me, ⁊ a generationib⁹ meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, ⁊ hereditas mea ſuper mel, ⁊ fauum. Memoria mea in generationes ſeculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient: ⁊ qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non cõfundetur: ⁊ qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidãt me, vitaꝫ ęternã habebũt. ℟. Glorioſę virginis Marię ↄceptioné. 453.

Sermo S. Ambroſij epiſcopi, ex libro de virginibus. Le. iiij.

Sit vobis tanquã in imagine deſcripta virginitas, vitaqꝫ beatę Marię, de qua velut ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, ⁊ forma virtutis. Hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tãquam in exemplari magiſteria expreſſa ꝓbitatis, qd corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtẽdunt. Primus diſcẽdi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Quid nobili⁹ dei matre? Quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit? Quid caſtius ea, quę corpus ſine corporis contagione generauit? ℟. Cõceptio glorioſę virginis Marię. 454. Lectio v.

Iam de cęteris eius virtutibus quid loquar? virgo erat non ſolum corpore, ſed etiã mẽte, quę nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectũ. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens. Intenta operi, verecunda ſermone, arbitrum mentis ſolita non hominem, ſed Deum quęrere. Non lędere reos, bene velle omnib⁹, aſſurgere maiorib⁹ natu, ęqualibus non inuidere, vagere iactantiam,

tiá, rationē ſequi, amare virtutē.
℟. Cū iucūdi. 454. L. vj.
QUādo iſta vultu leſit parē-
tes? Quando diſſenſit pro-
pinquis? Quando faſtidiuit hu-
milē? Quādo deriſit debilē? Quē
vitauit inopem? eos ſolos ſolita
cętus virorū inuiſere, quos mi-
ſericordia non erubeſceret, neqꝫ
prętiret verecundia: nihil tor-
uum in oculis, nihil in verbis
procax, nihil in actu inuerecun-
dius. Non geſtus fractior, nō in-
ceſſus ſolutior, non vox petulan
tior: vt ipſa corporis ſpecies ſi-
mulacrum fuerit mentis, figura
probitatis. ℟. Cōceptio tua. 454
In iij. noct. Hom. in euangelium,
Liber generationis, folio 454.
vt in Natiui. ⁊ nona lcō ſumitur
de eadē Hom. infra oct. eiuſdē,
quę incipit. Ioram. folio 455.

Die 9. B.

Die C S. Milciadis pp, ⁊ mar. Orō
A Infirmitatem noſtram. f. 501.
vt in cōi martyrum Pontificū.
Die Sci Damaſi pp, ⁊ cōf. ſem. Orō.
B Exaudi, dñe, preces
noſtras: ⁊ interue-
niēte, beato Dama
ſo, confeſſore tuo,
atqꝫ pōtifice, indul-
gentiam nobis tribue placatus,
⁊ pacem. Per dominum. L. iiij.
DAmaſ⁹ Hiſpan⁹, vir egre-
gius, ⁊ erudit⁹ i ſcripturis,
indicto primo Cōſtantinopoli-
tano concilio, nefariā Eunomij,
⁊ Macedonij hereſim extinxit.
Idem Ariminenſem cōuentum
condemnauit, in quo, vt ſcribit
ſanctus Hieronymus, Valentis
potiſſimū, ⁊ Vrſatij fraudibus
damnatio Nicenę fidei cōclama
ta fuit: ⁊ ingemiſcēs orbis terra-
rum, ſe Arianū eſſe miratus eſt.
℟. Inueni Dauid. 515. Le. v.
BAſilicas duas ędificauit, al
tera in ſancti Laurentij no
mine, ad theatrum Pompeij,
quam maximus muneribus au-
xit, eique domos ⁊ prędia attri-
buit, alteram via Ardeatina ad
Catacumbas. Platoniam etiā
vbi corpora ſanctorum Petri, ⁊
Pauli aliquandiu iacuerunt, de
dicauit, ⁊ exornauit elegantibus
verſibus. Idemqꝫ proſa, ⁊ verſu
ſcripſit librū de Virginitate, mul
taqꝫ alia metro edidit. ℟. Po-
ſui adiutorium. 515. Lectio vj.
POenam talionis conſtituit
ijs, qui alterum falſi crimi
nis accuſaſſent. Inſtituit, vt in
eccleſia pſalmi ab alternis cane-
rentur, ⁊ in fine cuiuſqꝫ pſalmi di
ceretur, Gloria patri, ⁊ filio, ⁊
ſpiritui ſancto. Et vt confeſſio,
Miſſę eſſet exordium. Eius iuſ-
ſu ſanctus Hieronymus diuinę
ſcripturę libros in latinū conuer
tit. Cū Eccleſiam rexiſſet annos
decē ⁊ octo, menſes tres, dies vn
decim: ⁊ habuiſſet ordinationes
quinqꝫ menſe Decēbri, quibus
creauit pſbyteros triginta duos,
diaconos vndecim, epiſcopos p
diuerſa loca ſexaginta duos, vir

tate, doctrina, ac prudentia cla-
rus, prope octogenarius, Theo
doſio ſeniore Imperatore, obdor-
miuit in dño: ⁊ via Ardeatina,
vna cum matre, ⁊ ſorore, ſepult⁹
eſt ĩ baſilica, quã ipſe ędificaue-
rat. Eius reliquię poſtea tranſla
tę ſunt in Eccleſiã ſancti Laurẽ
tij in Damaſo, quã idem Põti-
fex ad theatrũ Pompey ↄſtru-
xerat. ℟. Iſte eſt qui ante. 516.
In iij. noct. Hom. in euãgeliũ,
Vigilate. de cõi ↄfeſſ. põt. 118.

Die 12. C.

Die 13. B ℭ S. Lucię virg. ⁊ mart. dupl.
Ad veſp. an. Orãte ſctã Lucia.
cũ reſ. de Laud. Pſalmi, Cap.
Hym. ⁊ ỽ. de cõi virg. folio. 523.
Ad Magnificat. Antiphona.
In tua patientia poſſediſti ani-
mam tuam Lucia ſponſa Chri-
ſti: odiſti quę in mundo ſunt, ⁊
coruſcas cum angelis: ſanguine
proprio inimicum viciſti. Orõ.



Exaudi nos deus ſalutaris no-
ſter: vt ſicut de beatę Lucię
virginis ⁊ martyris tuę feſti-
uitate gaudemus, ita pię de
uotionis erudiamur affectu.
Per dominum noſtrum Ieſũ.
Ad Mat. Inui. hy⁹. anę, pſal.
⁊ verſi. noct. de cõi virg. fol. 513.
Lcõ j. noc. de epſta j. ad Corinth.
De virginib⁹. 524. vt ĩ eod. cõi.

j. ℟. Lucia virgo qd a me pe-
tis quod ipſa poteris pſtare cõ-
tinuo matri tuę? nam ⁊ fides tua
illi ſubuenit: ⁊ ecce ſaluata eſt:
Quia iucũdũ Deo in tua virgi
nitate habitaculũ pręparaſti. ỽ.
Sicut p me ciuitas Catanenſiũ
ſublimať a Chro: ita p te Syra-
cuſana ciuitas decorabiť. Quia.
ij. ℟. Rogaui dñm meũ Ieſuȝ
Chriſtũ, vt ignis iſte nõ dñetur
mei, Et impetraui a dño indu-
cias martyrij mei. ỽ. Pro eo vt
me diligerent, detrahebant mi-
hi: ego autẽ orabam. Et impe.
iij. ℟. Grata facta eſt a dño in
certamine, qr apud deũ, ⁊ apud
hoies glorificata eſt: in cõſpectu
principis loquebatur ſapientiã,
Et dñs oĩum dilexit eã. ỽ. Ad-
iuuabit eã deus vultu ſuo, Deus
in medio eius non commouebi-
tur. Et. Gloria. Et. Ad ſequen
tes lect. dñr Pſa primi, ⁊ ſecun
di nocturni de cõi virginum per
ordinem. Lectio quarta.

Lucia virgo Syracuſana
genere ⁊ Chriſtiana fide
ab infantia nobilis, vna cũ mře
Eutychia, q̃ ſanguinis fluxu la-
borabat, Catanam ad veneran
dum corpus beatę Agathę ve-
nit: quę ad eius ſepulcrum cum
ſuppliciter oraſſet, Agathę inter-
ceſſione, matri ſanitatem impe-
trauit. Statim vero matrẽ exo-
rauit, vt quã dotẽ ſibi datura eſ-
ſet, Chri pauperib⁹ tribui pate-
ret. Vt igitur Syracuſas redijt,
oẽm

oēm pecuniā, quā ex facultatib⁹ venditis redegerat, pauperibus diſtribuit. ℟. Ueni ſponſa Chriſti. fo. 524. Lectio quinta.

QUod vbi reſciuiſſet is cui eam parentes contra virginis voluntatē deſponderant, apud Paſchaſiū prefectum Luciam, quod Chriſtiana eſſet, accuſauit. Quam ille, cuȝ nec precibus, nec minis ad cultum idolorum poſſet pducere, immo tāto magis incēſam videret ad celebrandas Chriſtianę fidei laudes, quāto magis ipſe eā a ſententia auertere conabatur, Ceſſabunt, inquit, verba: cum ventuȝ erit ad verbera. Cui virgo: dei ſeruis verba deeſſe nō poſſunt, quibus a Chriſto domino dictū eſt, Cum ſteteritis ante reges, ⁊ preſides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus ſanctus qui loquitur in vobis. ℟. Diffuſa eſt grā. 524. Lectio vj.

QUam cū Paſchaſius interrogaſſet: Eſt ne i te ſpiritus ſanctus? Reſpondit: Caſte ac pie viuētes, tēplum ſunt ſpūs ſancti. At ille. Jubebo te ad Lupanar duci, vt te ſpiritus ſanct⁹ deſerat. Cui virgo: Si inuitam iuſſeris violari, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Quare Paſchaſius ira inflāmatus, Luciam ꝯtrahi iuſſit, vbi eius virginitas violaret: ſed diuinit⁹ factū eſt, vt firma virgo ita cōſiſteret, vt nulla vi, de loco dimoueri poſſet. Quāobrē pfect⁹ circum ipſaȝ, pice, reſina, ac feruenti oleo perfuſam, ignem accēdi imperauit: ſed cum nec flāma quidem eā lęderet, multis tormētis excruciatę guttur gladio trāſfigi iubet. Quo vulnere accepto Lucia predicēs eccleſię trāquillitatē ꝙ futura erat, Maximiano ⁊ Diocliciano mortuis, vigeſimo Calēdas Januarij ſpm̄ deo reddidit. Cuius corpus Syracuſis ſepultum, deinde Conſtantinopolim, poſtremo Uenetias trāſlatū ē. ℟. Specie tua. 524.

In iij. noct. Hom. in euāgeliū. Simile eſt regnū cęloꝝ theſauro abſcōdi. 628. de cōi ſcē m̄. nō m̄.

Ad Laudes, ⁊ per hozas. Añ.

ORāte ſancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, ⁊ cōſolabatur ancillam Chriſti. ps. Dñs reg. 8. cū rel. añ. Lucia virgo, quid a me petis, qđ ipſa potenes pſtare continuo matri tuę, Añ. Per te, Lucia virgo, ciuitas Syracuſana decorabitur a dño Jeſu Chriſto. Añ. Benedico te pater dñi mei Jeſu Chriſti, qa per filiū tuū ignis extinctus eſt a latere meo. Añ. Soror mea Lucia virgo Deo deuota. quid a me petis, qđ ipſa poteris preſtare continuo matri tuę?

Cap. xviij. ⁊ vers. de coi virg. Ad Bñs. Añ. Columna es immobilis

mobilis Lúciã ſpōſa Chriſti: qa omnis plebs te expectat: vt accipias coronam vitę, halleluiah. Ad horas Añe de Laud. alia de cõi virg. Ad Veſperas. Aña. Orāte ſcã Lucia cũ rel. vt ſup. pſal. cap. hym. & ℣. de cõi virg. Ad Mag. Aña. Tanto pondere eã fixit ſpūs ſanctus, vt virgo Chriſti immobilis permaneret.

Die 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

¶ De Vigilia Sancti Thomę Apoſtoli nihil fit, niſi in Miſſa.

Die 21. E ¶ S. Thomę Apoſtoli duplex, omnia de communi Apoſtolorum exceptis ijs, que hic ſunt ꝓpria. Ad Mag. in vtriſqꝫ Veſperis, & ad Benedict⁹ in Laud. Aña. Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati q nõ viderunt, & crediderunt, halleluiah. Orō.



OA, queſum⁹ domine, beati apoſtoli tui Thomę ſolēnitatibus gloriari: vt eius ſemper, & patrociniijs ſubleuemur, & fidem congrua deuotione ſectemur. Per dominum noſtrum. Deinde pro cõmem. Aduētus. Aña. O. folio. 76. In j. noct. Lcō. de ep̄la prima ad Corinth. Sic nos exiſtimet homo. 494. de cõi Apoſtolorū. Lectio iiij.

Thomas Ap̄lus, q & Didymus, Galilę⁹, poſt acceptū ſpūm ſanctum, in multas prouincias ꝓfectus eſt ad p̄dicandum Chr̄i Euãgeliū. Parthis, Medis, Perſis, Brachmanis, Hyrcanis, & Bactris, Chr̄ianę fidei, & vitę pręcepta tradidit. Poſtremo ad Indos ſe conferens, eos in Chriſtiana religione erudiuit: qui ad extremū, vitę, doctrinęqꝫ ſanctitate, & miraculoꝝ magnitudine, cū ceteros omnes ſui admiratione, ad Ieſu Chriſti amorem commouiſſet, illius gentis regem idolorū cultorē, magis ad iram accendit: cuius ſententia condemnatus, teliſqꝫ confoſſus, Calaminę apoſtolat⁹ honorem martyrij corona decorauit. ℟. Vidi coniunctos. 595. In quinta, & ſexta lectione legit Sermo ſancti Gregorij Papę. Scriptū eſt. vt i cõi apoſt. 495. Lcō ſ. euãg. ſm Iohãnē. C. xx.

In illo tempore: Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cū eis, quãdo venit Ieſus. Et reliqua. ca.20
Homilia Sãcti Gregorij papę.

Quid, fratres chariſſimi, qd inter hęc animaduertitis? nunquid caſu geſtū creditis, vt electus ille diſcipulus tūc deeſſet, poſt autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc caſu, ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt. Egit nãqꝫ miro modo diuina clementia, vt diſcipulus dubitans, dum in magiſtro ſuo vulnera

Digitized by Google

vulnera palparet carnis, in nobis ſanaret vulnera infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidē, quā fides diſcipulorū credentiū pfuit: qa dū ille ad fidē palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita, in fide ſolidat. ℟ Iſti ſunt qui viuentes. 597. Lectio viij.

SIc quippe diſcipulum poſt reſurrectionē ſuā dubitare permiſit dñs, nec tamē in dubitatione deſeruit, ſicut ante natiuitatē ſuā Mariam ſponſum habere voluit, qui tamē ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus eſt diſcipulus dubitans, & palpās teſtis verę reſurrectionis, ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimę virginitatis. Palpauit autem, & exclamauit: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. Cum Paulus apoſtolus dicat, Eſt autē fides ſperandarū ſubſtantia rerū, argumentū nō apparētium: profecto liquet q̄ fides illarū rerū argumentū eſt, q̄ apparere nō poſſunt: q̄ enī apparet, iam fidē nō habēt, ſed agnitionem. ℟. Iſti ſunt viri ſancti. 597. Lectio ix.

DVm ergo vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dicit, quia vidiſti me Thoma, credidiſti? Sed aliud vidit, aliud credidit: a mortali quippe homine diuinitas videri non potuit, hominem ergo vidit & Deum confeſſus eſt dicēs: Dominus me' & Deus me'. Vidēdo ergo credidit, q conſiderādo verū hominē hunc Deū, quē videre non poterat exclamauit. Letificat valde quod ſequitur: Beati q non viderunt, & crediderunt. In qua nimirū ſententia nos ſpecialiter ſignati ſumus, qui eū, quem carne non vidimus, mente retinēmus. Nos ſignati ſumus, ſed ſi fidem noſtram operibus ſequimur: ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit.

Ad Laud. & alias hoꝛ. oia de cōi apłoꝝ, exceptis añis ad Bñs, & Mag. & Orōne quę dñr vt ſup.

Die 22. F. Die 23. G.
Die 24. A. Vigilia Nati. Dñi.
Die 25. B. Natiuit. Dñi, dupl.
Die 26. C. Steph. ꝓtom. dup.
Die 27. D. Johan. Euāg. dup.
Die 28. E. Innocentiū m̄. dup.
Die 29. F. Thomę cāt. m̄ ſemi.
Die 30. G. De Dñica īfra oct.
Die 31. A. Sylue. pp. & cf. dup.

IANVARII FESTA.

Offīn Defunc. j. die nō īpedita.
Die 1. A. Circūciſio dñi, dup.
Die 2. B. Oct. S. Steph. dup.
Die 3. C. Octa. S. Johā. dupl.
Die 4. D. Octa. Innocē. dupl.
Die 5. E. De Vigilia.
Die 6. F. Epiphania dñi. dupl.
Die 7. G. 8. A. 9. B. 10. C. De Oct.
¶ De oct. & cōme. Higinij Pa & mar. Orō. Infirmitatem. 591 Die 11. D.
Die 12. E. De Octaua.
Die 13. F. Octaua Epiph. dup.

Die ¶ Sancti Hilarij epiſcopi, ⁊ cō-
14. B feſſoris, ſemiduplex. Oratio.

DEus, qui populo tuo ęternę ſalutis beatum Hilarium miniſtrū tribuiſti: pręſta quęſumus: vt quem doctorem vitę habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cęlis. Per.

¶ Si hoc feſtum venerit in Dominica, transfertur in vj. Feriā, ⁊ cōmem. cum ix. Lec. S. Felicis fit in Dominica. Cōme. S. Felicis in Pincis. Oratio.

COncede, quęſumus, omnipotēs Deus: vt ad meliorem vitam ſanctorum tuorum exempla nos prouocent: quatenus quorum ſolemnia agimus, etiam actus imitemur. Per dominum noſtrum. Lectio iiij.

HIlarius, in Aquitania nobili genere natus, doctrina, ⁊ eloquentia excelluit. Qui primum in matrimonio, quaſi monachi vitā egit: deinde, mortua vxore, propter ſingulares virtutes Pictauorū Epiſcop⁹ creatur: quod munus epiſcopale ſic geſſit, vt a fidelibus ſummā laudem conſequeretur. Quo tēpore cum terroribus, bonorum ſpoliatione, exilio, ⁊ omni crudelitate Cōſtantius catholicos vexaret, niſi ad Arianas partes trāſirent, Hilarius tanquā firmiſſimum murum ſe Arianis opponēs, illorū furorē in ſe cōcitauit. Itaq; multis petit⁹ inſidijs, tādē dolo Saturnini Arelatēſis epi, a ſynodo Biterēſi in Phrygiam relegatus eſt: vbi ⁊ mortuū ſuſcitauit, ⁊ libros duodecī ſcripſit de Trinitate cōtra Arianos. R. Inueni Da. 515. L. v.

QUadriennio poſt coacto cōcilio ad Seleuciā Iſaurię vrbem vbi diſputaretur, An Deo patri filius conſubſtantialis eſſet, Conſtantius Hilarium ab exilio reuocauit, maxime ob eam cauſam, q; ei librū Conſtātinopolim detuliſſet. Verū cum Vrſatius, ⁊ Valens Ariani epiſcopi quos Hilarius ſcriptis cōfutarat, pręſentis eruditionem pertimeſcerent, Conſtantio perſuaſerunt, vt ſpecie honoris eum in ſuum epiſcopatū reſtitueret. Quare Seleucienſi concilio nō interfuit: cuius tamē, ⁊ Ariminenſis cōcilij ſcripſit hiſtoriam. Tunc Hilariū e pręlio hęreticorum reuertentem, vt inquit ſanctus Hieronymus, Galliarū eccleſia cōplexa eſt: quē ad epiſcopatum ſecutus eſt Martinus: q poſtea Turonenſi pfuit eccleſię: tātūq; illo doctore profecit, quātū ei⁹ poſtea ſāctitas declarauit. R. Poſui adiutoriū. 515 L. vj.

MAgna deinceps tranquillitate, Pictauorū eccleſiā adminiſtrauit: Galliamq; vniuerſā adduxit, vt Arianorū impietatem cōdemnaret. Multos libros ſcripſit mira eruditione: quos

Digitized by Google

quos oēs ſanct⁹ Hieronymus ad Letā ſine vlla erroris ſuſpicione legi poſſe teſtat illis verbis: Hilarij libros inoffenſo decurrat pede. Migrauit in cęlū Idibus Januarij, Ualētiniano, ⁊ Ualente Imperatorib⁹, anno poſt Chriſtū natū, trecēteſimo ſeptuageſimo tertio. ℟ Iſte eſt q̄ an. 516.

Lcō ſ. euāg. ſm Mattheū. Lec. vij.

Ma. 5. In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Uos eſtis ſal terrę, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua.

Homilia S. Hilarij epiſcopi.

Uos eſtis ſal terrę: quod ſi ſal infatuatū fuerit: ad nihilū valet id quod ſalietur. Sal, vt arbitror, terrę nullū eſt: quomodo ergo apoſtolos ſal terrę nuncupauit? ſed proprietas eſt quęrenda dictorum, quā ⁊ apoſtolorum officium, ⁊ ipſius ſalis natura monſtrabit. Sal eſt in ſe vno continens aquę ⁊ ignis elementū, ⁊ hoc e duobus eſt vnū. Hic igitur in omnem vſum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aſperſus, impertit, ⁊ ad omnē ſenſum conditi ſaporis aptiſſimus eſt. Apoſtoli autē ſunt rerū cęleſtiū prędicatores, ⁊ ęternitatis velut ſatores, immortalitatem omnibus corporib⁹, quibus eorum ſermo aſperſus fuerit, conferentes. ℟ Amauit. 517. Lec. viij.

Merito igitur ſal terrę ſunt nūcupati, p doctrinę virtutem, ſaliendi modo ęternitati corpora reſeruantes. Sed natura ſalis ſemper eadem eſt, nec immutari vnquam poteſt: uerum quia cōuerſioni homo ſubiacet, ⁊ ſolus beatus, qui vſque ad finem in omnibus Dei operibus permanſerit, ideo eos ſal terrę nuncupatos monet in traditę ſibi poteſtatis virtute perſiſtere, ne infatuati nihil ſaliant: ⁊ ipſi ſenſu accepti ſaporis amiſſo, viuificare corrupta non poſſint: ⁊ proiecti de eccleſię promptuarijs, cum iis quos ſalierint, pedibus incedentium proterātur. ℟ Sint lumbi veſtri. 517.

¶ Pro ſancto Felice. Lect. ix.

Felix Nolan⁹ presbyter, cū in idola vehemētius inueheretur, ab infidelibus varie vexatus in carcerem conijcitur, vnde ab angelo nocte educt⁹, quęrere iuſſus eſt Maximianū Nolę epiſcopū, q cū ſenio ꝯfect⁹ deſperaret ſe ferre poſſe ſupplicia perſequētiū, ſe abdiderat in ſyluā, quo cū Felix Deo duce peruenisſet, ſanctum epiſcopum humi iacentē pene mortuū videt: quem recreatum, ac ſublatum in humeros, apud fidelem viduam reficiendum curauit. Sed cum is iterū idolorum cultores impietatis argueret, facto in ipſum impetu, fugiens in anguſto duorum parietum interuallo ſe occultauit. Qui aditus cum repente aranearum telis pertextus vi-

ſus eſſet, nemini recentis latebrę ſuſpicionem reliquit. Inde igitur euadens Felix, in ędibus pię mulieris tres menſes latuit. Cum vero Dei eccleſia requieſcere cępiſſet, Nolam rediens, multisq; ibi vitę exemplis, & doctrinę pręceptis, miraculisq; ad Chriſti fidem conuerſis, conſtanter etiam recuſato eius vrbis epiſcopatu, obdormiuit in domino, ſepultusq; eſt prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

Die 15. A ¶ S. Pauli primi Eremitę ſemid. Offm fit de cõi ↄfeſ. nõ põt. Oro. Deus, qui nos beati Pauli confeſſoris tui annua. fol. 520. Pro s. Hilario. Añ. Amauit eũ dñs. ℣. Elegit eum dñs. Oro. De⁹, q populo tuo. vt ſup. 363. Et fit com. S. Mauri abb. Añ. Euge ſerue. ℣. Iuſtũ dedu. 522. Et in Laud. Aña. Similabo. ℣. Amauit eum dñs. Oratio. Intercesſio. 520. Lectõ quarta.

PAul⁹ eremitarũ auctor & magiſter, apud inferiorẽ Thebaidẽ nat⁹, cũ quindecim eſſet annorũ, orbatus parentibus, declinandę cauſa perſecutionis Decij & Valeriani, & Deo liberius inſeruiendi, in eremi ſpeluncam ſe cõtulit: vbi palma ei victũ & veſtitũ prębente, vixit ad centeſimũ, & decimũ tertiũ annum: quo tempore ab Antonio nonagenario Dei admonitu inuiſitur. Quib⁹ inter ſe, cũ antea nõ noſſent, ꝓprio nomine ↄſalutantib⁹, & multa de regno Dei colloquẽtib⁹, coruus q antea ſemp Paulo dimidiatũ panẽ attulerat, integrũ detulit. ℟. Iſte eſt q ante. 520. Lec. v.

POſt eorũ diſceſſum, Eia, inquit, Paul⁹, dñs nobis prandium miſit, vere pius, vere miſericors. Sexaginta iã anni ſunt cũ accipio quotidie dimidij panis fragmentũ, nunc ad aduẽtum tuum, militibus ſuis Chriſtus duplicauit annonã. Quare cũ gratiarum actione ad fontem capientes cibum, vbi tantiſper recreati ſunt, iterum gratijs de more Deo actis, noctem in diuinis laudibus conſumpſerũt. Diluculo Paulus de morte, quę ſibi inſtaret, admonens Antonium, hortatur vt pallium, quod ab Athanaſio acceperat, ad inuoluendum ſuum corpus afferret. Quo ex itinere rediens, ille vidit inter angelorũ choros, inter prophetarum, & apoſtolorũ cętus, Pauli animam in cęlũ aſcendere. ℟. Amauit eũ. 521. Lec. vj.

CUmq; ad eius cellam perueniſſet, inuenit genib⁹ cõplicatis, erecta ceruice, extenſisq; in altum manibus corpus exanime, quod pallio obuoluẽs, hymnosq; & pſalmos Chriſtiana traditione decãtans, cum ſarculum, quo terram foderet, nõ haberet, duo leones ex interiore eremo, rapido curſu ad beati ſenis corpus feruntur:

Digitized by Google

feruntur: vt facile intelligeretur, eos quo modo poterant, plora/tum edere: qui certatim terram pedibus effodientes: foueam, q̄ hominem commode caperet, ef/fecerunt. Quicuȝ abiſſent, Antonius ſanctum corpus in eum locum intulit, ꝛ iniecta humo tumulum ex Chriſtiano more compoſuit: tunicam vero Pauli, quam in ſportę modum ex palmę folijs ille ſibi contexue/rat, ſecū auferens, eo veſtitu die/bus ſolennibus Paſchę, ꝛ Pētecoſtes, quoad vixit vſus eſt. ℟. Iſte homo per fecit. 521.

In iij. noct. Hom. in euangeliū. Confiteor tibi pr. 380. quę ha/bet paulo infra in feſto s. Mat/thię. In Veſperis a Cap. fit de S. Marcello cum cōmemora/tione s. Pauli Primi Eremitę.

¶ S. Marcelli papę ꝛ m̄. Orō.

Die 16. B

Preces populi tui, q̄s dn̄e, clementer exau/di: vt beati Marcel/li martyris tui atque Pontificis meritis adiuuemur, cuius paſſione lętamur. Per dominum no. Lectio quarta.

Marcellus Roman⁹ a Cōſtātio ꝛ Galerio vſq; ad Maxētiū pōtificatū geſſit. Cu/i⁹ hortatu duę matronę Romanę, Priſcilla cęmeteriū ſuis ſumptibus via Salaria ędificandū curauit, Lucina honor ſuorum Dei eccleſiaȝ fecit heredeȝ. Vi/gintiquinq; titulos in vrbe in/ſtituit, quaſi dioeceſes quaſdā, ꝛ ad baptiſmū penitentiamq; eo/rū, qui ex infidelibus Chriſtia/nam religionē ſuſciperent, ꝛ ad martyrū ſepulturā. Quibus rebus ira incenſus Maxentius, Lucina relegata, Marcello grauia ſupplicia minatur, niſi depoſito pontificatu, idolis immola/ret. ℟. Honeſtū. 503. Lectō v.

Qui cuȝ inſanas hominis voces negligeret, miſit eū in catabuluȝ, vt beſtiarum, quę publice alebantur, curam ſuſti/neret. Vbi Marcell⁹ aſſiduis ieiunijs ꝛ precibus, nouē mēſes vitam duxit: parochias quas prę/ſens nō poterat, viſitans p epi/ſtolas. Inde ereptus a clericis, hoſpitio recipitur a beata Luci/na: in cuius ędibus Eccleſiam dedicauit, quę hodie titulo ſācti Marcelli nominatur, in qua ꝛ Chriſtiani orabāt, ꝛ ipſe beatus Marcellus prędicabat. ℟. Deſiderium. 503. Lectio ſexta.

Quibus cognitis Maxentius, in eā eccleſiā catabuli beſtias transferri, ꝛ a Marcello cuſtodiri iubet, vbi propter loci fęditatē pedore cōfectus, obdormiuit in domino. Cuius corpus in Cęmeterio Priſcillę via Salaria a beata Lucina ſepultum eſt decimo ſeptimo Calēdas Februarij. Sedit annos quinque, menſes ſex, dies vigintiunum: ſcripſit epiſtolam ad epiſcopos Antiochenę prouincię de prima/

tu

Digitized by Google

tu Romane Eccleſie, quam caput Eccleſiarum appellandam demonſtrat. Ubi etiam illud ſcriptum eſt, nullum Concilium iure celebrari, niſi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinauit menſe Decembri Rome presbyteros vigintiquinq;, diaconos duos, epos per diuerſa loca vigintiunũ. ℟. Stola iucũdit. 503. In iij. noctur. Hom. in euangel. Siquis vult venire. folio 505. de communi vnius martyris. vij. ℟. Corona aurea. fol. 504. viij. ℟. Dñe preuenisti. 504.

Die 17 ¶ S. Antonij Abb. dup. Oro. Intercessio. 520. de cõmuni confessorum nõ pontificum. Deinde fit cõme. S. Marcelli. L. iiij.

Antoni⁹ Aegypti⁹, nobilibus, & Chriſtianis parentibus natus, quibus adoleſcens orbatus eſt, cum ingreſſus Eccleſiam ex euãgelio audiuiſſet, Si vis perfect⁹ eſſe, vade, & vẽde oĩa q̃ habes, & da pauperib⁹: tanq̃ ea ſibi dicta eſſent, ſic Chriſto dño obtẽperandũ exiſtimauit. Itaq; vẽdita re familiari, pecuniã oẽm pauperibus diſtribuit. Quib⁹ ſolut⁹ impedimẽtis, celeſtis vite genus in terris colere inſtituit. Sed cũ in periculoſũ illud certamẽ deſcenderet, ad fidei preſidiũ, quo erat armat⁹, adhibẽdũ ſibi putauit ſubſidiũ reliquarũ virtutũ: quarũ tanto ſtudio incenſus fuit, vt quemcumq; videret aliqua virtutis laude excellentem, illũ imitari ſtuderet. ℟. Iſte eſt qui ante Deũ. fol. 520. Lectio quinta.

Nihil igit eo cõtinentius, nihil vigilãtius erat. Patientia, manſuetudine, miſericordia, humilitate, labore, ac ſtudio diuinarũ ſcripturarũ ſuperabat oẽs. Ab hereticorũ & ſchiſmaticorũ hominũ, maxime Arianorũ congreſſu, & colloquio ſic abhorrebat, vt ne prope quidẽ ad eos accedendũ diceret. Humi iacebat, cũ eũ neceſſarius ſomnus occupaſſet: Ieiuniũ autẽ adeo coluit, vt ſalẽ tãtũmodo ad panẽ adhiberet: ſitĩ aqua extingueret: neque ſe ante ſolis occaſũ cibo, aut potu recreabat: ſepe etiã biduũ cibo abſtinebat, ſepiſſime in oratione pernoctabat. Cũ talis tantuſq; Dei miles euaſiſſet Antoni⁹, ſanctiſſimũ iuuenẽ hoſtis humani generis varijs tẽtationibus aggreditur, quas ille ieiunio, & oratione vincebat. Nec vero frequẽs de ſathana triũphus ſecurũ reddebat Antoniũ, q diaboli innumerabiles artes nocẽdi nouerat. ℟. Amauit eũ. 521. Lec. vi.

Itaq; cõtulit ſe in vaſtiſſimã Aegypti ſolitudinem: vbi quotidie ad Chriſtianã perfectionẽ proficiẽs, demones (quorũ tãto erãt acriores impet⁹, quãto Antonius ad reſiſtẽdũ fortior euadebat) ita cõtempſit, vt illis exprobraret imbecillitatẽ: ac ſepe di

pe di

Digitized by Google

pe diſcipulos ſuos excitans ad pugnādū cōtra diabolū, docēſq; quib⁹ armis vinceret. Mihi credite, dicebat, fratres, pertimeſcit ſathanas pioꝝ vigilias, orationes, ieiunia, voluntariā paupertatē, miſericordiā, & humilitatē, maxime vero ardentē amorē in Chriſtū dñm, cuius vnico ſanctiſſime crucis ſigno debilitatus aufugit. Sic autē dęmonibus erat formidoloſus, vt multi p Aegyptū ab illis agitati, inuocato nomine Antonij liberarentur: tantaq; erat eius fama ſanctitatis, vt per literas ſe eius orationibus Conſtātinus Magnus & filij cōmendarent. Qui aliquādo, quintū & centeſimū annū agens, cū innumerabiles ſui inſtituti imitatores haberet, conuocatis monachis, & ad perfectā Chriſtianę vitę regulā inſtructis, ſanctitate & miraculis clarus, migrauit in cęlum decimo ſexto Calēdas Februarij. ℟. Iſte homo perfecit. 521. In iij. noct. Hom. ſuper euang. Sint lumbi veſtri. 521. de cōmuni confeſſoris non pontificis.

Die 18. Cathedra Sācti Petri. qua Romę primum ſedit, duplex.

Ad Veſp. Añą. Ecce ſacer. 517. cum reliq; de vno cōfeſſ. pōt. Ps. Dixit dñs. 52. cum reſ. loco vlt. Ps. Laudate dñm oēs gent. 54. Cap. Ecce ſacerdos. 513. Hym.

Quodcunq; vinclis ſuper terram ſtrinxeris, (ter,
Erit i aſtris religatu ſorti
Et qđ reſolueris in terris arbitrio,
Erit ſolutum ſuper cęli radium:
In fine mundi iudex eris ſeculi.
Gloria Deo per immēſa ſecula,
Sit tibi nate decus, & imperium,
Honor, poteſtas, ſanctoq; ſpūi.
Sit Trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſęcloꝝ ſecula. Amē.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper hāc petrā ędificabo eccl'ā meā. Ad Magn. Añą. Tu es paſtor ouiū, princeps apl'oꝝ, tibi traditę ſunt claues regni cęloꝝ. Orō.

DEus, qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis, animas ligandi atque ſoluendi Pontificium tradidiſti: concede, vt interceſſionis eius auxilio: a peccatorum noſtrorum nexibus liberemur. Qui viuis, & regnas.

Deinde fit commem. S. Pauli ante alias quaſcunq; commem. etiā Dñice, quod & ſeruatur in commem. S. Petri, quę fit in feſto s. Pauli. Añą. Sācte Paule Apoſtole, prędicator veritatis, & doctor gentiū, intercede pro nobis ad Deū, qui te elegit. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule Apoſtole. ℟. Prędicator veritatis in vniuerſo mūdo. Orō.

DEus, qui multitudinē gentium beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti: da nobis quęſumus: vt cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per do. Poſtea fit cōm. s. Antonij. Añ.

Hic vir,

Hic vir. 522. ℣. Juſtū deduxit. Orõ. Intercessio. 520. vt in cõi ↄfeſ. nõ põt. Poſtremo fit cõm. S. Priſcę virg. ⁊ mar. Añ. Ueni ſponſa. ℣. Specie tua. de cõmuni virginũ fol. 523. Oratio.

Da, queſumus omnipotẽs Deus: vt qui beatę Priſcę virginis ⁊ martyris tuę natalitia colimus, ⁊ annua ſolemnitate letemur, ⁊ tantę fidei proficiamus exemplo. Per dominum. Ad Matut. Inuit. Tu es paſtor ouiũ, princeps Apoſtolorũ: Tibi tradidit Deus claues regni cęlor. ps. Uenite. Hym. Quodcũq; vt ſup. Ad Noctur. Aña. Beatus vir. 514. cũ alijs Añis. Pſalmis, ⁊ verſi. de cõi confeſſ. pontif. Incipit Epiſtola prima Beati Petri Apoſtoli. Lect. j.

Petrus Apoſtolus Jeſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Põti, Galatię, Cappadocię, Aſię, ⁊ Bithynię, ſecũdũ preſcientiã Dei patris in ſanctificationẽ ſpiritus, in obedientiã, ⁊ aſperſionẽ ſanguinis Jeſu Chriſti. Gratia vobis, ⁊ pax multiplicetur. Benedict⁹ Deus ⁊ pater dñi noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundũ miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos in ſpẽ viuã per reſurrectionem Jeſu Chriſti ex mortuis, in hereditatẽ incorruptibilẽ ⁊ incõtaminatã, ⁊ immarceſcibilem, cõſeruatã in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini p fidẽ, in ſalutẽ paratã reuelari in tempore nouiſſimo. ℟. Simõ Petre antequã de naui vocarem te, noui te: ⁊ ſuper plebem meam principẽ te conſtitui: Et claues regni cęlorum tradidi tibi. ℣. Quodcũq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. Et. Lectio ij.

In quo exultabitis, modicũ nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio fidei veſtrę multo precioſior auro, quod per ignẽ probatur, inueniatur in laudem, ⁊ gloriam, ⁊ honorem, in reuelationẽ Jeſu Chriſti: quem cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoq; non videntes creditis: credentes autem exultabitis lętitia inenarrabili, ⁊ glorificata, reportantes finem fidei veſtrę ſalutem animarum veſtrarum. ℟. Si diligis me Simon Petre, paſce oues meas: domine tu noſti quia amo te, Et animam meam pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecũ, nõ te negabo. Et. L. iij.

De qua ſalute exquiſierunt atq; ſcrutati ſunt prophetę, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt: ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prenũcians eas, quę in Chriſto ſunt, paſſiones ⁊ poſteriores glorias: quibus reuelatum eſt, quia non ſibimet

ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant ea, quę nunc nunciata ſunt vobis per eos, qui euangelizauerũt vobis, ſpiritu ſancto miſſo de celo, in quẽ deſiderant angeli pſpicere. ℟. Tu es Petrus & ſup hac petrã ędificabo Eccleſiã meã, & portę inferi nõ preualebũt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorũ. ℣. Quodcũqz ligaueris ſuper terrã, erit ligatũ & in cęlis: & quodcunque ſolueris ſuper terraz, erit ſolutũ & in cęlis. Et tibi. Gloria. Et. 499.

Sermo ſ. Leonis Papę. L. iiij.

Cum duodecim apoſtoli, accepta per ſpũm ſanctũ omniũ locutione linguarũ, imbuendum euãgelio mundũ, diſtributis ſibi terrarũ partib⁹ ſuſcepiſſent, beatiſſimus Petr⁹ princeps apoſtolici ordinis ad arcem Romani deſtinatur imperij: vt lux veritatis, quę in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficacius ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tunc vrbe non eſſent? aut quę vſquam gentes ignorarent quod Roma didiciſſet? ℟. Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi. Et ideo tibi traditę ſunt claues regni cęlorũ. ℣. Quodcunqz ligaueris ſuper terrã. vt ſup. in j. ℟. Et. L. v.

Hic conculcandę philoſophię opiniones, hic diſſoluendę erant terrenę ſapientię vanitates, hic confutandi demonũ cultus, hic omnium ſacrilegiorum impietas deſtruenda, vbi diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum quicquid vſquam fuerat vanis erroribus inſtitutum. Ad hanc ergo vrbem, tu beatiſſime apoſtole Petre, venire non metuis, & conſorte glorię tuę Paulo apoſtolo, aliarum adhuc eccleſiarũ ordinationib⁹ occupato, ſyluã iſtã frementiũ beſtiarũ, & turbulentiſſimę profunditatis oceanũ conſtantior, quã cũ ſupra mare gradereris, ingrederis. ℟. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. ℣. Caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cęlis. Et tu. Lectio vj.

Iam populos, qui ex circũciſione crediderant, erudieras. Iam Antiochenã eccleſiam, vbi primũ Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundaueras; Iã Pontũ, Galatiã, Cappadociã, Aſiam, atqz Bithyniam legib⁹ euangelicę prędicationis impleueras, nec vt dubius de prouectu operis, aut de ſpatio tuę ignarus ętatis, trophęum crucis Chriſti Romanis arcibus inferebas, quo te diuinis prẹordinationib⁹ anteibant & honor poteſtatis, & gloria paſſionis. ℟. Petre amas me? tu ſcis domine, quia amo te. Paſce oues meas. ℣.

Simon

Simon Johannis diligis me
plus his? tu ſcis domine, quia
amo te. Paſce oues. Glo. Pa.
In iij. noctur. Lcõ. vij. ꝛ viij. le
guntur de Homil. S. Hierony/
mi in Euangel. Venit Jeſus in
partes Ceſaree. 410. que habet
in feſto Apoſtolorum Petri ꝛ
Pauli. vij. ℟. Quē dicunt hoīes.
f. 410. ibi poſt viij lec. viij. ℟.
Elegit te dominus ſacerdotem
ſibi, ad ſacrificandum ei hoſtiā
laudis. ℣. Immola Deo ſacrifi
ciū laudis, ꝛ redde altiſſimo vo
ta tua. Hoſtiam. Glo. Hoſtiā.
Si feſtū Cathedre celebretur in
Dñica, nona lctō legitur de Ho
milia Dñice omiſſa lect. S. Pri
ſce: quod ꝛ in ſimilibꝰ obſeruet.

¶ Pro Sancta Priſca. Le. ix.

PRiſca nobilis virgo Ro/
mana tredecim annos na/
ta, Claudio Imperatore, Chri/
ſtiane fidei accuſata eiuſdem iuſ/
ſu ducta ad Apollinis tēplū vt
idolis immolaret, cū rē detesta/
retur, colaphis ceſa, in carcerem
traditur: atqꝫ inde emiſſa, cū in
fidei cōſtantia perſeueraret, affe/
cta verberibus, feruentiqꝫ adipe
delibuta: rurſus in carcere inclu/
ditur. Poſt triduum in amphi/
theatrū producta, leoni obijcit: q
ſue feritatis oblitus, humiliter ſe
ad eius pedes abiecit. Que po/
ſtea in ergaſtulo triduū inedia af
flicta, in equuleo ſuſpenditur, ꝛ
vngulis ferreis excarnificata in
rogū inijcitur, vnde etiā mirabi/
liter euaſit incolumis. Denique
extra vrbem capite abſciſo, vir/
ginitatis palmā, martyrij coro/
na cumulauit. Cuius corpus via
Oſtienſi decimo ab vrbe millia/
rio, a Chriſtianis decimoquinto
Calendas Februarij ſepelitur.
Ad Laudes, ꝛ per Horas. Aña.
Ecce ſacerdos. fol. 517. cum reli/
quis de communi. Cap. Ecce ſa
cerdos. 513. Hymnus.

IAm bone paſtor Petre cle/
mens accipe
Vota ꝑcantū, ꝛ peccati vincula
Reſolue tibi poteſtate tradita,
Qua cunctis celum verbo clau
dis, aperis.
Sit Trinitati ſempiterna gl'ia,
Honor, poteſtas, atqꝫ iubilatio:
In vnitate cui manet imperiū,
Ex tūc, ꝛ modo, ꝑ eterna ſecula.
Amen.

℣. Exaltent eum in eccleſia ple/
bis. ℟. Et in cathedra ſeniorū
laudent eum. Ad Bñs. Aña.
Quodcunqꝫ ligaueris ſuꝑ terrā
erit ligatū ꝛ in celis: ꝛ quodcū/
que ſolueris ſuper terram, erit ſo
lutū ꝛ in celis: dicit dominꝰ Si/
moni Petro. Oratio vt ſupra.
Deinde fit cōm. S. Pauli, vt ſu
pra in veſpe. ꝛ ſancte Priſce.

¶ Ad Horas omnia dñr de cōi
cōfeſſ. pontif. excepta Oratione.
Ad Veſp. Aña. Ecce ſacer. 517
cū rel. Pſal. de cōfeſſ. pōti. Cap.
Ecce ſacer. 513. Hym. Quod
cunqꝫ. 366. ℣. Elegit eum domi
nus ſacerdotem ſibi. ℟. Ad ſa
crifi/

Digitized by Google

crificandum ei hoſtiam laudis. Ad M. Aña. Dū eſſet ſumm⁹ pōtifex, terrena nō metuit, ſed ad cęleſtia regna glorioſ⁹ migrauit. Poſt orōnē dici fit cōm. s. Pauli, vt ſup. poſtea de ſanctis vt, infra.

Die 19. E ¶ SS. martyrū Marij, Marthę, Audifacis, & Abachū. Orō.

EXaudi dñe populū tuum cū ſanctorum tuorum patrocinio ſupplicantem: vt & temporalis vitę nos tribuas pace gaudere, & ęternę reperire ſubſidium. Per. Le. ij.

MArius Perſa, nobili loco natus, cum Martha coniuge pari nobilitate, & duobus filijs Audiface, & Abachum Romam venit Claudio Imperatore: vt Apoſtolorū, & Martyrū ſepulcra veneraretur. Ibi Chriſtianos in vincula cōiectos fouebāt: & opera ac facultatibus ſuis ſuſtentabāt, & ſanctorū corpora ſepeliebant. Quamobrē comprehenſi omnes, cū nec impiorū minis, nec terrore commouerentur vt dijs ſacrificarent, primū fuſtibus debilitati, deinde funibus attracti, tum admotis candentibus laminis combuſti, & vngulis ferreis excarnificati ſunt. Lec. iij.

POſtremo pręciſis manib⁹ & ad collū alligatis, ducti p mediā vrbem, via Cornelia ad tertiumdecimum ab Vrbe milliariū, in eū locum, qui Nymphę dicebatur, necantur: ac primum Marthę, que viruz, ac filios ad ſupplicia pro Jeſu Chriſti fide cōſtanter perferenda vehementer fuerat cohortata, mox cęteris in eadem arenaria, ceruices abſciduntur, eorūq; corpora coniiciunt in ignem. Quę ſemiuſta, Felicitas matrona Romana nobilis, colligenda & in ſuo prędio ſepelienda curauit.

¶ Sanctorū martyrū Fabiani, & Sebaſtiani. dupl. Oratio. Die 20. F

INfirmitatē noſtrā reſpice omnipotens Deus: & quia pondus proprię actionis grauat, beatorū martyrum tuorum Fabiani, & Sebaſtiani interceſſio glorioſa nos protegat. Per dominū noſtrum. Lectio quarta.

FAbianus Roman⁹ a Maximiano vſq; ad Decium regēs eccleſiā, ſeptē diaconis regiones diuiſit, qui pauperū curā haberēt. Totidem ſubdiaconos creauit, qui res geſtas martyrū a ſeptem notarijs ſcriptas colligerent. Idem ſtatuit, vt quotannis feria quinta in Cęna Domini, vetere cōbuſto, Chriſma renouaretur. Eo Pontifice excitata eſt hęreſis a Nouato contendente apoſtatas pęnitentes ab eccleſia recipiendos nō eſſe. Quāobrem Romę poſtea concilio coacto ſexaginta epiſcoporum, Nouatus damnatus eſt, & vna condemnatus error Helcheſeitarum, qui

affirmabant Chriſtũ in tormentis ore negari poſſe ſine peccato, modo corde credas. Deniqꝫ decimo tertio Calẽdas Februarij, in perſecutione Decij martyrio coronatus, in cęmeterio Calliſti via Appia ſepelitur, cũ ſediſſet annos quatuordecim: mẽſes vndecim, dies quindecim. Hic fecit ordinationes quinque menſe Decembri: quibus creauit presbyteros vigintiduos, diaconos ſeptem, epiſcopos per diuerſa loca vndecim. ℟. Sãcti tui dñe mi. 510. Lectio v.

Sebaſtianus ex patre Narbonenſi, matre Mediolanenſi natus, ob generis nobilitatẽ, & virtutẽ, Diocletiano carus fuit. Dux primę cohortis Chriſtianos, quorum fidem clam colebat, opera, & facultatibus adiuuabat: & qui ex eis tormentorum vim reformidare videbantur cohortatione ſic ꝯfirmabat, vt pro Jeſu Chriſto multi ſe vltro tortoribus offerrent. In illis fuere Marcus, & Marcellianus fratres, qui Romę in cuſtodia erant apud Nicoſtratũ. Cuius vxor Zoe vocem, quã amiſerat Sebaſtiani oratione recuperauit. Quibꝰ Diocletiano delatis Sebaſtianũ accerſit, & vehemẽtius obiurgatum omnibus artificijs a Chriſti fide conatur auertere. Sed cũ nihil, nec pollicendo, nec terrendo proficeret, ad palũ alligatum ſagittis configi iubet. ℟. Verbera. 510. Lect. vj.

Quem omnium opinione mortuum noctu ſancta mulier Hirene ſepeliendi gratia iuſſit auferri, ſed viuum repertum domi ſuę curauit. Itaqꝫ paulo poſt confirmata valetudine, Diocletiano obuiam factus, eius impietatem liberius accuſauit. Cuius aſpectu cum ille primum obſtupuiſſet, quod mortuum crederet, rei nouitate, & acri Sebaſtiani reprehenſione excandeſcens, eum tandiu virgis cędi imperauit, donec animam Deo redderet. Eius corpus in cloacam deiectum Lucina a Sebaſtiano in ſomnis admonita vbi eſſet, & quo loco humari vellet, ad Catacumbas ſepeliuit, vbi Sancti Sebaſtiani nomine celebris eccleſia eſt ędificata. ℟. Tanquam aurum. 515. In iij. noct. legitur Homilia ſuper euange. Deſcendens Jeſus de mõ. 517. De cõ plur. mar. 9iiij. Veſper. a Capl'o fit de Sancta Agnete.

¶ Sanctę Agnetis virginis martyris, duplex.

Ad Veſperas. Capitulum.

Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum ſaluatorem meum: cõfitebor nomini tuo: quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meũ a perditione. Hym. Jeſu corona

corone virginum. 523. ℣. Specie tua. de communi virginum. Ad Mag. Aña. Beata Agnes in medio flammarū expāſis manibus orabat: Te deprecor omnipotens, adorande, colende, pater metuende, quia per ſanctum filium tuum euaſi minas ſacrilegi tyranni, ⁊ carnis ſpurcitias immaculato calle tranſiui: ⁊ ecce venio ad te, quem amaui, quē queſiui, quem ſemper optaui. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus: qui infirma mūdi eligis, vt fortia queqꝫ cōfundas: concede propitius: vt qui beate Agnetis virginis ⁊ martyris tue ſolennia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per do.

Deinde fit com. SS. m. Fabiani, ⁊ Sebaſtia. Ad Mat. Inuit. Regem virginum dñm. Hym. Virginis proles. 523. de coi virg. In .i. noct. Aña. Diſcede a me pabulum mortis: quia iā ab alio amatore preuenta ſum. ps. Beatus vir. 1. Aña. Dexterā meā, ⁊ collū meum cinxit lapidibus precioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. ps. Quare fre. 2. Aña. Poſuit signū in faciē meā, vt nullū preter eū amatorem admittam. ps. Domine quid mu. ℣. Specie tua. Lectiones. i. noct. Confitebor tibi domine. fo. 526. de coi. virg. ⁊ mar. Reſponſum ℟. O iam feſtum ſacratiſſime virginis celebremus: qualiter paſſa ſit beata Agnes

ad memoriā reuocem': tertio decimo anno etatis ſue mortē perdidit, ⁊ vitā inuenit: Quia ſolū vite dilexit auctorē. ℣. Infantia quidē cōputabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. Quia ſolum. ii. ℟. Dexteram meā, ⁊ collū meū cinxit lapidib' precioſis, tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Et circundedit me vernantibus atqꝫ coruſcantibus gemmis. ℣. Poſuit ſignum in faciem meam, vt nullum preter eum amatorem admittam. Et circundedit me. iii. ℟. Amo Chriſtum, in cuius thalamū introibo, cuius mater virgo eſt, cuius pater feminā neſcit, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Quē cū amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum, cū accepero virgo ſum. ℣. Annulo fidei ſue ſubarrauit me, ⁊ immenſis monilibus ornauit me. Quem cum. In ii. noct. Aña. Induit me dñs cyclade auro texta, ⁊ immenſis monilibus ornauit me. ps. Cum inuocarē. 502. Aña. Mel ⁊ lac ex eius ore ſuſcepi, ⁊ ſanguis ei' ornauit genas meas. ps. Verba mea. 502. Aña. Ipſi ſoli ſeruo fidē, ipſi me tota deuotione committo. ps. Domine dominus noſter. 502. ℣. Adiuuabit eā. L. iiii.

Agnes Romana virgo, nobili genere nata, tredecim annorū a prefecti Urbis filio, qui ei' amore flagrabat, magnis mu-

neribus extentatur, an ſibi nubere vellet. Que ſe preſtantiori deſponſam reſpondit, nec adduci poſſe, vt fidem falleret quã ei dediſſet. At ille inſana cupiditate ſtimulatus, cum precioſiora ei in ſingulas preces offerret munera, et ingentes polliceretur diuitias, his contemptis, et irriſis omnibꝰ virgo, Diſcede, inquit, a me pabulum mortis, fomes peccati: nã multo vberiora, et preclariora mihi deferens, me nobilior ille prior occupauit ſponſus. Is annulo dato ſibi deſponſauit, is collũ ac dexterã meã fulgentibus ac ſempiternis gemmis ornauit: quẽ ego et amãs caſta, et tangens mũda, et accipiẽs virgo ſum. Ea repulſa furens prefecti filius, rem ad Symphroniũ patrẽ detulit. Is indigne ferens, quẽquam filio ſuo preferri, cum a ſuis queſiſſet quinã ille eſſet, cui Agnes ſe deſponſam diceret, intellexit Agnetem a prima etate Chriſtianam adeo magicis artibus addictam, vt ſponſum ſuum eſſe Chriſtum, ſibi perſuadeat. ℟. Induit me dominus veſtimento ſalutis, et indumẽto letitie circundedit me. Et tanquam ſponſam decorauit me corona. ℣. Tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas, et circundedit me vernantibus, atq; coruſcantibus gemmis. Et. Lectio v.

Quo audito, prefectus virginem vna cum parentibus acceſſit, eãq; monet, vt neglecta Chriſtianorũ ſuperſtitione, honeſtiſſimã filij ſui cõditionem acciperet. Que cum virum et dominum ſuũ eſſe Chriſtũ affirmaret, parẽtes hortatur prefectus, vt puellã de illa mente deducãt. Poſtridie eius diei ipſe vocat Agnetẽ, et fruſtra adhibito omni perſuadendi artificio: iubet puellã, ſi virginitas tantopere ei placeret, cum virginibus Veſtalibus viuere: ſin minus, cũ ſcortis vitam agere. Cui illa: Nec diuinum honorem Veſte, inquit, habere volo, que nihil aliud eſt, niſi ligneum aut lapideum ſimulacrum: et, ſi virginitatem meã in diſcrimen adduxeris, mecum habeo cuſtodẽ corporis mei angelũ domini, qui me inuiolatam ſeruabit. Quibus verbis furore inflammatus Symphronius, virginem ad ſcorta duci iubet. ℟. Mel, et lac ex eiꝰ ore ſuſcepi. Et ſanguis eius ornauit genas meas. ℣. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quos mihi ſe daturũ repromiſit. Et. L. vi.

Quo, cum eam violaturus prefecti filius eſſet ingreſſus, vidit ipſam clariſſima luce circũfuſam: ſed nihilominus in inſania perſeuerãs, cõtinuo cõcidit mortuus. Qui mox oratione virginis reuiuiſcens, prodijt in publicũ exclamãs, tẽpla deorũ eſſe demonũ domicilia: quare idolorum ignominia magnopere com-

re coꝛruꝑti pontifices, Agnetē apud Symphronium magicarū cantionū accuſant: Qui cū virginē libenter abſoluiſſet, tamen pontificū calumniam veritus, cauſę cognitionem Aſpaſio Vicario dedit. Is in ardentem rogū puellā inijci imperat, quaſ diuiſa in duas partes flamma nō attigit: immo vero orāte ipſa extinctus eſt ignis. Quo facto vſque adeo Aſpaſius ira concitatus eſt, vt eam ſecuri percuti iuberet duodecimo Calendas Februarij. Cuius coꝛpus parentes in ſuo pręđio via Nomētana ſepelierunt. ℟. Iam coꝛpus eius coꝛpoꝛi meo ſociatum eſt, ꝛ ſanguis eius oꝛnauit genas meas: Cuius mater virgo eſt, cuius pater feminam neſcit. ℣. Ipſi ſum deſponſata cui angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol ꝛ luna mirant. Cuius. In iij. noct. Añ. Cuius pulchritudinem Sol, ꝛ Luna mirantur ipſi ſoli ſeruo fidem. ps. Domine, quis habitabit. 4. Añ. Chriſtus circundedit me vernantibus, atqꝫ coruſcantibus gēmis precioſis. ps. Eructauit. 27. Añ. Ipſi ſum deſponſata, cui angeli ſeruiūt, cuius pulchritudinem Sol, ꝛ Luna mirantur. ps. Deus noſter, refugiū. 27. ℣. Elegit eā Deus. In iij. noct. legitꝰ hom. in euāg. Simile eſt regnum cęloꝛum decem virginibꝰ. 515. de cōi virg. vij. ℟. Ipſi ſum deſpōſata, cui angeli ſeruiunt; cuius pulchritudinem Sol ꝛ Luna mirantur, Ipſi ſoli ſeruo fidem: ipſi me tota deuotione cōmitto. ℣. Dexteram meam, ꝛ collum meū cinxit lapidibus precioſis: tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas. Ipſi ſoli ſeruo. viij. ℟. Omnipotens, adoꝛande, colende, tremende, benedico te, quia per filium tuum vnigenitū euaſi minas hominum impioꝛum, ꝛ ſpurcitias diaboli, impollutio calle tranſiui. ℣. Te confiteoꝛ labijs, te coꝛde, te totis viſceribus concupiſco. Quia. G lia. Quia Ad Laudes, ꝛ p hoꝛas. Añ.

Ingreſſa Agnes turpitudinis locū angelū domini pręparatū inuenit. ps. Dñs reg. 8. cū reliqs. Añ. Mecū enim habeo, cuſtodē coꝛpoꝛis mei, angelū dñi. Añ. Annulo ſuo ſubarrauit me dñs meus Jeſus Chriſtus, ꝛ tanquam ſponſam decorauit me coꝛona. Añ. Benedico te pater dñi mei Jeſu Chriſti, quia per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo. Añ. Congaudete mecū, ꝛ congratulamini, quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi. Cap. Confiteboꝛ. 368. Hym. Jeſu coꝛo. 523. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs. Ad Bñs. Añ. Ecce quod cōcupiui iā video, quod ſperaui iā teneo: ipſi ſū iuncta in cęlis, quē in terris poſita, tota deuotione dilexi. Oratio dicitur vt ſupꝛa.

Digitized by Google

Ad iij. Cap. Conſitebor. f. 368. ℟. bre. Specie tua. ℣ Adiuuabit. 526. Ad vj. Capit.

Liberaſti me ſm multitudinem miſericordię nominis tui a rugientibus pręparatis ad eſcã: de manib⁹ quęrentiũ aiam meã, & de multis tribulationib⁹ quę circũdederũt me. ℟. Adiuuabit. & Elegit. Ad ix. Cap.

Laudabit vſq; ad mortem anima mea dñm: quoniã eruis ſuſtinentes te, & liberas eos de manu anguſtię dñe Deus noſter. ℟ Elegit eam. & Diffuſa.

Ad Veſp. An. Ingreſſa. vt ſu. ps. Dixit d. 52 cum rel. de dñica. In fine Lauda Jeruſm 60. cap. & hym. vt in j. veſp. ℣ Diffuſa. Ad Mag. Añ. Stans beata Agnes in medio flãmę expãſis manib⁹ orabat ad dñm: Omnipotẽs, adorãde, colẽde, tremẽde, benedico te, & glorifico nomẽ tuũ in eternũ. Oratio vt ſupra. Deinde ꝓ ſanctis vt infra. Añ. Iſtorũ eſt enim. 509. ℣ Lętamini.

Die 22. A ¶ Sanctorũ Vincentij, & Anaſtaſij martyrum. ſemidup. Oro.

Adeſto domine ſupplicationib⁹ noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcim⁹: beatorũ martyrũ tuorũ Vincẽtij, & Anaſtaſij interceſſione liberemur. Per dominum. Lectio iiij.

Vincentius Oſcę in Hiſpania citeriore natus, a prima ętate ſtudijs deditus, ſacras literas a Valerio Cęſarauguſtano epiſcopo didicit, cuius etiam partes ſuſcepit prędicandi euangelium, quod epiſcopus propter linguę impedimentum prędicationis officio fungi non poterat. Ea re ad Dacianum, prouincię a Diocletiano, & Maximiano prępoſitũ, delata, Vincentius, Cęſarauguſtę comprehenditur; & vinctus ad Dacianum Valentiam adducitur. Ubi verberibus & equuleo tortus, multis pręſentibus, cum nulla aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborũ a propoſito deterreri poſſet, iterũ ducitur in carcerẽ ſtratũ teſtaceis fragmẽtis, vt ei⁹ nudũ corpus ſomno oppreſſũ, a ſubiectis etiã teſtarũ aculeis torqueretur. ℟. Sancti tui. 510. Lectio v.

Verum, illo in tenebricoſa incluſo cuſtodia, clariſſimus ſplendor obortus, totum carcerem illuſtrauit: quę lux cũ ſumma admiratione omnes qui aderant affeciſſet, res a cuſtode carceris ad Dacianũ defertur, qui eductũ in molli culcitra collocat: & quem cruciatibus in ſuã ſententiam trahere non poterat, delicijs perducere conatur. Sed inuictus Vincentij animus Jeſu Chriſti fide ſpeq; munitus, vicit omnia. Itaque in craticula impoſitus, prunis ardentibus ſuppoſitis, & ferreis vnguibus excarni-

Digitized by Google

ſet carnificatus, eandemubiuſque tormentis exuſtus, ignis, ferri, tortorum immanitate ſuperata, victor ad cęleſtem martyrij coronam advolavit undecimo Calendas Februarij. Cuius corpuſculum proiectum eſſet inhumatum, corvus ꝛ a volucribus, ꝛ a lupo, unguibus, roſtro, ꝛ aliis mirabiliter defendit. Qua re cognita Dacianus illud in altum mare demergi iubet: ſed inde etiam divinitus eiectum ad littus, Chriſtiani ſepeliunt. ℟. Verbera. 510. Lectio ſexta.

Anaſtaſius Perſa, monachus, Heraclio Imperatore, cum ſanctam Ieroſolymorum terram viſitaſſet, ad Cęſaream Palęſtinę pro Chriſti religione vincula ꝛ verbera conſtanter perpeſſus eſt. Mox a Perſis ob eandem cauſam variis cruciatibus affectus, a rege Coſdroa una cum ſeptuaginta aliis Chriſtianis, ſecuri percutitur. Cuius reliquię primum Ieroſolymam ad monaſterium in quo monaſticam vitam profeſſus erat, deinde Romam delatę, ꝛ collocatę ſunt in monaſterio ad aquas Salvias. ℟. Tanquam aurum. 511. In iij. nocturno Homilia ſuper evangelio. Cum audieritis. de communi plurimorum martyrum.

Die .B ❡ Sanctę Emerentianę virginis ꝛ martyris. Oratio. Indulgentiam. de cōi virg. 58. L. iij.

Emerentiana virgo, Romana, collactanea Beatę Agnetis, adhuc catechumena, fide ꝛ charitate flagrans: furentes in Chriſtianos idolorum cultores cum vehementius accuſaret, a concitata multitudine eſt obruta lapidibus. Quę in cruciatibus orans, ad ſepulcrum ſanctę Agnetis proprio ſanguine, quē pro Chriſto conſtanter effudit, baptizata, animam Deo reddidit.

❡ Sancti Timothei epiſcopi, ꝛ martyris. Oratio. Infirmitatem. 505. de cōi unius mart. L. ij. Die 24 C

Timotheus, Lyſtris, in Lycaonia natus ex patre gētili, ꝛ matre Iudęa, Chriſtianā colebat religionē, cū in ea loca venit Paulus apoſtolus. Qui fama cōmotus, quā de Timothei ſanctitate percrebuerat, ipſū adhibuit ſociū ſuę peregrinationis: ſed propter Iudęos qui ſe ad Chriſtum cōverterant, ſciētes Timothei patrē eſſe gentilē, eū circumcidit. Cum igitur ambo Epheſū veniſſent, ibi ordinatus eſt ep̄s ab apoſtolo ut eā eccleſiā gubernaret. L. iij.

Ad quē Apoſtolus duas epiſtolas ſcripſit, alterā Laodicea, alterā Roma, qbus in paſtoralis officij cura cōfirmatus; cū ſacrificiū, qđ uni Deo debet, fieri dęmonum ſimulacris ferre

nõ poſſet, populũ Ephesinum Dianę in ei⁹ celebritate immolantẽ, ab illa impietate remouere conatus, lapidib⁹ obrutus eſt: ac pene mortuus a Chriſtianis ereptus, ⁊ in mõte oppido vicinum delatus, nono Calendas Februarij obdormiuit in domino.

Die 25 B. ¶ In Conuerſione S. Pauli apli. dup. oĩa dicũtur ſicut i Cõme. eiuſdem, menſe Junio. fo. 411. exceptis his q̃ hic ſunt propria. Ad veſp. Aña. Ego plantaui. cũ rel. vt in Cõme. 413. fo. Dixit. 52. cũ rel. vlt. loco. Laudate dominum. 54. Capitulum.

Act. 9



Saulus adhuc ſpirãs minarũ, ⁊ cędis in diſcipulos dñi, acceſſit ad principẽ ſacerdotũ, ⁊ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas: vt, ſi quos inueniſſet huius vię viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem. Hymnus.

Doctor egregie Paule mores inſtrue, (ge:
Et mẽte polũ nos trãſferre ſatage:
Donec pfectũ largiat̃ plenius,
Euacuato qđ ex parte gerimus.
Sit Trinitati ſẽpiterna gloria,
Honor, poteſtas, atq; iubilatiõ:
In vnitate cui manet imperiũ,
Ex tũc ⁊ modo, per ęterna ſęcula. Amen.

℣. Tu es vas electionis ſancte Paule Apoſtole. ℟. Prędicator veritatis in vniuerſo mũdo. Ad Mag. Añ. Vade Ananias, ⁊ quęre Saulũ, ecce enim orat: quia vas electionis eſt mihi, vt portet nomẽ meũ corã gentib⁹, ⁊ regibus, ⁊ filijs Iſrael. Oro.

Deus, qui vniuerſum mundũ beati Pauli Apoſtoli prędicatione docuiſti, da nobis q̃ſũ⁹ qui eius hodie Cõuerſionem colimus, per eius ad te exẽpla gradiamur. Per dominum.

Pro cõme. S. Petri. Aña. Tu es paſtor ouium, princeps Apoſtolorum: tibi traditę ſunt claues regni cęlorũ. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper hãc petrã ędificabo eccleſiam meam. Oro.

Deus, q beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis, animas ligandi atq; ſoluendi Pontificium tradidiſti: cõcede, vt intercesſionis eius auxilio, a peccatorũ noſtrorũ nexibus liberemur. Qui viuis.

Ad Matu. Inui. Laudemus deũ nr̃m, In Cõuerſione doctoris gentiũ. Hym. Antiphonę, Noct. Pſalmi, ⁊ Verſic. ac ℟. vt in eius Commem. 413. De Actibus Apoſtolorũ. Lec. j.

Saulus adhuc ſpirans minarum, ⁊ cędis in diſcipulos dñi, acceſſit ad principem ſacerdotum, ⁊ petijt ab eo epiſtolas in Damaſcũ ad ſynagogas, vt ſi quos inueniſſet huius vię

viros

viros ac mulieres vinctos perduceret i Jeruſalē. Et cū iter faceret, contigit, vt appropinquaret Damaſco, ⁊ ſubito circūfulſit eū lux de celo, ⁊ cadēs in terrā audiuit vocē dicētē ſibi: Saule Saule, qd me perſequeris? Qui dixit: Quis es dñe? Et ille: Ego ſū Jeſus Nazarenus, quē tu pſequeris. Durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare. ℞. Qui operatus. 411. ⁊ aīr p ordinē ad ſingulas lect. ſicut in eius Lōme. Lectio ij.

Et tremens, ac ſtupēs dixit: Dñe qd me vis facere? Et dñs ad eū: Surge, ⁊ ingredere ciuitatē, ⁊ dicet tibi, qd te oporteat facere. Viri autē illi q comitabantur eū ſtabant ſtupefacti, audiētes qdē vocē, neminē aūt videntes. Surrexit aūt Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat. Ad manus autē illū trahētes, introduxerūt Damaſcū. Et erat ibi trib⁹ dieb⁹ nō vidēs, ⁊ nō mādicauit, neqꝫ bibit. ℞. Bonū certamē. 411. L. iij.

Erat aūt quidā diſcipulus Damaſci, noie Ananias. Et dixit ad illū in viſu dñs: Anania: At ille ait: Ecce ego dñe: Et dñs ad illū: Surge, ⁊ vade in vicū, qui vocat Rectus, ⁊ quere in domo Jude Saulū noie, Tharſenſem, ecce enim orat. Et vidit virū Ananiā noie introeuntē, ⁊ imponentē ſibi manus, vt viſum recipiat. Reſpondit autē Ananias: Dñe audiui a multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem: ⁊ hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotum alligandi omnes, q inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum dominus: Vade, quia vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, ⁊ regibus, ⁊ filijs Iſrael. ℞. Repoſita eſt. 412.

Sermo ſ. Auguſtini epi. L. iiij.

Hodie dilectiſſimi, nobis lectio de Actibus Apoſtolorum hec pronunciata eſt: vbi apoſtolus Paulus ex perſecutore Chriſtianorū annunciator factus eſt chriſti, percutiens eū Chriſtus, ⁊ ſanans: occidens, ⁊ viuificans: occiſus agnus a lupis, ⁊ faciens agnum de lupis. Predictus enī erat in preclara illa prophetia, cū Jacob patriarcha benediceret filios ſuos preſentia tangēs, ⁊ futura pſpiciēs, quod in Paulo cōtigit. Erat enī ⁊ Paulus ſicut ipſe teſtat, de tribu Beniamin. Cū autē Jacob benedicēs filios ſuos veniſſet ad benedicendū Beniamin, ait de illo, Beniamin lupus rapax. ℞. Tu es vas. 412. L. v.

Quid ergo, lupus ſemper rapax? Abſit. ſed quid? mane rapiet predā, ⁊ ad veſperas diuidet eſcas. Hoc in apoſtolo Paulo impletū eſt, qa de illo dictū erat. Jā ſi placet audiamus illū mane rapientem, ⁊ ad veſperam eſcas diuidentē. Me

ne & vespere postea sum pro eo, ac si diceret [illegible] & postea. Sic igitur accipiamus: prius rapiet, postea [illegible] [illegible] [illegible] prorē. Saulus, inquit, acceptis epistolis a principibus sacerdotum [illegible], vt vbicumque inueniret Christianos, ad sacerdotes traheret, & adduceret vinctos puniendos. ℟. Gratias [illegible]. Lectio vi.

Hac spirans, & anhelans in [illegible] mater apiet. Nam & quando lapidatus est Stephanus primus martyr pro nomine Christi, custodiens [illegible] Saulus, & sic aderat lapidantibus, vt non ei sufficeret, [illegible] suis manibus lapidaret: vt enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta seruabat, magis saeuiens omnes adiuuando, quam suis manibus lapidando. Audiuimus, mane rapiet: videamus ad vesperam qualiter diuidat escas. Voce Christi de celo prostratus, & accipiens desuper edictum iam non saeuiendi, cecidit in faciem suam prius prosternendus, postea erigendus: prius percutiendus, postea sanandus. ℟. Saulus q. In iij. noct. Hom. super euange. Ecce nos reliquimus. 508. de com. aplorum. vij. ℟. Sancte Paule 4[illegible]. viij. ℟. Damasci. 413. Ad Laudes & horas. Ant. Ego plantaui. 413. & rel. vt in Comme. Cap. Saulus adhuc. 371. vt supra. Hym. Exultet. 493. ℣. Tu es vas elec. Ad Bene. Ant. Vos q

reliquistis [illegible] [illegible]. Cap. Saulus adhuc [illegible] ℟. br. In omnem terram. 498. Constitues. 8 com. aplorum.

Ad Sextam. Capitulum.

Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum, & erat ibi tribus diebus non videns: & non manducauit, neque bibit. ℟. br. Constitues. 498. Nimis honor. ¶ Ad Nonam. Cap. Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudaeos, qui habitabant Damasci, affirmans, quia hic est Christus. ℟. br. Nimis honorati. Nimis con. Ad Vesp. Ant. Ego plantaui. cum rel. 413. psalmi de com. Apostolorum 497. Capitulum. Saulus adhuc spirans. vt supra. In j. Vespe. hym. Doctor egregie. 371. ℣. Tu es vas electionis. Ad Mag. Ant. Sancte Paule apostole praedicator veritatis, & doctor gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. Oro vt sup. Deinde sit comme. S. Petri, vt in primis Vesper.

¶ S. Polycarpi epi. & mr. Oro. Da quaesumus nos. 501. de com. vnius mr.

Ex libro S. Hieronymi presbyteri de scriptoribus ecclesiasticis. Lectio j.

Polycarpus Ioannis apostoli discipulus, & ab eo Smyrnae episcopus ordinatus, totius Asiae princeps

Act. ca. 9

Act. 9

498

Die 26. [illegible]

princeps fuit, quippe q nonnul-
los apostolorum, et eorum qui
viderant dominum magistros habue
rit, et viderit. Hac propter quae-
dam super die Pasche questio-
nes, sub Imperatore Antonino
Pio eodemque in Urbe regente
Aniceto Romam venit, vbi plu-
rimos credentium, Marcionis,
et Valentini persuasione dece-
ptos, reduxit ad fidem. Cumque ei
fortuito obuiam fuisset Mar-
cion, et diceret, Cognoscis nos?
Respondit: Cognosco primoge
nitum diaboli. Postea vero regnan
te Marco Antonino et Lucio
Aurelio Commodo, quarta
post Neronem persecutione, Smyr
ne sedente proconsule, et vniuer
so populo in amphitheatro ad-
uersus eum personante, igni
traditus est. Scripsit ad Phi-
lippenses valde vtilem episto-
lam, quę vsque hodie in Asię
Bi conuentu legitur.

173 ¶ Sancti Johannis Chrysosto
mi episcopi et confesso. duplex.
In vtrisque vesp. Ant. O doctor
vt i. vol. 25. pot. 514. Oro.

Ecclesiam tuam, quę-
sumus domine, gratia
celestis amplificet:
quam beati Johan-
nis Chrysostomi,
confessoris tui atque pontificis, il-
lustrare voluisti gloriosis meri-
tis et doctrinis. Per do. L. iiij.

Johannes Antiochenus,
propter aureum eloquentię
flumen cognomento Chrysosto
mus, a forensibus, et secularibus
studijs, ad diuinas litteras sum-
ma cum ingenij et industrię lau
de se contulit. Itaque sacris initia-
tus, ac presbyter Antiochenę ec-
clesię factus, mortuo Nectario,
Arcadij Imperatoris opera
inuitus Constantinopolitanę ec
clesię preficitur. Quo suscepto pa-
storali munere, deprauatos mo-
res, et nobiliorum hominum vitę li
centiam vehementius obiurgare
cepit. Qua ex libertate magnam
multorum subijt inuidiam. Apud
Eudoxiam etiam, quod eam propter
adeptam Callitropę viduę agrum
reprehendisset, grauiter offendit.

R. Inueni Dauid. 515. L. v.

Quare aliquot episcoporum
acto Chalcedone conuen
tu, quo ipse vocatus ire noluit,
quod nec legitimum concilium, nec pu-
blicum esse diceret, nitente in pri-
mis ipsa contra Chrysostomum
Eudoxia, ejicitur in exilium: sed
paulo post propter eius deside-
rium seditione populi facta, ad-
mirabili ciuitatis plausu ab exi
lio reuocatur. Iterum cum per
ditos mores increpare non desi-
steret, et ad argenteam Eudoxię
statuam in foro sanctę Sophię
ludos fieri prohiberet, conspira
tione inimicorum episcoporum
iterum exulare cogitur, viduis, et
egentibus omnibus, communis
parentis eiectionem lugentibus.
In exilio Chrysostomus, incredi
bile

bile eſt, que, ⁊ quanta mala per/
peſſus ſit; ⁊ quam multos ad Je
ſu Chriſti fidem conuerterit.
℟. Poſui adiuto. 515. L. vj.

Verum poſtea, concilio Ro/
me habito, decreto Inno/
centij primi Pontificis, reſtitui/
tur, a militibus; qui eum cuſto/
diebant, multis in itinere malis ⁊
calamitatibus afficitur. Cumq̄z
per Armeniã duceretur, ſanctus
Baſiliſcus martyr, in cuius tẽ/
plo antea orauerat, noctu ſic eũ
affatus eſt: Johannes frater, cra
ſtinus dies nos loco coniunget.
Quare poſtridie ſumpto eucha/
riſtie ſacramento, ſeq̄z crucis ſi/
gno muniens, animã Deo red/
didit decimo octauo Calendas
Octobris: quo mortuo horribi/
lis grando Cõſtantinopoli ceci/
dit, ⁊ quatriduo Auguſta ceſſit
e vita. Eius corpus inſigni põ/
pa, ⁊ hominum multitudine cele
bratũ, Theodoſius Arcbadij fi/
lius, Cõſtantinopolim portãdũ,
⁊ honorifice ſepeliendũ curauit,
ſexto Calendas Februarij: cu⁹
etiã reliquias veneratus, paren/
tum ſuorum veniã petijt: quod
deinde Romã trãſlatum, in baſi
lica Vaticana conditũ eſt. Mul
titudinẽ, pietatẽ, ac ſplendorẽ ſu
concionũ, ceterorumq̄z eius ſcri
ptorũ, interpretãdi etiã rationẽ,
⁊ inhereñtẽ ſententie ſacrorum li
brorũ explanationẽ omnes admi
rant: dignũq̄z exiſtimãt, cui Pau
lus apl'us, quẽ ille mirifice coluit,

ſcriberẽt, ⁊ predicãdi multa dicta
ſe videat. ℟. Iſte eſt q an. 516.
Lcõ S. euãg. ſcd'm Mathei. C. v. ca.5
In illo tẽpore: Dixit Jeſus
diſcipulis ſuis. Vos eſtis
ſal terre: quod ſi ſal euanuerit,
in quo ſalietur? Et reliqua.
Homi. S. Johãnis Chryſoſtomi.
Attende quid dixerit. Vos
eſtis ſal terre: per quod
oſtendit quã neceſſarie, iſta pre/
cipiat. Non enim pro veſtra, in/
quit, ſalute tãtummodo, ſed pro
vniuerſo prorſus orbe hec vo/
bis doctrina cõmittitur. Non ad
duas quippe vrbes, aut decem,
aut viginti, neq̄z ad vnam vos
mitto gentẽ, ſicut quondam pro/
phetas, ſed ad omnẽ terrã pror/
ſus ac mare, totũq̄z mundum, ⁊
hunc varijs criminibus oppreſ/
ſum. ℟. Amauit. 517. L. vij.
Dicendo enim, Vos eſtis
ſal terre, oſtẽdit omnium
hominũ infatuatã eſſe naturam
⁊ putrefactam a peccatis: ⁊ iccir
co illas ab eis maxime virtutes
requirit, q̃ cũctis neceſſarie atq̄
vtiles ſunt future. Cũ enim man/
ſuet⁹ aliqs, ac modeſtus, cũ miſe
ricors fuerit, ⁊ iuſt⁹, nõ in ſemet/
ipſo tantũmodo hec recte facta
cõcludet, verũ in aliorũ quoq̄z
vtilitatẽ bonos hos faciet emana
re fontes. Sed qui mũdo corde
eſt, atq̄z pacific⁹, ⁊ q perſecutionẽ
pro veritate patitur, nihilominus
in cõe cõmodum vite ſue ſtatuit
exẽplũ. ℟. Sint lũbi. 517. L. x.

Digitized by Google

Ne igitur opinemini, ad mediocria vos ducendos eſſe certamina, neq; pro exiguis rebus vobis huc inſonare ſermonem: Vos eſtis ſal terrę. Quid igitur? Ipſi ne putrefacta medicati ſunt? nequaquam: nec enim poſſibile eſt vt ea, quę corrupta ſunt, ſalis pfricatione reparent. Non hoc fecerūt ergo, ſed ante renouata, ſibiq; tradita, atq; ab illa iam putredine liberata pfricabant ſale, & in ea nouitate ſeruabāt, quā a dn̄o vtiq; ſuſceperāt.

Die 18 G ℂ Sanctę Agnetis ſecundo. Ad Mag. Aña. Stans a dextris eius agnus niue candidior, Chriſtus ſibi ſponſam, & martyrē conſecrauit. ℣. Specie tua, & pulchritudinē tua. ℟. Intēde, proſpere procede, & regna. Oro.

Deus, qui nos annua beatę Agnetis virginis & martyris tuę ſolennitate lętificas: da quęſumus: vt quam veneramur officio, etiā pię conuerſationis ſequamur exēplo. Per dominum noſtrum.

Ad Matutinum. Inuitatorium, & Hymnus de cōi virg. fol 523. Nocturnum ferię currentis. Reia ſumūtur ex primo nocturno feſti folio 368. Lectio tertia.

Beata Agnes parentibus ad eius ſepulcrum aſſidue vigilantibus, quadā nocte, choro virginū coſtipata, cū apparuiſſet, ſic ad eos locuta dicitur. Ne me parentes mortuam lugeatis: nam vna cum his virginibus viuo apud illum in cęlis: quem in terris tota mente dilexi. Cū aliquot poſt annos Cōſtantia Cōſtantini Imperatoris filia, inſanabili vlceri medicinā quęrens, nōdum Chriſtiana, ad idem ſepulcrū acceſſiſſet, obdormiſcēs, ſibi audire viſa eſt vocem hanc Agnetis: Conſtanter age Conſtantia, crede in Ieſum Chriſtū filiū Dei, q te ſanam faciet. Quę ſanata paulopoſt vna cum multis ex familia Imperatoris baptiſmum ſuſcipiens, ibi eccleſiā noīe beatę Agnetis ędificauit.

Ad Laudes. Antiphona. Ingreſſa Agnes. 370. cū reſ. vt in die feſti. Similiter, & ad horas oia vt annotant in feſto, & deinceps poſt Nonā nihil fit de ea.

Die 19. A. 30. B. 31. C.

FEBRVARII FESTA.

Offm̄: Defuncti. j. die nō imped.

ℂ S. Ignatij epi, & m̄. ſem. oro. Die 1. B

De q nos. 501. de cōi vni mar.

Ex libro S. Hieronymi pſbyt. de ſcriptoribus eccleſiaſticis. l. iiij.

Ignatius, Antiochenę Eccleſię tertius poſt Petrū apoſtolum epiſcopus, cōmouente pſecutionē Traiano, dānatus ad beſtias Romā vinctus mittit: cumque nauigans Smyrnā veniſſet, vbi Polycarpus auditor Iohānis epiſcopus erat, ſcripſit vnā epiſtolam

Digitized by Google

ſtolam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiã ad Trallẽſes, quartam ad Romanos, ⁊ inde egrediens ſcripſit ad Philadelphios, ⁊ ad Smyrneos, ⁊ ppriam ad Polycarpum, cõmendans illi Antiochenſē eccleſiã, in qua ⁊ de euangelio quod nuper a me tranſlatũ eſt ſuper perſona Chriſti ponit teſtimoniũ. ℟. Honeſtum. 503. Lectio v.

Dignũ autẽ videtur, quia tãti viri fecimus mẽtionẽ, ⁊ de epiſtola eius, quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere. De Syria vſq; ad Romam pugno ad beſtias in mari, ⁊ in terra, nocte dieq; ligatus cum decem leopardis, hoc eſt militibus, qui me cuſtodiunt, quibus ⁊ cum benefeceris, peiores ſiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt, ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Utinam fruar beſtijs quę mihi ſunt prępáratę, quas ⁊ oro mihi veloces eſſe ad interitũ, ⁊ ad ſupplicia, ⁊ allici ad comedẽdum me: ne, ſicut ⁊ aliorũ martyrum, non audeant corpus attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me vrgebo, vt deuorer. Ignoſcite mi filioli: qd mihi proſit, ego ſcio. ℟. Deſideriũ. 503. Lectio vi.

Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipul⁹: nihil de his quę vidẽtur, deſiderãs, vt Jeſum Chriſtum inueniam. Ignis, crux, beſtię, confractio oſſiũ, membrorum diuiſio, ⁊ totius corporis contritio, ⁊ tota tormenta diaboli in me veniant: tantũ Chriſto fruar. Cumque iam damnatus eſſet ad beſtias, ⁊ ardore patiendi rugientes audiret leones, ait: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mũdus inueniar. Paſſus eſt anno vndecimo Traiani. Reliquię corporis ei⁹ Antiochię iacẽt, extra portã Daphniticã in cęmeterio. ℟. Stola iucund. 503.

In iij. noct. Hom. in euangeliũ. Niſi granum frumẽti. quę habetur in feſto S. Laurẽtij.

PVRIFICATIO
B. Marię virginis, duplex.

Ad Veſpe. Aña. O admirabile cõmercium. 546. cũ rel. Añis. vt in officio S. Marię poſt Nati. Pſalmi conſuet. de eadẽ. Cap.



Ecce ego mitto angelum meũ, qui prępárabit viam ante faciem meam: ⁊ ſtatim veniet ad templũ ſanctũ ſuũ dominator, quem vos quęritis, ⁊ angelus teſtamenti, quem vos vultis. Hym. Aue maris ſtella. 540. ℣. Reſponſum accepit Simeon a ſpiritu ſancto. ℟. Non viſurum ſe mortẽ niſi videret Chriſtum domini. Ad Mag. Aña. Senex puerum portabat, puer autem

Digitized by Google

autem ſenem regebat, quē virgo peperit, ꝛ poſt partum virgo permanſit, ipſum quem genuit, adorauit. Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramꝰ; vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtre carnis ſubſtantia in templo eſt preſentatus, ita nos facias purificatis tibi mentibus preſentari. Per eundem dn̄m.

Et non fit commemo. S. Ignatij. Ad Completorium, ꝛ alias horas in fine omniuꝫ hym. dicitur Gloria tibi domine,

Qui natus es de virgine.

Quod ſemp ſeruat qn̄ fit Offm̄ de S. Maria, preterq̄ʒ in hym. Aue maris ſtella. folio. 540. vt dicitur in rubricis generalibꝰ.

Ad Matu. Inuit. Ecce venit ad templum ſanctum ſuum dominator dominus, Gaude ꝛ letare Sion occurrēs Deo tuo. ps. Venite. 1. hyꝰ. Quē terra. 541. An. Benedicta tu. ꝛ ps. Dn̄e dn̄s noſter. 541. cum reſ. pſal. ꝛ Antiphonis vt in Officio paruo S. Marie. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua. ℟. Intende proſpere, procede, ꝛ regna.

De libro Exodi. Lectio prima.

.12 LOcutus eſt dn̄s ad Moyſen, dicēs: Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluā in filijs Iſrael, tā de hominibus quā de iumentis: mea ſunt eniꝫ omnia. Et ait Moyſes ad populū: Cum introduxerit te dominus in terrā Chananei, ſicut iurauit tibi, ꝛ patribꝰ tuis: ꝛ dederit tibi eā: ſeparabis omne quod aperit vuluaꝫ domino, ꝛ quod primitiuum eſt in pecoribus tuis. Quicquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis domino. Primogenitū aſini mutabis oue. Quod ſi nō redemeris, interficies. Omne autē primogenitum hominis de filijs tuis precio redimes. ℟. Adorna thalamuꝫ tuū Sion, ꝛ ſuſcipe regem Chriſtuꝫ. Queꝫ virgo cōcepit, virgo peperit, virgo poſt partuꝫ quem genuit adorauit. ℣. Accipiens Simeō puerū in manibus, grās agēs, benedixit dn̄m. Quē.

De libro Leuitici. Lectio ij.

LOcutus eſt dn̄s ad Moyſen dicens: Loquere filijs Iſrael, ꝛ dices ad eos. Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immūda erit ſeptem diebꝰ, iuxta dies ſeparationis mēſtrue, ꝛ die octauo circūcidetur infantulus: ipſa vero triginta tribus diebꝰ manebit in ſanguine purificationis ſue. Omne ſanctū non tanget: nec ingredietur in ſanctuarium, donec impleantur dies purificationis ſue. Sin autem feminaꝫ pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritū fluxus mēſtrui, ꝛ ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſue. ℟. Poſtquā impleti ſunt dies purgationis ca.12

nis Marię ſecundū legē Moy/
ſi, tulerunt Jeſum in Jeruſalē: vt
ſiſterēt eū dn̄o. Sicut ſcriptū eſt
in lege domini: q2 omne maſcu/
linū adaperiēs vuluā, ſāctū dn̄o
vocabit. ℣. Obtulerūt pro eo do
mino par turturū, aut duos pul/
los columbarum. Sicut. L. iij.

Cumq3 expleti fuerint dies
purificationis ſuę, pro filio
ſiue pro filia, deferet agnum an/
niculū in holocauſtū, ⁊ pullū co
lumbę, ſiue turturē pro peccato
ad oſtiū tabernaculi teſtimonij.
Et tradet ſacerdoti qui offeret il
la coram domino, ⁊ orabit pro ea,
⁊ ſic mūdabitur a profluuio ſan
guinis ſui. Iſta eſt lex parientis
maſculū aut fęminam. Quod ſi
non inuenerit manus eius, nec
potuerit offerre agnum, ſumet
duos turtures, vel duos pullos
columbarū, vnū in holocauſtum
⁊ alterum pro peccato: orabitq3
pro ea ſacerdos, ⁊ ſic mundabit.
℟. Obtulerūt pro eo dn̄o, par
turturū, aut duos pullos colūba/
rū. Sicut ſcriptū eſt i lege dn̄i.
Poſtq3 aūt impleti ſūt dies pur/
gatiōis Marię, ſm̄ legē Moyſi,
tulerūt illū in Jeruſalē vt ſiſterēt
eū dn̄o. Sicut. Gloria. Sicut.
In iij. noct. Añ. Specie tua. ps.
Eructauit. 542. ℣. Adiuuabit
eā Deus vultu ſuo. ℟. Deus in
medio eius nō commouebitur.
Sermo S. Auguſt. cvi. L. iiij.

Sic olim prędictū eſt, Ma/
ter Sion dicet homo, ⁊ ho
mo nat⁹ eſt in ea, ⁊ ipſe fundauit
eā altiſſimus. O omnipotētia na
ſcētis, o magnificentia de cęlo ad
terrā deſcēdētis: adhuc in vtero
portabatur, ⁊ ex vtero matris a
Johāne Baptiſta ſalutabat: in
tēplo pręſentabatur, ⁊ a Simeo
ne, ſene, annoſo, ꝓbato, corona/
to, agnoſcebatur. Tunc cogno/
uit, tunc adorauit, tunc dixit: Et
nunc dn̄e dimitte ſeruū tuum in
pace: quia viderunt oculi mei ſa
lutare tuū. ℟. Simeon iuſt⁹ ⁊
timoratus expectabat redēptio/
nem Iſrael. Et ſpūs ſanctus erat
in eo. ℣. Reſponſum accepit Si/
meon a ſpiritu ſancto, non viſu/
rum ſe mortē, niſi videret Chri/
ſtum domini. Et ſpiritus. L. v.

Differebat exire de ſeculo
vt videret natū, per quem
conditum eſt ſeculum. Agnouit
infantem ſenex, factus eſt in pue
ro puer. Innouatus in ętate, qui
plenus erat pietate. Simeon ſe/
nex ferebat Chriſtum infantem,
Chriſtus regebat Simeonis ſe/
nectutem. Dictum ei fuerat a do/
mino, quod nō guſtaret mortem,
niſi videret Jeſum Chriſtum na/
tū: Natus eſt Chriſtus, ⁊ imple/
tum eſt deſiderium ſenis in mun
di ipſius ſenectute: ipſe ad ſenem
hominē venit, qui mundū inue/
teratū inuenit. ℟. Reſponſum
acceperat Simeō a ſpiritu ſācto
non viſurū ſe mortē, niſi videret
Chriſtū dn̄i. Et benedixit Deū,
⁊ dixit: Nunc dimittis ſeruū tuū
in pace,

Digitized by Google

in pacē, quia viderūt oculi mei ſalutare tuum dñe. ℣. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, vt facerent ſecundū cōſuetudinē legis pro eo: ipſe accepit eum in vlnas ſuas. Et. L. vj.

IN iſto quidē ſeculo diu eſſe nolebat, & Chriſtum in hoc ſeculo videre cupiebat, cantans cū ꝓpheta, & dicens: Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. Denique vt noueritis ita eſſe iſtius ſētētiā, cōcluſit dicēs: Nūc dimittis dñe ſeruū tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Prophetę cecinerunt, cōditorē cęli, & terrę cū hominibus futurū: Angelus nunciauit, creatorē carnis & ſpūs in carne venturū: Salutauit Iohannes ex vtero in vtero ſaluatorē. Simeō ſenex Deū agnouit infantē. ℟. Cum inducerent puerū Ieſum parētes eius in tēplo, vt facerēt ſecūdū cōſuetudinē legis pro eo, accepit eū Simeō in vlnas ſuas, & benedixit Deum, dicēs. Nūc dimittis domine ſeruū tuū in pace. ℣. Suſcipiens Simeon puerum in manibus, exclamauit dicens. Nunc. Gloria. Nunc.

In iij. noct. Aña. Gaude Maria. Ps. Cantate. 5 42. ℣. Elegit eā Deus, & pręelegit eā. ℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eā. Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.

1. IN illo tēpore: Poſtquā impleti ſunt dies purgationis Marię ſecundū legem Moyſi, tulerunt illum in Ieruſalē, vt ſiſterent eum dño: ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Et reliqua. Homilia S. Ambroſij epiſcopi.

ECce homo erat in Ieruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans conſolationē Iſrael. Non ſolum ab angelis, & prophetis, a parentibus, & paſtoribus, ſed etiam a ſenioribus & iuſtis generatio domini accipit teſtimoniū. Omnis ętas, & vterq; ſexus venturorum miraculorū fidē aſtruunt. Virgo generat, ſterilis parit, mutus loquitur, Eliſabeth prophetat, Magus adorat, vtero clauſus Iohannes exultat, vidua confitetur, iuſtus expectat. ℟. Suſcipiēs Ieſum in vlnas ſuas Simeon exclamauit, & dixit: Tu es vere lumē ad illuminationem gentium, & gloriam plebis tuę Iſrael. ℣. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius, & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum: & dixit. Tu es vere. Lectio viij.

ET bene iuſtus, qui non ſuā, ſed populi gratiam requirebat, cupiens ipſe corporeę vinculis fragilitatis exolui, ſed expectans videre promiſſū. Sciebat enim, quia beati oculi qui viderēt Chriſtū domini. Et accepit eū in manibus ſuis, & benedixit Deū, & dixit: Nunc, inquit, dñe dimitte ſeruū tuum in pace.

Videre iuſtū velut corporee carcere molis incluſum, velle diſſolui, vt incipiat eſſe cum Chriſto. Diſſolui enim & eſſe cum Chriſto multo melius eſt. ℟. Senex puerum portabat, puer autē ſenem regebat, Quem virgo concepit, virgo peperit, virgo poſt partum, quem genuit adorauit. ℣. Accipiens Simeon puerum in manibus, gratias agens benedixit dominum. Quem. Gloria. Quem virgo. Lectio nona.

SEd q̄ vult dimitti veniat in templum, veniat in Jeruſalem, expectet Chriſtum dominū, accipiat in manib⁹ verbū dn̄i, cōplectatur velut quibuſdā fidei ſuę brachijs: tūc dimittetur, vt non videat mortē, qui viderit vitā. Vides vberē in omnes gratiam domini generatione diffuſam, & propheciā incredulis eſſe negatā, nō iuſtis: Et ecce Simeō prophetat in ruinam, & in reſurrectionem multorum veniſſe dominum Jeſum Chriſtum: vt iuſtorum & iniquorum merita diſcernat, & pro noſtrorū qualitate factorū, verus iudex & iuſtus, aut ſupplicia decernat, aut pręmia. Ad Laudes, & per Horas. Aña.

SImeon iuſtus, & timoratus, expectabat redemptionem Iſrael, & ſpūs ſanctus erat in eo. ps. Dn̄s reg. 8. cū reſ. Aña. Reſponſum accepit Simeon a ſpū ſancto, non viſurū ſe mortē, niſi videret dn̄m. Aña Accipiens Simeon puerū in manib⁹, gratias agens benedixit dn̄m. Aña. Reuertere in terrā Juda, & mortui ſunt enim qui quęrebāt animam pueri. Aña. Obtulerunt pro eo dn̄o par turturū, aut duos pullos columbarum. Cap. Ecce ego mitto. 374. Hym. O glorioſa. 544. ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad Bn̄s. Aña. Cū inducerent puerū Jeſum parentes eius, accepit eū Simeon in vlnas ſuas, & benedixit Deū, dicens: Nunc dimittis ſeruum tuum in pace. Ad j. ℟. bre. Chriſte fili Dei viui. ℣. Qui natus es de Maria virgine. Et ſic dicit ſemper quando fit de B. Virg. Ad iij. Capſm. Ecce ego mitto. 574. ℟. bre. Dn̄r decōr virgin. ℣. Specie tua. 526. ℣. Adiuuabit. Ad Sextam. Capitulum.

ECce veniet, dicit dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius: & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis cōflans, & quaſi herba fullonum. ℟. Adiuuabit eā. 526. ℣. Elegit eā. Ad Nonam. Capitulum.

ET placebit dn̄o ſacrificium Juda, & Jeruſalem, ſicut dies ſeculi: & ſicut anni antiqui, dicit dn̄s omnipotens. ℟. bre. Elegit eam. 526. ℣. Diffuſa eſt. Ad Veſp. Aña. Simeon iuſt⁹. cū reſ. de Laud. Pſal. de ſancta Maria. Cap. Hym. & ℣. vt ſup. in primis Veſp. Ad Mag. Aña. Hodie

Hodie beata virgo Maria puerũ Ieſum preſentauit in tẽplo, ꝛ Simeon repletus ſpũ ſancto accepit eũ in vlnas ſuas, ꝛ benedixit Deũ in eternũ. Oro, vt ſup.

Die f ¶ S. Blaſij epi. ꝛ marty. Oro.

DEus, qui nos beati Blaſij, martyris tui, atq; pontificis, annua ſolẽnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdẽ protectione gaudeamus. Per dñm. Lectio iij.

BLaſius Sebaſte, in Cappadocia cũ virtutum laude floreret, eiuſdem ciuitatis epiſcopus eligitur: qui quo tempore Diocletianus inſatiabilẽ crudelitatem in Chriſtianos exercebat, ſe in ſpeluncam abdidit mõtis Argei, vbi tandiu latuit, dum ab Agricolai prefecti militibus venantibus deprehenſus, ꝛ ad prefectum ductus, eius iuſſu coniectus eſt in vincula. Quo in loco multos egrotos ſanauit, qui ad Blaſium, eius fama ſanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, qui deſperata a medicis ſalute, tranſuerſa ſpina faucibus inherente, animam agebat. Productus autem ad prefectum Blaſius ſemel ꝛ iterum, cum nec blanditijs, nec minis adduci poſſet, vt dijs ſacrificaret, primum virgis ceſus, deinde in equuleo ferreis pectinibus dilaniatus, poſtremo dempto capite, illuſtre fidei teſtimonium Chriſto domino dedit, tertio Nonas Februarij.

Die 4. G

¶ S. Agathe virginis ꝛ martyris ſemidupl. Ad Veſp. Aña. Quis es tu. 378. cũ reliquis de Laud. pſalmi de cõi vnius mar. Cap. Confitebor. de cõi Sancte mart. fol. 527. Hym. Ieſu corona. 523. ℣. Specie tua. vt in cõi virgin. Ad Magn. Aña. Stans beata Agatha in medio carceris, expanſis manibus orabat ad dominum: Domine Ieſu Chriſte, magiſter bone, gratias tibi ago, q me feciſti vincere tormenta carnificis: iube me dñe ad tuã immarceſcibilem gloriã feliciter peruenire. Oratio.

Die 5. A



DEus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiã in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti, cõcede propitius: vt qui beate Agathe virginis ꝛ martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ. Ad Matutinũ. Inuitatoriũ. Regem virginum. Hymnus. Virginis proles. 523. de cõi virg. In primo noctur. Antiphona. Ingenua ſum, ꝛ ex ſpectabili genere, vt omnis parentela mea teſtatur.

ſtatur ps. Beatus vir. 2 Aña. Summa ingenuitas iſta eſt, in qua ſeruitus Chriſti comprobatur. ps. Quare fre. 2 Aña. Ancilla Chriſti ſuz: ideo me oſtẽdo ſeruilẽ habere perſonã ps. Domine quid. 2. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua. ℞. Intende proſpere, procede, ⁊ regna. Lectiones. Cõfitebor tibi. 526. de communi virginum. ⁊ mart.

j. ℞. Cum torqueretur beata Agatha in mammilla grauiter, dixit ad iudicem: Impie crudelis, ⁊ dire tyranne, non es cõfuſus amputare in fœmina, quod ipſe in matre ſuxiſti? ℣. Ego enim habeo mammillas integras intus in anima mea, quas ab infantia domino conſecraui. Impie.

ij. ℞. Agatha lętiſſime, ⁊ gloriãter ibat ad carcerez. Et quaſi ad epulas inuitata, agonem ſuũ domino precibus cõmendabat. ℣. Nobiliſſimis orta natalibus ab ignobili gaudẽs trahebatur ad carcerez. Et quaſi ad epulas.

iij. ℞. Quis es tu, qui veniſti ad me curare vulnera mea? ego ſum apſtus Chriſti: nihil in me dubites filia: ipſe me miſit ad te. Quẽ dilexiſti mẽte, ⁊ puro corde. ℣. Nã ⁊ ego Apoſtolꝰ eiꝰ ſuz, ⁊ in nomine eiꝰ ſcias te eſſe curandã. Quẽ dilexiſti. Gloria. Quem.

In ij. noct. Aña. Agatha ſancta dixit: Si feras mihi promittis, audito Chriſti noie mãſueſcũt. ps. Cum inuocarez. 502. Aña. Si ignem adhibeas, rorem mihi ſalutificũ de cęlo angeli miniſtrabunt. ps. Verba mea. 502. Aña. Agatha lętiſſime, ⁊ gloriãter ibat ad carcerez, ⁊ quaſi ad epulas inuitata, agonẽ ſuũ dño precibus cõmẽdabat. ps. Dñe dñs nr̃. 502. ℣. Adiuuabit eã Deus vultu ſuo. ℞. Deus in medio eius nõ commouebitur. Lc. iiij.

AGatha virgo, Catanę in Sicilia nobilibus parentibus nata, cum pari pulchritudinis, ⁊ caſtitatis laude cõmendaretur, Quintianus, Decio Imperatore, Sicilię pretor, virginis amore captus eſt. Sed cum tẽtata modis omnibꝰ eiꝰ pudicitia, Agathã in ſuã ſententiã perducere nõ poſſet, Chriſtianę ſuperſtitionis nomine cõprehẽſaz Aphrodiſię cuidã infami mulieri, deprauandam tradit. Quę Aphrodiſię conſuetudine cum de conſtantia colendę Chriſtianę fidei, ⁊ ſeruandę virginitatis remoueri non poſſet: nunciat illa Quintiano, ſe in Agatha operaz perdere. Quare ille ad ſe virginez adduci iubet: ⁊, Nonne, inquit, te pudet, nobili genere natam, humilem, ⁊ ſeruilem Chriſtianorũ vitam agere? Cui Agatha: Multo preſtantior eſt Chriſtiana humilitas ⁊ ſeruitus regũ opibus ac ſuperbia. ℞. Ego autem adiuta a domino perſeuerabo in confeſſione eius, qui me ſaluam fecit. Et conſolatus eſt me.

mea. Gratias tibi ago domine Jeſu Chriſte, qui miſiſti ad me apoſtolum tuum curare vulnera mea. Et conſolatus. Lect. v.

Quamobrem iratus pretor hanc ei optionem dat, velit ne potius venerari deos, an vim tormentorũ ſubire. At illa cõſtans in fide, primum colaphis ceſa mittitur in carcerem: vnde poſtridie educta, cũ in ſententia permaneret, admotis candentibus laminis in equuleo torquetur: tum ei mammilla abſciditur: quo in vulnere Quintianũ appellans virgo: Crudelis, inquit, tyranne, non te pudet amputare in femina, quod ipſe in matre ſuxiſti? Mox coniecta in vincula, ſequenti nocte a ſene quodam, qui ſe Chriſti apoſtolum eſſe dicebat, ſanata eſt. Rurſuꝫ euocata a pretore, ⁊ in Chriſti confeſſione perſeuerans, in acutis teſtulis, ⁊ candentibus carbonibus ei ſubiectis voluta. ℟. Ipſe me curauit qui per apoſtolum Petrum in cuſtodia me cõfortauit, pro eo quod iuſſa ſum ſuſpẽdi in equuleo. Propter fidem caſtitatis adiuua me domine Deus meus in tortura mammillarum mearum. ℣. Ipſe me dignatus eſt ab omni plaga curare, ⁊ mammillam meam meo pectori reſtituere. Propter. L. vj.

Eo tempore ingẽti terre motu vrbs tota cõtremuit: ac duo parietes corruentes, Siluinum, ⁊ Falconium, intimos pretoris familiares oppreſſerũt. Quare vehementer cõmota ciuitate, veritus populi tumultum Quintianus Agathã ſemimortuã, clam reduci imperat in carcerem. Que ſic Deum precata: Domine, qui me cuſtodiſti ab infantia, qui abſtuliſti a me amorẽ ſeculi, qui me carnificũ tormẽtis ſuperiorem preſtitiſti, accipe animã meã: Ea in oratione migrauit in celũ Nonis Februarij: cuius corp⁹ a Chriſtianis ſepelitur. ℟. Vidiſti domine, ⁊ expectaſti agonẽ meũ, quomodo pugnaui in ſtadio: ſed quia nolui obedire mandatis principũ, Iuſſa ſum in mammilla torqueri. ℣. Propter veritatẽ, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiã. Iuſſa. Gloria. Iuſſa.

In tertio nocturno. Antiphona.

Niſi diligẽter perfeceris corpus meum a carnificibus attrectari, non poteſt aĩa mea in paradiſum dñi cũ palma intrare martyrij. ps. In dño cõfi. 4. Aña. Vidiſti dñe agonẽ meũ, quomodo pugnaui in ſtadio: ſed qa nolui obedire mandatis principum, iuſſa ſum in mammilla torqueri. ps. Domine quis habitabit. 4. Añ. Propter fidem caſtitatis iuſſa ſum ſuſpendi in equuleo: adiuua me dñe Deus meus in tortura mãmillarum mearũ. ps. Conſerua me dñe. 5. ℣. Elegit eam Deus, ⁊ preelegit eã. ℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eã.

Lcō ſ. euāg. ſʒ Mattheū. L. vij.

ca.19 IN illo tempore: Acceſſerūt ad Jeſuʒ Phariſei, tentantes eum, ꝛ dicentes: Si licet homini dimittere vxoreʒ ſuaʒ quacunque ex cauſa? Et reliqua.

Hom. ... Chryſoſtomi.

DOminus noſter, quibus ad perpetuā horrari virginitatem arduum, atqꝫ durum videbat̃ neceſſitate legis, in cupiditateʒ virginitatis impellit. Poſſe autē nos perpetuā ſeruare cōtinentiā oſtendit dicēs. Sunt eunuchi, q ex vētre matris ita nati ſunt, ꝛ q ab hominibꝰ facti ſunt, ꝛ qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnū cęlorū: His omnibus ad optandā, eligēdāqꝫ virginitatem inducit. Rꝭ. Beata Agatha ingreſſa carcerē expādit manus ſuas ad Deū, ꝛ dixit: Dn̄e, qui me feciſti vincere tormenta carnificū. Jube me ad tuā miſericordiā puenire. ℣. Domine, qui me creaſti, ꝛ tuliſti a me amorē ſęculi, qui corpus meū a pollutione ſeparaſti. Jube. Lec. viij.

POſſibile namqꝫ id eſſe hominibꝰ hoc fere modo cōfirmat. Cogita tecum, ſi aut a natura eunuchus eſſes, aut iniuria hominum ſic effectus, qd faceres, cum ꝛ huiuſmodi voluptate careres, ꝛ nullam carendo mercedē cōſequereris? Gratias igitur Deo agas, qa magna pręmia, rutilantesqꝫ coronas habebis, ſi ita viues quemadmodum ſine aliquo illi pręmio: imo vero multo facilius, tutius, atqꝫ iucūdius, tum quia ſpe retributionis corroboraris, tuʒ quia conſcientia virtutis gaudes. Rꝭ. Medicinam carnalē corpori meo nunquā exhibui, ſed habeo dn̄m Jeſum Chriſtū. Qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa. ℣. Qui me dignatꝰ eſt ab omni plaga curare, ꝛ mammillā meā meo pectori reſtituere, ipſum inuoco Deū viuū. Qui. Gl̃ia. Qui ſolo. L. ix.

CUm ergo de ijs eunuchis dixerit, qui niſi etiam ipſi mente ſe cōtineant, fruſtra ꝛ incaſſum tales ſunt, ac de ijs qui vt cęlos nanciſcātur, ſe continent, ſubiunxit rurſus dicēs: Qui poteſt capere capiat. Ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis oſtendit, vel quia ineſtimabili miſericordia ſua noluit rem in neceſſitatem legis concludere: ꝛ ad hęc poſſibile id eſſe monſtrat, vt eligendi cupiditas creſcere poſſit.

Ad Laudes, ꝛ p horas. Aña.

QUis es tu, q veniſti ad me curare vulnera mea? Ego ſum apoſtolus Chriſti: nihil in me dubites filia. Ps. Dn̄s reg. 8. cū rel. Aña. Medicinam carnalem corpori meo nunquaʒ exhibui, ſed habeo dn̄m Jeſuʒ Chriſtum, qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa. Aña. Gratias tibi ago dn̄e Jeſu Chriſte, quia memor es mei: ꝛ miſiſti ad me apoſtolum

lum tuum curare vulnera mea.
Aña. Benedico te pater domi/
ni mei Jeſu Chriſti: quia ꝑ apo
ſtolum tuũ mammillã meã meo
pectori reſtituiſti. Aña. Qui me
dignatus eſt ab omni plaga cu/
rare, ꝛ mãmillam meã meo pe/
ctori reſtituere, ipſuꝫ inuoco deũ
viuum. Cap. Confitebor. 527.
Hymn. Jeſu corona. 523. ℣. Dif/
fuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟.
Propterea benedixit te deus in
ęternum. Ad Bñs. Aña. Pa/
ganorum multitudo fugiens ad
ſepulcrum virginis, tulerunt ve
lum eius contra ignem, vt com/
probaret dominus, quod a peri/
culis incẽdij, meritis beatę Aga
thę martyris ſuę, eos liberaret.
Ad Hor. Añę. vt ſupra. Ad iij.
Cap. Confitebor. 527. Ad vj.
Cap. Liberaſti. 529. Ad Nonã.
Cap. Laudabit. omnia de com
muni ſanctarum mulieruꝫ, cum
ſuis ℟. bre. ꝛ ℣. 529. Ad Ve/
ſpe. Aña. Quis es tu. cũ reſ. vt
ſupra in Laud. Pſ. Dixit. 52. cũ
reſ. de dñica. loco vlt. pſ. Lauda
Jeruſaleꝫ. 60. Ad Mag. Aña.
Stãs btã Aga. vt i. veſp. 377.

Die 6. B — C S. Dorothee virginis ꝛ mar
tyris. Oratio. Indulgen. 523.
de cõmuni virginum. Lectio iij.

Dorothea virgo ex
Cęſarea Cappado
cię, propter Chri/
ſti confeſſionem ab
Apricio pręfecto
comprehenſa, Chriſtę, ꝛ Cal/
liſtę, ſororibus, quę a fide de/
fecerant, tradita eſt, vt eam a
propoſito remouerent. Sed con
tra factum eſt: nam eas Doro/
thea ad cultũ Chriſtianę religio
nis reduxit, propter quam etiaꝫ
martyrium ſuſceperunt. Quare
virgo equuleo diu torta, ꝛ pal/
mis cęſis, ad extremum capitis
damnata, duplicatam virginita
tis ꝛ martyrij palmam accepit.

Die 7. C. Die 8. D

Die 9. E — C S. Apollonię vg. ꝛ m. Oro.
Deus qui inter cętera. fol. 523.
de communi virginum. Lec. iij.

Apollonia, virgo
Alexandrina, De/
cio Imperatore, cũ
ingraueſcente iam
ętate, ad idola ſiſte/
retur, vt eis venerationẽ adhibe
ret, illis contẽptis, Jeſum Chri/
ſtũ, verũ Deũ, colendũ eſſe prę/
dicabat. Quãobrẽ omnes ei cõ/
tuſi ſunt, ꝛ euulſi dentes: ac niſi
Chriſtũ deteſtata, deos coleret,
accẽſo rogo, cõbuſturos viuã mi
nati ſunt impij carnifices: quibus
illa ſe quamuis mortẽ pro Jeſu
Chriſti fide ſubituram, reſpondit.
Itaqꝫ cõprehenſa vt cõburere/
tur, cũ pauliſper, quaſi deliberãs
quid agẽdũ eſſet, ſteriſſet: ex illo/
rũ manibꝰ elapſa, alacris ſe ignẽ
ſibi paratum iniecit, vnde bre/
ui conſumpto corpore, puriſſi/
mus ſpiritus in cęlum ad ſempi/
ternam martyrij coronam euo/
lauit quinto Idus Februarij.

Die 10. F. 11 G. 12 A. 13 B.

Die 14 C S. Valentini pſby. & m. Orõ.

P Reſta, q̃s oḿps deus: vt qui beati Valentini martyris tui natalitia colim⁹, a cũctis malis imminentibus, eius interceſſione liberemur. Per d. Lect. iij. Sermo. Triũphalis. 502. d̃ cõi vni⁹ m.

Die 15 B ℭ SS. mar. Fauſtini, & Iouitę Orõ. Deus qui nos annua. 509. de cõi plur. martyrum. Lec. iij.

F Auſtin⁹, & Iouita, Brixiani, nobiles, in multis Italię vrbib⁹, quo vincti ſęuiente Traiani pſecutione ducebant, acerbiſſima ſupplicia ppeſſi, fortes in Chriſtianę fidei confeſſione perſtiterunt. Nam Brixię diu vinculis cõſtricti, feris etiam obiecti, in ignemque iniecti, & a beſtijs, & a flãma integri & incolumes ſeruati ſunt: inde vero iiſdem catenis colligati Mediolanum venerunt, vbi eorum fides tentata, exquiſitiſſimis tormentis, tanquam igne aurum, in cruciatibus magis enituit. Poſtea Romã miſſi, ab Euariſto Põtifice confirmati, ibi quoq; crudeliſſime torquẽtur. Deniq; perducti Neapolim, in ea etiam vrbe varie cruciati, vinctis manibus pedibuſque, in mare demerguntur, vnde per angelos mirabiliter erepti ſunt. Quare multos, & conſtãtia in tormentis, & miraculorũ virtute, ad Chriſti fidẽ cõuerterunt. Poſtremo reducti Brixiã initio ſuſcepti ab Adriano Imperij, ſecuri percuſſi, illuſtrẽ martyrij coronã acceperũt.

Die 16. E. 17. F

ℭ S. Simeonis epi & m. Orõ. Die
Infirmitatem. 501. de cõmuni 18 E
vnius mar. Pontifi. Lec. iij.

S Imeon filius Cleophę, poſt Iacobũ proximus Hieroſolymis ordinatus epiſcopus, Traiano Imperatore apud Atticum conſularem eſt accuſatus, quod Chriſtianus eſſet & Chriſti propinquus. Comprehendebantur enim omnes eo tempore, q̃cunq; ex genere Dauid orti eſſent. Quare multis cruciatus tormentis, eodem paſſionis genere, quod ſaluator noſter ſubierat, afficitur, mirantibus oĩbus quod homo ętate cõfectus (erat enim centum viginti annorũ) acerbiſſimos crucis dolores fortiter, conſtanterque pateretur.

Die 19. A. 20 B. 21 C.

ℭ Cathedra S. Petri Antio- Die
chię, dup. Fiãt oĩa vt in. i Ca- 22 D
thedra Rom. 366. excepto lec. ij. noc. q̃ru loco legunt q̃ ſequũt. Sermo S. Auguſtini epi. L. iij.

I Nſtitutio ſolennitatis hodiernę a ſeniorib⁹ nřis Cathedrę nomẽ accepit, ideo q̃ prim⁹ apoſtolorum

apoſtolorū Petrus hodie epi/
ſcopatus cathedram ſuſcepiſſe
referat. Recte igitur eccleſię na/
talem ſedis illius colunt, quam
apoſtolus pro eccleſiarū ſalute
ſuſcepit, dicente dño, Tu es Pe
trus, & ſuper hanc petram ędifi/
cabo Eccleſiā meam. ℟. Tu
es paſtor. 367. Lectio quinta.

PEtrum itaq; fundamen/
tum Eccleſię dñs nomina
uit, & ideo digne fundamentum
hoc Eccleſia colit, ſupra quod
eccleſiaſtici ędificij altitudo cō/
ſurgit. Unde conuenienter pſal
mus, q lectus eſt, dicit: Exaltēt
eū in eccleſia plebis, & in cathe/
dra ſeniorum laudēt eū. Bene/
dictus deus q exaltari in Eccle
ſia hoc pręcepit: quia dignū eſt
vt fundamētum hoc in Eccleſia
honoret, p quod in cęlū aſcendi
tur. ℟. Ego pro te. 367. Le. vj.

QUod natalis ergo Cathe
drę hodie colitur, ſacer/
dotale honoratur officiū. Sibi
hoc Eccleſię inuicē pręſtāt, q
tāto neceſſe plus habet Eccleſia
dignitatis, quanto ſacerdotale
officium plus honoris. Cum ſo
lennitatē hanc Eccleſijs meri/
to religioſa obſeruatio introdu/
xerit, miror cur apud quoſdam
infideles, hodie tā perincioſus
error increuerit, vt ſuper tumu/
los defunctorū, cibos & vina cō
ferant, quaſi egreſſę de corpori/
bus animę, carnales cibos requi
rant. ℟. Petre, amas me? 367.

Nona lec. erit de Homil. ferię,
ſi hoc feſtum venerit in xl. alia/
qui dr̄ quę eſt ix. in feſto Apo/
ſtolorū Petri & Pauli. 413.

¶ In vigilia Sancti Mathię Die
Apoſtoli. Si non venerit in 23. E
Quadrageſima tres lectiones
leguntur de Hom. in euange.
Hoc eſt pręceptum meū. 597.
vt in communi Apoſtolorum.
Si autē venerit i Quadra. nihil
fit de vigilia niſi in Miſſa. Oro.
Da qs. 493. de communi in vi/
gilia Apoſtolorum.

Quando currit biſſextus non
celebratur 24. die, ſed 25. Et
hoc quarto quoque anno.

¶ Sancti Mathię Apoſto/ Die
li. duplex. Oratio. 24 F

DEus, qui beatum
Mathiam Apo/
ſtolorum tuorum
collegio ſociaſti:
tribue quęſumus:
vt eius interuentione, tuę circa
nos pietatis ſemper viſcera ſen/
tiamus. Per dominum noſtrū
Jeſum Chriſtum filium tuū.

De Actibus Apoſtolo℞. Le. j.

IN diebus illis, Exurgens ca. 1
Petrus in medio fratrum
dixit (erat autē turba hominū
ſimul fere centum viginti) Vi/
ri fratres, oportet impleri ſcri/
pturam, quā prędixit ſpiritus
ſanctus per os Dauid de Iu/
da, qui fuit dux eorum qui com
prehenderunt Jeſum, q cōnume
ratus erat in nobis, & ſortitus

eſt ſortē miniſterij huiꝰ. Et hic q̄dē poſſedit agrū de mercede iniquitatis, ⁊ ſuſpēſus crepuit mediꝰ, ⁊ diffuſa ſunt oīa viſcera eiꝰ. ℟. Ecce ego mitto. 494. L. ij.

ET notū factū eſt oībus habitantibus Jeruſalē, ita vt appellaret ager ille lingua eorū Haceldama, hoc eſt, ager ſāguinis. Scriptū eſt eniꝫ ī libro pſalmorū. Fiat cōmoratio eorū deſerta, ⁊ nō ſit qui inhabitet in ea: ⁊ epiſcopatuꝫ eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris q̄ nobiſcū ſunt congregati in oī tp̄e, quo intrauit, ⁊ exiuit inter nos dn̄s Jeſus, incipiēs a baptiſmate Johānis vſq; ad diē qua aſſūptus eſt a nobis, teſtē reſurrectionis eiꝰ nobiſcū fieri vnū ex iſtis. ℟. Tollite iugū. 495. L. iij.

ET ſtatuerūt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt iuſtus, ⁊ Matthiam. Et orātes dixerūt: Tu dn̄e qui corda noſti omniū, oſtende quē elegeris ex his duobus vnū accipere locū miniſterij huius, ⁊ apoſtolatus, de quo p̄uaricatꝰ eſt Judas, vt abiret in locū ſuū. Et dederunt ſortes eis, ⁊ cecidit ſors ſuper Matthiaꝫ: ⁊ annumeratus eſt cum vndecim aplīs. ℟. Duꝫ ſteteritis. 495. In ij. noc. Lcō. Fūdamēta. 508 vt in cōi Aplo℞. In iij. nocturn. Lcō ſ. euāg. ſm̄ Mattheū. L. vij.

Ca. 11 IN illo tp̄e Rn̄dēs Jeſus dixit: Cōfiteor tibi pater dn̄e celi ⁊ terrę, q̄a abſcondiſti hęc a ſapientibus ⁊ prudentibus, ⁊ reuelaſti ea paruulis: Et reliq. Homilia ſ. Auguſtini epiſcopi.

VEnite, inq̄t, ad me oēs, q̄ laboratis. Quare eniꝫ oēs laboramus? niſi q̄a ſumus mortales, fragiles, infirmi, lutea vaſa portantes, quę faciunt inuicē anguſtias. Sed ſi anguſtant vaſa carnis, dilatent ſpatia charitatis. Quid ergo dicit, Venite oēs q̄ laboratis, niſi vt nō laboretis? Deniq; p̄miſſio eiꝰ in promptu eſt, q̄m laborātes vocauit. Quęrent forte, qua mercede vocati ſunt. Ego vos, inq̄t, reficiā. Tollite iugū meū ſup̄ vos, ⁊ diſcite a me, non mundū fabricare, nō cūcta viſibilia ⁊ inuiſibilia creare, non in ipſo mundo mirabilia facere, ⁊ mortuos ſuſcitare, ſed q̄m mitis ſum ⁊ humilis corde. ℟. Iſti ſunt q̄ vi. 497. L. viij.

MAgnus eſſe vis? a minimo incipe. Cogitas magnā fabricā conſtruere celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quātā quiſq; vult, ⁊ diſponit ſup̄imponere molem ędificij, quanto erit maius ędificium, tāto altius fodit fundamētum. Et fabrica q̄dē cū cōſtruitur, in ſuprema cōſurgit: qui autem fodit fundamentuꝫ, ad ima deprimitur. Ergo ⁊ fabrica ante celſitudinē humiliat, ⁊ faſtigiū poſt humiliationē erigitur. ℟. Iſti ſunt viri ſancti. 497. L. ix.

Digitized by Google

QVod eſt faſtigiū cōſtruendę fabricę quā molimur? quo peruenturuȝ eſt cacumē ędificij? Cito dico, vſqȝ ad cōſpectuȝ dei. Videtis, quā excelſum eſt, quāta res eſt conſpicere Deuȝ? Qui deſiderat, ꝛ qđ dico, ꝛ qđ audit, intelligit. Promittitur nobis cōſpectus Dei, veri dei, ſummi Dei. Hoc enim bonum eſt videnteȝ videre. Nam q colunt falſos Deos, facile illos vident, ſed eos vident, qui oculos habent, ꝛ non vident, Nobis autē promittitur viſio Dei viuentis, ꝛ videntis. Tu autem.

Si hoc feſtum venerit in Quadrageſima, nona lectio legitur de homilia ferię occurrentis. Ad Laudes, ꝛ alias horas omnia de cōmuni Apoſtolorum.

Die 25. G. 26. A. 27. B. 28. C.

FESTA MARTII.

Offitiū defunctorum extra xl. dr prima die nō impedita: in Quadrag. dr ij. fer. pſal. Gradua. iiij. fer. Pſalmi Penitētia. fer. vj.

die 1. D. 2 E. 3 F. 4 G. 5 A. 6 b.

Die 7. C. S. Thome d Aqno. ꝯf. dup. Ad Mag. Añ. O doctor optime. 520. de cōi ꝯfe. nō. pō. Oro.

DEus, qui eccleſiam tuam beati Thomę confeſſoris tui mira eruditiōe clarificas, ꝛ ſancta operatione fęcundas: da nobis qs, ꝛ quę docuit intellectu conſpicere, ꝛ quę egit imitatione complere. Per dominum noſtrum. Deinde fit cōme. de feria, ſi ſit Quadrag. poſtea cōme. ſanctarum marty. Perpetuę ꝛ Felicitatis. In Veſp. ꝛ Laud. Aña. Iſtarum eſt enim regnum cęlorum, quę contempſerunt vitam mundi, ꝛ peruenerunt ad pręmia regni, ꝛ lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. ℣. Gloria, ꝛ honore coronaſti eas Domine. ℟. Et cōſtituiſti eas ſup opera manuum tuarum. Oratio.

DA nobis, quęſumus dñe, ſanctarum martyruȝ tuarum Perpetuę, ꝛ Felicitatis palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente nō poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per dominum noſtrum Ieſū.

In prima noc. Lcōnes. Sapientiam. vt in cōi doct. 519. Z. iiij.

THomas, Landulpho Comite Aquinate, ꝛ Theodora Neapolitana, nobilibus parentibus, natus, Aquino a Corrado Imperatore vaſtato, quintum annum agens, monachis ſancti Benedicti Caſſinatibus cuſtodiendus traditur. Inde Neapolim ſtudiorū cauſa miſſus, iam adoleſcens fratrum prędicatorum ordineȝ ſuſcepit. Sed matre ac fratribus id indigne ferentibus, Lutetiā Pariſiorum mittitur: queȝ fratres in itinere per vim raptum in arcem caſtri ſancti Iohannis perducunt,

perducũt, vbi varie exagitatus,
vt ſanctum propoſitũ mutaret,
mulierem etiam quę ad labefa/
ctandam eius cõſtantiam intro/
ducta fuerat, titione fugauit.
Mox beatus iuuenis flexis ge/
nibus, ante ſignum crucis orãs,
ibiq; ſomno correptus, ꝑ quietẽ
ſentire viſus eſt, ſibi ab angelis
conſtringi lumbos: quo ex tẽpo/
re omni poſtea libidinis ſenſu ca
ruit: Sororibus, quę, vt eum a
pio conſilio remoueret, in caſtrũ
venerant, perſuaſit, vt contem/
ptis curis ſęcularibus, ad exerci
tationẽ cęleſtis vitę ſe cõferrent.
℟. Iſte eſt qui ante. 520. Lec. v.

Omiſſus e caſtro per fene/
ſtrã, Neapolim reducitur,
inde Romam, poſtea Pariſiũ
a fratre Iohanne Theutonico,
ordinis Prędicatorum Genera
li magiſtro duct⁹, Alberto Ma
gno doctore, philoſophię ac the
ologię operã dedit. Vigintiquin
que annos natus Magiſter eſt
appellatus, publiceq; philoſo/
phos, ac theologos ſumma cum
laude eſt interpretatus. Nunq̃
ſe lectioni aut ſcriptioni dedit, ni
ſi poſt orationem. In difficulta/
tibus locorũ ſacrę ſcripturę, ad
orõnẽ ieiuniũ adhibebat. Quin/
etiam ſodali ſuo fratri Reginal/
do dicere ſolebat: quicquid ſci/
ret, nõ tam ſtudio aut labore ſuo
peperiſſe, quam diuinitus tradi/
tum accepiſſe. Neapoli cum ad
imaginẽ Crucifixi vehemẽtius
oraret, hãc vocẽ audiuit: Bene
ſcripſiſti de me Thoma: quã er
go mercedem accipies? Cui ille:
Non aliã dñe, niſi teipſum. ℟.
Amauit eum dñs. 521. Lec. vj.

Nullum fuit ſcriptorum ge
nus, in quibus nõ eſſet dili
gẽtiſſime verſatus. Collationes
patrũ aſſidue ꝑuolutabat: nec ta
men a prędicatione diuini verbi
deſiſtebat: quod cum faceret per
Octauã Paſchę, in baſilica ſan
cti Petri mulierẽ, quę eius fim/
briã tetigerat, a fluxu ſanguinis
liberauit. Scripta eius, & multi/
tudine, & varietate, & facilitate ex
plicandi res difficiles, adeo ex/
cellunt: vt ob eam cauſam etiã,
nomen Doctoris angelici iure
ſit adeptus. Ab Vrbano quarto
Romam vocatus, adduci nõ po
tuit, vt honores acciperet. Ar/
chiepiſcopatũ Neapolitanũ etiã
deferente Clemẽte quarto Pon
tifice recuſauit. Miſſus a Grego
rio decimo ad cõciliũ Lugdunẽ
ſe in monaſterio Foſſę nouę in
morbũ incidit, vbi ęgrotus Cã/
tica cãticorũ explanauit. Ibidẽ
obijt quinquagenarius, anno ſa
lutis milleſimo ducenteſimo ſe/
ptuageſimo quarto, nonis Mar
tij. Miraculis & viu⁹ & mortu⁹
floruit. A Iohanne vigeſimoſe/
cũdo in ſanctorũ numerũ relat⁹
eſt, anno milleſimo trecẽteſimo
vigeſimo tertio: cui⁹ corpus po/
ſtea Vrbano quinto Summo
Põtifice Toloſam trãſlatũ eſt.
℟. Iſte

Digitized by Google

℟ Iſte homo perfecit. fol. 521.
In iij. noct. Hom. in euange. Vos eſtis ſal terrę. f. 519. de cõi Doct. nona lec. dr de Hom. fer. currentis niſi venerit extra xl.

Die 8. B.

Die 9. E SS. xl. marty. ſemid. Oro.

Preſta, queſumus, omnipotẽs Deus: vt q glorioſos martyres fortes in ſua cõfeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiam⁹. Per dominũ.

In j. noc. lec. De epl'a ad Rom. Fratres, Debitores ſum⁹. 509. de cõi plur. mart. Lect. quarta.

Rege Licinio, & Agricolao prefecto, ad Sebaſten Armenię vrbẽ quadraginta militũ fides in Jeſum Chriſtũ, & fortitudo in cruciatib⁹ pferẽdis enituit. Qui ſepi⁹ in horribilẽ carcerem detruſi, vinculiſq; cõſtricti, cum ipſorũ ora fuiſſent cõtuſa lapidibus, in ſtagnũ gelidiſſimũ coniecti ſunt. Vna autẽ erat omnium oratio. Quadraginta in ſtagnũ ingreſſi ſumus, quadraginta itẽ dñe corona donemur, ne vna qdẽ huic numero deſit. Eſt in honore hic numer⁹, quẽ tu quadraginta dierũ ieiunio decoraſti, per quẽ diuina lex ingreſſa eſt in orbẽ terrarũ. Elias quadraginta dierum ieiunio Deum quęrens, eius viſionem conſecutus eſt. Et hęc quidẽ illorũ erat oratio. ℟. Sancti tui dñe. 510. Lc. v.

Cęteris autẽ cuſtodibus ſomno deditis, ſol⁹ vigilabat ianitor, q & illos orãtes & luce circumfuſos, & ſolutam glaciẽ, & quoſdã e cęlo deſcendentes angelos tanquam a rege miſſos, q coronas triginta nouem militibus diſtribuerent, intuens, ita ſecum loquebatur. Quadraginta hi ſunt, quadrageſimi corona vbi eſt? Quę dũ cogitaret, vnus ex illo numero, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum tepefactum balneũ deſiliens, Sanctos illos ſummo dolore affecit. Verũ Deus illorũ p̃ces irritas eſſe non eſt paſſus: nã rei euentum admiratus ianitor, mox cuſtodibus e ſomno excitatis, detractiſq; ſibi veſtib⁹, ac ſe Chriſtianũ eſſe clara voce pfeſſus, iniecit in ſtagnũ. Poſtridie mane cũ Prefecti ſatellites ianitorẽ quoq; Chrianũ eſſe cognouiſſent, tractis oibus ad litus, bacillis cõminuta eo; crura fregerũt. ℟. Verbera. 510. Lcõ vj.

In eo ſupplicio mortui ſũt oẽs, preter Melitonem, natu minimũ. Quẽ, cum pſens mater eius, fractis cruribus, adhuc viuentem vidiſſet, ſic cohortata eſt: Fili pauliſper ſuſtine, ecce Chriſtus ad ianuã ſtat adiuuãs te. Cum vero reliquorũ corpora plauſtris imponi cerneret, vt in rogum inferrent, ac filiũ ſuũ relinqui, q ſperaret impia turba puerũ ſi vixiſſet, ad idolorũ cultum

tum reuocari poſſe: ipſo in humeros ſublato, ſancta mater vehicula martyrū corporibus onuſta ſtrenue proſequebatur: in cuius amplexu Meliton ſpiritum Deo reddidit, eiuſq; corpus in eundē illū cęterorū martyrū rogū pia mater iniecit: vt q fide ⁊ virtute coniunctiſſimi fuerāt, funeris etiā ſocietate copulati, vna in cęlū peruenirent. Cōbuſtis illis eorū reliquię proiectę in profluentē, cū mirabiliter in vnum confluxiſſent locū, ſalue ⁊ integre reperte, honorifico ſepulcro cōditę ſūt. ℟. Tāq̄ aurū. 511. iij. noct. Homilia in euang. Deſcendens Jeſus de mōte. 513. de communi plurium martyrū.

Die 10. F. Die 11. G.

Die 12. A. S. Gregorij pape ⁊ confeſ. ⁊ Eccleſię doct. dup. Ad magn. Ant. O doctor optime, Eccleſię. 514. de communi confeſſ. pontif. Oratio.



Deus, qui animę famuli tui Gregorij ęternę beatitudinis pręmia contuliſti: concede propitius, vt qui peccatorū noſtrorū pōdere premimur, ei⁹ apud te precibus ſubleuemur. Per do. In j. noc. Lec. Sapientiā omnium. 519. de com. doctor. L. iij.

Gregorius magn⁹ Romanus, Gordiani ſenatoris filius, adoleſcens philoſophię operam dedit, ⁊ prętorio officio functus, patre mortuo, ſex monaſteria in Sicilia ędificauit, Romę ſeptimum ſancti Andreę nomine in ſuis ędibus, prope Baſilicam Sanctorum Johannis ⁊ Pauli ad cliuum Scauri, vbi Hilarione ac Maximiano magiſtris Monachi vitam profeſſus, poſtea Abbas fuit. A Benedicto Pōtifice diaconus Cardinalis creatur: nec multo poſt a Pelagio, Benedicti ſucceſſore Conſtantinopolim ad Tiberium Conſtantinum Imperatorem legatus mittitur: apud quē memorabile etiam illud effecit, quod Eutychium Patriarchā, qui ſcripſerat contra veram, ac tractabilem corporum reſurrectionem, ita conuicit, vt eius librum Imperator in ignem iniiceret. Quare Eutychius paulopoſt cum in morbum incidiſſet, inſtante morte, pellē manus ſuę tenebat multis pręſentibus dicens: Confiteor quia omnes in hac carne reſurgemus. ℟. Inueni Dauid. 515. Lectio quinta.

Romam rediens Pelagio peſtilētia ſublato, ſummo omnium cōſenſu Pontifex eligitur, quem honorem ne acciperet, quandiu potuit recuſauit: nam alieno veſtitu in ſpelunca delituit, vbi deprehenſus indicio igneę columnę ad ſanctum Petrum cōſecratur. In Pontificatu nul-

Digitized by Google

tu multa ſucceſſoribus doctrinę ac ſanctitatis exempla reliquit. Peregrinos quotidie ad mēſaꝫ adhibebat: in quibus, ⁊ angelū ⁊ dominum angelorum peregrini facie accepit. Pauperes ⁊ vrbanos ⁊ externos, quorum numerum deſcriptum habebat, benigne ſuſtentabat. Catholicam fidem, multis locis labefactataꝫ reſtituit: Nam Donatiſtas in Africa, Arianos in Hiſpania repreſſit: Agnoitas Alexandria eiecit: Pallium Syagrio Auguſtudunenſi epiſcopo dare noluit, niſi Neophytos hereticos expelleret ex Gallia: Gothos hereſim Arianā relinquere coegit. Miſſis in Britanniam doctis, ⁊ ſanctis viris, Auguſtino ⁊ alijs Monachis, inſulam ad Ieſu Chriſti fidem conuertit: vere a Beda presbytero, Anglię vocatus Apoſtolus. Iohannis patriarchę Conſtantinopolitani audaciam fregit, qui ſibi vniuerſalis Eccleſię epiſcopi nomē arrogabat: Mauricium Imperatorem eos, qui milites fuiſſent, Monachos fieri prohibenteꝫ, a ſententia deterruit. ℟. Poſui adiutorium. 515. Lectio ſexta.

Eccleſiā ornauit ſāctiſſimis inſtitutis, ⁊ legibus. Apud ſanctum Petruꝫ coacta ſynodo multa cōſtituit: in ijs, vt in Miſſa Kyrie eleiſon nouies repeteretur: vt extra id tēpus, quod cōtinet Septuageſima, ⁊ Paſcha, Halleluiah diceret: vt adderetur in Canone, Dieſqꝫ nr̄os in tua pace diſponas: Litanias, Stationes, Eccleſiaſticū offi̅m auxit. Quatuor cōcilijs, Niceno, Cōſtātinopolitano, Ephesino, Chalcedonēſi, tāquā quatuor euāgelijs honorē haberi voluit: Epiſcopos quinto quoqꝫ anno ſemel Romā venire iuſſit. Multos libros confecit, quos cū dictaret, teſtatur Petr⁹ Diacon⁹, ſe ſpiritū ſanctū in columbę ſpecie in eius capite ſępe vidiſſe. Admirabilia ſunt, q̄ dixit, fecit, ſcripſit, decreuit, pręſertim infirma ſemper ⁊ ęgra valetudine. Qui deniqꝫ multis editis miraculis, pontificat⁹ anno decimo tertio, ac mēſe ſexto, quarto Id⁹ Martij, q dies feſt⁹ a Gręcis etiā propter inſignē hui⁹ pōtificis ſapientiā ac ſanctitatē, p̄cipuo honore celebratur, ad cęleſtem beatitudinem euocatus eſt. Cuius corpus ſepultū eſt in baſilica ſancti Petri prope Secretarium. ℟. Iſte eſt qui ante Deū. 516. Lcōs. euāg. ſꝫ Mattheū. L. vij.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terrę: quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua. ca. 5.

Homilia S. Gregorij Papę.

Conſiderādū nobis eſt fratres chariſſimi, vt q vna eadēqꝫ exhortationis voce nō ſufficit ſimul cūctos admonere, ſtudeat ſingulos in quātū valet inſtruere, priuatis locutionib⁹ ędificare.

ficare. Debemus nanqȝ penſa-re quod a dño ſanctis dicit apo-ſtolis, ꝛ ꝑ apoſtolos nobis, Uos eſtis ſal terrę. Si igitur ſal ſum⁹, cõdire mentes fideliũ debemus. Uos igitur qui paſtores eſtis, pẽ-ſate, qa animalia Dei paſcitis: de quib⁹ ꝑfecto animalib⁹ a Deo per pſalmiſtã dicitur, Animalia tua habitabũt in ea. Et ſępe vi-dem⁹, quod petra ſalis brutis ani-malib⁹ anteponitur: vt ex eadẽ ſalis petra lambere debeãt, ꝛ me-liorari. Quaſi ergo inter bruta animalia petra ſalis debet eſſe ſa-cerdos in populis. Curare nãqȝ ſacerdoti neceſſe eſt quę ſingulis dicat, vnũquemqȝ qualiter mo-neat: vt quiſquis ſacerdoti iun-gitur, quaſi e ſalis tactu ęternę vitę ſapore cõdiatur. ℟. Ama-uit eum. 517. Lectio octaua.

SAl etenim nõ ſum⁹, ſi cor-da audientiũ nõ cõdimus, quod cõdimẽtũ ille proximo ve-raciter impẽdit, qui ꝑdicationis verbum nõ ſubtrahit. Sed tũc alijs vere recta predicam⁹, ſi di-cta rebus ꝛ exẽplis oſtendim⁹. Nullũ autẽ puto, fratres chariſſi-mi, ab alijs maius pręiudicium, quã a ſacerdotib⁹ tolerat Deus: quando eos, quos ad aliorũ cor-reptionẽ poſuit, dare de ſe exem-pla prauitatis cernit: quando ip-ſi peccamus, qui cõpeſcere pec-cata debuimus: nulla animarũ lucra quęrimus, ad noſtra quo-tidie ſtudia vacamus: terrena cõ-cupiſcim⁹, humanã gloriã inten-ta mẽte captamus. Et quia eo ip-ſo quo cęteris pręlati ſumus, ad agẽda quelibet, maiorẽ licentiã habem⁹, ſuſceptę benedictionis miniſterium vertimus ad ambi-tionis argumẽtũ: Dei cauſas re-linquim⁹, ad terrena negocia va-camus: locum ſanctitatis accipi-mus, ꝛ terrenis actib⁹ implica-mur. ℟. Sint lũbi veſtri. 517. Lcõ ix. dr de hom. fer. occurrẽ.

Die 13. B. 14. C. 15. D. 16. E. 17. F. 18. G.

S. Ioſeph cõfeſſ. dup. Orõ. Die 19. A



SAnctiſſi-mę geni-tricis tuę ſpon-ſi, quę ſum⁹ do-mine, meritis adiuuemur: vt quod poſſibili-tas noſtra non obtinet, ei⁹ no-bis interceſſione donet: Qui vi. In j. nocturno. Lectio. Iuſtus ſi morte. 520. de communi con-feſſorum non Pontificum. Ser. s. Bernardi abbatis. Lũ. ij.

QUis ꝛ qualis homo fuerit beatus Ioſeph conijce ex ea appellatione: qua, licet diſpen-ſatoria, meruit honorari a Deo, vt pater Dei dictus ꝛ creditus ſit: conijce ꝛ ex proprio vocabu-lo, quod augmentum non dubi-tes interpretari: ꝛ memento ma-gni illius quondam patriarchę venditi in Aegypto: ꝛ ſcito ip-ſius

ſius iſtum non ſolum vocabulū fuiſſe ſortitum, ſed ⁊ caſtimoniā fuiſſe adeptum, innocentiam aſſecutum ⁊ gratiam. ℞. Iſte eſt qui ante Deum. 520. Lectio v.

SIquidem ille Ioſeph fraterna ex inuidia venditus, ⁊ ductus in Aegyptū, Chriſti vēditionē prefigurauit: Iſte Ioſeph, Herodianā inuidiā fugiēs, Chriſtū in Aegyptū portauit. Ille dño ſuo fidē ſeruās, dñe noluit cōmiſceri: iſte dominā ſuā, dñi ſui matrem, virginem agnoſcens, ⁊ ipſe continens fideliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligētia in myſterijs ſomniorum: iſti datum eſt, conſcium fieri atque participē celeſtiū ſacramentorum. ℞. Amauit. 521. Lec. vj.

ILle frumenta ſeruauit, nō ſibi, ſed omni populo: iſte panem viuum e celo ſeruandū accepit tam ſibi quam toti mundo. Nō eſt dubiū, quin bonus, ⁊ fidelis homo fuerit iſte Ioſeph, cui mater deſpōſata eſt ſaluatoris, Fidelis, inquā, ſeruus, ⁊ prudens, quē conſtituit dñs ſue matris ſolatiū, ſue carnis nutritiū, ſolum deniq; in terris magni cōſilij coadiutorem fideliſſimum. ℞. Iſte homo perfecit. fol. 521. In iij. noct. Homilia in euang. Cum eſſet deſponſata. folio. 83. vt in vigilia Natiuitatis domini.

Die 20. B.

Die C S. Bñdicti ab. dup. oro. Intercesſio. f. 520. de cōi ↄf. nō pōt.

In j. noc. lec. de lib. Eccleſiaſtici. Laudemus viros glorioſos. 517. vt in cōi conf. pont. Lectio iiij.

BEnedictus Nurſie nobili genere ortus, Rome liberalibus diſciplinis erudit⁹, vt totum ſe Ieſu Chriſto daret, ad eum locū qui Sublacus dicitur, in altiſſimā ſpeluncā penetrauit. In qua ſic per triēniū delituit, vt vn⁹ id ſciret Romanus monachus, quo ad vite neceſſitatē miniſtro vtebatur. Dū igitur ei quodam die ardētes ad libidinē faces a diabolo ſubijcerētur, ſe in vepribus tādiu volutauit, dū, lacerato corpore, voluptatis ſenſus dolore opprimeretur. Sed iā erumpente ex illis latebris fama eius ſanctitatis, quidā monachi ſe illi inſtituendos tradiderūt: quorū viuēdi licētia, cū eius obiurgationes ferre non poſſet, venenū in potione dare conſtituunt. Verū poculum ei prebentibus, crucis ſigno vas cōfregit, ac relicto monaſterio, in ſolitudinem ſe recepit. ℞. Iſte eſt q ante. 520. L. v.

SEd cum multi ad eū quotidie diſcipuli cōuenirent, duodeciꝫ monaſteria edificauit, eaq; ſanctiſſimis legibus cōmuniuit. Poſtea Caſſinū migrauit, vbi ſimulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, commīnuit, aram euertit, ⁊ lucos ſuccēdit, ibiq; ſācti Martini ſacellū, ⁊ ſan-

Digitized by Google

ꝛ ſancti Johannis ędiculam ex/
truxit, oppidanos autem, ꝛ inco
las Chriſtianis pceptis imbuit.
Quare augebatur in dies magis
diuina gratia Benedict⁹, vt etiā
prophetico ſpiritu ventura prę/
diceret. Quod vbi accepit Toti/
la Gothorū rex, exploratur⁹ an
re ita eſſet, ſpatharium ſuū regio
ornatu ꝛ comitatu pręmittit: qui
ſe regē ſimularet. Quē vt ille vi
dit, Depone, inquit, fili, depone
quod geris: nam tuum non eſt.
Totilę vero prędixit aduentum
eius in Urbem, maris tranſmiſ/
ſionem, ꝛ poſt decem annos mor
tem. ℟. Amauit. 521. Lec. vi.

Ui aliquot menſibus an/
teq̄ȝ e vita migraret, prę/
monuit diſcipulos quo die eſſet
moriturus: ac ſepulcruȝ, in quo
ſuū corpus cōdi vellet, ſex dieb⁹
anteq̄ȝ eo inferret aperiri iuſſit,
ſextoq̄ȝ die deferri voluit in ec/
cleſiā, vbi ſūpta eucbariſtia, ſub/
latis in cęluȝ oculis, orans inter
manus diſcipulorū efflauit ani/
mam: quā duo monachi euntes
in cęlū viderunt, pallio ornatam
precioſiſſimo, circū eam fulgenti
bus lampadibus: ꝛ clariſſima ꝛ
grauiſſima ſpecie virū ſtantē ſu
pra caput ipſius dicentē audie/
rūt, Hęc eſt via qua dilectus do/
mini Benedictus in cęluȝ aſcen
dit. ℟. Iſte homo perfecit. 521.
Antiq. Ho... Sermo ... euangeliū.
Ecce nos rel. 496. ... 532.

Die 22. D. 23. E. 24. F.

ANNUNCIATIO
B. Marię virg. dupl.

¶ Si hoc feſtū venerit in maio/
ri hebd. vel infra octa. Paſche,
transfert poſt oct. ꝛ in fine Añia/
ruȝ, ℣ſic. ꝛ ℟. additur Halel.
quod fit in omnibus feſtis quę
celebrantur tempore Paſchali.
Ad Veſp. Añia. Miſſus eſt Ga
briel angel⁹. 386. cū rel. de Lau.
Pſal. de Beata virgi. Capłm.



Ecce vir/
go conci/
piet, ꝛ pariet fi
liū, ꝛ vocabit
nomē ei⁹ Em/
manuel: buty
rum ꝛ mel co/
medet, vt ſciat
reprobare ma
lum, ꝛ eligere bonum. Hym.
Aue maris. 540. Aue Maria
gratia plena. ℟. Dñs tecum.
Ad Magnificat. Antiphona.
Spiritus ſanctus in te deſcendet
Maria, ꝛ virtus Altiſſimi obū/
brabit tibi. Oratio

Deus, qui de beatę Marię
virginis vtero, verbum
tuū, angelo nūciāte, carnē ſuſci/
pere voluiſti: pręſta ſupplicibus
tuis: vt qui vere eam genitricem
Dei credimus, ei⁹ apud te inter/
ceſſionib⁹ adiuuemur. Per eū.
Ad Matut. Inui. Aue Maria
gratia plena: Dominus tecum.
Pſal. Uenite. 1. Hym. Quem
terra. 540. Añia. Benedicta tu.
Ps. Domine dominus no. 541.

cũ rel. Aiis pſalis, ⁊ vi in offō
parũo ſ. Aq. i fine Bre. ℟. Spe
cie tua, ⁊ pulchritudine tua. ℟.
Intēde, pſpere pcede, ⁊ regna.
De Iſaia pphēta. Lco prima.
7 ET adiecit dñs loqui ad A
chaz, dicens. Pete tibi ſi
gnũ a dño Deo tuo in pfundũ
Inferni, ſiue in excelſum ſupra.
Et dixit Achaz: Non petam, ⁊
non tentabo dñm. Et dixit: Au
dite ergo domꝰ Dauid. Nunqd
parum vobis eſt, moleſtos eſſe
hominibus: quia moleſti eſtis ⁊
Deo meo. Propter hoc dabit
dñs ipſe vobis ſignũ. Ecce vir
gõ concipiet, ⁊ pariet filium, ⁊
vocabitur nomen eius Emma
nuel. Butyrum ⁊ mel comedet,
vt ſciat reprobare malum, ⁊ eli
gere bonũ. ℟. Miſſus eſt Ga
briel angelus ad Mariã virgi
nem deſponſatam Ioſeph, nun
ciãs ei verbũ, ⁊ expaueſcit vir
go de lumine. Ne timeas Ma
ria, inueniſti gratiã apud dñm.
Ecce cõcipies ⁊ paries, ⁊ vocabi
tur altiſſimi filius. ℣. Dabit ei
dñs Deus ſedem Dauid patris
eius, ⁊ regnabit in domo Iacob
in eternũ. Ecce. Lectio ſecũda.
11 ET egredietur virga de radi
ce Ieſſe, ⁊ flos de radice ei
us aſcendet. Et requieſcet ſuper
eũ ſpũs dñi: ſpũs ſapientie, ⁊ in
tellectus, ſpũs ꝯſilij, ⁊ fortitudi
nis, ſpũs ſcientie, ⁊ pietatis: ⁊ re
plebit eum ſpũs timoris Dñi.
Non ſecundum viſionẽ oculo
rum iudicabit, neq; ſecundum
auditũ auriũ arguet, ſed iudica
bit i iuſtitia pauperes, ⁊ arguet
in equitate pro manſuetis terre,
⁊ percutiet terram virga oris
ſui, ⁊ ſpiritu labiorum ſuorum
interficiet impium. Et erit iuſti
tia cingulum lumborũ eius, ⁊ fi
des cinctorium renum eius. ℟.
Aue Maria gratia plena, dñs
tecũ: Spũs ſanctus ſuperueniet
in te, ⁊ virtus altiſſimi obumbra
bit tibi: quod enim ex te naſce
tur ſanctũ vocabitur filius Dei.
℣. Quomodo fiet iſtud: qm vi
rũ non cognoſco. Et reſpõdens
angelus dixit ei. Spũs. Lectio iij.
LEtabitur deſerta, ⁊ inuia,
⁊ exultabit ſolitudo, ⁊ flo
rebit quaſi liliũ. Germinãs ger
minabit, ⁊ exultabit letabunda
⁊ laudans. Gloria Libani data
eſt ei, decor Carmeli, ⁊ Sarõ. ip
ſi videbunt gloriam domini, ⁊
decorem dei noſtri. Confortate
manus diſſolutas, ⁊ genua de
bilia roborate. Dicite puſillani
mis. Confortamini, ⁊ nolite ti
mere: Ecce Deus veſter vltionẽ
adducet retributionis: deus ipſe
veniet, ⁊ ſaluabit vos. Tũc ape
rientur oculi cecorum, ⁊ aures
ſurdorũ patebunt. Tunc ſaliet
ſicut ceruus claudus: ⁊ aperta
erit lingua mutorum: quia ſciſſe
ſunt in deſerto aque, ⁊ torrẽtes
in ſolitudine. Et que erat arida,
erit in ſtagnum, ⁊ ſitiens in fon
tes aquarũ. ℟. Suſcipe verbũ

virgo Maria, quod tibi a dño p angelum transmissum est: concipies, & paries deũ pariter, & hominẽ. Ut bñdicta dicaris inter oẽs mulieres. ℣. Paries fidẽ filiũ, & virginitatis nõ patieris detrimẽtũ, efficieris grauida, & eris mr̃ semp intacta. Ut. G lo. Ut.

In ij. noct. Aña. Specie tua. Ps. Eructauit. 542. ℣. Adiuuabit eã deus vultu suo. ℟. De' in medio eius nõ cõmouebitur.

Sermo s. Leonis Pape. L. iiij.

Deus oñs, & clemẽs, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia est: statim vt nos diabolica malignitas veneno suo mortificauit inuidie, predestinata renouãdis mortalib' sue pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia pſignauit, denũciãs serpenti futurũ semen mulieris, quod noxij capitis elationẽ sua virtute cõtereret, Christuʒ scilicet in carne venturuʒ, Deũ hominemqʒ signans, q natus ex virgine, violatorẽ humane pgeniis incorrupta natiuitate dãnaret. ℟. Ecce virgo pcipiet, & pariet filiuʒ, dicit dñs. Et vocabitur nomen eius admirabilis, deus fortis. ℣. Sup soliũ Dauid, & super regnum eius sedebit in eternuʒ. Et. Lectio v.

Nam qr gloriabatur diabolus, sua fraude deceptum hominẽ diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatuʒ, durã mortis subijsse sentẽtiã, seqʒ in malis suis quoddaʒ de puaricatoris consortio inuenisse solatiũ: Deuʒ quoqʒ iuste seueritatis exigente ratione, erga hoiem quem in tãto honore pdiderat, antiquã mutasse sentẽtiam: Opus fuit, dilectissimi, secreti dispẽsatione pſilij, vt incõmutabilis Deus, cuius volũtas nõ potest sua benignitate priuari, primã pietatis sue dispositionẽ sacramẽto occultiore cõpleret: & homo diabolice iniquitatis versutia actus in culpam, cõtra dei propositum nõ periret. ℟. Egredief virga de radice Jesse: & flos de radice eius ascẽdet. Et erit iustitia cingulũ lumborũ eius: & fides cinctorium renum eius. ℣. Et requiescet super eũ spiritus domini, spiritus sapientie, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis. Et. Lectio vj.

Aduenientibus ergo tẽporibus, dilectissimi, q redẽptioni hoium fuerãt prestituta, ingreditur hec infirma Jesus Chrs, dñs noster, de celesti sede descẽdens, & a paterna gloria nõ recedẽs, nouo ordine, noua natiuitate generatus: nouo ordine quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incõprehensibilis, voluit cõprehẽdi: ante tẽpora manens, esse cepit ex tpe: vniuersitatis dñs seruilẽ formaʒ obũbrata maiestatis sue dignitate suscepit: impassibilis deus nõ

dedignatus

Digitized by Google

dedignatus est homo esse paſſibilis, & immortalis mortis legibus ſubiacere. ℟. Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam neſcio: Quia quem cęli capere non poterant, tuo gremio contuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia. G lo. Quia. In iij. noc. Añ. Gaude Maria virgo. ps. Cãtate. 542. Añ. Dignare me laudare te. Añã. Angelus dñi nũciauit Marię, & cõcepit de Spũ ſancto. ℣. Elegit eã Deus, & pręelegit eam. ℟. In tabernaculo ſuo habitare fecit eam. Homilia in euangeliũ. Miſſus eſt. 78. q habet i fer. iiij. Quatuor temporũ de Aduẽtu. vij. ℟. Congratulamini mihi oẽs qui diligitis dñm, qz cũ eſſem paruula placui altiſſimo: Et de meis viſceribus genui Deum & hominẽ. ℣. Beatam me dicent oẽs generationes, quia ancillam humilem reſpexit Deus. Et de. viij. ℟. Gaude Maria virgo, cũctas hęreſes ſola interemiſti: q Gabrielis archangeli dictis credidiſti. Dũ virgo Deũ, & hoiem genuiſti, & poſt partũ virgo inuiolata pmãſiſti. ℣. Beata es q credidiſti, qz pfecta ſunt ea quę dicta ſunt tibi a dño. Dũm vir. Ad Laudes, & per horas. Añ.

Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginẽ deſponſatam Ioſeph. ps. Dñs regnauit. 8. cum rel. Añã. Aue Maria gratia plena, dñs tecum: bñdicta tu in mulieribus. Añ. Ne timeas Maria, inueniſti gratiam apud dñm: ecce concipiẽs, & paries filium. Añã. Dabit ei dñs ſedem Dauid patris eius, & regnabit in ęternum. Añã. Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundũ verbũ tuũ. Cap. Ecce virgo cõcipiet. Hym. O glorioſa domina. 544. ℣. Aue Maria gratia plena. ℟. Dominus tecum. Ad Bñs. Añã. Quomodo fiet iſtud angele Dei: qm virũ nõ cognoſco. Audi Maria virgo: Spũs ſctũs ſupueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ad iij. Cap. Ecce virgo cõcipiet ſu. ℟. b. Specie tua. 526. & Adiuuabit eam. de cõmuni vir. Ad Sextam. Capitulum.

Dabit illi dñs Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternũ, & regni eius nõ erit finis. ℟. bre. Adiuuabit. 526. & Elegit. Luc. 1

Ad Nonam. Capitulum.

Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. ℟. br. Elegit eam. 526. & Diffuſa eſt gratia. In ij. veſp. alia oia vt in j. veſp. Ad Mag. Añã. Gabriel angelus locutus eſt Marię dicens: Aue gratia plena Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Iſa. 11.

Die 26. A. 27. B. 28. C. 29. D. 30. E. 31. F.

FESTA APRILIS.

C[illegible] Dominic. non [illegible] Fest.

Die 1. G. a A. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

¶ S. Leonis pp. & con. ſemid.

Die 11. L. Exaudi qs. 514. [illegible]

In i. noct. de Script. [illegible] B. Petri

apl. Petrus Apoſtolus. 216.

In ii. noct. a v. poſt Paſcha. L. iiij.

Leo primus Etruſcus eo tẽpore præfuit eccleſiæ, cũ rex Hunnorũ Attila, cognomẽto Flagellum Dei, Italiã inuadens, Aquileiam triennij obſidione captam diripuit & incendit: vnde cum Romam ardenti furore raperetur, iamq; copias, vbi Mincius in Padũ influit, traijcere pararet, occurrit ei Leo malorũ Italiæ impendentium miſericordia permotus: cuius diuina eloquentia perſuaſum eſt Attilæ vt regrederet. Qui interrogatus a ſuis, quid eſſet quod præter conſuetudinem, tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret, reſpondit, ſe aſtantem quendam alium illo loquente, ſacerdotali habitu, verum eſſe, ſibi ſtricto gladio minitantẽ mortẽ, niſi Leoni obtemperaret. Quare in Pannoniam reuerſus eſt. ℟. Inueni Dauid. 515. L. v.

Leo autem Romæ ſingulari omniũ lætitia exceptus, paulo poſt inuadenti vrbẽ Genſerico, eadem eloquẽtiæ vi, & ſanctitatis opinione pſuaſit, vt ab incendio, ignominijs, & cædibus abſtineret. Sed cũ eccleſiam multis hereſibus oppugnari, maximeq; a Neſtorianis, & Eutychianis exagitari videret, totum ſe ad eam purgandam, & in fide catholica confirmandã contulit. Quare conciliũ Chalcedonenſe indixit, vbi ſexcẽtis triginta coactis epiſcopis, Neſtorius, Eutychesq; condemnati ſunt, & Dioſcori fracta ſuperbia: eiuſque concilij decreta ſua auctoritate confirmauit. ℟. Poſui adiutorium. 515. Lectio vj.

His actis ſanctus Pontifex ſe ad reficiẽdas, & ędificandas eccleſias conuertit. Cuius ſuaſu Demetria, pia fœmina, ſancti Stephani Eccleſiã cõſtruxit in ſuo fundo, via Latina, tertio ab vrbe milliario: ipſe via Appia ſub noĩe ſcti Cornelij alterã cõdidit. Multas prętereã & ſacras ędes, & ſacra earũ vaſa reſtituit. In tribus baſilicis, Petri, Pauli, & Cõſtantiniana, cameras extruxit. Aedificauit monaſteriũ vicinũ baſilicę ſancti Petri: ſepulcris apoſtolorum cuſtodes adhibuit, quos cubicularios appellauit. Statuit, vt in actiõe myſterij diceret, Sanctũ ſacrificium, immaculatã hoſtiã. Sanxit ne monacha benedictũ capitis velamen reciperet, niſi quadraginta annorũ virginitatem probaſſet. His & alijs pręclare geſtis, cũ multa ſãcte & luculẽter ſcripſiſſet,

ſet, tertio Idus Aprilis obdor/
mivit in dño: ſedit in pôtificatu
annos vigintiunũ, menſes vnũ,
dies tredecim. ℟. Iſte ẽ q an. 516
Lcõ s. euãg. ſm Mattheũ. l. vij.
I.16. IN illo tẽpore: Venit Jeſus
in partes Ceſareę Philip/
pi, ꝛ interrogabat diſcipulos ſu/
os dicẽs. Quem dicũt homines
eſſe filium hominis? Et reliqua.
Homilia Sãcti Leonis Papę.
CVm, ſicut euãgelica lectio/
ne reſeratũ eſt, interrogaſ/
ſet dñs diſcipulos, quem ipſum
multis diuerſa opinãtibus, cre/
derent: reſpondiſſetque beatus
Petrus dicens: Tu es Chriſtus
filius Dei viui: Dñs ait: Beatus
es Simon Bariona, quia caro,
ꝛ ſanguis non reuelauit tibi, ſed
pater meus, q in cęlis eſt: ꝛ ego
dico tibi, qꝛ tu es Petrus, ꝛ ſup
hanc petram ędificabo eccleſiã
meã, ꝛ portę inferi non pręuale/
bunt aduerſus eam: ꝛ tibi dabo
claues regni cęlorũ: ꝛ quodcũ/
qꝫ ligaueris ſuper terram, erit li/
gatũ ꝛ in cęlis: ꝛ quodcunqꝫ
ſolueris ſup terram, erit ſolutũ ꝛ
in cęlis. Manet ergo expoſitio
veritatis, ꝛ beatus Petrus in ac/
cepta petrę fortitudine pſeuerãs
ſuſcepta Eccłię gubernacula nõ
reliquit. ℟. Amauit. 517. l. viij.
IN vniuerſa namqꝫ eccleſia
tu es Chriſtus filius Dei
viui; quotidie Petrus dicit: ꝛ
ois lingua, quę confitetur domi
num, magiſterio huius vocis im/
buit. Hęc fides diabolũ vincit,
ꝛ captiuorum eius vincula diſ/
ſoluit. Hęc erutos mũdo inſerit
cęlo: ꝛ portę inferi aduerſus eã
pręualere non poſſunt. Tanta
enim diuinitus ſoliditate muni/
ta eſt, vt eam neque hęretica vn/
quam corrumpere prauitas, nec
pagana potuerit ſuperare perfi/
dia. His itaque modis dilectiſſi/
mi, rationabili obſequio celebra/
tur hodierna feſtiuitas: vt in per/
ſona humilitatis meę ille intelli/
gatur, ille honoret, in quo ꝛ om/
nium paſtorum ſolicitudo cum
commendatarũ ſibi ouium cu/
ſtodia perſeuerat, ꝛ cuius etiã di/
gnitas in indigno hęrede nõ de/
ficit. ℟. Sint lũbi. 517. L. ix.
CVm ergo cohortationes
noſtras auribus veſtrę ſan
ctitatis adhibemus, ipſum vo/
bis cuius vice fungimur, loqui
credite: quia ꝛ illius vos affectu
monemus, ꝛ nõ aliud vobis, quã
qđ docuit, pdicamus: obſecran/
tes, vt ſuccincti lũbos mẽtis ve/
ſtrę, caſtã ꝛ ſobriã vitã in timo/
re Dei ducatis. Corona mea, ſi/
cut aplus ait, ꝛ gaudiũ vos eſtis:
ſi fides veſtra, q̃ ab initio euangę/
lij, ꝛ in vniuerſo mũdo pręd ica/
ta eſt, in dilectione ꝛ ſanctitate
permãſerit. Nã licet oẽm Eccle/
ſiã, quę in toto eſt orbe terrarũ,
cũctis oporteat florere virtuti/
bus, vos tamen pręcipue inter
cęteros populos decet meritis
pietatis excellere, quos in ipſa

Digitized by Google

apoſtolicę petrę arce fundatos, dñs noſter Jeſus Chriſtus cũ omnibus redemit, ⁊ beatus apoſtolus Petrus prę oībus erudiuit.

Die 12. B. Die 13. C

Die 14. F ℂ Sanctorũ martyrũ Tiburtij, Valeriani, ⁊ Maximi. Orõ.

PReſta, quęſumus omnipotens Deus: vt q ſanctorum martyrũ tuorũ Tiburtij, Valeriani, ⁊ Maximi ſolennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dominũ. Lectio ij.

VAlerianus Romanus, nobili genere ortus, Marco Aurelio Antonino Imperatore, hortatu beatę Cecilię virginis ⁊ martyris quã ſibi pari nobilitate vxorẽ deſponderat, vna cũ Tiburtio fratre a ſancto Vrbano Papa baptizatur. Quos vbi prefectus vrbis Almachius Chriſtianos eſſe cognouit, ⁊ patrimonio pauperibus diſtributo Chriſtianorum corpora ſepelire, accerſitos grauiter reprehendit, atque vbi Chriſtum Deum conſtanter confitentes, deos autem dęmoniorũ inania ſimulacra prędicantes videt, virgis cędi iubet. Lectio tertia.

SEd cum verberibus cogi nõ poſſent, vt Jouis ſimulacrũ venerarentur, immo fortes in fidei veritate permanerent: ad quartũ ab vrbe lapidẽ ſecuri feriuntur. Quorũ virtutem admiratus Maximianus prefecti cubicularius: qui eos ad ſupplicium perduxerat, Chriſtianũ ſe eſſe profeſſus eſt, cum multis preterea prefecti miniſtris: qui paulo poſt plũbatis contuſi omnes ex diaboli miniſtris Chriſti domini martyres euaſerunt.

COMMVME SANCTORVM.

tempore Paſchali habetur cũ communi alterius temporis ante commune martyrum. 506.

Die 15. G. Die 16. A.

ℂ Sãcti Aniceti Papę ⁊ mar tyr. Oratio. Deus qui nos. 501. de communi mart. pont. L. iij. Di 17

ANicetus Syrus, Imperatoribus Vero ⁊ Marco pręfuit eccleſię. Decreuit ne clerici comã nutrirent. Quinquies menſe Decembri ordinauit epiſcopos nouem, presbyteros decem ⁊ ſeptẽ, diaconos quatuor. Vixit in Pontificatu annos vndecim, mẽſes quatuor. Propter Chriſti fidẽ martyrio coronatus, ſepultus eſt via Appia in cęmeterio, quod poſtea Calliſti appellatum eſt, decimo quinto Calendas Maias.

Die 18. C. 19. D. 20. E. 21. F.

ℂ SS. martyrũ, ⁊ Pontificũ Sotheris, ⁊ Cay. ſemidu. Orõ. Di 22.

BEatorum martyrũ pariterq; Pontificũ Sotheris, ⁊ Caij nos, quęſumus domine, feſta tueãtur: ⁊ eorum commendet oratio veneranda.

neranda. Per do. Lectio iiij.
Sother Fūdis in Campania natus, sanciuit ne sacrę virgines vasa sacra & pallas attingerent, neue turis ministerio in Ecclesia uterentur. Idem statuit, vt Chri corpus in cęna dñi sumeretur ab omnibus, ijs exceptis, qui ꝓpter graue peccatū id facere prohiberentur. Sedit in Pontificatu annos nouem, & menses tres: martyrio coronatur, & in cęmeterio, quod postea Callisti dictū est sepelitur, more maiorū mense Decembri, creatis episcopis vndecim, presbyteris decē & octo, diaconis nouem.
℞. Lux perpetua. 506. Le. v.
Caius Dalmata ex genere Diocletiani Imperatoris, instituit: vt his ordinū & honorū gradibus in ecclesia ad episcopatum ascenderetur, Ostiarij, Lectoris, Exorcistę, Acoluthi, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri. Hic Diocletiani crudelitatē in Christianos fugiens, aliquādiu in spelunca delituit: verum octo post annis vna cū Gabino fratre martyrij coronam consecutus est, cū vixisset annos vndecim, mēses quatuor, dies duodecim, creatis episcopis quinqꝫ, presbyteris vigintiquinqꝫ, diaconis octo. Sepultus est in cęmeterio Callisti decimo calēdas Maij. ℞. In seruis, fol. 506.
Lectio vj. Sermo S. Ambrosij.
Dignū & cōgr. 506. vt in ij. noc.

℞. Filię Jerusalem. folio 506.
In iij. noct. hom. in euangelio.
Ego sum vitis vera, & pater. 552.
de cōi marty. tēpore Paschali.

¶ S. Georgij mart. semi. Orō. Die 23. A

DEus, qui nos beati Georgij martyris tui meritis & intercessione lętificas: concede propitius: vt, qui tua per eū beneficia poscimus dono tuę gratię consequamur. Per dominum nostrum.
In ij. noc. Lectio. Dignū & congre. 506. Et in iij. noctur. Homilia in Euange. Ego sum vitis, & vos palmites. 508. de cōmuni martyrum tempore Paschali.

Die 24. B.

¶ S. Marci euāg. dup. Oia de cōi Apostolorū tpe Paschali, p̄ter ea, quę hic assignantur. Orō. Die 25. C



DEus, qui beatum Marcum euāgelistam tuum euangelicę predicationis gratia sublimasti: tribue, quęsumus, eius nos semper & eruditione proficere, & oratione defendi. Per dominū.
In j. noct. Lectiones Ezechielis.
Et factum est. 329. q̄ hīt iii. Dñica j. Nouēb. in Offō de tpe. 329.
℞. j. Beat⁹ vir, q̄ meruit. 500.
℞. ij. Tristitia vřa, hal. cō. 500.
℞. iij. Preciosa in consp. 500.

Digitized by Google

Ex libro Sancti Hieronymi
presbyteri de ſcriptoribus ec/
cleſiaſticis. c. ix. Lectio quarta.

Marcus diſcipulus ꝛ in/
terpres Petri, iuxta qđ
Petrum referentem audierat: ro
gatus Romę a fratribus breue
ſcripſit euangeliũ. Quod cum
Petrus audiſſet, pbbauit, ꝛ ec/
cleſię legẽdũ ſua auctoritate edi
dit. Aſſumpto itaqꝫ euangelio,
quod ipſe cõfecerat: perrexit in
Aegyptũ, ꝛ primus Alexãdrię
Chriſtum annũcians, cõſtituit
Eccleſiam tanta doctrina ꝛ vitę
continentia: vt omnes ſectatores
Chriſti ad exemplũ ſui cogeret.
℟. Lux perpetua. 500. Le. v.

Denique Philo diſertiſſi/
mus Iudęoꝝ vidẽs Ale/
xãdrię primã Eccleſiam adhuc
Iudaizantem, quaſi in laudem
gentis ſuę librum ſuper eorum
conuerſatione ſcripſit. Et quo/
modo Lucas narrat Ieroſoly/
mę credentes omnia habuiſſe
communia, ſic ꝛ ille quod Ale/
xandrię ſub Marco fieri docto/
re cernebat, memorię tradidit.
Mortuus eſt autem octauo
Neronis anno, ꝛ ſepultus Ale/
xandrię ſuccedente ſibi Ania/
no. ℟. Virtute magna. 500.
Lectio vi. Ecce quatuor aĩalia.
f. 498. ℟. Iſti ſunt agni. 500.
Et in iii. noct. Homilia in cuã,
Deſignauit dominus. fol. 499.
de cõi Euãg. Poſt lau. dicit Li/
tanię cũ ſuis precib⁹ ꝛ orõib⁹.

SS. Cleti, ꝛ Marcellini pon/ D
tificum, ꝛ martyr. ſemiduп. Oro. 26.

Beatorum martyrũ
pariterque pontifi/
cum Cleti, ꝛ Mar/
cellini nos domine
foueat precioſa cõ/
feſſio, ꝛ pia iugiter interceſſio
tueatur. Per dominum. L. iiii.

Cletus Roman⁹ pře Aemi/
liano de regione Vicopa/
tricii, Imperatoribus Veſpaſia/
no ꝛ Tito, Eccleſiam guberna/
uit. Is ex pcepto principis Apo
ſtolorum, in Vrbe vigintiquin/
qꝫ presbyteros ordinauit. Pri/
mus in literis verbis illis vſus
eſt: Salutem, ꝛ Apoſtolicã be/
nedictionem. Qui Eccleſia opti
me conſtituta: cum ei prefuiſſet
annos duodecim, menſem vnũ,
dies vndecim, Domitiano Im/
peratore, ſecunda poſt Neronẽ
perſecutione, martyrio corona/
tus eſt, ꝛ in Vaticano iuxta cor/
pus beati Petri ſepultus. Ceſ/
ſauit tunc epiſcopatus dies vi/
ginti. ℟. Lux ppetua. 506. L. v.

Marcellinus Romanus, in
immani illa Diocliciani
Imperatoris perſecutione per/
territus, deorum ſimulacris tus
adhibuit: cuius peccati mox eũ
tãtopere penituit: vt Sinueſſã
ad conciliũ centũ octoginta epi/
ſcoporũ venerit cilicio indutus:
vbi lacrymis profuſis, ſcelus ſuũ
palam confeſſus eſt. Quẽ tamen
dãnare auſus eſt nemo, ſed oẽs
vno

vna voce clamarūt, Tuo te ore, non noſtro iudicio iudica. Nã prima ſedes a nemine iudicatur. Petrū quoqꝫ ꝑpter eandē animi infirmitatē deliqſſe, ꝛ a deo ſimilibus lacrymis veniã impetraſſe. ℟. In ſeruis. 506. L. vj.

Marcellinus Romã reuerſus Diocletianū adit, grauiter eum accuſans, quod ſe ad tantam impietatem impuliſſet. Quamobrem ille Marcellinū vna cū tribus alijs Chriſtianis Claudio, Cyrino, ꝛ Antonino capite plecti iubet. Quorū proiecta corpora cum triginta ſex dies iuſſu Imperatoris ſepultura caruiſſent: beatus Marcellus a ſancto Petro in ſomnis admonitus, pſbyteris ꝛ diaconis, hymnis ac luminibus adhibitis, honorifice ſepeliēda curauit in cęmeterio Priſcillę via Salaria. Rexit Eccleſiã annos nouē, mēſes duos, dies vigintiſex. Quo tēpore fecit ordinationes duas mēſe Decēbri, qbus creauit pſbyteros quatuor, ep̄os ꝑ diuerſa loca qnqꝫ. ℟. Filię Jeruſalē. 506. In iij. noct. Hom. ſuper euãge. Ego ſū vitis ꝛ vos palmi. 508. De cōi marty. tēpore Paſchali.

Die 27. E

Sancti Vitalis mart. Orõ.

Præſta quęſumus omnipotēs Deus: vt q beati Vitalis martyris tui natalitia colimus, interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per dñm. L. iij.

Vitalis miles, ſanctorū Geruaſij ꝛ Protbaſij pr̄, vna cū Paulino iudice Rauennam ingreſſus, cū vidiſſet Vrſicinū medicū ob Chriſtianę fidei confeſſionem ductū ad ſupplicium, paululū in tormētis titubare, exclamauit: Vrſicine medice, qui alios curare ſolitus es, caue ne te mortis ęternę iaculo cōficias. Qua voce ꝯfirmatus Vrſicinus, martyriū fortiter ſubiuit. Quare Paulinus incēſus, Vitalē cōprehendi iubet, ꝛ equuleo tortū atqꝫ in profundam foueam demerſum lapidibus obrui. Quo facto quidã Apollinis ſacerdos q Paulinū in Vitalē incitarat, oppreſſus a dęmone, clamare cępit: Tu me nimiū Vitalis Chriſti martyr incendis: ꝛ illo ęſtu iactatus, ſe pręcipitauit in flumē.

Die 28. F

Die 29. G. Die 30. A.

FESTA MAII.

Die 1. B

¶ Sãctorū Apłorū Philippi, ꝛ Jacobi dup. Oia de cōi Apoſtolorū tpe Paſch. exceptis his, q hic ſunt ꝓpria. Ad Veſ. Añ. Dñe oſtēde. 390. cū reł. de laud. ps. Dixit d. 52. cū reł. ui fi. Laudate dñm oēs gentes. 54. Cap. Stabūt iuſti. 499. Hy. Triſtes erant. fo. 499. ℣. Sãcti ꝛ iuſti. Ad Mag. Añ. Nō turbet cor veſtrum, neqꝫ formidet: creditis in Deum: ꝛ in me credite, in domo patris mei manſiones multę ſunt, halleluiah, halleluiah. Orõ.

Deus, q nos annua apoſtoloꝝ tuorum Philippi, ⁊ Jacobi ſolennitate lętificas, pręſta quęſumus: vt quorũ gaudemus meritis inſtruamur exemplis. Per dominum noſtrũ Jeſum Chri.

In .iij. noct. ſi tunc temporis non legitur de epiſtolis beati Jacobi, ponitur initium eius epiſtolę pro primis tribus lec. vt in iiij. dñica poſt Paſcha. ℞. Si autẽ legatur, ponatur de ea qđ eo die contingit. Lectio quarta.

Philippus Bethſaidę natus vnus ex duodecim apoſtolis fuit, qui primum a Chriſto dño vocati ſunt: a quo cum accepiſſet Nathanael veniſſe Meſſiam in lege promiſſum, ad dñm deductus eſt. Quam vero Chriſtus eũ familiariter adhiberet, illud facile declarat quod gentiles Saluatorem videre cupientes ad Philippũ acceſſerunt: ⁊ dñs cum in ſolitudine hominũ multitudinem paſcere vellet, ſic Philippum affatus eſt: Unde ememus panes, vt manducent hi? Is, accepto ſpiritu ſancto, cũ ei Scythia ad prędicandũ euangelium obtigiſſet, oẽm fere illã gentẽ ad Chriſtianam fidem cõuertit. Poſtremo cum Hierapolim Phrygię veniſſet, pro Chriſti nomine cruci affixus, lapidibuſque obrutus eſt Calendis Maij. Eius corpus ibidẽ a Chriſtianis ſepultũ, poſtea Romam delatũ, in eccleſia duodecim apoſtolorũ vna cum corpore beati Jacobi apoſtoli conditum eſt. ℞. Lux perpet. ſoo. Lec. v.

Jacobus, frater dñi: cognomento Juſtus, ab ineunte ętate vinũ ⁊ ſiceram non bibit, carne abſtinuit, nunquã tonſus eſt, nec vnguento, nec balneo vſus. Huic vni licebat ingredi in Sancta ſanctorũ: idem lineis veſtibus vtebatur: cui etiam aſſiduitas orandi ita callũ genibus obduxerat, vt duritie, cameli pellem imitaretur. Eũ poſt Chriſti aſcenſionem apoſtoli Jeroſolymorũ epiſcopum creauerunt: ad quem etiã princeps apoſtolorum miſit, qui nunciaret ſe e carcere ab angelo eductum fuiſſe. Cum autem in Concilio Jeroſolymis controuerſia eſſet orta de lege ⁊ circũciſione: Jacobus Petri ſententiã ſecutus, ad fratres habuit concionem: in qua vocationem gentiũ probauit: fratribuſq; abſentibus ſcribendũ eſſe dixit, ne gẽtibus iugũ Moſaicę legis imponerent. De quo ⁊ loquitur Apoſtolus ad Galatas: Alium autẽ apoſtolorũ vidi neminẽ, niſi Jacobũ fratrẽ dñi. ℞. Uirtute magna. ſoo. L. vi.

Tanta autẽ erat Jacobi vitę ſanctitas, vt fimbriã veſtimenti eius certatim homines cuperent attingere. Nã is ſexaginta ſex annos natus, cum triginta

ginta

Digitized by Google

ginta annos illi eccleſię ſanctiſſime pręfuiſſet, Chriſtũ dei filium conſtantiſſime prędicans, lapidibus primum appetitur, mox in altiſſimum tēpli locũ adductus, inde pręcipitatus eſt. Qui confractis cruribus, iacens ſemiuiuus, manus tēdebat ad cęlum, deumqꝫ pro illoꝝ ſalute deprecabatur his verbis: Ignoſce eis dñe, quia neſciũt quid faciunt. Qua in oratione, grauiter eius capite fullonis fuſte percuſſo animā Deo reddidit ſeptimo Neronis anno, ⁊ iuxta templũ vbi pręcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Unam ſcripſit epiſtolam, quę de ſeptem catholicis eſt. ℟. Iſti ſunt agni nouelli. fol. 500.

Lcō S. euāg. ſcđm Iohā. L. vij.

14 In illo tēpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nō turbetur coꝛ veſtrum, neqꝫ formidet. Creditis in Deum, ⁊ in me credite. In domo patris mei māſiones multę ſunt. Et reliqua.

Homilia Sācti Auguſtini epī.

Erigenda eſt nobis fratres ad Deũ maioꝛ intentio, vt verba ſancti euāgelij, quę modo in noſtris auribus ſonuerũt, etiam mēte capere vtcunqꝫ poſſimus. Ait eniʒ dñs Ieſus: Nō turbetur coꝛ veſtrũ: creditis in Deũ: ⁊ in me credite. Ne mortē tanquam homines timerent, ⁊ ideo turbarentur, cōſolatur eos, etiā ſe Deũ eſſe conteſtans. Creditis, inquit, in deũ, ⁊ in me credite. Conſequens eſt enim, vt, ſi in Deũ creditis, ⁊ in me credere debeatis: quod non eſſet conſequēs, ſi Chriſtus non eſſet deus. ℟. Ego ſum vitis. 500. L. viij.

Creditis in Deũ, ⁊ in eum credite, cui natura eſt, nō rapina, eſſe ęqualē Deo: ſemetipſum enim exinaniuit, non tamen formam Dei amittens, ſed formam ſerui accipiens. Mortē metuitis huic formę ſerui: non turbetur coꝛ veſtrum: ſuſcitabit illam forma Dei. Sed quid eſt, quod ſequitur? In domo patris mei manſiones multę ſunt: niſi quia ⁊ ſibi metuebant, vnde audire debuerũt, Nō turbetur coꝛ veſtrũ. Quis enim eoꝝ nō metueret, cum Petro dictum eſſet, fidentioꝛi, atqꝫ promptioꝛi, Non cantabit gallus, donec ter me abneges. ℟. Cādidi. 500. L. ix.

Tanqꝫ ergo eſſent ab illo perituri, merito turbabantur: ſed cũ audiunt, In domo patris mei māſiones multę ſunt: ſi quominus, dixiſſem vobis, quia vado vobis parare locũ: a perturbatiōe recreantur, certi ac fidētes, etiā poſt pericula tentationũ ſe apud Deũ cũ Chriſto eſſe manſuros: quia etſi alius eſt alio foꝛtioꝛ, alius alio ſapiētioꝛ, alius alio iuſtioꝛ, alius alio ſanctioꝛ: in domo patris mei manſiones multę ſunt: nullus eoꝝ alienabitur ab illa domo, vbi manſionē pro ſuo quiſqꝫ accepturus eſt merito.

Ad Laudes et per horas. Añ.

Domine oſtende nobis pa‑trem, ⁊ ſufficit nobis, hal. Ps. Dñs regnauit. cum reliq. Añ.

Philippe qui videt me, videt ⁊ patrẽ meũ, hal. Añ. Tanto tẽpoꝛe vobiſcum ſum, ⁊ nõ cognouiſtis me? Philippe, qui videt me, videt ⁊ patrem meum, hal. Añ. Si cognouiſſetis me, ⁊ patrem meũ vtiq; cognouiſſetis; ⁊ amodo cognoſcetis eũ, ⁊ vidiſtis eũ, hal. hal. hal. Añ. Si diligitis me, mãdata mea ſeruate, hal. hal. hal. Cap. Stabunt iuſti 499. Hym. Claro paſchi. 500 V. Precioſa. Ad Bñs. Añ. Ego ſum via, veritas, ⁊ vita: nemo venit ad pr̃ez, niſi p me, hal. Ad vn. Añ. Dñe oſtẽde nobis. [illegible] 497. R̃. Triſtes erãt apoſtoli. 499. V. Precioſa in conſpectu domini, halah. R̃. Mors ſanctorũ eius, halah. Ad Mag. Añ. Si manſeritis in me, ⁊ verba mea in vobis mãſerint, quodcũq; petieritis fiet vobis, hala. hal. hal.

Die [illegible] Athanaſii epi. ⁊ 2. Cõfeſſoris, dup. Ad Mag. Añ. O doctor optime, Eccleſie, 514. Oro. Exaudi queſumus. 514. De cõ confeſſoris pontif. Lectio iii.

Athanaſius Alexãdrinus catholice religionis propugnatoꝛ acerrimus, ab Alexandro epiſcopo Alexãdrino preſbyter factus eſt: in cuius locũ ſucceſſit, quem etiã ante diaconus ſecutus fuerat ad Nicenũ conciliũ: vbi cũ Arij impietatẽ repreſſiſſet, tãtũ odiũ Arianorũ ſuſcepit, vt ex eo tẽpoꝛe ei inſidias moliri nunq̃ deſtiterint. Nã coacto ad Tyrũ concilio, magna ex parte Arianorum epiſcopoꝝ ſubornatam muliercu‑lam, q̃ accuſaret Athanaſium, quod hoſpitio acceptus ſibi ſtuprum per vim intuliſſet. Introductus igitur eſt Athanaſius, ⁊ vna cum eo Timotheus preſbyter: qui ſimulans ſe eſſe Athanaſiũ, Ego ne, inquit, mulier apud te ſum diuerſatus, ⁊ ego te violaui? Cui illa petulanter ⁊ Tu mihi vim attuliſti: idq; iureiurãdo affirmãs, iudicum fidem obteſtabatur: vt tantũ flagitiũ vindicarent. Qua cognita fraude, reiecta eſt mulieris impudẽtia. R̃. Inueni Dauid. 515. 1. v.

Verũ cũ Arſenius, Athanaſij lectoꝛ, metu moꝛtis apud Arianũ quẽdã lateret, ecce aduerſarij, manum moꝛtui deferunt in iudicium ab Athanaſio ad vſum magice artis Arſenio amputatam criminãtes. At Arſenius nocte aufugiens, cũ ſe in cõſpectu totius cõcilij ſtatuiſſet, Athanaſij inimicoꝝ impudẽtiſſimũ ſcelus aperuit. Qd̃ illi nihilominus magicis artibus Athanaſij tribuẽtes, vite eius inſidiari nõ deſiſtebãt. Quãobrẽ illoꝝ

Digitized by Google

e Imperatoris Conſtãtij Aria/
norum fautoris irę cedens, cum
magnã partem orbis terrę per/
agraſſet, in ſicca ciſterna ſex an/
nis ſe abdidit, eius rei tantũ cõ/
ſcio quodã Athanaſij amico, q
eũ clã ſuſtẽtabat. Sed aliquãdo
Ieroſolymitani concilij, ⁊ Iulij
primi Pontificis maximi decre/
to, Conſtantiſq; ad Conſtanti/
nũ fratrẽ literis Eccleſię ſuę re/
ſtitutus. ℟. Poſui adiu. 115. Lvij.

CONſtãte mortuo, ſibi per/
tinaciter infeſtos Arrianos
fugiẽs, in Gallia apud Treuiros
exulauit. Inde reuerſus Alexã/
driã, cũ a Iuliani apoſtatę ſatel/
litibus ad necẽ cõquireretur, quã
fugiebat nauicula cõuerſa in cõ/
trariam fluminis partẽ, ijs q ſe
inſequerent, ex induſtria occur/
rit, ⁊ quęrentibus, nunquid de A/
thanaſio ſciret: reſpõdit, ſe nõ lõ/
ge illã nauim eũ ſe vidiſſe, ſicq;
illos cõtrariũ tenẽtes curſũ effu/
git. Qui paulo poſt Alexandrię
alia exorta tempeſtate, quatuor
menſes in paterno ſepulcro deli/
tuit. Ac demũq; ex cõtinuis pe/
riculis diuinitus ereptus, Alexã/
drię mortuus eſt in ſuo lectulo
ſub Valẽte, cuius vita ⁊ mors eſt
magnis nobilitata miraculis.
Multa pie, ac ad illuſtrãdam ca/
tholicã fidẽ preclare ſcripſit, ſex
que ⁊ quadraginta annos in ſũ/
ma temporũ varietate Alexan
drinã eccleſiã ſanctiſſime guber
nauit. ℟. Iſte eſt q ante. 316.

Lec. ſ. euã. ſm Matheũ. c. vij.

IN illo tempore: Dixit Ie/ Ca. 2.
ſus diſcipulis ſuis: Cum
perſequentur vos in ciuitate iſta,
fugite in aliam. Et reliqua.

Homilia S. Athanaſij epi.

IN lege ciuitates refugiorũ
erant prouiſę, quo ad cędẽ
quęrebant, vt aliquo modo p/
ſecutorẽ euaderent. Iam conſum/
matione porro ſeculorũ etiã ad ſan/
ctos illud ipſius verbũ patris, quod
ab eo ſi ante locutũ fuerat, rur/
ſus preceptũ fugiẽdi reddidit, Cum
vos, inquiẽs, perſecuti fuerint in ci/
uitate iſta, fugite in aliã. Pauloq;
poſt ſubijcit, Cum videritis
illã abominationẽ deſolationis,
quę dicta eſt per Danielẽ prophe/
tã, cõſiſtẽtẽ in loco ſancto, (qui
legit intelligat) tũc q in Iudęa
ſunt fugiãt ad mõtes: ⁊ q in te
cto eſt, ne deſcendat tollere aliqd
de domo ſua: ⁊ qui in agro eſt,
non reuertatur tollere tunicam
ſuã. ℟. Amauit. 517. Ardua.


HOc cũ ſcirent ſancti, ad eã
normã vitã ſuã tẽperauerũt.
Quę autẽ in pſentia pcepit
dñs, ea quoq; ante ſuã incarnatio/
nẽ per ſanctos locutus eſt in ſacris:
⁊ hoc genus formę ministratio/
hominibus perfectionẽ cõcilliat. Nã
quod Deus ſemel iuſſerit faciẽdũ
eſt: ideoq; ⁊ ipſum Verbũ pro/
pter nos homo factum, voluit,
quẽadmodũ ⁊ vos, cum quęre/
retur ⁊ cum perſecutionẽ pate/
retur, fugere, ⁊ inſidias declina/
re

Digitized by Google

re. Cum autẽ tempus a ſe deſinitũ ipſe ſibi adduxiſſet, in quo corporaliter pro hominibus pati volebat, ultro ſe ipſuʒ pro omnibus, ſicuti ſcriptum eſt, obtulit. ℟. Sint lũbi. 517. Lec. ix.

Sancti vero ꝑ formula accepta, vepote a dño eruditi, ⁊ priſcis olim, ⁊ ſequentibus temporibus in certamine, quod illis erat cum perſecutoribus, ⁊ fuga ſe inſtãtibus eripiebant, ⁊ quęrentibus ſeſe ꝑ latebras ſubducebant: quippe qui, vt homines, ignari erãt tẽporis ſibi a diuina prouidẽtia cõſtituti: ac proinde minime ſeſe inſidiatoribus ingerebant, cuʒ nõ ignorarẽt, id quod ſcriptũ eſt, in manibus Dei eſſe ſortes hominum: ⁊ dominum occidere ⁊ viuificare. Atque ideo vſqʒ ad decurſum ſui tpis expectare maluerunt, errãtes interiʒ ꝑ ſolitudines, vt Apoſtolus dixit, in melotis, ⁊ pellibus caprinis, egẽtes, anguſtiati, afflicti, in ſpeluncis, ⁊ in foraminibus terrę latitãtes, donec aut mortis definitũ tempꝰ ſuperueniret, aut quoadusqʒ definitor tẽporis Deus ipſis hoc ipſuʒ indicaret: vel perſecutores inhibens, vel perſecutoribus eos tradẽs prout illi opportunius videbatur.

Die j. B Inuentio S. Crucis. duplex.
Ad veſ. Aña. Helena Cõſt. 393. cũ reſ. de Laud. ps. Dixit do. 52. cuʒ reſ. de Dñica: ⁊ loco vlti. ps. Laudate dñm oẽs gẽ. 54. Cap.



Fratres: Hoc enim ſentire in vobis, quod ⁊ in Chriſto Ieſu: qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualẽ Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ hominuʒ factus, ⁊ habitu inuẽtus vt homo. Hy. Vexilla regis. 177. ⁊ vbi dicit Hoc paſſionis tempore, dicat In hoc paſchali tpe. In fine Gloria tibi dñe, Qui ſurrexiſti a mortuis. ℣. Hoc ſignũ crucis erit in cęlo, hal. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit, halab. Ad Magn. Aña. O crux ſplẽdidior cũctis aſtris, mundo celebris, hominibus multũ amabilis, ſanctior vniuerſis: q̃ ſola fuiſti digna portare talentũ mũdi: dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferens pondera: ſalua pręſentem cateruam, in tuis hodie laudibus congregatam. Haleluiah, haleluiah. Oratio.

Deus, qui in pręclara ſalutiferę crucis Inuentione paſſionis tuę miracula ſuſcitaſti: concede: vt vitalis ligni precio, ęternę vitę ſuffragia conſequamur. Qui tecũ. Deinde pro S. Athanaſio Aña. O doctor optime. 514. cum primis veſp. Et oro. Exaudi. Poſtremo,

pro

pro cōm. ss. m. Alexādri, Euē-rij, Theoduli, ac Iuuenalis, orō.

P Reſta q̄s oipotens deus: vt qui ſanctorum tuorum Alexādri, Euentij, Theoduli, atq; Iuuenalis natalitia colim⁹ a cunctis malis imminentibus eoꝝ itercessionib⁹ liberemur. p. Ad Mat. Inuit. Chr̄m regem crucifixū, Venite adorem⁹, hal. ps. Venite. Hym. Pāge. 175. In j. noct. Añ. Inuētę crucis feſta recolimus, cuius pręconiū vniuersū p orbē micanti lumine fulget, hal. ps. Btūs. 2. Qua re fre. 2. Dn̄e qd multiplicati. 2. ℣. Hoc signum crucis erit in cęlo, haleluiah. ℟. Cū dn̄s ad iudicandum venerit, haleluiah.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Galatas. Lectio prima.

Ga. 3 Q Uicūq; ex operib⁹ legis ſunt: ſub maledicto ſunt: ſcriptum eſt enim: Maledictus omnis q non pmanſerit in omnibus q̄ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Qm̄ aūt in lege nemo iuſtificatur apud deum, manifeſtum eſt q: iuſtus ex fide viuit. Lex autē non eſt ex fide, ſed, Qui fecerit ea homo, viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus p nobis maledictum, (q: ſcriptum eſt, Maledictus oīs q pēdet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahę fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiam⁹ p fidē. ℟. Gloriosū diē ſacra venerat ecclesia, dū triumphale reserat lignū. In quo redēptor noſter, mortis vincula rūpens, callidū aſpidē superauit hal. hal. hal. ℣. In ligno pendens noſtrę ſalutis ſemitā, verbum patris inuenit. In quo.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Philippenſes. Lect. ij.

H Oc eniz ſetite in vobis q̄d τ in Chriſto Ieſu: qui cū in forma dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo, ſed ſemetipsū exinaniuit, formā ſerui accipiēs, in ſimilitudinem hominū factus, τ habitu inuētus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod τ de⁹ exaltauit illum, τ donauit illi nomē quod eſt ſup oē nomen: vt in noīe Ieſu oē genu flectatur, cęleſtiū, terreſtrium, τ infernorū, τ oīs lingua confiteatur, q: dn̄s noſter Ieſus Chriſtus, in gloria eſt dei patris. ℟. O crux fidelis inter oēs, arbor vna nobilis: nulla ſylua talem profert, fronde, flore, germine. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinuit, hal. ℣. Super omnia ligna cedrorū tu ſola excelſior. Dulce.

De epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Coloſſenſes. Lectio iij.

I N Chr̄o inhabitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter, τ eſtis in illo repleti, q eſt caput omnis principatus τ poteſtatis,

peccatis, in quo et circumciſi eſtis circumciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in circũciſione Chriſti cõſepulti ei in baptiſmo, in quo et reſurrexiſtis p fidẽ operationis Dei, qui ſuſcitauit illũ a mortuis. Et vos cũ mortui eſſetis in delictis et preputio carnis veſtre, cõuiuificauit cũ illo, donãs vobis oĩa delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrariuz nobis: et ipſuz tulit de medio, affigens illud cruci, et expoliãs principatus et poteſtates, traduxit confidenter, palã triũphans illos in ſemetipſo. [illegible] Hec eſt arbor digniſſima in paradiſi medio ſituata, In qua ſalutis auctor ꝓpria morte mortẽ oĩum ſuperauit, hal. hal. ℣. Crux precellenti decore fulgida, quam Helena Conſtãtini mater concupiſcenti animo requiſiuit. In qua. Gloria p. In. [illegible] Felix ille triumphus: ſit ſalus egris, vite lignũ, mortis remediuz, hal. [illegible] Cuz inuocarẽ. ſo2. Verba mea. ſo2. Dñe dñs. ſo2. ℣. Adoramus te Chriſte, et benedicimus tibi, halleluiah. ℟. Quia p crucẽ tuã redemiſti mundũ, hal. Lc. iiij.

Poſt inſignem victoriam, quam Conſtantinus Imperator diuinit⁹ accepto ſigno dominice crucis ex Maxentio reportauit, Helena Conſtãtini mater in ſõnis admonita, cõquirẽde crucis ſtudio Jeroſolymã venit: vbi marmoreã Veneris ſtatuã in crucis loco a Gentilibus collocatam, ad tollendam Chriſti dñi paſſionis memoriã, poſt centum circiter octoginta annos euertẽdã curauit. Quod item fecit ad preſepe Saluatoris, et in loco reſurrectionis, inde Adonidis, hinc Jouis ſublato ſimulacro. [illegible] Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nři Jeſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, et reſurrectio noſtra: Per quem ſaluati, et liberati ſum⁹, hal. ℣. Tuam crucem adoramus dñe, et recolimus tuã glorioſam paſſionem. Per quem. Lectio v.

Itaq3 loco crucis purgato, alte defoſſe tres cruces erute ſunt, repertuſque ſeorſum ab alijs crucis dñice titulus: q cũ ex tribus cui affixus fuiſſet non appareret, eam dubitationẽ ſuſtulit miraculũ. Nã Macarius Jeroſolymorum epiſcopus, factis Deo p̃cibus, ſingulas cruces cuidã femine graui morbo laboranti admouit: cui cũ reliquẽ nihil profuiſſent, adhibita tertia crux, ſtatim eam ſanauit. ℟. Dum ſacrũ pignus celitus reuelatur, Chriſti fides roboratur: Adſunt prodigia diuina in vga Moyſi primitus figurata, halleluiah, halleluiah. ℣. Ad crucis contactum reſurgũt mortui, et Dei magnalia reſerantur. Adſunt. Lectio vi.

Helena

Helena ſalutari cruce inuē
ta, magnificētiſſimam ibi
extruxit eccleſiā: in qua partem
crucis reliquit thecis argēteis
incluſā, partē Conſtātino filio
detulit: que Rome repoſita fuit
in eccleſia ſancte Crucis in Je-
ruſalē, edificata in edib' Seſſo-
rianis. Clauos etiā attulit filio,
qbus ſanctiſſimū Jeſu Chriſti
corpus fixū fuerat. Quo ex tpe
Conſtātinus leges ſanciuit, ne
crux ad ſuppliciū cuiquā adhi-
beretur: ita res q̄ antea homi-
nibꝰ probro ac ludibrio fuerat,
venerationi ⁊ glorie eſſe cepit.
℟. Hoc ſignū crucis erit in
celo, cum dūs ad iudicandū ve
nerit. Tūc manifeſta erunt ab-
ſcondita cordis noſtri, hal, hal.
℣. Cum ſederit filius hominis
in ſede maieſtatis ſue, ⁊ ceperit
iudicare ſeculū per ignem. Tūc
Gloria. Tunc. In iij. noct. Añ.
Adoramus te Chriſte, ⁊ bene-
dicimus tibi, qꝛ per crucem tuā
redemiſti mundum, halab. Ps.
Cantate. 542. Dūs regnauit,
exultet. Cātate, ij. 543. ℣. Om
nis terra adoret te, ⁊ pſallat tibi,
halab. ℟. Pſalmum dicat
nomini tuo domine, haleluiab.
Lcō ſ. euāg. ſm Johānē. L. vij.
13. In illo tempore: Erat ho-
mo ex Phariſeis, Nicode
mus nomine, princeps Judeo-
rum: hic venit ad Jeſum nocte,
⁊ dixit ei: Rabbi ſcimus, quia
a Deo veniſti magiſter. Et rel.

B. R. N.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Nicodemus ex his erat, q
crediderant in noie Jeſu
vidētes ſigna ⁊ prodigia que fa
ciebat: ſuperius enī hoc dixit.
Cum autem eſſet Jeroſolymis
in Paſcha in die feſto, multi cre
diderunt in nomine eius. Qua
re crediderunt? Sequitur ⁊ dī-
cit, Videntes ſigna eius que fa
ciebat. Et de Nicodemo qd dici
tur? Erat princeps Judeorum,
Nicodemus noie, hic venit ad
eūm nocte, ⁊ ait illi: Rabbi, ſci-
mus qꝛ a Deo veniſti magiſter.
Et iſte ergo crediderat in noie
eius. ℟. O dulce lignū, dulces
clauos: dulce pondus ſuſtinuit.
Que ſola digna fuit portare p̄-
ciū huius ſcl̄i, hal. ℣. Hoc ſignū
crucis erit in celo, cū dn̄s ad iu-
dicandū venerit. Que. L. viij.

Sequit, Nemo poteſt hec
ſigna facere, que tu facis:
niſi fuerit Deus cū eo. Si ergo
Nicodemus de illis multis erat,
qui crediderant in nomine eiꝰ,
iam in iſto Nicodemo attenda-
mus quare Jeſus non ſe crede-
bat eis. Reſpondit Jeſus, ⁊ di-
xit ei. Amen, amen dico tibi, niſi
quis renatus fuerit denuo, non
poteſt videre regnū dei. Ipſis
ergo ſe credit Jeſus, q nati fue-
rit denuo. Ecce illi crediderūt
in eum, ⁊ Jeſus non ſe credebat
eis. Tales ſunt omnes catechu-
meni: ipſi iam credunt in nomi-
ne Chriſti: ſed Jeſus non ſe cre-

Digitized by Google

dit illis. ℞. Sicut Moyſes exal
tauit ſerpentem in deſerto, ita ex/
altari oportet filium hominis.
Ut omnis, qui credit in ipſum,
non pereat, ſed habeat vitã ęter
naʒ, hal. ℣. Non miſit deus fi/
lium ſuum in mundũ vt iudi/
cet mundũ: ſed vt ſaluetur mun
dus per ipſuʒ. Ut om. Glo. Ut.

Pro ſanctis martyribus Ale/
xandro, Euentio, Theodulo, ac
Iuuenale epo & confeſ. Le. ix.

Alexander Romanus Tra
iano Imperatore regẽs ec
cleſiaʒ, magnã parteʒ Romanę
nobilitatis ad Chriſtum cõuer
tit. Is inſtituit, vt tantummo/
do panis & vinum in myſterio
offerrentur: vinuʒ autem aqua
miſceri iuſſit, propter ſanguinẽ
& aquam q̃ ex Ieſu Chriſti late/
re ꝓfluerunt: & in Canone ad/
didit, Qui pridie quaʒ pateret.
Idem decreuit, vt aqua benedi/
ctaʒ, ſale admiſto, ꝑpetuo in ec/
cleſia aſſeruaret, & in cubiculis
adhiberetur, ad fugandos dę/
mones. Sedit annos decẽ, men
ſes ſepteʒ, & dies duos, vitę ſan
ctitate, & ſalutaribus inſtitutis
illuſtris: Martyrio coronatus
eſt vna cuʒ Euentio presbytero,
& Theodulo diacono, ſepultus/
qʒ eſt via Nomẽtana tertio ab
vrbe lapide, eodeʒ in loco, vbi ſe
curi ꝑcuſſus fuerat, creatis di/
uerſo tempore mẽſe Decembri,
quinqʒ epiſcopis, totidem pres/
byteris, & duobus diaconis.
Horuʒ corpora poſtea in vrbẽʒ
trãſlata, in eccleſia ſanctę Sabi
nę cõdita ſunt. In eundeʒ diem
incidit beata mors ſancti Iuue
nalis Narnienſis epiſcopi: qui
cuʒ plurimos in ea vrbe ſancti/
tate & doctrina Chriſto peperiſ
ſet, clarus miraculis, in pace qe/
uit, ibiqʒ honorifice ſepult⁹ eſt.

Ad Laudes, & ꝑ horas. Aña.

Helena Cõſtantini mater
Ieroſolymã petijt, hal'ab.
ps. Dominus regnauit. 8. Añ.
Tunc pręcepit eos omnes igne
cremari: at illi timentes tradide/
runt Iudam, hal'. Aña. Mors
& vita appoſita ſunt tibi, ſi non
oſtenderis mihi crucem Chri/
ſti, haleluiah. Aña. Cumque
aſcendiſſet Iudas de lacu, pre/
xit ad locum vbi iacebat ſancta
crux, haleluiah. Aña. Orabat
Iudas, Deus Deus meus oſtẽ
de mihi lignum ſanctę crucis,
haleluiah. Capitulũ. Fratres,
hoc enim. 391. Hymn. Luſtris
ſex. 177. ℣. Adoramus te Chri
ſte, & benedicimus tibi, hal'ab.
℞. Quia per crucem tuam re
demiſti mundum, haleluiah.

Ad Benedictus. Antiphona.
Helena ſancta dixit ad Iudas:
Comple deſiderium meum, &
viues ſuper terraʒ: vt oſtendas
mihi, q̃ dicitur Caluarię locus,
vbi abſconditum eſt precioſum
lignum dominicum, haleluiah.

Ad tertiam. Capitulum.
Fratres, hoc eniʒ. 391. ℞. bre.
Hoc

Hoc ſignum crucis erit in cęlo, haleluiah, haleluiah. ℣. Cum dominus ad iudicandum venerit. haleluiah. ℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi, haleluiah. ℟. Quia per crucem tuam redemiſti mundum, halelu.

Ad Sextam. Capitulum.

Gal. 6 Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce dñi nři Ieſu Chriſti, ꝑ quē mihi mūdus crucifix⁹ eſt, & ego mūdo. ℟. Adoramus te Chře, & benedicimus tibi, hal. hal. ℣. Quia per crucem tuam redemiſti mundum. halelu. ℣. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, hal. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo, halelu.

Ad Nonam. Capitulum.

Phil. 2. Humiliauit ſemetipſum factus obediēs vſq; ad mortem, mortem autē crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, quod eſt ſup oē nomē. ℟. Oīs terra adoret te, & pſallat tibi, halelu. hal. ℣. Pſalmum dicat nomini tuo. halelu. hal. ℣. Hoc ſignū crucis erit in cęlo, hal. ℟. Cū dñs ad iudicandum venerit, halelu.

Ad vesp. Añ. Helena. vt ſu. ps. Dixit d. 52. cū rel. de dñica, & loco vlt. ps. Laudate dñm oēs. 54. Cap. Frēs, hoc enim. 391. Hy. Vexilla. 177. ℣. Hoc ſignū crucis erit in cęlo, hal. ℟. Cū dñs ad iudicandum venerit, halelu.

Ad Mag. Añs. Crucē ſanctā ſubijt, qui infernū confregit: accinctus eſt potentia, ſurrexit die tertia, halelu. Oratio vt ſup.

Deinde fit cōme. S. Monicę.

¶ S. Monicę viduę, añ. Veni ſpōſa. ℣. Spē tua. Orō Exaudi. 525. de cōi ſcāz mulier. L. ij. Die 4. E

MOnica ſancti Auguſtini dupliciter mater, quia eum & mūdo, & cęlo peperit, marito mortuo, quem etiam ſenectute confectū Ieſu Chriſto conciliauerat, caſtā, & operibus miſericordię exercitā viduitatē agebat: in aſſiduis vero ad Deum orationibus pro filio qui in Manichęorū ſectam inciderat, lacrymas effundebat, quem etiā Mediolanum ſecuta eſt: vbi ipſum frequenter hortabatur, vt ad epiſcopum Ambroſium ſe conferret: quod cum ille feciſſet, eius & publicis concionibus, & priuatis colloquijs fidei veritatem edoctus, ab eodem baptizatus eſt. Lectio tertia.

MOx in Africam redeuntes, cum ad Oſtia Tiberina cōſtitiſſent, incidit in febrē: quo in morbo, cum eam quodā die anima defeciſſet, vt ſe collegit, Vbi, inquit, eram: & aſtantes intuens, Ponite hic matrem veſtram: tantum vos rogo, vt ad altare domini memineritis mei. Nono autem die beata mulier animā Deo reddidit. Eius corpus ibi in eccleſia ſanctę Aureę ſepultum eſt: quod poſtea Mar-

Digitized by Google

rino quinto ſummo Pontifice Romam tranſlatum, in eccleſia ſancti Auguſtini honorifice cõditum eſt. Tu autem domine.

Die 5. F

Dic 6. B ℭ S. Johannis ante portã latinã. dup. Omnia de cõi apoſtolorum in tẽpore Paſchali, preter illa que hic aſſignant propria. 499. Ad M. Aña. In feruentis olei dolium miſſus beatus Johãnes apoſtolus, diuina ſe protegente grã, illeſus exiuit, hal. ꝛ dr in vtriuſq; veſp. ad Mag. Oratio.

DEus, qui conſpicis, quia nos vndique mala noſtra perturbant: preſta q̃s: vt beati Johannis apoſtoli tui ꝛ euãgeliſte, interceſſio glorioſa nos protegat. Per do.

In j. noc. legitur initiũ epiſtole j. beati Johan. que poſita eſt in Dñica infra octa. Aſcenſionis. 225. niſi tunc tẽporis legeretur de libro Apocalyp. tunc enim ponantur lectio. de eo occuren. Ex libro j. Hieronymi presbyt. contra Jouinianum. Lectio iiij.

IOhannes apſtus, vnus ex diſcipulis dñi, q minimus traditur fuiſſe inter apoſtolos, ꝛ quem fides Chriſti virginem reperat, virgo permanſit, ꝛ ideo plus amatur a dño, ꝛ recumbit ſuper pectus Jeſu: ꝛ quod Petrus interrogare non audet, illum rogat, vt interroget: ꝛ poſt reſurrectionem, nunciante Maria Magdalene, quod dominus reſurrexiſſet, vterq; cucurrit ad ſepulcruz, ſed ille preuenit. Cũque eſſent in naui, ꝛ piſcarentur in lacu Genezareth Jeſus ſtabat in litore, nec ſciebant apoſtoli quem viderent: ſolus virgo virginem agnoſcit, ꝛ dicit Petro. Dominus eſt. R. Lux perpetua. fol. 500. Lectio v.

FUit autem Johãnes apoſtolus, ꝛ euãgeliſta, ꝛ propheta: apoſtolus, qa ſcripſit ad eccleſias, vt magiſter: euangeliſta, quia librũ euãgelij condidit, quod excepto Mattheo, alij ex duodecim apoſtolis non fecerũt: Propheta, vidit enim in Pathmos inſula, in qua fuerat a Domitiano principe ob dñi martyrium relegatus, Apocalypſim, infinita futurorum myſteria cõtinentem. Refert autem Tertullianus, quod Rome miſſus in feruentis olei dolium, purior ꝛ vegetior exiuerit, quam intrauerit. R. Virtute. 500. Lec. vj.

SEd ꝛ ipſum eius euangelium multum diſtat a ceteris. Mattheus quaſi de homine incipit ſcribere, Liber generationis Jeſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Lucas a ſacerdotio Zacharie: Marcus a prophetia Malachie prophete, ꝛ Iſaie. Primus habet faciem hominis propter genealogiam: ſecundus faciem vituli propter ſacerdotium: tertius faciem leonis,

Digitized by Google

nis, propter vocem clamantis in deſerto: Parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius. Johannes vero noſter quaſi aquila ad ſuperna volat, ꝛ ad ipſum patrẽ peruenit dicens: In principio erat verbũ, ꝛ verbuꝫ erat apud Deum: ꝛ Deus erat verbum. ℟. Iſti ſunt agni. folio 500.

Lcõ s. euã. ſcḋm Mattheũ. L. vij.

Ma.20 IN illo tẽpore: Acceſſit ad Jeſum mater filiorum Zebedei cum filijs ſuis, adorans, ꝛ petens aliquid ab eo, Et reliq.

Homilia s. Hieronymi presbyt.

VNde opinionem habet regni mater filiorũ Zebedei: vt cum dñs dixerit, Filius hominis tradetur principibus ſacerdotũ, ꝛ ſcribis, ꝛ cõdemnabũt eũ morte, ꝛ tradent gẽtibus ad illudendũ, ꝛ flagellandũ, ꝛ crucifigendũ, ꝛ ignominiaꝫ paſſionis timentibus diſcipulis nũciaret, illa gloriã poſtulet triũphantis? Hac vt reor ex cauſa: qꝛ poſt oĩa dixerat dñs. Et tertia die reſurget. Putauit eũ mulier poſt reſurrectionẽ illico regnaturũ, ꝛ hoc, quod in ſecundo aduentu promittitur, in primo eſſe cõplẽdũ: ꝛ auiditate fẽminea, pręſentia cupit, immemor futurorꝫ. ℟. Ego ſum vitis. 500. Lectio viij.

MAter poſtulat, ſed dñs diſcipulis loquitur, intelligens preces eius ex filiorũ deſcendere volũtate. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Calicem in ſcripturis diuinis intelligimus paſſionem, iuxta illud: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Et in pſalmo: Quid retribuã dño pro oĩbus quę retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, ꝛ nomẽ dñi inuocabo. Statimqꝫ infert, quis ſit iſte calix: Precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius. ℟. Candidi. 500. L. ix.

QUęritur, quomodo calicẽ martyrij Zebedei filij Jacobus videlicet ꝛ Johannes, biberint: cũ ſcriptura narret Jacobũ tantum apoſtolũ ab Herode capite truncatũ, Johannes autẽ propria morte vitã finierit. Sed ſi legamus eccleſiaſticas hiſtorias: in quibus fertur, quod ꝛ ipſe propter martyriũ ſit miſſus in feruentis olei doliũ, ꝛ inde ad ſuſcipiendã coronã Chriſti athleta proceſſerit, ſtatimqꝫ relegatus in Pathmos inſulã ſit: videbimus martyrio animũ nõ defuiſſe, ꝛ bibiſſe Johannẽ calicem cõfeſſionis, quẽ ꝛ tres pueri in camino ignis biberunt, licet perſecutor non fuderit ſanguinem.

Die 7. A

¶ In Apparitiões. Michaelis archãgeli. dup. Offm̃ fit vt i alio feſto mẽſis Septẽbꝛ. f. 465. preter lec. ij. noc. ꝛ in fine Inuit. Añarũ, ℟. ꝛ ℣. ꝛ ℟. bre. additur Alleluia. ꝛ ſub prima Añã cuiuſlibet nocturni oĩũ trium pſalmorũ. In primo nocturno. Lectiones. Die 8 B

Digitized by Google

A. Spiciebam. 466. Lectio iiij.

Beatum Michaelē archangelū ſępius hominibus apparuiſſe, ⁊ ſanctorum librorū auctoritate, ⁊ veteri ſanctorum traditione comprobatur. Quamobrem multis in locis facti memoria celebratur. Eū vt olim ſynagoga Judeorū, ſic nunc cuſtodē ⁊ patronū, Dei veneratur Eccleſia. Gelaſio autē primo Pontifice Maximo, i cacumine Gargani Apulię mōtis, ad cuius radices incolę ſunt Sipōtini, archāgeli Michaelis fuit illuſtris apparitio. ℟. Hic eſt Mic. 467. L. v.

Notū eſt enī vt ex gregibus armētoꝝ Gargani cuiuſdam taurus lōge diſcederet, ꝗ quē diu ꝯquiſitū, in aditu ſpelūcę hęrēre inuenerūt. Cū vero quidā ex illis, vt taurū configeret ſagittā emiſiſſet, retorta ſagitta in ipſuz recidit ſagittariū. Quę res cū pręſētes, ac deinceps cęteros tanto timore affeciſſet, vt ad eam ſpeluncā propius accedere nemo auderet, Sipōtini epiſcopū cōſulunt: qui indicto triūdierū ieiunio, ⁊ orōne, rem a Deo reſpōdit quęri oportere. ℟. Venit Michael. 467. Lectio vj.

Poſt triduū Michael archangelus epiſcopū monet in ſua tutela eſſe eum locum, eoque indicio demonſtraſſe, velle ibi cultū Deo in ſui ⁊ angelorū memoriā adhiberi. Itaque epiſcopus, vna cū ciuibus ad eā ſpelūcā ire pergit. Quā cū in templi cuiuſdā ſimilitudinem conformatam vidiſſent, locū illum diuinis officijs celebrare ceperunt, qui multis poſtea miraculis illuſtratus eſt. Nec ita multo poſt Bonifacius Papa Romę in ſummo circo ſancti Michaelis eccleſiā dedicauit tertio Calēdas Octobris, quo die etiā omniū angeloꝝ memoriā Eccleſia celebrat. Hodiernus autez dies archāgeli Michaelis apparitione ꝯſecratus eſt. ℟. In tpe illo 467. In iij. noc. Hom. in euag. Acceſſerūt diſcipuli ad Je. 467. vt in alio feſto menſis Septēb. Ad veſp. oīa de S. Michaele cum comme. ſequentis feſti.

¶ S. Gregorij Naziāzeni epi ⁊ cōfeſſ. dup. Aia in bag. ⁊ita. Dic 9. L

O doctor optime. 514. Oratio.

Deus, q populo tuo ęterne ſalutis beatum Gregoriū miniſtrum tribuiſti: preſta qs: vt quem doctorē vitę habuim⁹ in terris, interceſſorez habere mereamur in cęlis. Per dñm. Lectio iiij.

Gregorius nobilis Cappadox, qui ex ſingulari diuinarū literaꝝ ſcientia Theologi cognomē ꝯſecutus eſt, Naziāzi i Cappadocia natus, Athenis in omni diſciplinarū genere, vna cū Baſilio erudit⁹ ad ſtudia ſacrarum

ſcriptum literarum ſe commentariis quibus ſe in cenobio tredecim annos exercuerūt: illarū ſententias non ex proprio ingenio, ſed ex maiorū ratione ⁊ auctoritate interpretātes. Qui cū doctrina, ⁊ vitę ſanctitate florerent: vocati ad munus pdicandę euangelicę veritatis, plurimos Jeſu Chriſti filios pepererūt. Lectio v.

GRegorius igitur aliquādo domum reuerſus, primum Saſimorū, deinde Nazianzi epūs creatus eſt. Tūc Cōſtātinopolis ad eam regēdā eccleſiā accerſitus, eā ciuitatē cū hereſum purgatā erroribus ad catholicā fidē reduxiſſet, quod ei ſummū oium amorē cōciliare debebat, multorum parauit inuidiā. Itaqꝫ cū inter epiſcopos magna propterea eſſet facta ſeditio, ſponte cedēs epiſcopatu, illud prophetę dictū uſurpauit: Si propter me cōmota eſt iſta tēpeſtas, deijcite me in mare, vt vos iactari deſinatis. Quare Naziāzū rediit, quā eccliā cū aliquot annos ſanctiſſime gubernaſſet, ad extremū delecto ſucceſſore, totum ſe ad contemplationem ⁊ ſcriptionem diuinarum rerum contulit. L. vj.

SCripſit autē multa, ⁊ ſoluta oratione, ⁊ verſibus, mirabili pietate ⁊ eloquētia: qbus doctorū hoīum ſanctorūqꝫ iudicio id aſſecutꝰ eſt, vt nihil in illis niſi ex verę pietatis, ⁊ catholicę religionis regula reperiat, nemoqꝫ quā iure vocare poſſit in dubium. Cōſubſtātialitatis filij fuit acerrimus ꝓpugnator. Ut autē vitę laude nemo ei ꝓpoſitus eſt, ſic orōnis grauitate oēs facile ſuperauit. In iis ſcribēdi ac legēdi ſtudijs, ruri vitā mōachi exercēs Imperatore Theodoſio ad cęleſtē vitā ſenio ꝯfectus, migrauit.

In iij noct. Homilia in euange. Uos eſtis ſal ter. 519. ď cōi doct.

C Sanctorū Gordiani, ⁊ Epimachi martyrum. Oratio. Die 10. B

DA, quęſ. Dñe: vt qui beatorum martyrum tuorū Gordiani ⁊ Epimachi ſolemnia colimus: eorū apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dnm. Le. iiij.

GOrdianus iudex, cū ad eum Januarius pſbyter, tanꝗ Chriſtianę religionis cultor pęna afficiendus, miſſus eſſet, quē condēnaturus erat, ab eodē in Chriſtiana fide inſtructus, cum vxore, ⁊ quinquaginta tribus alijs ex eadē familia Romę baptizat. Quare Julianus relegato Januario, Gordianū a Clemētiano Vicario includi iubet in carcerē. Qui poſtea eundem Gordianum, vinctum catenis, ad ſe accerſitum, cū a fidei propoſito deterrere nō poſſet, plumbatis diu cęſū, capite plecti imperat. Cuius corpus, ante Apollinis tēplum canibus obiectum, noctu a Chriſtianis ſepelitur in ea-

dez crypta, in quā reliquię beati Epimachi martyris tranſlatę fuerāt ab Alexādria: vbi is diu propter Chriſti confeſſionē conſtrictus in carcere, poſtremo cōbuſtus, martyrio coronatus eſt.

Die 11. E

Die 12. F ¶ Sanctorū Nerei, Archillei, atqȝ Pancratij mart. Oratio.

Semper nos, domine, martyrū tuorū Nerei, Archillei; atqȝ Pancratij foueat, quęſumus, beata ſolennitas, ⁊ tuo dignos reddat obſequio. Per dñm. Lectio ij.

Nereus, ⁊ Archilleus fratres eunuchi, in Pontiana inſula cū Flauia Domitilla, quā ad Chriſtū conuerterāt, ac virginitatē ſeruare docuerant, propter Chriſti dñi fidē diu exulauerūt: quos Aurelianus, Domitillę ſpōſus, quod ab illa Ieſu Chriſti amore incenſa cōtemneretur, tanquam ſuaſores primū verberibus acerbiſſime cędi iuſſit, deinde Minutio Rufo cōſulari tradidit. Qui cū illis grauius inſtaret, vt ſimulacris deorum ſacrificarēt, fidēter negantes ſe, qui a ſancto Petro baptizati eſſent, adduci poſſe, aut cogi, vt dęmonū ſimulacra venerarentur, equuleo torti, ⁊ candentibus laminis cruciati, ſecuri percuſſi ſunt. Lectio tertia.

Horum corpora ab Auſpicio eorū diſcipulo, Domitillę eorum educatore, in nauiculam impoſita, ⁊ ad cryptā arenariā delata, ibi ſepulta ſunt in prędio Domitillę via Ardeatina ſecūdo ab Vrbe lapide, ꝓpe ſepulcrū ſanctę Petronillę filię beati Petri. Eodem die, Diocletiano Imperatore, Pancratius quatuordecim annos natus, [illegible] virtute, ⁊ pſtanti in Chriſtū fide, ob tyranni ⁊ dęmonū immanitate, datis fortiter ceruicibus, triūphauit. Cuius corpus Octauilla matrona noctu ſuſtulit, ⁊ vnguētis delibutū, via Aurelia ſepeliuit.

Die 13. G

¶ S. Bonifacij mart. Oratio. Die 14

Da, qs oēs deus, vt q beati Bonifacij martyris tui ſolennia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dñ. L. ij.

Bonifacius, ciuis Romanus, cū corpus cū Aglae nobili matrona miſcuerat, tanto illius intemperātię dolore captus eſt, vt penitentię cauſa ſe ad cōquirenda, ⁊ ſepeliēda martyrū corpora contulerit. Itaqȝ, relictis peregrinationis ſocijs, cū Tharſi multos propter Chriſtianę fidei profeſſionē varijs tormētis cruciatos vidiſſet, illorū vincula oſculatus, eos vehementer hortabat, vt cōſtanter ſupplicia perferrent, quod breuem laborem ſempiterna requies conſecutura erat. Cōprehēſus igitur ferreis

ferreis vngulis excarnificatus eſt, cui etiam inter manuuz vngues ⁊ carnē acuti calami ſunt infixi, plumbumq; liquefactū in os eius infuſū. Quibus in cruciatibus ea vox tantū Bonifacij audiebatur: Gratias tibi ago dn̄e Jeſu Chriſte, fili dei. L. iij.

Mox in ollam feruentis picis demiſſo capite coniectus eſt: vnde cum inuiolatus exiſſet, ira incenſus iudex, eum ſecuri percuti iubet. Quo tēpore magnus terremotus factus eſt, ita vt multi infideles ad Chriſti dn̄i fidem conuerterentur.

Cum ſequenti die quęrentes ſocij, cum martyrio affectū cognouiſſent, quingentis ſolidis eius corpus redemerūt, ⁊ cōditū vnguētis linteiſq; inuolutū Romā portandū curauerūt. Quod factū cū ab angelo Aglae matrone, quę ⁊ ipſa pęnitēs ſe pijs operibus addixerat, cognouiſſet, prodiēs obuiā ſancto corpori, eccleſiā eius noīe ędificauit: i qua corpus ſepeliuit eſt Nonis Junij, cū eius anima pridie Jdus Maij apud Tharſuz Cilicię vrbē migraſſet in cęlum Diocliriano, ⁊ Maximiano Imperatoribus.

Die 15 B. 16 C. 17 D. 18 E

ie ¶ S. Pudētianę virgi. Orō.

F Exaudi. 513. de cōi virg. L. iij.

Pudētiana virgo Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cum admirabili pietate Chriſtianā religionem coleret, vna cum ſorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactā, pauperibus diſtribuit, ſeq; ieiunijs ⁊ orationibus dedit. Cuius etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta ſex homines a Pio Pontifice baptizata eſt. Quod autē ab Antonino Pio Imperatore ſancitū erat, ne Chriſtiani publice ſacrificia facerēt: Pius pontifex in ędibus Pudētianę cū Chriſtianis ſacra celebrabat. Quibus illa benigne acceptis, q̄ ad vitā neceſſaria eſſent, ſuppeditabat. Itaq; in his Chriſtianę pietatis officijs, migrauit e vita, ⁊ in ſepulcro patris ad cœmeteriū Priſcillę, via Salaria ſepulta eſt quartodecimo calēdas Junij.

Die 20. G. 21 A. 22 B. 23 C. 24 D.

¶ S. Vrbani pp ⁊ mart. Orō. Die

Da, quęſumus, omnipotens Deus: 25. E

vt qui beati Vrbani martyris tui atq; Pontificis ſolennia colimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominum no. Lectio iiij.

Vrbanus Romanus Aurelio Antonino Imperatore doctrina ⁊ vitę ſanctitate multos ad Chriſti fidem conuertit: in illis Valerianū beatę Cęcilię ſponſuz, ⁊ Tiburtiū Valeriani fratrem, qui poſtea martyrium forti animo ſubierūt. Hic de bonis eccleſię attributis ſcripſit his verbis,

verbis: Ipſę res fidelium q̃ dño offeruntur, non debent in alijs vſibus, quã eccleſiaſticis, et Chriſtianoꝝ fratrum vel indigentiũ cõuerti, quia vota ſunt fideliũ, et precia peccatorum ac patrimonia pauperũ. Sedit annos octo, mẽſes vndecim, dies duodecim, ac martyrio coronatus, ſepultus eſt in cemeterio Pretextati octauo Calẽdas Junij. Ordinationibus quinq; habitis menſe Decẽbri, creauit epiſcopos octo, presbyteros nouem, diaconos quinque.

Die 26. F ¶S. Eleutherij Pape, et mar. Oratio. Infirmitatẽ. folio. 501. de cõi vnius mart. Nocti. L. iij.

Eleutherius, Nicopoli in Grecia nat⁹, Aniceti pontificis diacon⁹, Cõmodo Imperatore pfuit eccleſię. Huic initio põtificatus, ſupplices litterę venerunt a Lucio Britannorum regẽ, vt ſe ac ſuos in Chriſtianorum numerũ reciperet. Quamobrem Fugatium, et Damianum, doctos et pios viros, miſit in Britanniam, per quos rex, et reliqui fidẽ ſuſciperent. Hoc Põtifice Irenęus Polycarpi diſcipulus Romam veniẽs, ab eo benigne acceptus eſt. Quo tẽpore ſumma pace, et quiete fruebatur eccleſia Dei: ac per totum orbem terrarũ, maxime Romę fides propagabatur. Vixit Eleutherius in põtificatu annos quindecim, mẽſes tres, dies duos. Hic fecit ordinationes tres menſe Decẽbri, quibus creauit per diuerſa loca epiſcopos quindecim, presbyteros duodecim, diaconos octo: ſepultus eſt in Vaticano.

¶S. Johãnis Pape et marty. Oro. Deus, qui nos beati. ſer. de cõi vnius mar. Nocti. L. iij. Die 27.

Johãnes Etruſcus Juſtino ſeniore Imperatore rexit Eccleſiam: ad quam profectus eſt Conſtantinopolim auxilij cauſa, quod Theodoricus rex hereticus diuexabat Italiã: cuius etiam iter Deus miraculis illuſtrauit. Nã cum ei nobilis vir ad Corinthum equum, quo eius vxor manſueto vtebatur, itineris cauſa commodaſſet: factum eſt, vt dño poſtea remiſſus equus, ita ferox euaderet, vt fremitu, et totius corporis agitatione, ſemper deinceps dominam expulerit, tanq̃ indignaretur mulierem recipere, ex quo ſediſſet in eo Jeſu Chriſti Vicarius. Quamobrem illi equum Pontifici donauerunt. Sed illud maius miraculum, quod Conſtantinopoli in aditu portę Aureę, inſpectante frequentiſſimo populo, qui vna cum Imperatore Pontifici honoris cauſa occurrerat, ceco lumen reſtituit: Ad cuius pedes proſtratus etiam Imperator, eum veneratus eſt. R. Domine preueniſti. folio. 504.

de communi vnius mar. L. iij.

R Ebus ergo Imperatore compositis, Romã rediit: statimq; epistolam ſcripſit ad omnes Italię episcopos, iubẽs eos Arianorũ ecclesias ad catholicum ritum conſecrare illud ſubiungens: Quia & nos, quando fuimus Cõstantinopoli, tã pro religione catholica, quã pro regis Theodorici cauſa, quaſcũq; illis in partibus eorũ eccleſias reperire potuimus, catholicas eas cõſecrauimus. Quod iniquiſſimo animo ferẽs Theodoricus, dolo accerſitum Pontificem in carcerem coniecit: vbi ſqualiore inediaq; afflictus, paucis diebus ceſſit e vita, cum ſediſſet annos duos, menſes nouẽ, dies decẽ & ſeptẽ, ordinatis eo tẽpore episcopis qndecim. Paulo poſt mortẽ Theodoricus, quẽ quidam eremita, vt ſcribit ſanctus Gregorius, vidit inter Iohannẽ Pontificẽ, & Symmachũ Patricium, quẽ idem occiderat, demergi in ignẽ Lyparitanũ: vt videlicet illi, quibus mortem attulerat, tanquam iudices eſſent eius interitus. Iohannis corpus Rauenna Romã portatum eſt, & in baſilica ſancti Petri ſepultum.

Die 28. A. Die 29. B.

Die 30. C ¶ S. Felicis Papę, & m. Oratio.
Infirmitatẽ, fol. de cõi. L. iij.

F Elix Romanus, patre Conſtantino Aurelio Imperatore prefuit eccleſię. Inſtituit, vt miſſa ſupra memorias & ſepulcra martyrũ celebraretur. Qui cũ menſe Decembri habuiſſet ordinationes duas, & creaſſet episcopos quinq;, presbyteros nouem, diaconos quinq;, martyrio coronatus, via Aurelia ſepelitur in baſilica, quam a ſe ędificatam dedicarat. Vixit in Pontificatu annos quatuor, menſes tres, dies quindecim.

¶ S. Petronillę virg. Oratio. Die 31. D
Exaudi nos Deus. folio 523.
de communi vnius virginis.

Lectio ſecunda.

P Etronilla ſancti Petri filia, virgo forma corporis eximia, ſed animi pulchritudine multo preſtantior fuit: quę ęgrota cum eſſet, a beato Petro quęſitum eſt, cur, qui alienos ſanaret, filię ſuę ſanitatem non reſtitueret: reſpõdit: quia ſic expedit ei. Verũ tamen, vt nemini de ſua poteſtate dubitandi locum relinqueret, eam ſurgere iuſſit e lecto, & conuiuis miniſtrare. Quę paulopoſt in eundem morbũ recidens, ex eo cum aliquando conualuiſſet, eius fama commotus, ne viſam quidẽ Flaccus Comes adamauit, enixeque contendit, vt ſibi daretur in matrimonium. L. iij.

P Etronilla autẽ intelligẽs virginitati ſuę, quam Ieſu Chriſto dicarat, ab accerrimo humani generis hoſte parari inſidias,

dias, ſumpto ſibi tridui ſpatio ad deliberandum, totum illud tempus in ieiunijs, ⁊ oratione conſumpſit: aſſidue petens a cęleſti ſponſo, ne ſancto propoſito ſuo vim afferri pateretur. Itaqꝫ ſubuenit die tertio virgini deus: nã eã diuini ſpõſi amore flagrãtem, vbi eucharistiam ſumpſiſſet, ad celeſtes nuptias euocauit. Cuius corpus in via Ardeatina ſepultum, poſtea a Paulo primo pontifice in baſilicã principis apoſtolorum tranſlatuz eſt.

FESTA IVNII.

Offm̃ Defunc. j. die nõ imped.

Die I. E.

Die 2. F ¶ Sanctorũ Marcellini, Petri, atqꝫ Eraſmi martyrũ. Oro.

Deus, q nos annua beatoꝝ martyruz tuoꝝ Marcellini, Petri, atqꝫ Eraſmi ſolẽnitate lętificas, pręſta qs: vt quoꝝ gaudemus meritis, puocemur exẽplis. Per dñm. L. ij.

Petrus Exorciſta, Diocletiano Imperatore Romę a Sereno iudice propter Chriſtianę fidei confeſſionem miſſus in carcerem, Paulinam, Artemij q carceri pręerat filiam, a dęmone agitatam liberauit. Quo facto ⁊ parentes puellę cum tota familia, ⁊ vicinos qui ad rei nouitatem concurrerant, Ieſu Chriſto conciliatos, ad Marcellinũ presbyterũ adduxit, a quo omnes baptizati ſunt. Quod vbi reſciuit Serenus, Petrum ⁊ Marcellinum, ad ſe vocatos aſperius accuſat, ⁊ ad verboruz acerbitatem, minas, ac terrores adiũxit, niſi Chriſto renunciẽt. Cui cum Marcellinus Chriſtiana libertate reſponderet, pugnis contuſuz, ⁊ a Petro ſeiunctum, nudũ includit in carcerez, ſtratũ vitri fragmẽtis, ſine cibo, ac ſine lumine. Petrũ itẽ cõſtringi imperat arctiſſimis vinculis. Sed cum vtriqꝫ ex tormentis fides ⁊ animus creſceret, cõſtanti confeſſione, ⁊ abſciſſo capite, illuſtre teſtimonium Ieſu Chriſto dederunt. Lectio iij.

Eraſmus epiſcopus, iiſdez Imperatoribus Diocletiano, ⁊ Maximiano, in Campania plumbatis, ⁊ fuſtibus cęſus, reſina quoque, ſulphure, plumbo liquefacto, ⁊ feruenti pice, cera, oleoque perfuſus, inde tamen integer ⁊ inuiolatus euaſit. Quo miraculo, multi ſe ad Chriſti fidez conuerterunt. Verum is iteruz detruſus in carcerem, conſtrictus ferreis grauiſſimiſqꝫ vinculis, inde ab angelo mirabiliter ereptus eſt. Deinde a Maximiano varijs affectus supplicijs, tunicaqꝫ ęrea candenti indutus, illa etiam tormenta, diuina virtute ſuperauit, atque in Campaniam profectus, pluribus ⁊ in fide confirmatis, ⁊ ad fidem conuerſis, inſignem martyrij

martyrij palmam adeptus eſt.
Die 3 B. 4 A. 5 b. 6 c. 7 d. 8 e.

C SS. Primi, ꝛ Feliciani martyrum. Oratio.

FAc nos, q̄ſumus dñe, ſanctorum martyrū ſuorum Primi, ꝛ Feliciani ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs protectionis tuę dona ſentiamus. Per dominum noſtrum. Lectio ix.

PRimus ꝛ Felicianus fratres accuſati Chriſtianę religionis apud Diocletianum ꝛ Maximianū in vincula cōijciūtur: quibus ſoluti, inde eripiuntur ab angelo. Mox ad pretorē adducti, cum Chriſtianam fidem acerrime tuerentur, alter ab altero diſtracti ſunt: ac primū varie tentata eſt conſtantia Feliciani: ſed cum ſuaſores impietatis ſe poſſe quicquam verbis proficere deſperarent, affixis ſtipiti manibus eius ꝛ pedibus: ipſum ſine cibo ꝛ potu inde triduum pendentem reliquerunt. Poſtridie eius diei, pretor vocatū ad ſe Primū ſic affatur. Vides quanto ſit prudentior quā tu frater tuus, q obſecutus Imperatoribus, apud ipſos eſt honoratus: quem ſi tu quoq; imitari volueris, particeps eris eius honoris ꝛ gratię. ℟. Hec eſt vera fraternitas. 512. Lectio ix.

QVi Primus. Quid factū ſit fratri meo, cognoui ex angelo: Vtinam quemadmodū ſum cum eo voluntate coniunctiſſimus, ſic ab eodem ne martyrio diſiungar. Quo dicto excanduit pretor, ꝛ ad ceteros cruciatus quibus Primum affecit, preſente iam Feliciano, liquatum igne plumbū in os eius iuſſit infundi. Mox vtrunq; pduci imperat in theatrū, in eoſque immitti duos leones: qui proſtrati ad eorum genua, capite, ꝛ cauda ipſis blandiebantur. Ad id ſpectaculū cum amplius duodecim millia hominū cōueniſſent, quingēti cū ſuis familijs Chriſtianā religionem ſuſceperūt. Quibus rebus permotus pretor, eos ſecuri percuti iuſſit.

Die 10. G

C S. Barnabę apl̄i dup. Oro. Die 11. A

DEus, qui nos beati Barnabę Apoſtoli tui meritis, ꝛ interceſſione letificas: concede propitius: vt qui tua per eū beneficia poſcim⁹, dono tuę gratię conſequamur. Per. L. iiij.

BArnabas Leuites Cypri⁹ genere, qui ꝛ Ioſeph, cum Paulo in numerum apoſtoloꝝ adſcriptus eſt ad predicandum Ieſu Chriſti euāgeliū. Is, agro vendito quē habebat, redactam ex eo pecuniā attulit apoſtolis. Miſſus autē Antiochiam predicationis cauſa, cū ibi multos ad Chriſti dñi fidem conuerſos eſſe cōperiſſet, incredibiliter letatus, eos hortabatur, vt in Chriſti

ſti fide permanerēt: Qua cohor
tatione multū proficiebat, quod
ab oībus vir bonus ⁊ ſpiritu ſan
cto plenus habebatur. Lec. v.

PRofectus inde Tharſum,
vt quęreret Paulū, cū eo
Antiochiam venit: in eius vrbis
eccleſia annum cōmorati, Chri
ſtianę fidei ⁊ vitę illis hoībus
pręcepta dederūt: vbi etiam Ie
ſu Chriſti cultores primū Chri
ſtiani ſunt appellati. Diſcipuli
autem Pauli ⁊ Barnabę, ſuis
facultatibus Chriſtianos, qui in
Iudęa erāt, ſuſtentabāt, eo mit
tentes pecuniam per Paulū, ⁊
Barnabam. Qui perfuncti illo
charitatis officio, adhibito Io
hāne, cui cognomen erat Mar
cus, redierūt Antiochiā. Lec. vj.

CVm autē Antiochię in ec
cleſia cū cęteris prophe
tis, ⁊ doctoribus Paulꝰ ⁊ Bar
nabas, in ieiunio, ⁊ oratione dño
deſeruirēt: dixit Spūs ſanctus.
Segregate mihi Saulū, ⁊ Bar
nabam in opus ad quod aſſum
pſi eos. Tunc ieiunantes ⁊ orā
tes, imponentesq; eis manus,
dimiſerūt illos. Itaq; Seleuciā
venerunt, inde in Cyprum: ac
multas pręterea vrbes regiones
que pręḋicantes euāgeliū ſum
ma cū audientium vtilitate, per
agrarūt: Poſtremo Barnabas
digreſſus a Paulo, vna cū Io
hāne q cognominatus eſt Mar
cus, nauigauit in Cyprū: ibiq;
circiter ſeptimum Neronis an
nū tertio Idus Iunii ad apoſto
lici muneris laudē martyrii co
ronam adiunxit. Cuius corpus
Zenone Imperatore repertum
eſt in inſulā Cypro, ad cuius pe
ctus erat euangeliū Matthei,
Barnabę manu conſcriptum.

In iij. noc. lc. om. in euangeliis.
Hoc eſt pce. 497. de cōīapłoz.

C SS. Baſilidis, Cyrini, Na
boris, ⁊ Nazarii mart. Oratio.

SAnctorum tuorū
Baſilidis, Cyrini,
Naboris, atq; Na
zarii, quęſumus do
mine, natalitia no
bis votiua reſplendeant: ⁊ quod
illis contulit excellentia ſempi
terna, fructibus noſtrę deuotio
nis accreſcat. Per dñm. Lec. ii.

BAſilides, Cyrinꝰ, Nabor
⁊ Nazarius, Romani mili
tes, nobiles genere, ⁊ virtute il
luſtres, Chriſtiana religione ſu
ſcepta, cū Chriſtū dei filiū Dio
cletiano Imperatore pdicarēt,
ab Aurelio prefecto Vrbis cō
prehēſi, ⁊ vt diis ſacra facerent
admoniti, eius iuſſa cōtemnen
tes, miſſi ſunt in carcerem. Qui
bus orantibus, cū ſubito clariſ
ſima lux oborta omnium oculis,
qui ibidem eſſent, carcerem col
luſtraſſet, illo cęleſti ſplendore
commotus Marcellus cuſtodię
prępoſitus, multiq; alii, Chriſto
domino crediderūt. Lec. iii.

VErū poſtea e carcere emiſ
ſi ab Imperatore Maxi
miano,

miano, cum eius etiaz neglecto imperio, vnum Chriſtum deuz & dominuz in ore haberent, ſcorpionibus cruciari, iteruz conijciũtur in vincula: vnde ſeptimo die educti, & ante pedes Imperatoris conſtituti, perſtiterunt in irriſione inanium deorum, Jeſum Chriſtum deum cõſtantiſſime confitentes. Quamobrem damnati, ſecuri feriuntur. Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, a chriſtianis honorifice ſepulta ſunt.

Die 13. C.

¶ S. Baſilij Magni epi. & cf. dup. Ad Mag. Añ. O doctor optime, 514. de cõmuni cf. põt. Oro. Exaudi, 514. Lectõ iiij.

BAſilius, nobilis Cappadox, Athenis vna cũ Gregorio Nazianzeno, eius amiciſſimo ſecularibus literis, deinde in monaſterio ſacris mirabiliter eruditus, cuz breui curſum fecit ad omnez doctrinę, & morũ excellentiã, vt inde Magni cognomẽ inuenerit. Ita digreſſus a Gregorio, cũ ad pdicanduz Jeſu Chriſti euãgeliuz in Põtũ accerſitus eſſet, eã prouinciã a Chriſtianis inſtitutis aberrantez, ad viam ſalutis reuocauit: & mox ab Euſebio Cęſareę epiſcopo, ad erudiendaz eam ciuitatẽ adiutor adhibetur: in cuius locũ poſtea ſucceſſit. Is filiũ patri conſubſtantialẽ eſſe in primis defendit: ac Valentem Imperatorẽ, ſibi iratum miraculis adeo flexit, vt incumbẽtẽ ad voluntatez eijciendi ipſum in exilium, a ſententia diſcedere cogeris. R. Inueni Dauid. 515. Lectio v.

NAm & Valẽtis ſella in qua facturus decretum de eiciẽdo e ciuitate Baſilio, ſedere volebat, confracta eſt: & tribus eo calamis adhibitis ad ſcribendam exilij legem, nullus eorum reddidit atramẽtum: & cum nihilominus in propoſito ſcribendi impium decretum pſiſteret: ipſius dextera, diſſolutis neruis tota contremuit. His cõmotus Valens, chartã vtraqz manu conſcidit. Ea aũt nocte, quę ad deliberandũ Baſilio data eſt, Valentis vxor intimis eſt cruciata doloribus, & vnicus filius in grauẽ morbuz incidit. Quibus ille perterritus, iniquitatẽ ſuaz recognoſcẽs, Baſilium accerſit: quo pręſente puer cępit conualeſcere: verum, vocatis a Valente ad viſendum puerum hereticis, paulo poſt moritur. R. Poſui adiutoriũ. 515. L. vj.

ABſtinentia, & continentia fuit admirabili: vna tunica cõtentus erat, in ieiunio ſeruãdo diligẽtiſſimus, in oratione aſſiduus, in qua ſępe totaz noctẽ conſumebat. Virginitatez perpetuo coluit. Primus duriorez illum antiquorum monachorũ ritum,

Digitized by Google

tiuum ad meliorem formā redegit, magiſq; religioni congruentem: Multa preclare ſcripſit: ac nemo, teſte Gregorio Nazianzeno, ſacre Scripture libros verius aut vberius explicauit. Obijt Calendis Januarij, cum tantum ſpiritu viuens, preter oſſa, & pellem nulla preterea corporis parte conſtare videretur.

R. Iſte eſt qui ante. 536.

Lcō. ſ. euāg. ſm Lucā. Lcō vij.

c.14. In illo tpe: Dixit Jeſus turbis: Siquis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et reliqua.

Homilia S. Baſilij Epiſcopi.

Perfecta renunciatio in eo conſiſtit, ſiquis id affectus fuerit, vt de vita ſua ne minimum quidē affectus ſit, quamuis habeat mortis reſponſum. Porro huiuſmodi renūciatio initiū ſumit ab alienatione rerū externarū, veluti poſſeſſionum, inanis glorię, cōſuetudinis vitę ſuperioris, ad res inutiles affectionis: quēmadmodū ſuo exēplo oſtenderunt nobis ſancti domini diſcipuli Jacobus & Johānes relicto patre Zebedeo, ipſoque nauigio, de quo tota illorū victus ratio pendebat ij. Mattheus vero, quando e telonio ipſo ſurrexit, & dñm ſecutus eſt.

R. Amauit eum. 517. L. viij.

Quamquam, quod dico, id aut rationib[us] a nobis inuentis, aut ſanctorum virorum exēplis attinet confirmare, cum ipſa dñi verba in mediū liceat afferre, ijſque ipſis religioſos ac deū timentē animaz magnopere cōmouere, qbus ille pala[illegible] citra cōtrouerſiā teſtificā[illegible] Sic igit qcunq; ex vob[illegible] renūciat oībus q poſſidet, [illegible] poteſt meus eſſe diſcipul[illegible] alio i loco, cū poſt obla[illegible] tionem illam, Si vis [illegible] ſe, verba illa ſubiecißet, [illegible] vēde q̄ habes, & da pa[illegible] poſt illud adiecit, [illegible] re me. R. Sint lūbi, [illegible]

A Si igit, quēadm[illegible] cuimus renunciatio [illegible] aliud quā vinculo[illegible] ius ac temporalis conuer[illegible] nis ſolutio: quę dū nos [illegible] humanā vitam comita[illegible] negocijs ſubducit, pro[illegible] & magis idoneos reddit [illegible] dę vię ad Dei contempla[illegible] Eiuſmodi renūciatio [illegible] impedimenti morā, ſubſi[illegible] nobis nō mediocri ad parā[illegible] poſſeſſionem, vſumq; ver[illegible] cioſiſſimarum, nempe ſuper [illegible] rum & lapidē precioſū [illegible]

¶ Sanctorum Uiti, Modeſ[illegible] atq; Creſcētię martyrū. [illegible] 15.

Da Eccleſię tuę, quęſumus dñe, ſanctis tuis, Uito, Modeſto atq; Creſcētia interceden-

cedentibus, ſuperbe non ſapere, ſed tibi placita humilitate proficere: vt proterua deſpiciēs, quęcunq; recta ſunt, libera exerceat charitate. Per dñm. Le. ij.

VItus admodū puer, inſcio patre baptizatus eſt: quod cū ille reſciuiſſet, nihil prętermiſit, quo filium a Chriſtiana religione remoueret. Qua in volūtate permanētem Valeriano iudici verberibus caſtigandū tradidit. Sed nihilominus in ſententia perſiſtens, patri redditus eſt. Sed dum eū pater grauius punire cogitat, Vitus angeli monitu, comitibus Modeſto & Creſcētia eius educatoribus, migrat in alienas terras, ibiq; eā ſanctitatis laudē adeptus eſt, vt eius fama ad Diocletianū plata, ipſū Imperator accerſeret, vt filiam ſuā a dęmone vexatā liberaret: qua liberata, cū ei ampliſſimis prę̨mijs ingratus Imperator vt deos coleret perſuadere non potuiſſet, vna cum Modeſto, & Creſcentia vinculis conſtrictus mittitur in carcerem. Lectio iij.

QVos vbi cōſtantiores eſſe comperit, demitti iubet in ingens vas liquato plumbo feruenti, reſina, ac pice plenum: in quo, cū triū Hebręorū puerorū more diuinos hymnos canerent, inde erepti, leoni obijciuntur: qui proſternens ſe, eorū pedes lambebat. Quare inflāmatus ira Imperator, quod multitudinem videbat miraculo cōmoueri, eos in catasta ſterni iubet, & ita cędi eorum membra, atq; oſſa diuelli. Quo tempore, tonitrua, fulgura, magniq; terręmotus fuere, quibus templa deorum corruerunt, & multi oppreſſi ſunt. Eorū reliquias Florentia nobilis fęmina vnguētis conditas honorifice ſepeliuit.

Die 16. F. Die 17. G.

¶ Sanctorum Marci, & Marcelliani martyrum. Oratio. Die 18. A

PRęſta, quęſumus omnipotens Deus: vt qui ſanctorū tuorū Marci & Marcelliani natalitia colimus, a cunctis malis imminētibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per do. ℣. ℟. Hęc eſt vera fraternitas. 512. L. iij.

MArcus & Marcellianus fratres Romani, propter Chriſtianam fidem a Fabiano duce comprehenſi, ad ſtipitem alligati ſunt, pedibus clauis cōfixis. Ad quos cum ita loqueretur Judex, Reſipiſcite miſeri, & vos ipſos ab his cruciatibus eripite: reſpōderūt. Nunq; tam iucunde epulati ſumus, quā hęc libēter Jeſu Chriſti cauſa perferimus: in cuius amore nunc fixi eſſe cępimus: vtinam tandiu nos hęc pati ſinat, quandiu hoc corruptibili corpore veſtiti erimus. Qui diē noctemq; in tormentis diuinas laudes canētes,

deniq; telis trāſfixi, ad martyrij gloriā peruenerūt. Quorū corpora via Ardeatina ſepulta ſūt.

Die 19 B ¶ Sanctorū Geruaſij, & Protaſij martyrum. Oratio.

DEus, q nos annua ſanctorū martyrū tuorum Geruaſij & Protaſij ſolennitate lętificas, concede propitius: vt quorum gaudemus meritis, accendamur exēplis. Per dominum. Lectio ij.

GEruaſius & Protaſius, Vitalis & Valerię filij, quorū pater Rauēnę, mater Mediolani in Neronis perſecutione pro Chriſti dñi fide martyriū ſubierunt, diſtributo pauperibus patrimonio, domeſticos ſeruos libertate donarūt. Quo facto gētilium ſacerdotes immane in illos conceptū odium habebāt. Quare cum Aſtaſius Comes in bellum proficiſci vellet, hanc occaſionem perdendi pios fratres ſe nactos eſſe putauerunt. ℟. Hęc eſt vera fraternit. 512. de cõi mart. Lectio iij.

ITaq; Aſtaſio perſuadent, ſe a dijs admonitos eſſe, nullo modo eū in bello victorem futurum, niſi Geruaſio, & Protaſio coactis Chriſtū negare, eoſdē ad ſacra dijs facienda cōpelleret. Quod cū illi deteſtarent, Aſtaſius imperauit, Geruaſium tandiu cędi, dum inter verbera expiraret: Protaſium fuſtibus contuſum ſecuri percuti iubet. Quorū corpora Philippus clam ſuſtulit, & in ſuis ędibus ſepeliuit: q̄ poſtea ſanctus Ambroſius Dei monitu inuenta, in loco ſacro, & inſigni collocāda curauit. Paſſi ſūt Mediolani decimotertio calēdas Iulij.

¶ S. Syluerij pp. & m. Oro. 20. C
Infirmitatē. 501. de cõi. Lc. ij.

SIluerius Cāpanus poſt Agapitū proxime pōtifex creatus eſt: cui⁹ doctrina & ſanctitas eluxit in inſectandis hęreticis, & cōſtātis animi magnitudo pſpecta eſt i tuēdo iudicio Agapiti. Nam Anthemium, quem quia Eutychianam hęreſim defendebat, Agapitus ab epiſcopatu Cōſtantinopolitano depoſuerat, cum ab Auguſta ſępiſſime rogatus eſſet, reſtituere noluit. ℟. Dñe pueni. 504. de cõi. L. iij.

QVamobrem irata mulier mādat Beliſario, vt Silueriū mittat in exilium. Qui exulauit in inſula Pontia, vnde his verbis ſcripſit ad Amatorē epiſcopū: Suſtentor pane tribulationis, & aqua anguſtię, nec tamen dimiſi, aut dimitto officium meum. Quod re ipſa probauit. Nam ibi coacto concilio multorum epiſcoporum, quędam conſtituit, quę ad integritatem fidei catholicę, & ad reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam

Digitized by Google

ꝑlinam pertinebant: Ubi varijs incõmodis, erumniſq; confectus, obdormiuit in dño duodecimo Calẽdas Julij. Cui⁹ ſepulcrũ multis miraculis illuſtratũ fuit, cum mẽſes decẽ ⁊ ſeptẽ eccleſie prefuiſſet. Tu autem.

Die 21. B

Die 22. E ¶ S. Paulini epi, ⁊ cõfeſ. Ora. ḋs. 514. ḋ cõi cõf. põtif. l. ij.

PAulinus, Nole epiſcopus, erudit⁹ ſtudijs humanitatis, doctus etiam diuinis literis, multa eleganter, ⁊ ornate ſcripſit verſib⁹ ⁊ ſoluta oratione. Huius viri charitas precipue celebratur, quod vaſtata a Uandalis Campania, omnes facultates ne relictis quidem ſibi rebus ad vitã neceſſarijs, in alendos pauperes ⁊ captiuos redimendos contulerit. Quo tempore, vt ſcribit Auguſtinus, ex opulentiſſimo diuite, volũtate pauperrimus ⁊ copioſiſſime ſanctus, captus a barbaris ſic Deũ precabatur. Dñe ne excrucier propter aurũ ⁊ argentũ: vbi enĩ ſint oĩa mea, tu ſcis. Ab eo cum poſceret vidua, vt filium ſibi redimeret, cõſumptis rebus omnibus in officio pietatis, ſe ipſũ pro illo in ſeruitutem tradidit. Lectio iij.

IGitur in Africã ductus a dño, qui erat regis gener, eius hortum colẽdum ſuſcepit. Uerum cũ ꝓphetie dono Regis mores ipſi dño predixiſſet, ⁊ rex in ſomnis Paulinũ ſedentẽ medium inter duos iudices, ſibiq; de manibus eripientem flagellũ vidiſſet, tantus vir agnitus, honorificẽtiſſime dimiſſus eſt condonatis ei omnibus ſuis ciuibus, qui captiui fuerãt. Nolam reuerſus ad epiſcopale officium, cum verbo ⁊ exemplo omnes ad pietatẽ Chriſtianã inflammaret, laterũ dolore correptus, cubiculum in quo iacebat, terremotu contremuit; ac paulo poſt aĩam Deo reddidit.

¶ In vigil. S. Johã. Baptiſte. Die 23. F

Lcõ ſ. euãg. ſm Lucã. Lc. 1. ca. 1

FUit in diebus Herodis regis Judee, ſacerdos quidã nõmine Zacharias de vice Abia, ⁊ vxor illius de filiabus Aaron, ⁊ nomẽ eius Eliſabeth. Et reliqua.

Homilia. Ambroſij epiſcopi.

DOcet nos ſcriptura diuina, nõ ſolũ mores in ijs q̃ ꝑdicabiles ſunt, ſed etiam parẽtes oportere laudari: vt veluti tranſmiſſa immaculate puritatis hereditas in ijs, quos volumus laudari, precellat. Que enim alia intentio hoc loco ſancti euangeliſte, niſi vt ſanctus Johannes Baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere paſſionis? Sic etiã ſancti Samuel mater Anna laudat. ſic Iſaac a parẽtibus

nobilitatẽ pietatis accepit, quã poſteris dereliquit. Sacerdos itaq; Zacharias nõ ſolum ſacerdos, ſed etiã õ vice Abia, ideſt nobilis inter ſuꝑiores ſemine. ℣. ii.

Et vxor, inquit, eius de filiabus Aaron. Non ſolũ igitur a parentibus, ſed etiam a maioribus, ſancti Johannis nobilitas propagatur, non ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religionis ſucceſſione venerabilis: tales enim maiores habere debuit precnuncius Chriſti, vt non repente conceptam, ſed a maioribus acceptam, & ipſo infuſam iure nature, predicare fidem dñici videretur aduentus. Erãt, inquit, ambo iuſti ante Deũ, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus dñi ſine querela. Quid ad hoc referunt, qui peccatis ſolatia preferentes, ſine peccatis frequentibus homines putant eſſe non poſſe? Et vtuntur verſiculo, quia ſcriptum eſt in Job, Nemo mundus a ſorde, neque infans, nec ſi vnius diei vita ſit in terra. Lectio tertia.

Quibus reſpõdendum eſt, prius vt, quid ſit hominẽ ſine peccato eſſe definiant, vtrũ nunq̃ omnino peccaſſe, an deſijſſe peccare. Si enim hoc putant ſine peccato eſſe, deſijſſe peccare: & ipſe cõſentio. Oẽs enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Si autẽ, qui veterẽ errorẽ correxit, & in eã ſe vite trãſformauerit qualitatem, vt temperet a peccato, negant abſtinere delictis: nõ poſſumus in eorum conuenire ſententiã, cum legamus, q; ſic dñs dilexit Eccleſiam: vt exhibeat ſibi ipſe glorioſam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Oratio.

Preſta, q̃s, oĩps Deus: vt familia tua per viam ſalutis incedat, & beati Johannis precurſoris hortamenta ſectando, ad eum, quem predixit, ſecura perueniat, dñm noſtrum Jeſum Chriſtum filium tuũ. Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

¶ In Natiuitate S. Johannis Baptiſte. dup. Ad veſp. Añа. Die 24



Ipſe preibit ante illũ in ſpiritu, & virtute Elie, parare dño plebem perfectã. Ps. Dixit dominus. fol. 52. cum reliquis de Dñica, & loco vlti. dĩ Laudate dñm omnes. 54. Aña. Johannes eſt nomẽ eius, vinum & ſiceram non bibet, & multi in Natiuitate eius gaudebunt. Aña. Ex vtero ſenectutis, & ſterili Johannes natus eſt precurſor dñi. Añ. Iſte puer magnus coram dño: nam & manus eius cum ipſo eſt. Aña. Nazareus vocabit puer iſte: vinũ, & ſiceram non bibet, & omne

omne immundū non manducabit ex vtero matris ſuę. Cap.

ſa. 49 Audite inſulę, ⁊ attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de ventre matris meę recordatus eſt nominis mei.

℟. Deo gratias. Hymnus.

Ut queant laxis reſonare fibris
Mira geſtorū famuli tuorum,
Solue polluti labij reatum
Sancte Johannes.

Nuncius celſo veniēs Olympo
Te patri magnum fore naſciturum.
Nomen, ⁊ vitę ſeriem gerendę
Ordine promit.

Ille promiſſi dubius ſuperni
Perdidit promptę modulos loquelę:
Sed reformaſti genitus peremptę
Organa vocis.

Ventris obſtruſo recubans cubili
Senſeras regem thalamo manentem:
Hinc parēs nati meritis vterqʒ
Abdita pandit.

Gloria patri, genitęqʒ proli,
Et tibi compar vtriuſqʒ ſemp
Spūs alme, Deus vnus, omni
Tempore ſecli. Amen.

℣. Fuit homo miſſus Deo.
℟. Cui nomē erat Johannes.

Ad Mag. Aña. Ingreſſo Zacharia templum domini apparuit ei Gabriel angelus ſtans a dextris altaris incenſi. Oratio.

Deus, qui pręſentem diem honorabilē nobis in beati Johannis Natiuitate feciſti, da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum: ⁊ omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis ęternę. Per dominum.

Ad Matut. Inuita. Regē pręcurſoris dominum, Venite adoremus. Ps. Venite. Hymnus.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuiū turmas fugiens petiſti
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

Prębuit hirtū tegumē camelus
Artubus ſacris, ſtrophium bidentes,
Cui latex hauſtū, ſociata paſtū
Mella locuſtis.

Cęteri tantum cecinere vatum
Corde pręſago iubar affuturum:
Tu quidē mūdi ſcelus auferentē
Indice prodis.

Non fuit vaſti ſpatiū per orbis
Sanctior quiſquam genitus Johanne.
Qui nefas ſecli meruit lauantē
Tingere lymphis.

Gloria patri, genitęqʒ, vt ſup.

In primo nocturno. Aña.

Priuſquā te formarē in vtero noui te: ⁊ antequam progredereris, ſanctificaui te. Ps. Beatus vir. 2. Aña. Ad oia quę mittam te, dicit dñs, ibis: ne timeas, ⁊ q̄ mādauero tibi, loqueris ad eos.

ps. Quare fremu. Añ. Ne ti/
meas a facie eorū: quia ego tecū
ſum, dicit dñs. ps. Dñe quid ꝛ.
℣. Fuit homo miſſus a Deo.
℟. Cui nomen erat Johannes.
Incipit Jeremias ꝓpheta. L. i.
Verba Jeremię filij Helcię,
de ſacerdotibus q̄ fuerunt
in Anatot, in terra Beniamin.
Quod factum eſt verbū dñi ad
eū in diebus Joſię filij Amō re/
gis Juda, in tertiodecimo anno
regni eius. Et factum eſt in die/
bus Joacim filij Joſię regis Ju
da, vſqꝫ ad conſummationem
vndecimi anni Sedechię filij Jo
ſię regis Juda, vſqꝫ ad tranſmi/
grationem Jeruſalem in menſe
q̄nto. Et factū eſt verbū dñi ad
me dicēs: Priuſquā te formarē
in vtero, noui te: ⁊ antequā exi/
res de vulua, ſanctificaui te: ⁊ ꝓ/
phetam in gētibus dedi te. ℟.
Fuit homo miſſus a Deo, cui
nomen erat Johannes. Hic ve/
nit in teſtimonium, vt teſtimo/
nium perhiberet de lumine, ⁊
pararet domino plebem perfe/
ctā. ℣. Erat Johannes in deſer
to prędicans baptiſmum peni/
tentię. Hic venit. Lectio ſcda.
Et dixi, A, a, a, dñe Deus
ecce neſcio loq̄, quia puer
ego ſuꝫ. Et dixit dñs ad me: No
li dicere, Quia puer ſuꝫ: quoniā
ad omnia, quę mittam te ibis: ⁊
vniuerſa, quęcunqꝫ mādauero
tibi loqueris. Ne timeas a facie
eorum: quia tecum ego ſum, vt
eruam te, dicit dominus. Et mi/
ſit dominus manum ſuam, ⁊ te/
tigit os meū, ⁊ dixit ad me: Ecce
dedi verba mea in ore tuo: ecce
conſtitui te hodie ſuper gentes,
⁊ ſuper regna: vt euellas, ⁊ de/
ſtruas, ⁊ diſperdas, ⁊ diſſipes, ⁊
ędifices, ⁊ plantes. ℟. Eli/ſa
beth Zacharię magnum virum
genuit, Johannē Baptiſtā prę
curſorem domini, Qui viam do
mino prępparauit in eremo. ℣.
Fuit homo miſſus a Deo, cui
nomē erat Johānes. Qui. L. iij.
Tu ergo accinge lumbos
tuos, ⁊ ſurge: ⁊ loquere ad
eos oīa, quę ego ꝓcipio tibi. Ne
formides a facie eorꝫ: nec enim
timere te faciam vultū eoꝝ. Ego
quippe dedi te hodie in ciuitatē
munitam, ⁊ in columnā ferreā,
⁊ in murum ęreum, ſuper omnē
terram, regibus Juda, principi/
bus eius, ⁊ ſacerdotibus, ⁊ om/
ni populo terrę: Et bellabūt ad/
uerſum te, ⁊ non pręualebunt,
quia ego tecū ſuꝫ, ait dominus,
vt liberē te. ℟. Priuſquam te
formarem in vtero noui te, ⁊ an
tequam exires de ventre, ſancti/
ficaui te: Et prophetā in gētibus
dedi te. ℣. Vir dilectus a Deo,
⁊ hominibus honoratus eſt. Et.
In ij. noct. Añ. Miſit dominus
manum ſuam, ⁊ tetigit os meū,
⁊ prophetam in gentibus dedit
me dominus. ps. Cum inuoca
rem. ſo2. Añ. Ecce dedi verba
mea in ore tuo: ecce ꝯſtitui te ſu/
per

per gentes ꝛ regna. Ps. Verba mea. 502. Alia. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre mr̄is meę recordatus eſt nõis mei. Ps. Domine dñs noſter. 502. ℣. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior. ℟. Johanne Baptiſta.

Sermo s. Auguſtini epi. L. iiij.

Poſt illũ ſacroſanctum dñi natalis diẽ, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari niſi ſolius Johãnis Baptiſtę. In alijs ſanctis ꝛ electis Dei nouimus illum diem coli: quo illos poſt conſummationem laborũ ꝛ deuictum triũphatumq; mũdũ, in perpetuas ęternitates pręſens hęc vita parturijt. In alijs conſummata vltimi diei merita celebrãtur. In hoc etiã prima die ipſa Johãnis initia cõſecrãtur: pro hac abſq; dubio cauſa, qa per hunc dñs aduentũ ſuũ, ne ſubito inſperatum hões non agnoſcerent, voluit eſſe teſtatũ. Johannes autẽ figura fuit veteris teſtamenti, ꝛ in ſe pręetulit formam legis, ꝛ ideo prenunciauit Saluatorem, ſicut lex gratiam pręcucurrit. ℟. Deſcendit angelus domini ad Zachariam dicens: Accipe puerũ in ſenectute tua. Et habebit nomen Johannes Baptiſta. ℣. Iſte puer magnus coram domino, nam ꝛ manus eius cum ipſo eſt. Et. L. v.

Quod autẽ nondũ natus de ſecreto materni vteri pphetauit, ꝛ expers lucis iã teſtis eſt veritatis: hoc eſt intelligendum, quod latens ſub velamine ꝛ carne literę, ꝛ redẽptorẽ mundo ſpiritu prędicauit, ꝛ nobis dñm Deũ noſtrũ de quodã legis vtero proclamauit. Ergo quia Judęi errauerũt a ventre, id eſt a lege, quę Chriſto grauida erat, errauerũt a vẽtre, locuti ſunt falſa: ideo hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ phiberet de lumine. ℟. Hic eſt pręcurſor dilectus, ꝛ lucerna lucẽs ante dñm: Ipſe eſt enim Johãnes, q viam dño pręparauit in eremo: ſed ꝛ agnũ Dei demõſtrauit, ꝛ illuminauit mentes hominum. ℣. Ipſe pręibit ante illum in ſpiritu ꝛ virtute Elię. Ipſe. L. vi.

Quod autẽ Johãnes in carcere conſtitutus ad Chriſtũ diſcipulos ſuos deſtinauit, lex ad euangelia tranſmiſit: quę lex iuxta typũ Johãnis, quaſi ignorantię clauſo carcere, in obſcuro ꝛ in occulto iacebat: ꝛ Judaicę cęcitatis ſenſus intra literã tenebatur incluſus. De hoc beatus euangeliſta ploquit, Ille erat lucerna ardens, ꝛ lucens id eſt ſpiritus ſancti igne ſuccenſus, vt mundo ignorantię nocte poſſeſſo lumen ſalutis oſtenderet, ꝛ quaſi inter denſiſſimas delictorum tenebras, ſplendidiſſimum iuſtitię ſolem, lucis ſuę radio demonſtraret, de ſeipſo dicens: Ego vox clamãtis in deſerto. ℟. Annuebãt patri eius

quem vellet vocari eum: ⁊ poſtu
lans pugillarem ſcripſit dicens:
Johannes eſt nomen eius. ℣.
Apertū eſt os Zacharię, ⁊ pro
phetauit dicens. Johannes eſt.
Añ. ij. noc. Añ. Poſuit os meū
dñs quaſi gladium acutum: ſub
vmbra manus ſuę protexit me.
ps. Dñe quis habitabit. 4.
Añ. Formans me ex vtero ſer
uū ſibi dñs, dixit: Dedi te in lu
cē gentium, vt ſis ſalus mea vſ
qꝫ ad extremū terrę. ps. Dñe in
virtute. 7. Añ. Reges vide
bunt, ⁊ conſurgent principes, ⁊
adorabunt dñm Deum tuū, qui
elegit te. ps. Benedicā do. 21.
℣. Eliſabeth Zacharię magnū
virum genuit. ℟. Johannem
Baptiſtā pręcurſorem domini.
Lectio ſ. euāg. ſm Lucam. L. vij.

ca. I Elisabeth impletū eſt tem
pus pariendi, ⁊ peperit fi
lium: Et audierunt vicini, ⁊ co
gnati eius, qꝛ magnificauit dñs
miſericordiam ſuam cum illa, ⁊
congratulabantur ei. Et reliq.
Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Peperit filium Eliſabeth,
⁊ congratulabantur vici
ni. Habet ſanctoꝝ editio lętitiaꝫ
plurimoꝝ: qꝛ cōmune eſt bonū.
Juſtitia enim communis eſt vir
tus: ⁊ ideo in ortu iuſti, futurę vi
tę inſigne pręmittitur; ⁊ gratia
ſecuturę virtutis exultatione vi
cinoruꝫ pręfigurante ſignatur.
Pulchrę autē tempus, quo fuit
in vtero propheta deſcribit, ne
Marię pręſentia taceat: ſed tem
pus ſiletur infantię, eo qꝫ pręſen
tia dñi, matris in vtero roborat,
qui infantię impedimenta neſci
uit. Et ideo in euāgelio nihil ſu
per eo legimus, niſi ortum eius,
⁊ oraculum, exultationeꝫ in vte
ro, ⁊ vocem in deſerto. ℟.
Pręcurſor dñi venit, de quo ip
ſe teſtatur: Nullus maior in
ter natos mulierum Johanne
Baptiſta. ℣. Hic eſt enim pro
pheta, ⁊ pluſquam propheta, de
quo ſaluator ait. Nullus. L. viij.

Neque enim vllam infantię
ſenſit ętatem, qui ſupra na
turam, ſupra ętatem in vtero ſi
tus matris, a menſura perfectę
cępit ętatis plenitudinis Chriſti.
Mire ſanctus euangeliſta pręter
mittendum putauit, qꝫ plurimi
infantem patris nomine Zacha
riam appellandum putarunt,
vt aduertas matri non nomen
alicuius diſplicuiſſe degeneris,
ſed id ei ſancto infuſum ſpiritu,
quod ab angelo ante Zacharię
fuerat pręnunciatum. Et quidē
ille mutus intimare vocabulū
filij nequit vxori, ſed ꝑ prophe
tiam didicit Eliſabeth quod nō
didicerat a marito. ℟. Gabriel
angelus apparuit Zacharię, di
cens. Naſcetur tibi filius, nomen
eius Johannes vocabitur: Et
multi in Natiuitate eius gaude
bunt. ℣. Erit enim magnus co
ram domino: vinum, ⁊ ſiceram
non bibet. Et multi. Lectio ix.

Johan

Johannes, inquit, eſt nomē eius: hoc eſt, non ei nos no men imponimus, qui iã a Deo nomen accepit. Habet vocabu lum ſuũ, quod agnouimus, non quod elegimus. Habēt hoc me rita ſanctoꝝ, vt a Deo nomē ac cipiant. Sic Jacob Iſrael dicit, quia Deum vidit: ſic dñs noſter Jeſus nominatus eſt, antequã natus: cui non angelus, ſed pa ter nomen impoſuit. Uides an gelos, quę audierint, non quę vſurpauerint, nũciare: Nec mi reris, ſi nomen mulier, quod nõ audiuit, aſſeruit: quando Spiri tus ei ſanctus, qui angelo mãda uerat, reuelauit. Te Deum. 8. Ad Laudes, ⁊ per horas. Añ.

Eliſabeth Zacharię magnũ virum genuit: Johannem Baptiſtam pręcurſorē dñi. Ps. Dñs regnauit. 8. cũ reliq. Añ. Innuebãt patri eius, quem vel let vocari eum: ⁊ ſcripſit, dicēs: Johannes eſt nomen eius. Añ. Johannes vocabit nomē eius: ⁊ in Natiuitate eius multi gau debunt. Añ. Inter natos mulie rum non ſurrexit maior Johan ne Baptiſta. Añ Tu puer pro pheta altiſſimi vocaberis: pręi bis ante dñm parare vias eius. Cap. Audite inſulę. 403. Hy.

O Nimis felix, meritique celſi,
Neſciens labē niuei pudoris,
Prępotens martyr, eremique cultor,
Maxime vatum.
Serta ter denis alios coronant
Aucta crementis, duplicata quoſdam,
Trina cēteno cumulata fructu
Te ſacer ornant.
Nunc potens noſtri meritis opimis,
Pectoris duros lapides re pelle,
Aſperum planans iter, ⁊ re flexos
Dirige calles.
Ut pius mũdi ſator, ⁊ redēptor,
Mētibus pulſa liuione puris,
Rite dignet veniens ſacratos
Ponere greſſus.
Laudibus ciues celebrãt ſupni
Te deus ſimplex, pariterque trine:
Supplices ac nos veniam pre camur:
Parce redēptis. Amen.

℣. Iſte puer magnus corã dño. ℟. Nã ⁊ manus eius cũ ipſo eſt. Ad Bñs. Aña. Apertũ eſt os Zacharię, ⁊ prophetauit dicens: Benedictus Deus Iſrael. Ad iij. Cap. Audite iſulę. 403. ℟. br. Fuit homo Miſſus a deo. ℣. Cui nomen erat Johannes. Miſ. Glo. Miſ. ℣. Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior. ℟. Johãne Baptiſta. Ad vj. Cap.

Et nunc hęc dicit dñs, for mãs me ex vtero ſeruũ ſi bi: Dedi te in lucē gentiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ ter rę. ℟. Inter natos mulieꝝ, Nõ ſurrexit Iſa. 49

ſurrexit maior. ℣. Johāne Ba
ptiſta. Nō. Gloria. Inter. ℟. Eli
ſabeth Zacharię magnū virum
genuit. ℟. Johāne Baptiſtā
pręcurſorem dñi. Ad ix. Cap.
Iſa. 49 REges videbūt, ⁊ cōſurgēt
principes, ⁊ adorabunt
dominum Deum tuuz, ⁊ ſanctū
Iſrael, qui elegit te. ℟. Eliſa/
beth Zacharię Magnū virum
genuit. ℣. Johannem Bapti/
ſtam, precurſorem dñi. Magnū.
Gloria. Eliſabeth. ℣. Iſte puer
magnus coram domino. ℟.
Nam ⁊ manus eius cū ipſo eſt.
Ad Veſperas. Aña. Eliſabeth.
cum reliquis de Laudibus. Pſal
mi, Capitulum, ⁊ Hymn. vt in
primis Veſperis. ℣. Iſte puer
magnus coram domino. ℟.
Nā ⁊ manus eius cum ipſo eſt.
Ad Mag. Aña. Puer, q natus
eſt nobis, pluſquā propheta eſt:
hic eſt eniꝫ de quo Saluator ait:
Inter natos mulierum non ſur/
rexit maior Johanne Baptiſta.

SECVNDA DIE.

Die 25 A infra oct. Nati. ſ. Johā. Bapt.
Sermo ſ. Auguſtini epi. L. iiij.
NAtale ſancti Johā/
nis fratres cariſſi/
mi, hodie celebra/
mus, qđ nulli vnquā
ſanctoruꝫ legimus
fuiſſe cōceſſum: ſolius enim dñi,
⁊ beati Johannis dies natiuita/
tis in vniuerſo mūdo celebratur
⁊ colit. Hunc enim ſterilis pepe
rit, illū virgo cōcepit. In Eliſa/
beth ſterilitas vincitur: in beata
Maria conceptionis cōſuetudo
mutat. Eliſabeth virū cognoſcē
do, filium genuit: Maria ange/
lo credidit, ⁊ concepit. Hominē
concepit Eliſabeth, hominem ⁊
Maria: ſed Eliſabeth ſolum ho/
minem, Maria deum ⁊ homi/
nem. ℟. Deſcendit. 404. L. v.
MAgnus igitur Johānes,
cuius magnitudini etiam
Saluator teſtimoniū phibet di/
cens: Non ſurrexit inter natos
mulierū maior Johanne Bapti
ſta: pręcellit cęteros, eminet vni
verſis, antecellit prophetas, ſup/
gredit patriarchas: ⁊ quiſquis
de muliere natus eſt, inferior eſt
Johāne. Dicet fortaſſe aliquis.
Si inter natos mulieꝝ Johānes
maior eſt, maior eſt Saluatore?
Abſit. Johānes enim natus mu
lieris, Chriſtus autem virginis
natus eſt: ille corruptibilis vteri
finibus effuſus eſt, iſte impol/
lutę virginis flore progenitus.
℟. Hic eſt pcurſor. 404. L. vj.
SI ergo intelligimus my/
ſterium, fratres mei, Jo/
hānes homo eſt, Chriſtus Deus
eſt: humilietur homo, vt exaltet
Deus, ſm illud qđ de dño ipſe
Johannes dixit: Illum oportet
creſcere, me autē minui. Ut hu/
miliaretur homo, hodie natus
eſt Johannes, quo incipiunt de/
creſcere dies: vt exaltetur Deus,
eo die natus eſt Chrs, quo inci/
piunt creſcere dies. Magnū ſa/
cramentum,

ſacramentū; fratres cariſſimi: ideo celebramus natalem Johannis ſicut & Chriſti: quia ipſa natiuitas plena eſt myſterio. Quo myſterio: niſi humilitatis noſtrę, ſicut natiuitas Chriſti plena eſt myſterio altitudinis noſtrę. ℟. Innuebant patri. folio 404.

Hom. S. Ambroſii epi. L. vij.

Johānes eſt, inquit, nomen eius. Nō poterat Eliſabeth dñi ignorare prænunciū, quę prophetauerat Chriſtum. Et bene additur: Quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc noīe: vt intelligas nomen non generis eſſe, ſed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: ſed quia incredulitas eius affatum eripuerat & auditum: quod voce non poterat, manu & literis eſt locutus. ℟. Præcurſor dñi. 404. L. viij.

Scripſit autē dicēs: Johānes eſt nomen eius. Et hic nomen non imponitur, ſed aſtruitur. Meritoqz cōtinuo reſoluta eſt lingua eius: qz quā vinxerat incredulitas, fides ſoluit. Credamus & nos igitur, vt loquamur: vt lingua noſtra, quę incredulitatis vinculis eſt ligata, rationis voce ſoluatur. ℟. Gabriel angelus. 404. Lectio ix.

Scribamus ſpiritu myſteria, ſi volumus loqui. Scribamus prænunciū Chri nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Etenim q Johānem loquitur, Chriſtū prophetat. Loquamur Johānē, loquamur & Chriſtū, vt noſtrum quoque os poſſit aperiri, quod in ſacerdote tanto, irrationalis modo pecudis, fręna nutātis fidei coercebāt. Tu autem domine.

¶ SS. m. Johānis & Pauli. Die 26 B
ſemid. A caplo fit de feſto, & oīa dñr de cōi plur. marty. f. 508. exceptis his q̄ hic ſunt propria. Quō ſi feſtū hoc venerit i dñica, trāsferť in ſeq. diē. Ad M. Añ. Aſtiterunt iuſti ante dominum, & ab inuicem non ſunt ſeparati: calicem domini biberūt, & amici Dei appellati ſunt. Oratio.

Quæſumus omnipotēs deus: vt nos geminata lętitia hodiernę feſtiuitatis excipiat, q̄ de beatorum Johannis & Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, & paſſio, vere fecit eſſe germanos. Per dominum noſtrū.

Deinde fit commemoratio de Octaua ſancti Johannis.

Ad Matutinū. In j. noc. lec. de epla ad Rom. Fratres, debitores. 509. vt in cōi plur. martyr. ℟. Iſti ſunt duo viri miſericordię, q aſſiſtunt ante dñm. Dñatorē vniuerſę terrę. ℣. Iſti ſunt duę oliuę, & duo candelabra lucētia ante dñm. Dominatorem. ij. ℟. Vidi coniunctos viros habētes ſplēdidas veſtes, & angelus dñi locutus eſt ad me dicēs: Iſti ſunt viri ſcti facti amici Dei. ℣.

Digitized by Google

Vidi angelū Dei fortē, volantē
per mediuꝫ cęlum, voce magna
clamantem ⁊ dicentē. Iſti ſunt.
iij. ℟. Tradiderūt. ſīo. cū rel.
p ordinē de cōi ꝑlu. mar. L. iiij.

IOhānes ⁊ Paulus fratres
Romani, cum facultatibus
a Conſtantia Conſtantini filia,
cui pie fideliter qꝫ ſeruierant, ſi/
bi relictis Chriſti pauperes ale/
rēt, a Juliano apoſtata in nume/
rū familiarium ſuorū inuitati, li
bere negauerunt, ſe apud eum
eſſe velle, qui a Jeſu Chriſto de/
feciſſet. Quibus ille ad deliberā
dū decē dies pręfinit, vt niſi ad
eā diē ei adhęrere, ⁊ Joui ſacri/
ficare conſtituerint, ſibi morien/
dum eſſe certo ſciant. ℟. San/
cti tui domine. ſīo. Lectio v.

ILli intra id tēpus reliqua
ſua bona diſtribuerūt pau
peribus, quo expeditiores ad
dn̄m migrare poſſent, ⁊ plures
iuuare, a quibus in ęterna taber
nacula reciperentur. Die deci/
ma, Terentianus prętorię co/
hortis pręfectus ad eos miſſus
cum allata Jouis effigie, vt eam
venerarentur, Imperatoris mā
datum eis exponit: vt niſi Joui
cultū adhibeant, moriant. Qui
vt erant orantes, reſponderunt
ſe pro Chriſti fide, quem Deuꝫ
mente, ⁊ ore venerabantur, non
dubitanter mortem ſubituros.
℟. Verbera. ſīo. Lectio vj.

AT Terētianus veritus, ne,
ſi publice interficerentur,
populus commoueretur, domi
vbi tūc erant abſciſſis eorū capi/
tibus, ſexto calēdas Julij ſecreto
eos ſepeliendos curauit, rumo/
remqꝫ ſparſit, Johannē ⁊ Pau
lū in exilium eiectos eſſe. Verū
eorum mors a ſpiritibus immū
dis, qui multorū corpora vexa/
bant peruulgata eſt: in quibus
Terentiani filius ⁊ ipſe oppreſ/
ſus a dęmone, ad ſepulcrū mar/
tyruꝫ perductus, liberatus eſt.
Quo miraculo, ⁊ is in Chriſtū
credidit, ⁊ eius pater Terentia/
nus, a quo etiā horum beatorūꝫ
martyrū vita ſcripta eſſe dicit.
℟. Tanquam aurum. fol. ſii.
Lectio ſ. euāg. ſm̄ Lucā. L. xij.

IN illo tempore: Dixit Je/ 12.6
ſus diſcipulis ſuis: Atten/
dite a fermento Phariſęorum,
quod eſt hypocriſis. Et reliq.
Homilia venerab. Bedę pſb.

DE hoc fermento Apoſto/
lus pręcepit: Itaqꝫ epu/
lemur nō in fermēto veteri, neqꝫ
in fermēto malitię ⁊ nequitię,
ſed in azymis ſinceritatis ⁊ ve/
ritatis. Nam ſicut modicū fer/
mentū totā farinę, cui inijcitur,
maſſam corrūpit, vniuerſamqꝫ
mox conſperſionē ſui ſapore cō/
maculat, ſic nimiruꝫ ſimulatio,
cuius ſemel animum imbuerit,
tota virtutum ſinceritate ⁊ veri
tate fraudabit. Eſt ergo ſenſus,
Attendite ne ęmulemini ſimu/
latores, qꝛ veniet profecto tem/
pus, in quo veſtra virtus oībus,

⁊ co/

ꝛ eoꝝ reueletur hypocriſis. Ꝝ.
Propter teſtiũ. ſı2. Lect. viij.

VErũ quod ſequit᷑: Quo/
niã quę in tenebris dixi/
ſtis, in lumine dicentur: non ſolũ
in futuro quãdo cuncta cordiũ
abſcõdita proferentur ad lucem,
ſed ꝛ in pręſenti tempore poteſt
congruenter accipi: quoniã quę
inter tenebras quondam preſſu
rarum, carcerumq; vmbras, vel
locuti, vel paſſi ſunt apoſtoli,
nunc, clarificata per orbẽ eccle/
ſia, lectis eorum actibus publi/
ce pręedicantur. Ne terreamini
ab his, qui occidũt corpus. Si
perſecutores ſanctorum, occiſis
corporibus, nõ habẽt amplius
quid cõtra illos agant: ergo ſu/
peruacua furũt inſania, qui mor
tua martyrũ mẽbra, feris, aui/
buſq; diſcerpenda proijciunt: cũ
nequaquam omnipotentię dei,
qui ea reſuſcitando viuificet, ob
ſiſtere poſſint. Ꝝ. Hęc eſt ve/
fraternitas. ſı2. Lectio nona.

DVo autẽ ſunt genera per/
ſecutorũ, vnũ palã ſęuien
tium, alterũ ficte, fraudulẽterq;
blandientiũ. Cõtra vtrũq; nos
munire atque inſtituere volens
ſaluator, ꝛ ſupra ab hypocriſi
Phariſęoꝝ attẽdere, ꝛ hic a car
nificũ cęde pręcipit non timere,
quia videlicet poſt mortem nec
horũ crudelitas, nec illorum va/
leat ſimulatio durare. Nonne
quinque paſſeres dipondio ve/
neunt? Si minutiſſima, inquit,
animalia, ꝛ q̃ quolibet per aera
feruntur volatilia, Deus obli/
uiſci non poteſt: vos qui ad ima
ginẽ facti eſtis creatoris, nõ de/
betis terreri ab his q occidunt
corpus: q2 q irrationabilia ani/
malia gubernat, rationabilia cu
rare non deſinit. Tu autem dñe.
Ad Laudes, ꝛ per horas. Aña.

PAulus ꝛ Johannes dixe/
runt Juliano: nos vnum
Deũ colimus, q fecit cęlũ ꝛ ter
ram. ps. Dñs reg. 8. ũ rel. Añ.
Paulus ꝛ Johãnes dixerũt Te
rentiano: ſi tuus dñs eſt Julia/
nus, habeto pacem cum illo: no
bis alius non eſt niſi dominus
Jeſus Chriſtus. Aña. Johan/
nes ꝛ Paulus agnoſcentes ty/
rannidẽ Juliani, facultates ſuas
pauperibus erogare cęperunt.
Aña. Sacri Spũs ꝛ animę iu
ſtorũ, hymnum dicite Deo, hal.
Añ. Johãnes ꝛ Paulus dixerũt
ad Gallicanũ, fac votũ Deo cęli:
ꝛ eris victor melius quã fuiſti.
Ad Bñs. Añ. Iſti ſunt ſancti,
qui pro Chriſti amore minas ho
minũ contẽpſerunt, ſancti mar/
tyres in regno cęloꝝ exultãt cũ
angelis. O quã ꝑcioſa eſt mors
ſanctoꝝ, q aſſidue aſſiſtunt ante
dñm, ꝛ ab inuicẽ nõ ſũt ſeparati.
Oro vt ſu. ꝛ cõme. s. Johãnis.
In ij. Veſpe. Aña. Paulus ꝛ
Johannes. vt ſupra. Pſal. de
cõi plur. mar. Ad Mag. Aña.
Iſti ſunt duę oliuę, ꝛ duo cãde/
labra lucẽtia ante dñm: habent
pote/

Digitized by Google

poteſtatem claudere cęlum nubibus, ꝛ aperire portas eius, q̃ linguę eoꝝ claues cęli factę ſunt. Oro vt ſ. Queſumus oĩpotẽs. Deinde fit cõm. de oct. ſ. Johã.

Die 17 L QVARTA DIE

infra octa. Nat. ſ. Johã. Bapt. Sermo s. Baſilij magni in pſalmum vigeſimũ octauũ. Lc. iiij.

Vox dñi ſup aquas. Qualis vox, ſuper quas aquas? Velut prophetiã accipiamus, quod dictum eſt. Memineris Johãnis qui interrogatus a Judęis, Quis es tu? quod reſpõſum dabimus his, qui miſerunt nos? reſpondit. Ego vox clamantis in deſerto. Igitur vox dñi eſt Johannes, Angelus a Deo miſſus ante faciem dñi, vt pararet dño plebem perfectã. Hęc igitur vox ſuper aquas, erat ſup Jordanẽ, in quo baptizabat prędicans pęnitẽtię baptiſmũ: ꝛ nõ ſolum in Jordane, ſed etiã in Enon prope Salẽ, quia aquę multę erant illic. ℟. Deſcendit angelus. 404. L. v.

Igitur vox dñi ſup aquas Johãnes eſt ſuper baptiſma. Illic etiam Deus maieſtatis intonuit. Venit enim vox de cęlo dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Tunc etiã dñs ſup aquas multas dignatus eſt deſcendere in baptiſma Johannis, vt compleret omnem iuſtitiam, quę in lege eſt. Vox dñi in virtute: Aufert enim debilitates populi per pęnitentię baptiſmum, per ipſum baptizãs in aqua ad pęnitentiã. In virtute eſt vox dicẽs: Pęnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cęlorum: ꝛ facite fructus dignos pęnitentia. ℟. Hic eſt precurſor. 404. Lc. vj.

Vox dñi confringẽtis cedros. Poteſt dici, quod parãs dño populũ perfectũ elatas impietates, ꝛ contra cognitionẽ Dei exaltatas confringẽs, ac conterẽs, obliqua faciebat recta. Qui enim oẽm collẽ, ac mõtẽ humiliat, hic erat qui cõfringebat cedros, ꝛ domino acceſſũ adęquabat, per hoc quod ad pęnitentiam inducebat altum, ꝛ elatum, ꝛ ſuperbum cor. Unde eius prępararionem ſuſcipiens dñs, ſuo aduentu confringit oppoſitas potentias, cedros Libani figurate dictas. Oportet enĩ dominum regnare, donec ponat inimicos ſub pedes ſuos. ℟. Innuebãt patri eius. 404.

De Homi. ſ. Ambroſij epi. L. viij.

Et Zacharias pater eius impletus eſt ſpiritu ſancto, ꝛ prophetabat dicẽs. Vide quã bonus Deus, ꝛ facilis indulgere peccatis: non ſolum ablata reſtituit, ſed etiã inſperata concedit. Ille dudũ mutus ꝓphetat. Hęc enim gratia Dei maxima, ꝙ eũ qui negauerat cõfitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum cõſcius

Digitized by Google

ſtius delictorũ p̄mia diuina de/
ſperet. Nouit dñs mutare ſentē
tiam, ſi tu noueris emēdare deli/
ctũ. ℞. Precurſor. 404. L. viij.

ET tu puer propheta altiſſi
mi vocaberis. Pulchre, cũ
de dño prophetaret, ad prophe/
tam ſua verba conuertit, vt hoc
quoq; eſſe beneficium domini
deſignaret: ne cum publice enu/
meraret ſua, quaſi ingratus ta/
cuiſſe quę acceperat beneficia vi
deretur, quę agnoſcebat in filio.
Sed fortaſſe aliqui quaſi irra/
tionabilem mētis exceſſum pu/
tēt, quod octo dierũ alloquutur
infantem. Uerum ſi teneamus,
intelligemus profecto quod po/
tuit vocem patris natus audire,
qui Marię ſalutationem ante/
quam naſceretur, audiuit. ℞.
Gabriel angelus. 404. Lec. ix.

SCiebat profecto alias eſſe
aures prophetę: q̄ ſpiritu
Dei, non corporis ętate, reſeran
tur. Habebat intelligendi ſenſũ,
qui exultandi habebat affectũ.
Simul illud aduerte, quā pau/
cis Eliſabeth, quam multis Za
charias prophetet: vterq; ſan/
cto repletus ſpiritu loquebatur:
ſed diſciplina ſeruatur: vt mulier
diſcere magis q̄ diuina ſunt ſtu/
deat, quam docere. Tu autem.

¶ S. Leonis Papę ⁊ confeſſ.
ſemid. A Cap. fit de feſto cum
cōmemo. octaua S. Iohannis.
Si hoc feſtum venerit in Dñica
trāsfert poſt Oct. Aplo℞. Pio.

DEus, qui beatum
Leonē Pontificē,
ſanctorũ tuorũ me/
ritis coęquaſti: cō
cede propitius: vt
qui cōmemorationis eius feſta
percolimus, vitę quoque imite/
mur exempla. Per do. Lec. iiij.

LEo ſecundus, Pontifex
Maximus, Siculus, hu/
manis ⁊ diuinis literis grece, ⁊
latine doctus, muſicis etiam eru
ditus fuit: ipſe enim ſacros hym/
nos ⁊ pſalmos in eccleſia ad cō/
centũ meliorē reduxit. Idē inſti
tuit: vt in Miſſę ſacrificio pacis
oſculũ populo daret. Probauit
Acta ſextę Synodi, q̄ Cōſtanti
nopoli celebrata eſt p̄ſentib⁹ Le
gatis apoſtolicę ſedis, Cōſtātino
Imperatore, ⁊ duobus Patriar
chis, Conſtantinopolitano, ⁊
Antiocheno, ac ducentis octo
ginta nouē epīs. Quā ⁊ ĩ latinũ
trāſtulit. ℞. Inueni. 515. L. v.

IN eo concilio Cyrus, Ser
gius ⁊ Pyrrhus cōdēnati
ſunt, vnā tantũmodo voluntatē
⁊ operationē in Chr̄o p̄dicātes.
Hic fregit ſuperbiā Antiſtitum
Rauennatũ, qui Exarchorum
freti potētia, ſedi apoſtolice non
obtemperabant. Quamobrem
decreuit vt electio cleri Rauēna
tis irrita eſſet, niſi Romani Pō
tificis auctoritate cōprobaret.
℞. Poſui adiutoriũ. 515. L. vi.

VEre pater pauperum fuit:
nō enim pecunia ſolũ, ſed
opera

Digitized by Google

opera, labore, ⁊ conſilijs, egentium viduarum, ⁊ pupillorum inopiam, ac ſolitudinē ſubleuabat. Qui dū ſingulos nō magis prędicatione, quam vita ad pie ſancteq; viuendum adhortaretur, menſe ſui pontificatus decimo, ⁊ diebus decez ⁊ ſeptez obdormiuit in dño. Sepultus eſt in baſilica ſancti Petri quarto Calendas Julij. Ordinatione vna menſe Junio creauit pſbyteros nouem, diaconos tres, epiſcopos diuerſis in locis viginti tres. ℟. Iſte eſt q ante. 516.

In iij. noct. Homi. in euāgeliū. Homo quidā. 516. de cō. pfeſſ. pōtifi. L. ix. de vigilia apoſtolorum Petri ⁊ Pauli.

Lcōs euāg. ſm Johānē. L. ix.

ca. 21 In illo tpe: Dixit Jeſus Simoni Petro: Simō Johānis diligis me plus his? Et reliq.

Homilia ſci Auguſtini epi.

Reddit negationi trinę trina pfeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat quam timori: ⁊ plus vocis elicuiſſe videat mors imminēs, quam vita pręſens: ⁊ ſit amoris officiuz paſcere dominicuz gregez, ſi fuit timoris indiciū negare paſtorez. Qui hoc animo paſcunt oues Chriſti, vt ſuas velint eſſe, non Chriſti: ſe cōuincunt amare, non Chriſtū: vel gloriādi, vel dominādi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi, ⁊ ſubueniendi, ⁊ Deo placendi charitate.

Pro commemoratione vigilię Antiphona ad Benedictus, ⁊ pſalc. de feria currenti. Oratio.

Preſta, q̄s oḡs deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apoſtolicę confeſſionis petra ſolidaſti. Per dominum noſtrū.

¶ Sanctorum Apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli dupl. Ad veſperas. Antiphona.

Petrus ⁊ Johannes. 410. cū reliq. de laud. pſ. Dixit do. 52. cum reliq. de dñica, ⁊ loco vltimo. pſ. Laudate dominuz omnes gentes. 54. Capitulum.

Miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de Eccleſia: occidit autem Jacobum fratrem Johannis gladio. Videns autem quia placeret Judęis, appoſuit vt apprehenderet ⁊ Petrum. Hymnus.

Aurea luce ⁊ decore roſeo
Lux lucis omne perfudiſti ſeculum,
Decorans cęlos inclyto martyrio
Hac ſacra die, quę dat reis veniam.
Janitor cęli, doctor orbis pariter,
Judices ſecli, vera mundi lumina,
Per crucem alter, alter enſe triumphans,
Vitę ſenatū laureati poſſidēt.

O felix

O felix Roma, quę tantorum principum
Es purpurata precioſo ſanguine:
Non laude tua, ſed ipſorum meritis
Excellis omnem mundi pulchritudinem.
Sit trinitati ſempiterna gloria,
Honor, poteſtas, atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperiū
Ex tunc modo per ęterna ſecula. Amen.

℣. In oēm terram exiuit ſonus eorū. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Ad Mag. Aña. Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorum, tibi traditę ſunt claues regni cęlorum. Oratio.

DEus, q hodiernam diē apoſtolor. tuorū Petri ⁊ Pauli martyrio conſecraſti: da Eccleſię tuę, eorum in oībus ſequi pręceptum: per quos religionis ſumpſit exordium. Per dominum.

Hac ⁊ ſeq. die non fit alia commemorat. Sancti Pauli, cum Oratio ſit communis, nec Octauę ſancti Johannis Baptiſtę. Ad Matutinum. Inuitatoriū. Regem apoſtolorū. Ps. Venite. 1. Hymnus Aeterna Chriſti. 493. Antiphonę, ⁊ Pſalmi, ⁊ verſic. nocturnor. dicuntur de cōi apoſtolorum. 493.

De Actibus Apl'or. Lectio I.

PEtrus autem ⁊ Johānes ca. 3 aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex vtero matris ſuę, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi quę dicitur Specioſa, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidiſſet Petrum ⁊ Johannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemoſynam acciperet: Intuens autem in eum Petrus cum Johanne, dixit: Reſpice in nos. At ille intēdebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. ℟. Simō Petre antequam de naui vocarem te, noui te: ⁊ ſuper plebem meam principem te conſtitui: Et claues regni cęlorum tradidi tibi. ℣. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum ⁊ in cęlis: ⁊ quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ⁊ in cęlis. Et. Lectio ſecunda.

PEtrus autē dixit: Argentum ⁊ aurū non eſt mihi: quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, ⁊ ambula. Et apprehenſa manu eius dextera, alleuauit eū. Et protinus cōſolidatę ſunt baſes eius, ⁊ plantę: ⁊ exiliēs ſtetit, ⁊ ambulabat: ⁊ intrauit cum illis in templum ambulans, ⁊ exiliēs, ⁊ laudans deum. Et vidit omnis populus eū ambulantem, ⁊ laudantem Deum.

Cognoſcebāt autē illū, q̄ꝛ ipſe erat qui ad eleemoſynā ſedebat ad Speciosam portā tēpli, ꝛ repleti ſunt ſtupore ꝛ extaſi in eo, quod cōtigerat illi. ℟. Si diligis me Simō Petre, paſce oues meas: dn̄e tu noſti quia amo te. Et animā meā pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Et. Lectio iij.

Cum teneret autē Petrū ꝛ Johannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticū, quę appellatur Salomonis, ſtupentes. Uidens autē Petrus, reſpōdit ad populū. Uiri Iſraelitę, qd miramini in hoc, aut nos qd intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hūc ambulare? Deus Abraham, ꝛ Deus Iſaac, ꝛ Deus Jacob, Deus patrum noſtroꝝ glorificauit filiū ſuū Jeſum, quē vos quidē tradidiſtis, ꝛ negaſtis ante faciē Pilati, iudicāte illo dimitti. Uos autem ſanctū, ꝛ iuſtum negaſtis, ꝛ petiſtis virum homicidā donari vobis, auctorē vero vitę interfeciſtis, quē Deus ſuſcitauit a mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Et in fide nois eius hūc quē vos videtis ꝛ noſtis ꝯfirmauit nomen eius: ꝛ fides, q̄ per eum eſt, dedit integram ſanitatē iſtā, in conſpectu omnium veſtrum. ℟. Tu es Petrus, ꝛ ſuper hāc petrā ędificabo Eccleſiā meam, ꝛ portę inferi nō pręualebūt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. ℣. Quodcunqꝫ ligaueris ſuper terrā, erit ligatū ꝛ in cęlis: ꝛ quodcunqꝫ ſolueris ſuper terram, erit ſolutum ꝛ in cęlis. Et tibi. Gloria. Et. 495.

Sermo s. Leonis Papę. Lectio iiij.

Omniū quidem ſanctarum ſolēnitatū dilectiſſimi totus mūdus eſt particeps, ꝛ vnius fidei pietas exigit, vt quicquid pro ſalute vniuerſorum geſtum recolitur communibus vbique gaudijs celebretur. Ueruntamē hodierna feſtiuitas pręter illam reuerentiam, quā toto terrarum orbe promeruit, ſpeciali ꝛ propria noſtrę vrbis exultatione veneranda eſt: vt vbi pręcipuorum apoſtolorū glorificatus eſt exitus, ibi in die martyrij eorum ſit lętitię principatus. Iſti enim ſunt viri, per quos tibi euangeliū Chriſti Roma reſplenduit: ꝛ quę eras magiſtra erroris: facta es diſcipula veritatis. ℟. Dn̄e ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. Et extēdens manum apprehendit eū, ꝛ dixit Jeſus: Modicę fidei, quare dubitaſti? ℣. Cumqꝫ vidiſſet ventum validum venientē, timuit: ꝛ cum cępiſſet mergi, clamauit dicens: Dn̄e ſaluum me fac. Et. Lectio v.

Iſti ſunt patres tui veriqꝫ paſtores, q te regnis cęleſtibus inſerendam, multo melius, multoqꝫ felicius cōdiderūt, quā illi quorū ſtudio prima mœnium tuorū fundamēta locata ſunt: ex

Digitized by Google

quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cęde fędauit. Iſti ſūt q te ad hanc gloriā prouexerūt, vt gens ſancta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis ꝛ regia, per ſacrā beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius pſideres religione diuina, quam dñatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius Imperij tui terra mariq3 protuleris, minus tamen eſt qd tibi bellicus labor ſubdidit, quā quod pax Chriſtiana ſubiecit. ℞. Surge Petre, ꝛ indue te veſtimentis tuis: accipe fortitudinē ad ſaluādas gentes: Quia ceciderrunt catenę de manibus tuis. ℣. Angelus dñi aſtitit, ꝛ lumen refulſit in habitaculo carceris, percuſſoq3 latere Petri excitauit eum dicens: ſurge velociter. Quia. Lec. vj.

O Propoſito nāq3 diuinitus operi maxime cõgruebat, vt multa regna vno cõfederarētur imperio, ꝛ cito peruios haberet populos prędicatio generalis, quos vnius teneret regimē ciuitatis. Hec autē ciuitas ignorās ſuę prouectionis auctorem, cū pene omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus: ꝛ magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullā3 rei puebat falſitatē. Unde quāto erat ꝑ diabolū tenacius illigata, tāto ꝑ Chriſtū eſt mirabilius abſoluta. ℞. Tu es paſtor ouiū, pꝛinceps apoſtolorū, tibi tradidit Deus oīa regna mūdi. Et ideo tibi traditę ſunt claues regni cęlorum. ℣. Quodcūq3 ligaueris ſup terrā3, erit ligatū ꝛ in cęlis: ꝛ quodcūq3 ſolueris ſup terrā3, erit ſolutum ꝛ in cęlis. Et. Gloria. Et. 596.

Lectio ſancti euāgelij ſecūdum Matthęum. Lectio ſeptima.

IN illo tēpore: Venit Jeſus in partes Cęſareę Philippi, ꝛ interrogabat diſcipulos ſuos dicens: Quem dicunt hoīes eſſe filium hominis? Et reliqua. 16. c.

Homilia s. Hieronymi pſbyt.

PUlchre interrogat: Quē3 dicunt homines eſſe filiu3 hominis? quia qui de filio hoīs loquuntur, homines ſunt: qui vero diuinitatē eius intelligūt, non homines, ſed dij appellantur. At illi dixerunt, Alij Johānem Baptiſtā, alij autē Eliam. Miror quoſdā interpretes cauſas errorū inquirere ſingulorū, ꝛ diſputationem longiſſimā texere, quare dñm noſtrū Jeſum Chriſtum alij Johannem putauerint, alij Eliā, alij Jeremiam, aut vnū ex prophetis, cū ſic potuerint errare in Elia, ꝛ Jeremia, quomodo Herodes errauit in Johāne, dicens: Quē ego decollaui Johānē, ipſe ſurrexit a mortuis, ꝛ virtutes operant in eo. ℞. Ego pro te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. ℣. Caro ꝛ ſanguis

:nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cęlis. Et. Lectio viij.

VOs autẽ quẽ me eſſe dicitis? Prudens lector attende, ꝙ ex cõſequentibus textuqꝫ ſermonis Apli nequaq̃ hoies, ſed dij appellantur. Cum enim dixiſſet, Quẽ dicunt hoies eſſe filiũ hominis? ſubiecit, Uos autem quem me eſſe dicitis? Illis, quia hoies ſũt, humana opinãtibus, vos q eſtis dij, quẽ me eſſe exiſtimatis? Petrus ex perſona oium aploꝝ profitetur: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Deuz viuum appellat ad diſtinctionẽ eorum deoꝝ qui putantur dij, ſed mortui ſunt. ℟. Quem dicunt hoies eſſe filium hominis? dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Reſpondens Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus ꝛ ſuper hanc petrã ędificabo Eccleſiã meam. ℣. Beatus es Simon Bar iona: qꝛ caro ꝛ ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus, q eſt in cęlis. Et. Glo. Et. Le. ix.

REſpondẽs autẽ Jeſus dixit ei: Beatus es Simon Bar iona: Teſtimonio de ſe apoſtoli reddidit vicẽ. Petrus dixerat: Tu es Chriſtus filius Dei viui: mercedem recepit vera cõfeſſio: Beatus es Simõ Bar iona. Quare? quia non reuelauit tibi caro ꝛ ſanguis, ſed reuelauit tibi pater. Quod caro ꝛ ſanguis reuelare nõ potuit, ſpiritus ſancti gratia reuelatũ eſt. Ergo ex cõfeſſione ſortitur vocabulũ, qꝺ reuelationez ex Spiritu ſctõ habeat, cuius ꝛ filius appellandus ſit. Si quidem Bar iona in nr̃a lingua ſonat, filius columbę.

Ad Laudes, ꝛ per Horas. An.

PEtrus, ꝛ Johannes aſcendebant in tẽplũ ad horam orationis nonã. Ps. Dñs reg. cu rel. Aña. Argentum ꝛ aurũ non eſt mihi, quod autẽ habeo, hoc tibi do. An. Dixit angelus ad Petrũ, circũda tibi veſtimẽtum tuum, ꝛ ſequere me. Aña. Miſit dñs angelum ſuum: ꝛ liberauit me de manu Herodis, hal. Aña. Tu es Petrus, ꝛ ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meã. Cap. Miſit. 408. Hym.

IAm bone paſtor Petre clemens accipe
Uota pcantũ, ꝛ peccati vincula
Reſolue, tibi poteſtate tradita,
Qua cunctis cęluz verbo claudis aperis,

DOctor egregie Paule mores inſtrue,
Et mente polum nos tranſferre ſatage,
Donec pfectũ largiat plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.

Sit trinitati ſalus indiuidua,
Honor, poteſtas, atque iubilatio,
In vnitate cui manet imperiũ
Ex tunc, ꝛ modo, per ęterna ſęcula. Amen.

Digitized by Google

℣. Annũciauerunt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt.

Ad Bñs. Aña. Quodcunq3 ligaueris ſuper terram, erit ligatũ & in celis: & quodcũq3 ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in celis: dicit dñs Simoni Petro.

Ad iij Cap. Miſit Hero. 408. ℟. b. In oẽm terram. & Conſtitues. 497. dñr de cõi Aploꝝ.

Ad Sextam. Capitulum.

Petrus quidẽ ſeruabatur in carcere, oratio autẽ fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. ℟. b. Cõſtitues eos. 497. & Nimis hono.

Ad Nonam. Capitulum.

Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit: Nũc ſcio vere, quia miſit dñs angelũ ſuũ, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judeoꝝ. ℟. b. Nimis. 497. & Annũcia.

Ad Veſpe. Ubi nõ fuerit eccleſia s. Pauli, dr Aña. Jurauit dñs. 497. cũ rel. pſal. de Aplis. Cap. & hym. vt ſu. in i. Veſ. ℣. Annũciauerũt opera Dei. ℟. Et facta eius intellexerunt.

Ad M. Aña. Hodie Simõ Petr⁹ aſcẽdit crucis patibulũ, hal. Hodie clauicularius regni gaudẽs migrauit ad Chr̃m. Hodie Paulus aplus, lumen orbis terre, inclinato capite, pro Chriſti nomine martyrio coronatus eſt, hal. Orõ. Deus qui hod. 409.

Nec fit cõme. Sancti Johannis.

Ubi vero fuerit Eccl. s. Pauli.

Ad veſ. Aña. Ego plãtaui. 413. cũ rel. de Lau. ps. Dixit do. 52. cũ rel. de Dñica. loco vlt. dicit Laudate dñs oẽs gẽ. 54. Cap.

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidẽ ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie: quã reddet mihi dñs in illa die iuſtus iudex. 2. Ti. 6

Hym. Doctor egregie. vt ſu. in laudi. 88. Petri. & Pauli. 410. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole. ℟. Predicator veritatis in vniuerſo mũdo.

Ad Ma. Aña Sancte Paule aple, predicator veritatis, & doctor gentium, intercede pro nobis ad Deũ qui te elegit. Orõ.

Deus, qui multitudinem gentium beati Pauli Apoſtoli pdicatione docuiſti: da q̃s, vt cuius natalitia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dñm.

Deinde fit cõmemo. S. Petri, vt in Conuerſio. s. Pauli. 371. nec fit cõmemo. S. Johannis.

¶ In Cõme. S. Pauli. dupl. Die 30. F

Ad Matu. Inui. Regem apoſtoloꝝ. 493. ps. Venite. Hym. Doctor egregie. vt ſu. fo. 410.

In primo noctur. Antiphona.

Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gẽtes: & cognouerũt gratiã, q̃ data eſt mihi a Chriſto dño. ps. Celi enar. 493. i cõi aploꝝ. Añ. Scio cui credidi, & certus

 ſum.

Digitized by Google

ſum, qꝛ potēs eſt depoſitū meū
ſeruare in illum diem iuſtus iu/
dex. Ps. Benedicam. 494. Añ.
Mihi viuere Chriſtus eſt, ⁊ mo
ri lucrū, gloriari me oportet in
cruce dñi noſtri Jeſu Chri. Ps.
Eructauit. 494. ℣. In oēs terrā
exiuit ſonus eorum. ℟. Et in
fines orbis terrę verba eorum.
De Actibus Apoſtoloꝝ. Le. j.
ca. 13 ERant autem in ec/
cleſia, quę erat An/
tiochię prophetę ⁊
doctores, in qbus
erat Barnabas, ⁊
Simon, qui vocabatur Niger, ⁊
Lucius Cyrenēſis, ⁊ Manabē,
qui erat Herodis tetrarchę col/
lactaneus, ⁊ Saulus. Miniſtrā
tibus autē illis dño, ⁊ ieiunanti/
bus, dixit Spiritus ſanctus: Se/
gregate mihi Saulū ⁊ Barna/
bā in opus ad quod aſſūpſi eos.
Tunc ieiunātes, ⁊ orātes, impo
nentesqꝫ eis manus, dimiſerunt
illos. Et ipſi quidē miſſi a Spi/
ritu ſancto abierūt Seleuciam,
⁊ inde nauigauerunt Cyprum.
℟. Qui operatus eſt Petro in
apoſtolatu, operatus eſt ⁊ mihi
inter gētes: Et cognouerūt gra/
tiā Dei, q̄ data eſt mihi. ℣. Gra
Dei, in me vacua nō fuit, ſed gra
eius ſemp in me manet. Et. L. ij.
ET cū veniſſent Salaminā,
prędicabāt verbū Dei in
ſynagogis Judęoꝝ. Habebant
autē ⁊ Johānem in miniſterio.
Et cum perambulaſſent vniuer/
ſam inſulam vſqꝫ ad Paphum,
inuenerunt quendam virū ma/
gum pſeudoprophetā Judęū,
cui nomē erat Barieu, qui erat
cū procōſule Sergio Paulo, vi/
ro prudente. Hic acceraitis Bar
naba ⁊ Saulo deſiderabat au/
dire verbū Dei. Reſiſtebat au/
tē illis Elymas magus (ſic enī
interpretaṫ nomē eius) quęrens
auertere proconſulē a fide. ℟.
Bonū certamē certaui, curſum
cōſummaui, fidē ſeruaui. Jdeoqꝫ
repoſita eſt mihi corona iuſtitię.
℣. Scio cui credidi, ⁊ certus ſū
qꝛ potens eſt depoſitū meū ſer/
uare in illū diē. Jdeoqꝫ. Le. iij.
SAulus autē, qui ⁊ Pau/
lus, repletus Spū ſancto,
intuēs in eū dixit: O plene omni
dolo, ⁊ omni fallacia, fili diabo/
li, inimice omnis iuſtitię, non
deſinis ſubuertere vias dñi re/
ctas? Et nūc ecce manus dñi ſu/
per te, ⁊ eris cęcus, non videns
ſolem vſqꝫ ad tempus. Et cōfe/
ſtim cecidit in eū caligo ⁊ tene/
brę: ⁊ circuiens quęrebat qui
ei manum daret. Tūc proconſul
cum vidiſſet factū, credidit ad/
mirās ſup doctrina dñi. Et cū a
Papho nauigaſſet Paulus ⁊ q
cū eo erant, venerunt Pergē
Pāphylię: Johānes autē diſce/
dēs ab eis, reuerſus eſt Jeroſoly
mā. ℟. Repoſita eſt mihi co/
rona iuſtitię. Quā reddet mihi
dñs in illū diē iuſtus iudex. ℣.
Scio cui credidi: ⁊ certus ſum,
quia

q̄ potēs eſt depoſitū meū ſerua-
re in illuz diē. Quā. Glo. Quā.
In ij. noctur. Aña. Tu es vas
electionis, ſancte Paule apoſto
le, prędicator veritatis in vniuer
ſo mūdo. ps. Oēs gentes. 495.
Aña. Magnus ſanctus Pau-
lus vas electionis, vere digne eſt
glorificādus, qui ꝛ meruit thro
num duodecimū poſſidere. ps.
Exaudi deus depre. 495. Aña.
Bonum certamen certaui, cur-
ſum conſummaui, fidē ſeruaui.
ps. Exaudi Deus oratio. 495.
℣. Conſtitues eos principes ſu-
per omnem terraz. ℟. Memo-
res erunt nominis tui domine.
Ex libro S. Auguſtini epī, de
gratia ꝛ libero arbitrio. Lc. iiij.

APoſtolus Paulus, quem
certe inuenimus ſine vllis
meritis bonis, immo cuz multis
meritis malis, Dei gratiā cōſecu
tū, reddētis bona pro malis, vi-
deamus q̄d dicat, ſua iaz propin
quāte paſſione, ſcribens ad Ti-
motheum. Ego eniz iam immo
lor, inquit, ꝛ tēpus reſolutionis
meę inſtat. Bonū certamē cer-
taui, curſuz ꝯſummaui, fidē ſer-
uaui. Iſta vtiq̨ iam merita ſua
bona cōmemorat, vt poſt bona
merita conſequatur coronam, q
poſt multa mala merita cōſecu-
tus eſt gratiaz. Deniq̨ attendi-
te quid ſequat̄. Supereſt, inq̄t,
mihi corona iuſtitię, quā reddet
mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex.
Cui redderet coronā iuſtus iu-
dex, ſi nō donaſſet gratiā miſeri
cors pater? Et quomodo eſſet
iſta corona iuſtitię, niſi pręceſſiſ-
ſet gratia, quę iuſtificat impiū?
Quomodo iſta debita redde-
rentur, niſi prius illa gratuita
donarentur. ℟. Tu es vas ele
ctionis ſancte Paule apoſtole,
prędicator veritatis in vniuerſo
mūdo. Per quez omnes gentes
cognouerūt gratiā Dei. ℣. In-
tercede pro nobis ad Deum qui
te elegit. Per quem. Lectio v.

PRoinde cōſideremus ipſa
merita apoſtoli Pauli, q̄-
bus dixit coronā redditurū iu-
ſtum iudicē: ꝛ videamus, vtrū
merita ipſius tāquā ipſius, ideſt,
ex ipſo ei cōparata, an dona ſint
Dei. Bonū, inquit, certamē cer
taui, curſuz cōſummaui, fidē ſer
uaui. Primo iſta bona opera, ſi
nō ea pręceſſiſſent cogitationes
bonę, nulla eſſent. Attēdite ita-
q̨ quid de ipſis cogitationibus
dicat: Ait eniz ſcribēs ad Corin
thios. Nō quia idonei ſimus co
gitare aliquid a nobis tanq̄z ex
nobis, ſed ſufficientia noſtra ex
Deo eſt. Deinde ſingula īſpicia
mus. ℟. Gratia Dei ſuz id q̄d
ſum. Et gratia eius in me vacua
non fuit, ſed ſemꝑ in me manet.
℣. Qui operatus eſt Petro in
apoſtolatu, operatus eſt ꝛ mihi
inter gentes. Et gratia. Lc. vj.

BOnum, inquit, certamen
certaui. Quęro qua virtu-
te certauerit, vtruz quę illi ex ſe-

 metipſo

Digitized by Google

metipſo fuerit, an quę deſuper data ſit? Sed abſit, vt tantus doctor gentium ignorauerit legem dei, cuius vox eſt in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, Fortitudo mea, ⁊ potentia manus meę fecit mihi virtutē hāc magnam: ſed memoraberis dn̄i Dei tui: qꝛ tibi ipſe dat fortitudinē, ⁊ facere virtutē. Quid autē prodeſt bonum certamē, niſi ſequatur victoria? quis dat victoriam? niſi ille, de quo dicit ipſe, Gratias Deo, qui dat nobis victoriam per dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtū. ℟. Saulus q ⁊ Paulus magnus p̄dicator, A Deo cōfortatus cōualeſcebat, ⁊ cōfundebat Judęos. ℣. Oſtēdens qꝛ hic eſt Chriſtus filius Dei. A Deo. Glo. A deo. In iij. noct. Añs. Saulus, qui ⁊ Paulus magnus predicator, a Deo confortatus cōualeſcebat, ⁊ cōfundebat Judęos. ps Cōfitebimur. 596. Añ. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſatanę q me colaphizet, propter quod ter dn̄m rogaui, vt auferret a me, ⁊ dixit mihi dominꝰ, ſufficit tibi Paule gratia mea. ps Dn̄s regnauit, exul. f. 596. Añ. Repoſita eſt mihi corona iuſtitię, quā reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex. ps. Dn̄s regnauit, iraſcā. 596. ℣. Nimis honorati ſūt amici tui Deus. ℟. Nimis cōfortatus eſt principatus eorū.

Lectio s. euā. ſm Mattheū. L. vij. ca.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Et reliqua.

Homil. s. Johā. Chryſoſtomi.

Sic dicere videt: nolite turbari, ſi quaſi oues in medio luporū vos verſari, ⁊ columbas eſſe iubeo. Nam etſi poſſū contrarium quoque pręſtare vt nihil laboris atq; doloris ad vos perueniat, neq; vt tanquā oues lupos timeatis, ſed quaſi leones terrorem inferatis omnibus: attamen confert ita fieri quēadmodum iubeo; id enim illuſtriores vos facit, id meā facile declarabit virtutē. Sic enim poſtea ait Paulo, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitatibus perficitur. Ipſe igitur apoſtolus oues māſuetudine fecit. ℟. Sācte Paule apoſtole, pręedicator veritatis, ⁊ doctor gentiū, Intercede pro nobis ad Deū qui te elegit, vt digni efficiamur gratia Dei. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule apl'e, predicator veritatis. Intercede. L. viij.

Sed inſpiciamus quā prudentiā quęrit: ſerpētis certe prudentiam imitari cohortatur. Nam quemadmodū ſerpēs totum ſeipſum tradit, nec minimum curat ſi corpus inciditur, donec caput ſuū integrū ſeruet: eodem tu quoq; modo, pręter fidem, cętera perdere non cures, profun-

Digitized by Google

profundas vniuerſam tuam pecuniā, tradas corpus, vitę ipſi (ſi opus eſt) minime parcas: dummodo fidem ſerues, quę caput & radix eſt: qua ſeruata, etiā ſi omnia perdas, omnia tamen rurſus maiore cū magnificētia recuperabis. Idcirco nec ſimplices ſolū iuſſit eſſe, nec prudentes ſolū, ſed ambo hęc in vnū miſcuit, vt in pcipuā virtutē ſimul vertant.

℟. Damaſci prępoſitus gētis Aretbę regis voluit me ꝯprehēdere: Et a fratribus p murū demiſſus ſum in ſporta, & ſic euaſi manus eius in nomine dñi. ℣. Deus & pr̄ dñi nr̄i Jeſu Chr̄i ſcit q̄ nō mētior. Et. G̃l. Et. L. ix.

Quod ſi rebus ipſis id ita fieri videre deſideras, Actus apoſtoloꝝ diligenter lectitato: pſpicies profecto, cū ſępe Judęoꝝ populus in apoſtolos inſurrexerit, ac dētes in eos acuerit, columbę ſimplicitatem nunquam ipſos perdidiſſe, ſed manſuetudine, ac moderatione reſpondēdi irā ipſorū ſuperaſſe, furorē incitatū extinxiſſe, impetū retardaſſe. Nam cū illi dicerent, Nonne etiam atq; etiā pręcepimus vobis, ne doceretis in noīe iſto: quāuis innumera poſſent edere miracula, nihil tamen aſperū, nihil acre, neq; dixerūt, neq; fecerūt, ſed māſuete reſpondēres dicebāt: Si iuſtū eſt vos audire magis, quā Deū iudicare. Perſpexiſti ſimplicitatē columbe, vide nūc ſerpētis prudentiā. Nō eni; poſſumus, inquiūt, nos q̄ vidimus, & audiuimus nō loq.

Ad Laudes, & per Horas. Añ.

Ego plātaui: Apollo rigauit, Deus autē incrementū dedit, halab. ps Dñs reg. 8. cū rel. Añ. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Añ. Gratia Dei i me vacua nō fuit: ſed gratia eius ſemp i me manet. Añ. Damaſci prępoſitus gētis Aretbę regis voluit me cōprehēdere: a fratribus per murum demiſſus ſu; in ſporta, & ſic euaſi manus eius in nomine Dñi. Añ. Ter virgis cęſus ſu;, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium perpeſſus ſum pro Chr̄i nomine. Cap. Bonū certa. 411. Hy. Exultet cę. 493. ℣. Tu es vas electionis ſācte Paule apl'e. ℟. Prędicator veritatis in vniuerſo mūdo.

Ad Bñs. Añ. Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, iudicātes duodecim tribus Iſrael, dicit dominus. Ořo vt ſu. Et fit cōme. S. Petri vt ſupra. Deinde fit cōme. oc. S. Johā.

Ad iij. Cap. Bonū certa. 411. ℟. b. In omnem terram. 197. & Cōſtitues. de cōi Apoſtoloꝝ.

Ad Sextam. Capitulum.

Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſatanę, qui me colaphizet: propter quod ter dñm rogaui 2. Cor. 12.

vt

vt auferretur a me: ꝛ dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea. ℟. hec. Conſtitues. 497. ꝛ Hymnus.

Ad Nonam. Capitulum.

Cor. 15. EGo enim ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiā Dei: gratia autē Dei ſum id quod ſum, ꝛ gratia eius in me vacua nō fuit. ℟. Nimis ho. ꝛ Annūc. 497. Ad veſ. Aña. Jurauit dñs. 497. cū reliq. de cōi Apłoꝝ. A Cap. nō dñs. Job i. v. iiij. vel feſti f. 402. In fine pro cōme. Apoſtoloꝝ Aña. Petrus Apoſtolus. ℣. Conſtitues. 61. circa fi. Pſalte. Oro vero diei. Deus q ho. 409. que cōmemo. ſimiliter fit ſequentibus diebus ad Veſper. ꝛ Laudes vt infra in rubrica poſt feſtū Viſitationis adnotatur.

FESTA IVLII.

Officii deſ. n. j. die nō impedita.

Die 1. G. IN OCTAVA.

S. Johan. Baptiſtę. dupl. Oia dnr ſicut in die 403. pter lect. j. noc. q legūtur deſcript. occurrē. ij. ꝛ iij. noct. que legunt vt infra. Sermo 5. Aug. primi epi. Lectio j.

FEſtiuitatem preſentis diei, fratres cariſſimi, venerandi Johānis Baptiſtę genuina Natiuitas cōſecrauit: qui idcirco in hoc ſeculū ſuperna diſpēſatione directus eſt, vt nō ſolum ipſe prophetali ſublimaret gloria, ſed vt ꝛ omnium etiā per eum prophetarū preconia firmarentur. Nec immerito illū precipuo honore nūc veneramur, q ſpeciali quadam gratia ob hoc redemptorē mūdi nouiſſimus prophetauit, vt oſtenderet eum primus. Hic enim ſolus eſt prophetarum, qui dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem alij in longa tēpora futurum preſcierunt, proprijs oculis videre meruit, ꝛ annunciare preſentem. Lectio v.

HIc eſt ille: quē inſpirante Deo preſcius annunciat Iſaias, dicens: Vox clamantis in deſerto: Parate viam dñi. Quā cōgrue fratres cariſſimi, beatus Johānes predicatus eſt vox: q celeſtis verbi ꝛ preco mittebat, ꝛ teſtis. Hic eſt ille cuius p angelū Gabrielem prenūciatur natiuitas, ꝛ nomen, ꝛ meritum. Hic eſt qui iudicio celeſtis ſententię, cūctis mortalibus anteferf, dicente dño: Nō ſurrexit inter natos mulieꝝ maior Johāne Baptiſta. Quam pulchre dictū eſt. Inter natos mulierū nō eſſe maiorē: quia ille omnimodis maior erat Johanne, qui de virgine naſcebatur. Lectio vj.

QVibus proſpectis, aduertite dilectiſſimi, quantam huic reuerentiā, quātum deuotionis debeamus impendere: q vt honorabilis ſit, a ſācto eſt ſpū prophetatus, promiſſus ab angelo, laudatus a dño, ꝛ ꝑpetua ſanctę

ſanctę mortis gloria ꝯſecratus. Decebat nāqȝ vt myſticaȝ natiuitatem eius mirabilis vita ſequeretur, ⁊ ſanctā ꝑfectamque vitaȝ mors Deo deuota concluderet. Propter qđ, fratres, rectiſſime toto hodie orbe Chriſti Eccleſia primordia natiuitatis eius lętiſſima feſtiuitate concelebrat, qui ęterna mortalibus adeſſe gaudia ſtupenti mundo teſtis fideliſſimus reuelauit.

In iij. noc. Homilia ſancti Ambroſij, vt in die feſti. quę incipit. Reperit filium. fol. 404.

Ite VISITATIO

A B. Mariæ virg. dupl.

Oia dn̄r vt in eī Natiuitate mēſe Septembri. 453. mutato nomine Natiuitatis in Viſitationē, ꝓter lect. q leguntˀ vt infra.

In j. veſp. oia đ Viſitatione. ⁊ in Antiphona ad Mag. dr̄. Glorioſę virginis Marię Viſitationē digniſſimam recolamus, ⁊c. cū comē. S. Johānis, ⁊ Apl'oruȝ vt ſup. 404. ⁊ 413. ac ſctōꝝ mart. vt ſequitur.

Cōmemoratio SS. marty. Proceſſi, ⁊ Martiniani. Oro.

Deus, q nos ſanctoꝝ martyrū tuorum Proceſſi ⁊ Martiniani glorioſis ꝯfeſſionibus circūdas, ⁊ protegis, da nobis ⁊ eoꝝ imitatione ꝓficere, ⁊ intercesſione gaudere. Per.

In j. noc. legūt. lec. đ Cāt. cāt. q poſitę ſūt ij. die inf. oct. Aſſū. b. Marię. Ego flos cāpi. 442.

℟. i Hodie viſitauit Eliſabeth beā ỽgo Maria ex ꝓgenie. 453. ℟. ij. Beatiſſimę ỽginis Marię viſitationē deuotiſſimę. 453. ℟. iij. Glorioſę ỽginis Marię viſitationeȝ digniſſimam. 453.

Ser. vener. Bedę pſby. Lec. iiij.



Accepto virginis conſenſu, mox angelus cęleſtia repetit: illa petit montana, feſtinat inuiſere Eliſabeth, nō quaſi incredula de oraculo, vel dubia de exemplo, ſed vt lęta pro voto, religioſa pro officio, typicuȝ pariter exemplum tribuens, quod omnis anima quę verbuȝ Dei mente conceperit, virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu conſcendat amoris, quatenus ciuitatem Juda, ideſt confeſſionis ⁊ laudis arcem penetrare, ⁊ vſque ad perfectionem fidei, ſpei, ⁊ charitatis, quaſi tribus in ea mēſibus valeat commorari. ℟. Viſitatio glorioſę virginis. 454.

Lctō quinta.

Diſce virgo humilitatem Marię, vt ⁊ corpore caſta ⁊ pectore poſſis eſſe deuota. Viſitat iunior ſeniorem, ſalutat virgo vxorē. Decet enim, vt quo caſtior virgo, eo ſit humilior: ⁊ ſenioribus deferens, habitū caſtitatis ꝑconio cōmēdet humilitatis

tatis. Maria ad Eliſabeth, dñs venit ad Johānē: hęc vt ſpū ſancto repleat, illius vt baptiſma cōſecret: maiorūqꝫ humiliatio, minor eſt vtriqꝫ exaltatio. ℟. Cū iucūditate viſitationē. 454. L. vj.

Voces prior Eliſabeth audiuit, ſed Johannes prior gratiam ſenſit. Illa naturę ordine aud uit: iſte exultauit ratione myſterij. Illa Marię, iſte dñs ſenſit aduentum. Iſtę gratiā loquuntur, illi intus operantur, pietatiſqꝫ myſterium maternis adoriuntur profectibus, dupliciqꝫ miraculo prophetāt matres ſpiritu paruulorū. Exultauit infans, ⁊ repleta mater eſt: non eſt prius mater repleta quā filius, ſed cū filius eſſet repletus ſpiritu ſancto, repleuit ⁊ matrem. ℟. Viſitatio tua dei genitrix. 454.

Lcō ſ. euāg. ſm Lucam. L. vij.

ca. I. In illo tpe: Exurgens Maria abijt in montana cū feſtinatione in ciuitatem Juda: ⁊ intrauit in domū Zacharię, ⁊ ſalutauit Eliſabeth. Et reliqua.

Homilia Joha. Chryſoſtomi.

Cum ad nos aduenisset, ſicut modo audiuiſtis, redēptor nřī generis, venit protinus ad ſuū amicū Johānem, dū adhuc eſſet in vtero, quē cū ex matrice in matrice aſpexiſſet Johānes, terminos naturę ꝯcutiēs, exclamat: Video dñm, qui naturę impoſuit terminos, ⁊ non expecto tēpus naſcēdi: nouē mēſium enim tēpus in vtero non eſt mihi neceſſariū: in me eſt enim qui eſt ęternus, egrediar ex hoc tenebroſo tabernaculo, rerum admirabilium compendioſam prędicabo cognitionē. Sū ſignaculum: ſignificabo Chriſti aduentum. Sum tuba, proferam filij Dei in carne ęconomiam. Tuba canā, eo ipſo paternę linguę benedicam, ⁊ eam trabam, vt loquatur. Tuba canam, ⁊ vterum maternū viuificabo. ℟. Beatam me dicent. 454. Lectio viij.

Vides o dilecte, quā ſit nouum ⁊ admirabile myſterium. Nondū naſcit, ⁊ ſaltibus loquitur: nondū apparet, ⁊ minas intentat: nondū ei ꝑmittit clamare, ⁊ per facta auditur: nōdū ducit vitā, ⁊ Deū prędicat: nondum aſpicit lucē, ⁊ ſolē indicat: nōdū paritur, ⁊ properat pręcurrere: nō fert enim ꝑſente dño contineri, non ſuſtinet naturę expectare terminos, ſed contendit rumpere carcerē ventris, ⁊ ſtudet pręſignificare venientē Saluatorem. Acceſſit, inquit, qui ſoluit vincula: ⁊ quid ego ſedeo vinctus, ⁊ retineor vt maneam? Venit verbum vt omnia conſtituat, ⁊ ego adhuc maneo detētus. Exibo, pręcurrā, ⁊ prędicabo omnibus. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. ℟. Felix namque es ſacra. 454.

Pro ſanctis martyribus Proceſſo, ⁊ Martiniano. Lectio ix.

Quo

O Eo tpe Petrus, ⁊ Paulus tenebantur ſub cuſtodia Mamertini in mõte Tarpeio, duo cuſtodes, Proceſſus ⁊ Martinianus, cũ alijs quadraginta, apſtoꝝ prędicatione miraculiſqȝ cõmoti, ſe ad Ieſu Chriſti fidem conuerterunt: ⁊ cũ repente fons e ſaxo ortus eſſet, baptizati ſunt. Qui pmiſerũt apoſtolis, vt, ſi vellent, abirent: ſed Paulinus, militũ pfectus, re cognita, Proceſſum ⁊ Martinianum a ſuſcepto conſilio reuocare conat: qui cũ fruſtra tempus contereret, ipſoruȝ ora ſaxo contũdi, denteſqȝ comminui iuber. Mox ad Iouis ſtatuam adductos, cũ eadẽ ↄſtantia veneraturos ſe idola negarent, imperat equuleo torqueri, cãdentibus laminis ad eoꝝ corpus admotis, ac cędi fuſtibus. Quibus in cruciatibus vna hęc ipſorũ vox audiebatur: Sit nomen dñi benedictum. Deniqȝ confecti in carcerẽ, paulo poſt extra vrbeȝ via Aurelia ſecuri feriunt. Quoruȝ corpora Lucina in pdio ſuo ſepeliuit, ſexto Nonas Iulij, poſtea in Vrbẽ trãſlata in baſilica principis apoſtoloꝝ ↄdita ſunt.

Infra oct. SS. Apoſtoloꝝ Petri, ⁊ Pauli oĩa dĩr de cõi apoſtolorũ, preter lect. ⁊ Añas, ad Bñs. ⁊ Mag. quę dĩr, vt in cõmemorationibus quę fiunt per annum de Apoſtolis.

Ad Benedictus, Antiphona.

Gloriosi princeps. 61. cum ſuo ℣. In omnem terram. ℟. Et in fines orbis terrę. Ad Mag. Añ. Petrus apoſtolus. 61. ℣. Conſtitues. ℟. Memores erunt. Oro. Deus qui hodierna. 409.

QVINTA DIE infra oct. Apſtoꝝ Petri ⁊ Pauli. Mĩa de cõi apoſtoloꝝ. 494.

De Sermone Sancti Leonis Papę Lectio quarta.

PReciosa eſt in ↄſpectu dñi mors ſanctoꝝ eius nec vllo crudelitatis genere deſtrui poteſt ſacramento crucis Chrĩ fundata religio: nõ minuit pſecutionibus eccl'ia, ſed auget: ⁊ ſemp dñicus ager ſegete ditiori veſtit, dũ grana q̃ ſingula cadũt, multiplicata naſcunt. Vnde duo iſta pręclara diuini germina ſeminis, quãtã ſobolẽ germinarint, beatoꝝ millia martyꝝ proteſtant, q apoſtolicorũ emuli triumphorũ, vrbẽ noſtrã purpuratis ⁊ longe lateqȝ rutilantibus populis ambierunt, ⁊ quaſi ex multaruȝ honore gemmarũ, conſerto vno diademate coronarũt. ℟. Vidi ↄiũctos. 496. Lectio quinta.

DE quoru pſidio, dilectiſſimi, diuinitus nobis ad exemplũ patientię, ⁊ ↄfirmationem fidei pręparato, vniuerſaliter quidem in omniũ ſanctoruȝ cõmemoratione lętãdũ eſt: ſed in horum excellentia patrũ, merito eſt excellẽtius gloriãdũ.

quos

quos gratia Dei in tantuʒ api/
cem inter oia eccleſię mēbra ꝑ/
uexit, vt eos in corpore cui ca/
put eſt Chriſtus, quaſi geminū
conſtitueret lumen oculorum:
de quorum meritis, atqʒ virtuti
bus, quę omnem loquēdi ſupe/
rant facultatem, nihil diuerſuʒ,
nihil debemus ſentire diſcretū:
quia illos, ⁊ electio pares, ⁊ la/
bor ſimiles, ⁊ fines fecit ęquales.
℟. Beati eſtis. 496. Lectó vj.

Sicut aūt ⁊ nos experti ſu/
mus, ⁊ noſtri probauere
maiores: credimus, atqʒ confidi
mus, inter oēs labores iſtius vi
tę, ad obtinendaʒ miſericordiā
Dei, ſemꝑ nos ſpecialiuʒ patro/
norū orationibus adiuuādos, vt
quantum proprijs peccatis de/
primimur, tantū apoſtolicis me
ritis erigamur. Per dñʒ noſtrū
Jeſuʒ Chrm, cui eſt cū patre ⁊
ſācto ſpiritu eadē poteſtas, vna
diuinitas, ĩ ſecula ſeculoꝝ. Amē.
℟. Iſti ſūt triūphatores. 496.
Lectó ſctí euã. ſm Mattheū. ſ. xix.

ca. 19 In illo tempore: Dixit Si
mon Petrus ad Jeſum:
Ecce nos reliquimus omnia, ⁊
ſecuti ſumus te: quid ergo
erit nobis? Et reliqua.
Homi. venerabilis Bede pzby.

Perfectus ille eſt, q abiens
vēdit oia quę habet, ⁊ dat
pauperibus, ac veniēs ſequitur
Chriſtuʒ: habebit enim theſau/
rū nō deficientē in cęlis. Unde
bene interrogante Petro, dixit

talibus Jeſus: Amē dico vobis,
q vos, qui ſecuti eſtis me, in re/
generatione, cū ſederit filius ho
minis ĩ ſede maieſtatis ſuę, ſede/
bitis ⁊ vos ſuꝑ ſedes duodeciʒ,
iudicātes duodecim tribus Iſ/
rael. In hac qppe vita pro eius
nomine laborantes in alia pręe/
mium ſperare docuit, ideſt in re
generatione, cū videlicet in vitā
immortalē fuerimus reſurgēdo
regenerati, q in vitam caducaʒ
mortaliter eramus geniti. ℟.
Iſti ſunt q vi. 497. Lectó vij.

Et iuſta ꝓrſus retributio,
vt qui hic pro Chriſti hu
manę gloriā celſitudinis negle
xerūt, illic a Chriſto iudices glo
rificati ſingulariter cum eo aſſi
deant: qui a ſequendis eius ve/
ſtigijs nulla ratiōe poterāt auel/
li. Nemo autē putet duodecim
tantum apoſtolos, quia pro Ju
da pręuaricāte Matthias ele/
ctus eſt, tunc eſſe iudicaturos,
ſicut nec duodecim ſolę ſunt tri
bus Iſrael iudicādę. Alioquin
tribus Leui, quę tertiadecima
eſt, iniudicata recedit. ℟. Iſti
ſunt viri ſancti. 497. Lectó ix.

Et Paulus q tertiusdeci/
mus eſt apoſtolus, qr pro
Juda ꝑuaricāte Matthias ele/
ctus eſt, iudicandi ſorte priuabi
tur, cuʒ ipſe dicat, Neſcitis quo
niā angelos iudicabimus? quā/
to magis ſęcularia? Sciendum
namqʒ eſt, oēs qui ad exemplū
apoſtolorū ſua reliquerunt om
nia

Digitized by Google

nia, ꝛ ſecuti ſunt Chriſtuz, iudi
ces cum eo venturos: ſicut etiaz
omne mortalium genus eſſe iu
dicandum. Quia enim duode/
nario ſepe numero ſolet in ſcri/
pturis vniuerſitas deſignari,
per duodecim ſedes apoſtolo/
rum, omnium vniuerſitas iudi
cantium, ꝛ per duodecim tri/
bus Iſrael vniuerſitas eorum,
qui iudicandi ſunt, oſtenditur.

Die
j. C

SEXTA DIE.

infra oct. apſtoꝝ Petri ꝛ Pauli.
Tria de cõi Apoſtolorũ. 494.
De ſermõ s. Johãnis Chryſoſto/
mi in ep̃la ad Romanos. L. iiij.

Cum Paulus apl̃s
gratiam Dñi noſtri
Jeſu Chriſti, matrẽ
omniũ bonorum, no
bis precetur: reliquũ eſt, vt nos
tali patrocinio dignos exhibea
mus, vt nõ hic ſolũ vocẽ Pau/
li audiamus, ſed e hinc migran
tes athletam Chriſti videre me
reamur. Immo ſi hic audiueri/
mus, ꝛ illic omnino videbimus:
licet nõ e ꝓpinquo ſtãtes, vide
bimus tamẽ prope regalẽ thro
num ſplendentem, vbi Cheru/
bim Deũ glorificãt, vbi Sera/
phim volant: illic Pauluz vide
bimus cũ Petro in ſanctorum
choro inter primos ſtãtez, ꝛ ger
mana eius charitate fruemur.
R. Vidi cõiũctos. 495. L. v.

Si enim cuz hic eſſet, vſq3/
adeo dilexit hoĩes, vt, cuz
diſſolui ꝛ cum Chriſto eſſe cu/
peret, elegerit tamẽ hic eſſe: mul
to magis illic ferũtiorẽ chari/
tatẽ oſtendet. Ego ꝛ Romam
ꝓpterea diligo, tametſi aliunde
queã illaz laudare, nempe a ma
gnitudine, ab antiquitate, a pul
chritudine, a multitudine, ab
imperio, a diuitijs, ꝛ a rebus in
bello fortiter geſtis. Sed dimit/
tẽs omnia, ob id illã beatã ꝑdi/
co, qꝫ erga illos Paulus, dum
viueret, adeo fuit beneuolus,
adeo illos amauit, ꝛ corã diſſe/
ruit, ꝛ poſtremo vitã apud eos
finiuit. Cuius ſanctum corpus
ipſi poſſident: ꝛ ꝓpterea ciuitas
illa hinc facta eſt inſignis mag.s
quaz ab alijs rebus oĩbus: ꝛ tã/
quaz corpus magnũ ac validũ,
duos habet oculos illuſtres, ſan
ctorum videlicet horũ corpora.
R. Beati eſtis. 496. L. cõ vj.

Non ita cęlũ ſplẽdeſcit, qñ
radios Sol demittit, quẽ/
admodũ Romanoꝝ vrbs duas
illas lãpades vbiq3 terrarũ ef/
fundẽs. Hinc rapietur Paulus
illinc Petrus. Conſiderate, ꝛ
horrete, quale ſpectaculũ viſu/
ra ſit Roma, Paulũ videlicet
repente ex theca illa cuz Petro
reſurgentez, in occurſuz dñi ſur
ſum ferri. Qualẽ roſaz Chriſto
mittet Roma: qualibus coronis
duabus ornatur vrbs iſta: Qua
libus catenis aureis cincta eſt:
Quales habet fontes. Propte/
rea admiror hanc vrbem, non
propter copiaz auri, non ꝓpter
columnas

Digitized by Google

colũnas, neq; ꝓpter aliã rē, ſed ꝓpter columnas illas Eccleſię. Quis mihi nũc dabit, circũuolui corpori Pauli, affigi ſepulcro, videre puluerē corporis illius, q̃ adhuc in Chriſto deerant adimplētis, ſtigmata illi⁹ geſtantis? ℟. Iſti ſunt triũpha. 496.

De dom. vene. Bede pſb. l. vij.

Quo ſunt ordines electorũ in iudicio futuri: vnus iudicantiũ cũ dño, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt oīa, & ſecuti ſunt illũ: alius iudicandorũ a dño, qui nō quidē oīa ſua pariter reliquerũt, ſed d̃ his tamen q̃ habebant, quotidianas dare eleemoſynas Chriſti pauperibus curabant: vnde & audituri ſunt in iudicio, Venite benedicti patris mei, poſſidete ꝑparatum vobis regnum a conſtitutione mũdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. ℟. Iſti ſunt qui vi. 497. Lec. viij.

Sed & reproborũ duos ibi futuros ordines dño narrãte cōperimus: vnũ eorũ q fidei Chriſtianę myſterijs initiati opera fidei exercere contēnunt, q̃bus in iudicio teſtat: Diſcedite a me maledicti in ignē ęternũ, q preparatus eſt diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim & nō dediſtis mihi mãducare. Alterũ eorũ, q fidē & myſteria Chriſti, vel nunquã ſuſcepere, vel ſuſcepta ꝑ apoſtaſiam deſeruere: de quibus dicit: Qui autem nō credit, iã iudicatus eſt: quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei. ℟. Iſti ſunt viri. 497. L. ix.

Verũ his cũ timore & pauore debite pauliſper cōmemoratis, ad lętiſſima potius dñi & ſaluatoris nr̃i ꝓmiſſa ↄuertamus auditum. Videamus quę tantę gratia pietatis, non ęternę tantũmodo vitę pręmia ſuis ſequacibus, ſed & pręſentis munera pollicetur eximia. Et oīs, inquit, qui reliquerit domũ, vel fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meũ, centuplum accipiet, & vitam ęternam poſſidebit. Qui enim terrenis affectibus, ſiue poſſeſſionibus pro Chriſti diſcipulatu renunciauerit, quo plus in eius amorem profecerit, eo plures inueniet, qui ſe interno ſuſcipere affectu, & ſuis gaudeant ſuſtentare ſubſtantijs.

SEPTIMA DIE. D

infra oct. aplorũ Petri & Pauli. ſ. l

Oratio de cõi Apoſtolorũ. 494.

Sermo s. Maximi epi. L. iij.

Non ſine cauſa factũ putemus, fratres cariſſimi, q gloriosiſſimi Chriſtianę fidei principes Petrus & Paulus vna die, vno loco, vnius tyrãni tolerauere ſententiã. Vna die paſſi ſũt, vt ad Chrm pariter ꝑuenirēt: vno

Digitized by Google

in loco, ne alteri Roma deeſſet: ſub vno perſecutore, vt ęqualis crudelitas vtrumq; conſtringeret. Dies ergo, puto, pro meritor locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro virtute. Et in quo tandem loco martyrium pertulerūt? In vrbe Roma, quę principatum ⁊ caput obtinet nationum: ſcilicet vt vbi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis: ⁊ vbi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur. ℟. Uidi cōiunctos. 495. L. v.

QUalis autē meriti ſunt beatiſſimi Petrus ⁊ Paulꝰ, hinc poſſumus intelligere: q cū dominus, Orientis regionē propria illuſtrauerit paſſione, Occidentis plagam, ne quid minus eſſet, vice ſui apoſtolorum ſanguine illuminare dignatus eſt. Et licet illius paſſio nobis ſufficiat ad ſalutem, tamen etiā borū martyrium nobis cōtulit ad exemplū. Hodierna igitur die beati apoſtoli ſanguinē profuderūt: ſed videamus cauſam quare iſta perpeſſi ſunt, ſcilicet quod inter cętera mirabilia, etiā magū illū Simonē orationibus ſuis de aeris vacuo pcipiti ruina pſtrauerūt. ℟. Beati eſtis. 496. Lectio. vj.

QUam enim idē Simon ſe Chriſtū diceret, ⁊ tanquā filiū ad patrē aſſereret volādo ſe poſſe cōſcendere, atq; elatus, ſubito magicis artibus volare cępiſſet, tūc Petrus flexis genibus precatus eſt dominū, ⁊ precatione ſancta vicit magicā leuitatē. Maior enim aſcēdit ad dominū oratio, quā volatus: ⁊ ante peruenit iuſta petitio, quā iniqua preſumptio: ante Petrus in terris poſitus obtinuit quod petebat, quam Simon perueniret in cęleſtibꝰ quo tēdebat. Tūc igitur Petrus velut vinctum illum de ſublimi aere depoſuit, ⁊ quodam precipitio in ſaxo elidens eius crura confregit: ⁊ hoc in opprobrio facti illius, vt qui paulo ante volare tentauerat, ſubito ambulare non poſſet, ⁊ qui pēnas aſſumpſerat, plātas amitteret. ℟. Iſti ſūt triūph. 496. In iij. noc. Hom. in euāg. Ecce nos reliquimꝰ. 498. vt in cōi Apoſtolorū.

¶ In octaua Apoſtolorū Petri ⁊ Pauli. dup. oia dīr de cōi Apłoꝝ, vt infra oct. pter ea quę hic ſūt propria. In j. Veſp. Añ. Hoc eſt preceptū meū. cum reliquis. 497. Ad Mag. Añ. Petrus apoſtolus. 61. Oratio. Die 6. E

DEus, cuius dextera beatū Petrum ambulantē in fluctibꝰ, ne mergeretur, erexit: ⁊ coapoſtolū eiꝰ Paulū tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, ⁊ concede: vt amborum meritis, ęternitatis gloriam conſequamur. Qui vi. ℟. j. Ecce ego mitto vos. 494.

℟. ij. Tollite iugum meũ. 495.
℟. iij. Dum ſteteritis. fol. 495.
Ser. S. Johãnis Chriſo. l. iiij.

Q Ualnã vobis o beati apli referemus gratias, q tantũ ꝑ nobis laboraſtis? Memini tui Petre, ⁊ obſtupeſco. Recordor tui Paule, ⁊ excedẽs mẽte, opprimor lacrymis. Quid enim dicã, aut qd loquar, vr̃as cõtemplans afflictiones? neſcio. Quot carceres ſanctificaſtis? quot catenas decoraſtis? quot tormẽta ſuſtinuiſtis? quot maledicta toleraſtis? quomodo Chr̃m portaſtis? quomodo prędicatione eccleſias lętificaſtis? Sunt benedicta veſtrę linguę inſtrumenta: ſanguine cõſperſa ſunt membra veſtra propter eccleſiam. Vos Chriſtũ imitati eſtis in omnibus. In omnẽ terrã exiuit veſter ſon⁹, ⁊ verba veſtra in fines orbis terrę. ℟. Vidi cõiunctos. 495. Lectio v.

G Audeas Petre, cui datuz eſt vt ligno crucis Chriſti fruereris. Et ad magiſtri quidẽ ſimilitudinem voluiſti crucifigi, non recta quidẽ figura vt Chriſtus dñs, ſed capite in terrã verſo, tanquã q a terra in cęlũ iter faceres. Beati claui, q ſancta illa membra penetrarunt. Tu cum omni fiducia in manus dñi animam trãdidiſti, qui aſſidue ei ⁊ eius ſponſę Eccleſię ſeruiſti, qui feruẽti ſpiritu dñm dilexiſti, omnium apoſtolorum fideliſſimus. ℟. Beati eſtis. 496. Lect. vj.

G Audeas ⁊ tu beate Paule, cui caput fuit enſe amputatum, cuius virtutes nullis verbis explicari poſſunt. Quiſnam enſis ſanctum tuum guttur peruaſit, dominicum, inquã, inſtrumentum, quod a cęlo habet in admiratione, ⁊ quod terra reueretur? Quiſnam locus tuum ſanguinẽ excepit, lactis ſpecie in eius, q te percuſſit, tunica apparente? qui animam illius barbari ſupra modum dulciorẽ reddens fidelẽ effecit cũ ſocijs. Sit mihi enſis ille pro corona, ⁊ claui Petri pro gemmis inſitis in diademate. ℟. Iſti ſũt triũpha. 496.
Lcõ. ſ. euãg. ſcd'm Mattheũ. l. xvij.

I N illo tempore: Juſſit Jeſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, ⁊ pręcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et reliqua. c. 14.

Homilia S. Hieronymi presb.

D Iſcipulos dñs pcepit trãſfretare, ⁊ cõpellit, vt aſcendant in nauiculã. Quo ſermone oſtendit eos inuitos a dño receſſiſſe, dum amore pręceptoris, ne puncto quidem tẽporis ab eo volunt ſeparari. Et dimiſſa turba aſcẽdit i mõtẽ ſol⁹ orare. Si fuiſſent diſcipuli cũ eo Petr⁹, ⁊ Jacob⁹, ⁊ Johãnes, q viderũt gloriã trãsformati, forſitã aſcẽdiſſẽt in mõtẽ cũ eo: ſed turba ad ſublimiora ſequi nõ poteſt, niſi docuerit eã iuxta mare in litore, ⁊ aluerit in deſerto. ℟. Iſti ſunt qui viuen-

viuentes. 497. Lectio octaua.
Q Uod autẽ aſcẽdit ſol⁹ ora
re, nõ ad eũ referas, qui de
quinq; panib⁹ quinq; millia ho
minũ ſatiauit, exceptis paruulis
& mulieribus: ſed ad eum, qui au
dita morte Iohannis ſeceſſit in
ſolitudinem: non quod perſonã
dñi ſeparem⁹, ſed quomodo ope
ra eius inter deum & hominẽ di
uiſa ſint, oſtendamus. Nauicula
autẽ in medio mari iactabatur
fluctib⁹. Recte quaſi inuiti a do
mino diſcipuli receſſerãt: ne, illo
abſente, naufragia ſuſtinerent:
℟. Iſti ſunt viri. 497. Lec. ix.
D Enique domino in montis
cacumine commorãte, ſta
tim ventus cõtrarius orit, & tur
batur mare, & periclitantur apo
ſtoli, & tandiu immunẽs naufra
giũ perſeuerat, quãdiu Ieſus ve
niat. Quarta autẽ vigilia noctis
venit ad eos ambulãs ſupra ma
re. Stationes & vigilię militares
in quaterna horarum ſpatia di
uiduntur. Quando ergo dicit,
quarta vigilia noctis veniſſe ad
eos dominum, oſtendit eos tota
nocte periclitatos, & extrema no
ctis hora, id eſt in conſummatio
ne ſeculi, eis auxiliũ præbiturũ.
Ad Benedictus. Antiphona.
Glorioſi. In ij. Veſpe. Aña.
Iurauit. 497. cum rel. añis, pſal.
cap. hymn. & ℣. de cõi apoſtolorũ.
Ad Mag. Aña. Petrus Apł.
Orõ. De⁹, cui⁹ dextera, vt ſup.
Die 7. F. Die 8. G. Die 9. A.

¶ SS. iii. Septẽ fratrũ ac Ruf Die
finę & Secũdę virg. & iii. ſemid. 10. B
oĩa dr̃ de cõi plu. iii. 508. Orõ.
P Ręſta q̃s ops Deus:
vt qui glorioſos mar
tyres fortes in ſua con
feſſione cognouimus,
pios apud te in noſtra interceſ
ſione ſentiamus. Per do. L. iiij.
S Eptem fratres filij ſanctę
Felicitatis Romę in perſe
cutiõe Antonini Pij a Publio
præfecto primum blanditijs, de
inde terroribus tentati, vt Chri
ſto renunciantes, Deos venera
rẽtur: & ſua virtute, & matre hor
tante, in fidei confeſſione perſeue
rantes, varie necati ſunt. Ianua
rius plumbatis cęſus: Felix, &
Philippus fuſtibus cõtuſi: Sil
uanus ex altiſſimo loco præceps
deiectus eſt: Alexander, Vitalis,
& Martialis capite plectunt: ma
ter eorũ quarto poſt mẽſe eandẽ
martyrij palmã cõſecuta eſt, illi
ſexto Id⁹ Iulij ſpiritũ dño red
diderũt. ℟. Sãcti tui dñe. 510.
Pro ss. Ruffina, & Secũda. L. v.
R Uffina, & Secũda ſorores,
virgines Romanę, reiecto
cõnubio Armentarij, & Verini,
quibus a parentibus deſponſę
fuerant, quod Ieſu Chriſto vir
ginitatem vouiſſent, Valeriano
& Gallieno Imperatoribus, com
prehenduntur. Quas cum nec
promiſſis, nec terrore Iuni⁹ præ
fectus a propoſito poſſet abduce
re, Ruffinã primũ virgis cędi iu
bet:

Digitized by Google

ber: in cuius verberibus Secunda iudicē ſic interpellat. Quid eſt, q ſororē meā honore, me afficis ignominia? iube ambas ſimul cędi, quę ſimul Chriſtum Deū cōfitemur. Quibus verbis incenſus iudex, imperat vtrāq; detrudi in tenebricoſū & fętidū carcerem: Quo loco ſtatim clariſſima luce & ſuauiſſimo odore cōpleto in ardēti ſolo volutātur. Et cū inde etiā integrę euaſiſſēt, mox ſaxo ad collum alligato in Tiberim proiectę ſunt: vnde ab angelo liberatę extra vrbem via Aurelia milliario decimo, capite plectuntur. Quarum corpora a Plautilla matrona in eius pędio ſepulta, ac poſtea in vrbem tranſlata, in baſilica Conſtantiniana prope baptiſterium condita ſunt. ℟. Verbera car. 510.

Sermo S. Auguſtini epi. L. vj.

Magnū ſpectaculū poſitū eſt ante oculos fidei noſtrę. Auditu audiuim⁹, corde vidim⁹, optātē matrē ante ſe iſtas vitā finire filios ſuos, lōge cōtrarijs votis cōſuetudinis humanę. Oēs eniz homines filios ſuos, ex hac vita migrādo, pręcedere volunt, & non ſequi: illa autē optauit poſterior mori. Nō eniz amittebat filios, ſed pmittebat: nec intuebatur tanq̄ȝ vitā finirent, ſed tanq̄ȝ inchoarēt. Deſinebāt eniz viuere vbi q̄nq; fuerant morituri: & incipiebant viuere, ſine fine victuri. Parū eſt fuiſſe ſpectatricē: mirati ſumus potius hortatricem. Fecundior virtutibus, quam fętibus, vidēs certātes in quib⁹ omnibus & ipſa certabat, & oībus vincētib⁹ etiā ipſa vincebat. ℟. Tanquā aurum. 511.

Lcō ſ. euāg. ſʒ Mattheū. L. vij.

In illo tempore: Loquente adhuc Jeſu ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabant foris quęrentes loqui ei. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

Sancti euangelij, fratres chariſſimi, breuis eſt lectio recitata, ſed magnis myſteriorū pōderibus grauida. Jeſus enim cōditor, & redemptor noſter, matrem ſe noſſe diſſimulat, & quę ei mater ſit, & qui propinqui, non per cognationem carnis, ſed per coniunctionē ſpiritus deſignat, dicens: Quę eſt mater mea, & q fratres mei? Quicunq; enim fecerit voluntatē patris mei qui in cęlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Quid nobis his verbis, quid aliud innuit? niſi q ob ſequentes iuſſionibus ſuis multos ex gentilitate colligit, & Judęam, ex cuius carne eſt genitus, non cognoſcit. ℟. Propter teſtamentum. 512. Lectio octaua.

Sed cum is qui voluntatem patris fecerit, ſoror & frater domini dicitur, propter vtrūque ſexū q ad fidē colligitur, mirū nō eſt: mirādū vero valde eſt, quomodo etiā mater dicat. Fideles enim diſcipulos fratres voca

re dignatus est dicēs: Ite, nūciate fratribus meis. Qui ergo frater dñi fieri ad fidē veniendo potuerit, querendū est, quomodo etiā ꝛ mater esse poterit. ℟. Hec est vera fraternitas. 512. Lectio .ix.

SEd ſciendum nobis est, qa qui Chriſti ſoror ꝛ frater est credendo, efficitur mater predicando. Quaſi enim parit dominū qui eū cordi audiētis infundit: mater eius predicādo efficit̄, ſi ꝑ eius vocē amor dñi in proximi mēte generat̄. Ad quā rē nobis idonee cōfirmandā adeſt beata Felicitas, cui⁹ hodie natalitia celebramus: que credēdo extitit ancilla Chriſti, ꝛ predicando facta eſt mater Chri. Septē quippe filios (ſicut in geſtis ei⁹ emendatioribus legitur) ſic poſt ſe timuit viuos in carne relinquere, ſicut carnales parentes ſolēt metuere ne mortuos premittant.

Die .C. ¶ S. Pij pape ꝛ martyr. Orō. Infirmitatem. 501. de communi vnius martyris. Lectio tertia.

PIus Aquileienſis, Imperatore Marco Antonino Vero, Pontifex creatus, penam ſtatuit in ſacerdote, cuius negligētia de ſanguine dñi aliquid ſtillauerit. Penitentiā enī, inqt, agāt quadraginta diebus, ſi in terrā aliqd deciderit: ſi ſup altare, trib⁹ diebus: ſi ſup linteū ſuperius, quatuor: ſi in inferius deſtuxerit, nouē diebus: ſi vſqꝫ ad quartū, viginti dieb⁹, vbicūqꝫ ceciderit, ſi recipi poteſt lābat̄: ſin aliter, aut lauetur, aut radatur: quicqd lotū, aut raſum eſt, cōburatur, ꝛ cinis in ſacrariū reponatur. Multis preterea vtiliter decretis, martyrio coronatur, ꝛ ſepelitur in Vaticano qnto Idus Julij: cū ſediſſet annos vndecim, mēſes duos, dies viginti vnū: epiſcopos decē, presbyteros nouem, diaconos vigintiunum, menſe Decembri quinqꝫ ordinationibus creaſſet.

Die 12. D ¶ SS. m. Naboris, ꝛ Fel. orō.

PReſta, quēſum⁹ dō mine: vt ſicut nos ſanctorū martyrū tuorū Naboris, ꝛ Felicis natalitia celebrāda nō deſerūt: ita iugiter ſuffragijs comitentur. Per dñm. Lco iij. Sermo S. Auguſtini. Quotieſcūqꝫ. 510. de cōi plu. m.

Die 13. E ¶ S. Anacleti Pape ꝛ marty. ſemidupl. Orō. Deus qui nos. de cōi vnius marty. 501. L. iij.

ANacletus Athenienſis Domitiano Imperatore rexit eccleſiam. Decreuit, vt epūs a tribus epis, neqꝫ a paucioribus, cōſecraret̄: ꝛ clerici ſacris ordinibus publice a proprio epiſcopo initiarent̄: ꝛ vt in Miſſa, peracta cōſecratione, oēs cōmunicarēt. Beati Petri ſepulcrū ornauit: pōtificūqꝫ ſepulture locum attribuit. Fe

cit ordinationes duas mẽſe De cẽbri; qbus creauit epõs ſex, preſbyteros quinqꝫ, diaconos tres. Sedit annos nouem, mẽſes nouẽ, dies decẽ. Martyrio coronatus, ſepultus eſt in Vaticano. ℟. co v. ꝛ vj. Principes. f. 505. In iij. noc. bom. in euãg. Si quis vult ve. f. 505. de cõi vni⁹ mar.

Die 14. A . S. Bonauẽturę epi ꝛ ꝯf. Orõ. Da quęſumus... 514. d cõi ꝯf. põt. l. iiij.

Bonauentura, Balneoregij i Etruria natus, cũ infans incidiſſet in vitę periculum, mater eius vouit, ſi inde euaſiſſet, ſe eum religioni beati Frãciſci dicaturũ. Itaqꝫ adoleſcens, in ordinez fratrũ Minorum adſcribi voluit: vbi, Alexandro de Ales magiſtro, ad eã doctrinę perfectionẽ breui peruenit, vt ſeptimo poſt anno, libros ſententiarum Pariſijs publice ſumma cũ laude ſit interpretatus: quos etiã pręclaris poſtea cõmẽtarijs illuſtrauit. Poſt ſex annos ſui ordinis generalis magiſter Romę factus, ea prudentia, ac ſanctitatis laude magiſterium geſſit, vt in oium ore, ꝛ admiratione eſſet. ℟. Inueni Dauid. 515. Le. vj.

Multa ſcripſit, in quibus ſummã eruditionez cũ pari pietatis ardore coniungẽs, lectorem docendo mouet. Quẽ Gregorius decim⁹, eius ſanctimonię ꝛ ſapientię facto commotus, Cardinalem ꝛ epiſcopum Albanenſem creauit. Eundem adhuc viuentẽ beatus Thomas Aquinas ſanctum appellauit. Cum enim vitã ſancti Frãciſci ſcribẽtẽ comperiſſet, Sinamus, inquit, ſanctum pro ſancto laborare. Migrauit e vita pridie Idus Julij in ꝯcilio Lugdunẽſi, quinquaginta tres annos natus, multis editis miraculis. Quẽ Xyſtus quart⁹ Põtifex maxim⁹ retulit in ſcõꝝ numerũ. ℟. Poſui adiut. 515. L. vij. Quid poſt Orõnes. 519. ℟. Iſte eſt qui an. In iij. noc. bom. i euãg. Homo quidã. 516. de cõi cõfeſſ. põtif.

Die 15. G. 16. A.

S. Alexij ꝯfeſ. Orõ. Deus, qui nos. 520. de cõi ꝯf. nõ põt. l. iij. 17

Alexius Romanus nobiliſſimus, propter eximiũ Ieſu Chriſti amorem, prima nocte nuptiarum relinquẽs intactã ſpõſã, illuſtriũ orbis terrę eccleſiaꝝ peregrinationẽ ſuſcepit. Quib⁹ in itinerib⁹, cũ ignotus ſeptẽdecim annos fuiſſet, ſaliẽs apud Edeſſã Syrię vrbẽ p imaginem ſãctiſſimę Marię virginis ei⁹ noie diuulgato, inde nauı diſceſſit. Ad portum Romanũ appulſus, a pře ſuo tanq̃ alienus pauper, hoſpitio accipit: apud quẽ, oibus incognitus, cũ decẽ ꝛ ſeptẽ annos vixiſſet, relicto ſcripto ſui nominis, ſãguinis, ac totius vitę curſu, migrauit in cęlũ Innocẽtio

nio peſtino ſummo Pōtifice, tota obſtupeſcente, ac letitia ꝑfuſa ci uitate. Audita enim vox eſt, ꝑ Urbis eccleſias: Querite in do mo Euphemiani viri dei, q̄ ꝓ ciuitate hac orat. Itaqꝫ ſummo Pōtifice, Imperatorib⁹ quoqꝫ Honorio ꝛ Archadio, omniqꝫ populo ad locū concurrētibus, inuentū ſcriptū, ꝛ publice lectū eſt, eiuſqꝫ corpus, multis editis miraculis, Pontifex, ꝛ Impera tores, ꝓprijs humeris, ad eccle ſiam ſancti Bonifacij deporta uunt, ꝛ honorifice ſepelierunt.

Die 18. C — ℭ S. Symphoroſe cū Septē filijs mart. Ozo. D e⁹ q̄ nos cō cedis. 509. de cōi plur. m. Le. ij.

S Ymphoroſa Tybur tina, Getulij martyris vxor, ex eo ſeptē filios peperit, Creſcē tiū, Julianū, Nemeſiū, Primi tiuum, Juſtinū, Stacteū, Eu geniū: qui oēs ꝓpter Chriſtia nę fidei ꝓfeſſionē vna cū matre, Adriano Imperatore, compre henſi ſunt: quoꝝ pietas multis varijſqꝫ tentata ſupplicijs, cum ſtabilis ꝑmaneret: mater q̄ filijs fidei magiſtra fuerat, dux eiſdē ad martyrium extitit. Nā ſaxo ad collū alligato, in ꝓfluētē de ijcit, cui⁹ corpus conquiſitū a fratre eius Eugenio ſepelit. R. Hec ē vera fraternitas. 512. l. iij.

P Oſtridie eius diei, q̄ fuit quintodecimo Calendas Auguſti, ſeptē fratres ſinguli ad paluz alligati, varie ſunt in terfecti. Creſcētio guttur ferro trāſfigit: Juliano pectus cōfo dit: Nemeſio coꝛ trāſuerberat: Primitiuo traijcit vmbilicus: Juſtinus mēbratiz ſecatur: Sta cte⁹ telis ꝯfigit: Eugenius a pe ctore in duas partes diuidit. Ita octo hoſtię deo gratiſſimę ſunt immolatę. Corpora i altiſſimā foueā piecta ſūt via Tyburti na, nono ab vrbe lapide: quę po ſtea Romā trāſlata, cōdita ſunt in eccleſia ſancti Michaelis in foro piſcario. Die 19. B

ℭ S. Margarite v̄g. ꝛ m. Ozo. Indulgētiā. 523. a. Lcō. iij. Ser. Q uonā hodie. 525. ō cōi v̄gi. — Die 20. E

ℭ S. Praxedis virginis. Ozo. Exaudi. 529. de cōi vir. L. iij. — Die 21. F

P Raxedes, virgo Ro mana, Pudentianę virginis ſoroꝛ, Mar co Antonino Impe ratore Chriſtianos ꝑſequente, eos facultatibus, opera, conſola tione, ꝛ omni charitatis officio ꝓſequebatur. Nā alios domi oc cultabat: alios ad fidei cōſtātiā hortabatur: alioꝝ corpora ſepe liebat, ijs qui in carcere incluſi erant, q̄ in ergaſtulis exercebantur, nulla re deerat. Quę cū tā tā Chriſtianoꝝ ſtragē iaz ferre nō poſſet, deū ꝓcata eſt, vt ſi mo ri expediret, ſe e tātis malis eripe ret. Itaqꝫ duodecimo Calē. Au guſti ad pietatis ꝓmia vocat i cę lū. Cui⁹ corp⁹ a Paſtore ꝓsbyte

roin ptis, et sororis Pudentianę
sepulcrũ illatũ est, quod erat in cę/
meterio Priscillę via Salaria.

Die 22. B ¶ S. Marię Magdalenę, dup.
Ad vesp. Ant. Dũ esset rex. 529.
cũ rel. de Laud. vt in cõi scarũ mu
lierũ. ps. Dixit dñs. 52. cũ rel. de
cõi virgi. Cap. Mulierẽ fortẽ.
529. de cõi scarũ mulierũ. Hym.

Lauda mater Ecclesia,
Lauda Christi clementiã
Qui septem purgat vitia
Per septiformem gratiam.
Maria soror Lazari,
Quę tot commisit crimina,
Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitę limina.
Post fluxę carnis scandala,
Fit ex lebete phiala,
In vas translata glorię,
De vase contumelię.
Aegra currit ad medicum,
Uas ferens aromaticum,
Et a morbo multiplici,
Uerbo curatur medici.
Surgentem cum victoria
Jesum videt ab inferis:
Prima meretur gaudia,
Quę plus ardebat cęteris.
Uni Deo sit gloria,
Pro multiformi gratia,
Qui culpas et supplicia
Remittit, et dat prẽmia. Amẽ.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in ęternũ. Ad Mag. Ant. In diebus illis, mulier, quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Jesus accubuit in domo Simonis leprosi, attulit alabastrum vnguenti: et stans retro secus pedes dñi Jesu, lacrymis cępit rigare pedes eius, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes eius et vnguento vngebat. Oratio.



Beatę Marię Magdalenę, quęsumus domine, suffragijs adiuuemur: et cuius precibus exoratus, quatriduanũ fratrẽ viuũ ab inferis resuscitasti. Qui viuis.

Ad Matutinum. Inuitatoriũ.
Laudemus Deum nostrum, In conuersione Marię Magdalenę. psalmus. Venite. Hymnus.

Nardi Maria pistici
Sũpsit librã, mox optimi
Unxit beatos domini
Pedes, rigando lacrymis.
Honor, decus, imperium
Sit trinitati vnicę,
Patri, nato, paraclito,
Per infinita sęcula. Amen.

Ant. psal. et ℣. Noc. dicitur vt annotatur in cõi sctarũ mulierũ. 527.

De Canticis Canticorũ. Lec. j.

In lectulo meo per noctes quęsiui quẽ diligit anima mea: quęsiui illũ, et nõ inueni. Surgã et circuibo ciuitatẽ: per vicos et plateas quęrã quẽ diligit anima mea: quęsiui illũ, et non inueni. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatẽ. Num quẽ diligit anima mea vidistis? ca. 3

vidiſtis? Paululū cū pertrāſiſſem eos: inueni quē diligit aīa mea. Tenui eū, nec dimittā, donec introducā illū ī domū matris meę, ⁊ in cubiculū genitricis meę. ℟. Maria Magdalene, ⁊ altera Maria ibāt diluculo ad monumentū; Jeſus, quē q̄ritis, nō eſt hic: ſurrexit ſicut locutus eſt: p̄cedet vos in Galileā, ibi eū videbitis. ℣. Et valde mane vna ſabbatorū veniūt ad monumentū orto iā ſole, ⁊ introeuntes viderunt iuuenes ſedentes in dextris, qui dixit illis. Jeſus. Lectio ij.

Quis mihi det te fratrem meum ſugentē vbera matris meę? vt inueniā te ſolū foris, ⁊ deoſculer te, ⁊ iā me nemo deſpiciat. Apprehendam te, ⁊ ducā in domū matris meę, ⁊ in cubiculū genitricis meę. Ibi me docebis, ⁊ dabo tibi poculū ex vino cōdito, ⁊ muſtum malorū granatorum meorū. Leua eius ſub capite meo, ⁊ dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filię Jeruſalē, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipſa velit. ℟. O cōgratulamini mihi oēs, qui diligitis dūm, quia quē quęrebā apparuit mihi. Et dū flerē ad monumētū, vidi dominū meum. ℣. Recedentibus diſcipulis non recedebam, ⁊ amoris eius igne ſuccenſa ardebam deſiderio. Et. Lectio tertia.

Quę eſt iſta: quę aſcēdit de deſerto delicijs affluens: innixa ſup dilectū ſuū: Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculū ſuper cor tuū: vt ſignaculū ſup brachiū tuū: q̄a fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernꝰ ęmulatio, lāpades eius lāpades ignis, atq; flammarū. Aquę multę nō potuerunt extinguere charitatē, nec flumina obruēt illam. ℟. Tulerunt dūm meū, ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum. Dicunt ei angeli: mulier q̄d ploras? ſurrexit, ſicut dixit: Pręcedet vos in Galilęam, ibi eum videbitis. ℣. Dum ergo fleret, inclinauit ſe ⁊ proſpexit in monumētū, ⁊ vidit duos angelos in albis ſedentes, qui dicunt ei. Pręcedet vos in. Sermo S. Gregorij papę, l. iij.

Maria Magdalena, q̄ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatē lauit lacrymis maculas criminis: ⁊ vox veritatis impleta eſt, quę dicit: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniā dilexit multum. Quę enim priꝰ frigida peccando remanſerat, poſtmodum amando fortiter ardebat: quę a monumento domini, etiam diſcipulis recedentibus, non recedebat: exquirebat, quē non inuenerat: flebat inquirendo: ⁊ amoris ſui igne ſuccenſa, eius quem ſublatum credidit, ardebat deſiderio: vnde contigit, vt eum ſola tunc videret, quę remanſerat vt quęreret: quia nimirum

mirum virtutis boni operis perſeuerantia eſt. ℟. Diffuſa. 527. de cōmuni. Lectio quinta.

QUeſiuit ergo prius, ⁊ minime inuenit: perſeuerauit, vt quęreret: vnde contigit, vt inueniret: actumq; eſt, vt deſideria dilata creſcerent, ⁊ creſcentia caperent quod inueniſſent. Hinc eſt enim ꝙ de eodem ſponſo eccleſia in canticis canticorum dicit: In lectulo meo per noctem quęſiui quē diligit anima mea. Dilectū in lecto quęrimus, quando in preſentis vitę aliquantula requie redemptoris noſtri deſiderio ſuſpiramus. Per noctem quęrimus, quia etſi iam in illo mēs vigilat, tamē adhuc oculus caligat. ℟. Specie. 528. L. vj.

QUi ergo dilectū ſuū nō inuenit, reſtat vt ſurgat, ⁊ ciuitatē circūeat, id eſt ſanctā electorū Eccleſiam mēte, ⁊ inquiſitione percurrat. Per vicos eius, ⁊ plateas quęrat, id eſt per anguſta, ⁊ lata gradiētes aſpiciat, ſi qua inuenire in eis valeat eius veſtigia, exquirat: quia ſunt nōnulli etiā vitę ſecularis, qui imitandū aliquid habeāt de actione virtutis. Quęrentes autem nos vigiles inueniunt, qui cuſtodiunt ciuitatē: quia ſancti patres, qui Eccleſię ſtatū cuſtodiūt, bonis nr̄is ſtudijs occurrunt, vt ſuo vel verbo, vel ſcripto nos doceant. Quos cū paulū pertrāſimus, inuenimus quē diligimus: quia redemptor noſter, etſi humilitate homo inter homines, diuinitate tamen ſuper homines fuit. ℟. Propter veritatem. 528.

Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.

IN illo tēpore: Rogabat Jeſum quidā Phariſęus, vt mā ducaret cum illo: ⁊ ingreſſus domū Phariſei diſcubuit. Et rel.

Homilia Sācti Auguſtini epi.

EUangeliū cū legeret, attentiſſime audiſtis: ⁊ res geſta narrata atq; verſata eſt ante oculos cordis veſtri. Vidiſtis enī nō carne, ſed mēte, dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtū in domo Phariſei recūbentē, ⁊ ab illo inuitatū, nō faſtidientē. Vidiſtis etiā mulierē in ciuitate famoſam, male vtiq; famę, eo ꝙ erat peccatrix, non inuitatā irruiſſe conuiuio, vbi ſuus medicus recumbebat, ⁊ quęſiſſe pia impudētia ſanitatem: irruens quaſi importuna cōuiuio, opportuna bn̄ficio. Nouerat enim quāto morbo laboraret: ⁊ illū ad ſanādū idoneū eſſe ad quē venerat, ſciebat. ℟. Dilexiſti iuſtitiā. 528. Le. viij.

ACceſſit igitur nō ad caput domini, ſed ad pedes: ⁊ quę diu male ambulauerat, veſtigia recta quęrebat. Prius fudit lacrymas cordis, ⁊ lauit dn̄i pedes obſequio confeſſionis: capillis ſuis terſit, oſculabatur, vnxit, tacita loquebatur, nō ſermonē promebat, ſed deuotionē oſtendebat. Quia ergo tetigit dominū rigādō, oſculando,

lãdo, tergẽdo, vngẽdo pedes eiꝰ: Phariſeus, qui inuitauerat dominũ Jeſum Chriſtũ, quia ex illo genere erat hominũ ſuperborũ, de quibꝰ Jſaias propheta dicit, Qui dicunt, Recede longe a me, noli me tangere, quoniam mundus ſum, putauit dominũ neſciſſe mulierem. ℟. Regnum mundi. 529. Lectio nona.

O Phariſee inuitator, ꝛ irriſor dñi: dñz paſcis: ꝛ a quo ſis paſcendus nõ intelligis? Unde ſcis dñm neſciſſe, q̃ fuerit illa mulier, niſi quia pmiſſa eſt accedere? niſi quia, illo patiente, oſculata eſt pedes eius? niſi quia terſit? niſi quia vnxit? hec enim nõ debuit permitti facere in pedibꝰ mundis mulier immunda. Ad illius ergo Phariſei pedes ſi talis mulier acceſſiſſet, dicturꝰ erat qđ Jſaias de talibꝰ dicit: Recede a me: noli me tãgere: qm mũdus ſum. Acceſſit autez ad dñm immũda, vt rediret munda: acceſſit egra, vt rediret ſana: acceſſit confeſſa, vt rediret profeſſa. Ad Laud. ꝛ p horas. Añ. Dũ eſſet rex. cũ reli. in cõi ſcãrũ mulierz. Cap. Mulierẽ. 529. Hyꝰ.

529.

H Eterni patris vnice
Nos pio vultu reſpice,
Qui Magdalenam hodie
Uocas ad thronum glorię.
In theſauro repoſita
Regis eſt drachma perdita,
Gemmaq; luce inclyta
De luto luci reddita.

Jeſu dulce refugium,
Spes vna penitentium,
Per peccatricis meritum,
Peccati ſolue debitum.
Pia mater, ꝛ humilis,
Naturę memor fragilis,
In huius vitę fluctibus
Nos rege tuis precibus.
Uni Deo ſit gloria. 420.
℣. Elegit eam Deus: ꝛ pręelegit eã. ℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eã. Ad Bñs. Añā. Maria vnxit pedes Jeſu: ꝛ extercit capillis ſuis, ꝛ domus impleta eſt ex odore vnguenti.
Ad iij. vj. ꝛ ix. Cap. vt i cõi ſcãrũ mulierũ cũ ſuis ℟. bre. 529.
Ad veſp. Añ. Dũ eſſet rex. 529. cũ rel. pſalmi de cõi vg. Cap. ꝛ Hym. ſicut in primis Ueſpis. ℣. Elegit eã Deus, ꝛ pręelegit eaz. ℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eam. Ad Mag. Añā. Mulier, q̃ erat in ciuitate peccatrix, attulit alabaſtrũ vnguẽti, ꝛ ſtans retro ſecus pedes dñi lacrymis cępit rigare pedes eiꝰ, ꝛ capillis capitis ſui tergebat. Oro. Beatę Marię Magd. f. 420.
¶ Sancti Apollinaris epiſcopi, ꝛ martyris. ſemidup. Oratio. Die 23. A

D Eus, fideliũ remunerator animarũ, qui hũc diẽ beati Apollinaris, ſacerdotis tui, martyrio conſecraſti: tribue nobis, quęſumus, famulis tuis: vt cuius venerandã celebramus feſtiuitatem, preci

precibus eius indulgentiam cō-ſequamur. Per dominum. L. iiij.

Apollinaris cum principe Apoſtoloꝝ Antiochia Romam venit: a quo ordinatus epſ, Rauennam ad Chriſti dñi predicandum euāgelium mittit: vbi cū ad Chriſti fidē plurimos cōuerteret, captus ab idoloꝝ ſacerdotibus, pcipitat in mare, vnde ereptus eſt: Cumqꝫ ipſo orante Bonifacius nobilis vir qui diu mutus fuerat loqueretur, eiusqꝫ filia immūdo ſpiritu liberata eſſet, iterū eſt in illuꝫ cōmota ſeditio. Itaqꝫ virgis ceſus, ardentes carbones nudis pedibus pmere cogitur, queꝫ cuꝫ ſubiectus ignis nihil lederet, mittit in exiliū. R. Honeſtū. 503. Lcō v.

Is vero latens aliquandiu cū quibusdaꝫ Chriſtianis inde profectus eſt in Aemiliam, vbi Ruffini Patricij filiā mortuaꝫ ad vitaꝫ reuocauit: vt propterea tota Ruffini familia i Jeſum Chriſtum crederet. Quare vehementer incenſus prefectus, accerſit Apollinarem, ꝛ cum eo grauius agit, vt fineꝫ faciat diſſeminandi in vrbe Chriſti fidē. Cuius cū Apollinaris iuſſa negligeret, equuleo cruciat: in cuiꝰ plagas aqua feruēs infundit: ſaxoqꝫ os tundit: mox ferreis vinculis conſtrictus, includitur in carcere. Quarto die impoſitus in nauem eijcitur in exilium, ac tempeſtate delatus ad ripā Danubij, venit in Thraciam. R. Deſiderium. fol. 103. Lectio vj.

Cum autem in Serapidis tēplo demō ſe reſpōſa daturū negaret, dū ibidem Pauli apoſtoli diſcipulus moraretur, diu cōquiſitus inuētus eſt Apollinaris: qui iteruꝫ iubetur nauigare. Ita reuerſus Rauennam, ab eiſdem illis idoloꝝ ſacerdotibus accuſatus, centurioni cuſtodiēdus traditur: qui cū occulte Chrm coleret, noctu Apollinarem dimiſit. Re cognita ſatellites eū perſequuntur, ꝛ plagis in itinere confectum, qꝫ mortuum crederent, relinquūt. Quem cū inde Chriſtiani ſuſtuliſſent, ſeptimo die exhortans illos ad fidei cōſtantiam, martyrij gloria clarus migrauit e vita, cuius corpus prope murū vrbis ſepultū eſt. R. Stola iocūditatis. 503. Lcō s. euāg. ſm Lucā. Lcō vij.

In illo tpe: Facta eſt cōtentio inter diſcipulos, qs eoꝝ videretur eſſe maior. Et reliq. ca. xxij.

Homilia Sancti Ambroſij epi.

Regnū Dei non eſt de hoc mūdo. Nō ergo equalitatis homini ad Deum, ſed ſimilitudinis emulatio eſt. Solus enim Chriſtus eſt plena imago Dei propter expreſſaꝫ in ſe paterne claritudinis vnitatē. Iuſtus autē homo ad imaginē dei eſt, ſi pꝑter imitandam diuine cōuerſationis ſimilitudinē mundū hūc dei cognitione contēnat.

volun-

volũtateſq3 terrenas verbi pce/ prione deſpiciat, quo alimur in vitã: vnde ⁊ corpus Chři edim⁹, vt, vitę ęternę poſſim⁹ eſſe par/ ticipes. ℟. Corona. 504 L. viij.

NOn enim victus ⁊ potus nobis pmu loco ſpondet, ⁊ honoris, ſed cõmunicatio gra tię cęleſtis, ⁊ vitę. Neq3 duode cim throni tanquam aliqua cor poralis ſunt receptacula ſeſſio/ nis: ſed quia ſecundum diuinã ſimilitudinem iudicat Chriſtus cognitione cordium, non inter/ rogatione factorum, virtutem remunerans, impietatemq3 cõ/ dẽnãs: ita ⁊ apoſtoli in iudiciu3 ſpiritale formant remuneratio/ ne fidei, ⁊ execratione pfidię, vir tute errorẽ redarguentes. ſacri/ legos odio perſequentes. ℟. Hic eſt vere martyr. 504. L. ix.

COnuertamur igitur, ⁊ ca ueamus ne in pditionem aliqua inter nos de plarione poſ ſit eſſe cõtẽtio. Si enim cõtende bãt apli, nõ excuſationi obtendi tur, ſed cautioni pponitur. Si Petrus aliquando conuertit, qui primam dei ſecutus eſt vo/ cẽ, qs poteſt dicere cito ſe eſſe cõ uerſum? Caue ergo iactantiã: caue ſeculum: Ille enim ↄfirma re iubet fratres ſuos q dixit: Om

Die 24 B nia reliqmus, ⁊ ſecuti ſumus te. ¶ Cõme. S. Chriſtinę vg. ⁊ m. Oro. Indulgentiã. 523 de cõi

In vig. s. Iacobi apli. Tres lcõ. de Hom. in euãg. Hoc eſt pręce/ ptu3. 497. de cõi Aplo℞. Oro.

DA, quęſumus omnipotẽs Deus: vt beati Jacobi apoſtoli tui, quam pręuenimus, veneranda ſolemnitas, ⁊ deuo/ tionem nobis augeat, ⁊ ſalute3. Per dominum noſtrum Jeſũ. Deinde fit cõme. S. Chriſtinę.

¶ S. Jacobi Apli. dup. Oia de cõi Aplo℞, pter lcões. Oro. Die 25. C

ESto domine plebi tuę ſanctificator ⁊ cuſtos: vt apoſtoli tui Jacobi munita pręſidijs, ⁊ conuer ſatione tibi placeat, ⁊ ſecura mẽ te deſeruiat. Per dominum no.

In primo nocturno de epiſtola prima ad Corinthios lcões. Sic nos exiſtimet homo. 494. de cõmuni Apoſtolorũ. L. iiij.

JAcobus Zebedęi filius, Johannis Apoſtoli ger/ manus frater, Galilęus, inter primos Apoſtolos vocatus cũ fratre, relictis patre, ac retibus ſecutus eſt Dominum, ⁊ ambo ab ipſo Jeſu Boanerges, ideſt tonitrui filij ſunt appellati. Js vnus fuit ex tribus apoſtolis, quos Saluator maxime dilexit, ⁊ teſtes eſſe voluit ſuę transfigu rationis, ⁊ intereſſe miraculo cum archiſynagogi filiã a mor tuis excitauit, ⁊ adeſſe cum ſeceſ ſit in montem Oliueti patrem oraturus, antequam a Judęis comprehenderetur. ℟. Vidi coniunctos. 595. Lectio v.

Verum

VErum Jacobus poſt Jeſu Chriſti aſcẽſuʒ in cęlū, in Judęa ⁊ Samaria prędicās eiꝰ diuinitatē, plurimos, in quibus Hermogenē hęreticū, ad Chriſtianam fidē conuertit. Mox peragrata Hiſpania, ibiqꝫ prędicato euãgelio rediit Jeroſolymaʒ. Sed Claudio Imperatore Herodes ad regnū elatus, vt a Judęis gratiā iniret, Jacobum libere Jeſum Chriſtum Deum confitentem, capitis condemnauit. Queʒ cū is, qui eū duxerat ad tribunal, fortiter martyriū ſubeuntē vidiſſet, ſtatim ſe ⁊ ipſe Chriſtianum eſſe profeſſus eſt. ℟. Beati eſtis. 496. Lectio ſexta.

AD ſupplicium cum raperentur, petiit ille a Jacobo veniam: quem Jacobus oſculatus, Pax, inquit, tibi ſit. Itaque vterqꝫ eſt ſecuri percuſſus, cum paulo ante Jacobus paralyticū ſanaſſet. Corpus eius poſtea Cõpoſtellā tranſlatum eſt, vbi ſumma celebritate colitur, conuenientibus eo religionis, ⁊ voti cauſa ex toto terrarũ orbe peregrinis. Memoria ipſius Natalis hodierno die, qui Trāſlationis dies eſt, ab eccleſia celebratur, cum ipſe Calendis Aprilis primus apoſtolorū Jeroſolymis profuſo ſanguine teſtimoniū Jeſu Chriſto dederit. ℟. Iſti ſūt triūph. 496.

Lcõ ſ. euãg. ſꝫ Matthęū. l. vij.

c. 20. IN illo tempore: Acceſſit ad Jeſum mater filiorū Zebedęi, cum filijs ſuis, adorans, ⁊ petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia S. Johānis Chryſoſt.

NOn turbetur quiſquam, ſi adeo imperfectos dicimus apoſtolos fuiſſe: nōdū enim myſterium crucis erat cõſummatū, nōdum gratia ſpiritus in corda ipſorum infuſa. Quare ſi ſtudia virtutis ipſorum diſcere cupis, quales poſt datā gratiā ſpiritꝰ fuerint, conſidera, ⁊ videbis omnem ab illis turbationem animi fuiſſe ſuperatam. Hac enim de cauſa eorum modo imperfectio reuelatur, vt aperte ꝑcipere poſſis, quales ſubito per gratiaʒ effecti fuerint. Quod igitur nihil ſpiritale quęrebāt, nec de cęleſti regno quicquā cogitabant, perſpicuū eſt. Sed verba quoqꝫ petitionis ipſorūʒ audiamus. Volumus, inquiunt, vt quodcunqꝫ petierimus, facias nobis. Ad qđ Chriſtus, Quid vultis? reſpondet, non ignorans certe, ſed vt illi reſpōdere compulſi, vlcus ſibi aperiant, quod ſanare Chriſtus intendebat. ℟. Iſti ſunt, qui viuentes. 597. Lectio octaua.

ILli vero, quoniā humano more coram omnibꝰ erubeſcebāt dicere, ſeorſuʒ ab alijs diſcipulis Chriſtū accipientes, interrogauerūt. Pręuenerūt enim, vt remotis arbitris, rurſus loquerētur. Volebāt autē, vt ego conijcio, quoniā ſuper duodecim ſedes ſeſſuros diſcipulos audierāt, primatum

Digitized by Google

primatū huius cōſeſſus impetra re: & preponi quidē ſe ceteris, pręter quã Petro, ſciebãt: Petrū vero ſibi preferri formidantes, dicere auſi ſunt: Dic vt vnus a dextris, alter a ſiniſtris ſedeat: ita vrgebant dicētes, Dic. Quid igitur ipſe? vt ſignificaret eos nihil petere ſpiritale, ſed nec ſcire quidem quid poſtulent, nō enim petere auderēt, ſi ſcirent: Neſcitis, ait, quid petatis: neſcitis quã magnū hoc ſit, quã mirabile, ac ipſas ſuperiores excedēs virtutes. ℟. Iſti ſunt viri. 497. Lec. ix.

ET adiecit: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quomodo ſtatim ab hac cupiditate ipſos remouit, contraria eis diſſerens? Nam vos, inquit, de honoribus, & coronis cogitatis: ego vero de luctamine, atq; ſudore diſſero. Nō premiorū hoc tempus eſt, nec illa gloria mea modo apparebit, ſed bella, pericula, & necē preſens cōtinet vita. Perſpice autē qualiter ipſo interrogationis modo, & hortatur, & allicit. Non enim dixit, Poteſtis ne veſtrū effundere ſanguinem? ſed, quonam pacto poteſtis bibere calicem? Deinde alliciēs, inquit. Quē ego bibiturus ſum, vt communicatione laborū, cū ipſo promptiores redderentur. In fine Laudū tãtū fit cōmem. S. Chriſtophori mart. Oratio. Preſta, qs omnipotens Deus, vt q. 505. de communi vnius martyris.

Die 26. B

¶ S. Pantaleonis mart. Orō. Die
Preſta qs oms deus vt in. 501. 27 C
de comuni vnius marty. L. iij.

PAntaleon Nicomediēſis, nobilis medicus, ab Hermolao presbytero ad Ieſu Chriſti fidem eruditus, baptizatus eſt: q mox patri Euſtorgio perſuaſit, vt Chriſtianus fieret. Quare cum Nicomedię poſtea Chriſti dñi fidē libere prędicaret, & ad eius doctrinã omnes cohortaretur, Diocletiano Imperatore equuleo tortus, & admotis ad eiꝰ corpus laminis candentibus, cruciatus eſt. Quam tormentorum vim ęquo, & forti animo ferens, ad extremum ſecuri percuſſus, martyrij coronam adeptus eſt.

¶ Sanctorum martyrū Naza Die
rij, Celſi, Victoris, ac Innocen 28. F
tij Papę, & confeſſ. ſemid. Orō.

SAnctorum tuorũ nos, dñe, Nazarij, Celſi, Victoris, & Innocentij confeſſio beata communiat: & fragilitati noſtrę ſubſidiũ dignanter exoret. Per do. Le. iiij.

NAzariꝰ, a beato Lino Papa baptizatus, cū in Galliam profectus eſſet, ibi Celſum puerum, a ſe Chriſtianis precep tis prius inſtructū baptizauit: qui

qui vna Treuerim euntes, Neronis perſecutione in mare vterque deijcitur, vnde mirabiliter euaſerunt. Poſtea Mediolanū venientes, ibi primū Chriſti fidē diſſeminarunt: qui cum ſanctis martyribus Geruaſio ⁊ Protaſio in carcerem incluſis inſeruirēt, ab Annalino præfecto, cōſtātiſſime Chriſtū Deum confitentes, capite plectuntur: quorū corpora extra portam Romanā ſepulta ſunt: quę cū diu latuiſſent, Dei monitu a beato Ambroſio conſperſa recenti ſanguine ſunt inuenta, tanq̄ȝ ſi paulo ante martyriū paſſi eſſent: vnde in Vrbē tranſlata, honorifico ſepulcro contecta ſunt. ℟. Sancti tui domine. 510. Lectio quinta.

VIctor in Africa natus, Seuero Imperatore rexit eccleſiā. Inſtituit vt ſacrū Paſcha die Dn̄ico celebraret: q̄ ritus vt poſtea in mores induceret, habita ſūt multis in locis cōcilia: ⁊ in Nicęna deniq̄ȝ prima ſynodo ſācitū eſt, vt Paſchę dies feſtus poſt quartādecimā Lunā ageret, ne Chriani Judęos imitari viderētur. Statuit, vt quauis aqua, modo naturali, ſi neceſſitas cogeret, quicūq̄ȝ baptizari poſſet. Theodulū Coriariū Vicentinum docentem Chriſtum tantummodo hominē fuiſſe, eiecit ex Eccleſia. Scripſit de quęſtione Paſchę, ⁊ alia quędam opuſcula. Creauit duabus ordinationibus mēſe Decēbri, epiſcopos vndecim, presbyteros quatuor, diaconos ſeptem: martyrio coronatus ſepelitur in Vaticano quinto Calendas Auguſti. Sedit annos [illegible], menſes duos, dies decem. ℟. Verbera carnificum. 510. L. vj.

INnocentius Albanenſis ſancti Hieronymi, ⁊ Auguſtini ętate floruit: de quo ille ad Demetriadē virginem. Sancti Innocentij, qui apoſtolicę cathedrę, ⁊ beatę memorię Anaſtaſij ſucceſſor, ⁊ filius eſt, teneas fidem: nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidaque videaris, doctrinaȝ recipias. Eius ſanctitateȝ Baſilius magnus in epiſtolis ad eum ſcriptis admiratur. Quem etiam tanquā iuſtum Lot ſubtractū Dei prouidentia ad Rauennam ſeruatum fuiſſe ſcribit Oroſius, ne Romani populi videret excidium. Is Pelagio ⁊ Celeſtino damnatis, contra eorum hęreſim decretū fecit, vt qui ex Chriſtiana muliere natus eſſet, per baptiſmum renaſci deberet: ⁊ vt ſabbatho ob memoriā Chri dn̄i ſepulturę, ieiuniū ſeruaretur. Sedit annos quindecim, menſes duos, dies viginti. Quatuor ordinationibus mēſe Decēbri creauit epiſcopos per loca quinquaginta quatuor, presbyteros triginta, diaconos tredecim. Sepultus eſt in cęmeterio ad Vrſum pileatum. ℟. Tanquam aurum. fol. 511.

In iij. noct. Hom. in euág. Cū audieritis. 512. de cōi plur. mart.

Die ¶ S. Marthe virg. semi. Oro.
B Exaudi nos. 513. de cōi virg.
Cōme. SS. m. Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis. Oro.

PRęsta, quęsum⁹ domine: vt sicut populus Christian⁹ martyrum tuorū Felicis, Simplicij, Faustini, & Beatricis tēporali solennitate congaudet, ita perfruatur ęterna, & quod votis celebrat, cōprehendat effectu. Per dñm.

℟. j. Veni electa mea. fol. 524.
℟. ij. Diffusa est gratia. 524.
℟. iij. Specie tua. 524. L. e. iiij.

MArtha, nobilib⁹ & copiosis parentibus nata, sed Christi domini hoſpitio clarior, poſt ei⁹ aſcēſuȝ in cęlū cū fratre, ſorore, & Marcella pediſequa, ac Maximino, vno ex ſeptuaginta duobus diſcipulis Christi domini, qui totam illam domuȝ baptizauerat, multiſque alijs Christianis comprehenſa a Iudęis, in nauem ſine velo ac remigio imponitur, vaſtiſſimoqȝ mari ad certiſſimum naufragium committitur: ſed nauis, deo gubernante, ſaluis omnibus Maſſiliam appulſa eſt. ℟. Propter veritatem. 525. Lectio quinta.

EO miraculo, & horum pręcdicatione, primum Maſſilienſes, mox Aquenſes, ac finitimę gētes in Chriſtū crediderūt. Lazaruſqȝ Maſſiliēſiū, & Maximin⁹ Aquēſium eps creatur: Magdalena vero aſſueta orationi & pedibus dñi, vt optima parte contemplandę cęleſtis beatitudinis, quam elegerat, frueretur, in vaſtā altiſſimi montis ſpeluncam ſe contulit, vbi triginta annos vixit ab omni hoium ꝯſuetudine diſiūcta, quotidieqȝ per id tempus ad audiendas cęleſtium laudes in altū ab angelis elata. ℟. Dilexiſti. 425. L. vj.

MArtha autē mirabili vitę ſanctitate & charitate omniū Maſſilienſiū animis in ſui amorē & admirationē adductis, in locum a viris remotiſſimum cum aliquot honeſtiſſimis fęminis ſe recepit, vbi ſumma cū laude pietatis & prudētię diu vixit: ac demum morte ſua multo ante prędicta, miraculis clara migrauit ad dñm quarto Calendas Auguſti. Cuius corpus apud Taraſcū magnā habet venerationē. ℟. Offerentur. 525.

Lcō S. euāg. ſcd̄ Lucaȝ. L. vij.

IN illo tēpore: Intrauit Ieſus in quoddā caſtellum: & mulier quędā Martha noīe excepit illū in domū ſuam. Et rel. ca. 10

Homilia ſancti Auguſtini epi.

VErba domini noſtri Ieſu Chriſti, quę modo ex euāgelio recitata ſunt, admonēt nos eſſe vnū aliquid quo tēdamus, quādo in huius ſęculi multitudine laboramus. Tēdimus autem

adbuc peregrinantes, nondum manentes: adbuc in via, nondum in patria: adbuc deſiderándo, nondũ fruendo. Tamen tendamus, ⁊ ſine pigritia ⁊ ſine intermiſſione tendamus, vt aliquádo peruenire valeamus. Martha ⁊ Maria duę ſorores erant, ambę non ſolũ carne, ſed etiá religione germanę: ambę domino cohęſerũt, ambę domino in carne pręſenti cõcorditer ſeruierũt. ℟. Hęc eſt virgo. 525. L. viij.

Suſcepit eum Martha ſicut ſolẽt ſuſcipi peregrini, ſed tamẽ ſuſcepit famula dominum, ęgra Saluatorẽ, creatura creatorẽ. Suſcepit autẽ ſpiritu paſcenda, in carne paſcendum. Voluit enim dominus formam ſerui accipere, ⁊ accepta forma ſerui in illa paſci a ſeruis, dignatione nõ conditione. Nam ⁊ iſta dignatio fuit, ſe prębere paſcendum. Habebat carnẽ, in qua eſuriret quidẽ ⁊ ſitiret: ſed neſcitis quia in eremo eſurienti angeli miniſtrabant? Ergo quod paſci voluit, paſcenti pręſtitit. Quid autem mirũ, ſi ⁊ de ſancto Elia pręſtitit viduę, quẽ prius coruo miniſtrante paſcebat? Nunquid paſcẽdo defecerat, qñ ad viduá mittebat? Non, ſed religioſaʒ viduá per obſequium exbibitum ſeruo ſuo, benedicere diſponebat. ℟. Media nocte. 525. Lectio ix.

Hic ergo ſuſceptus eſt dñs tanquá boſpes, qui in ſua propria venit, ⁊ ſui eum non receperunt: ſed quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, adoptans ſeruos, ⁊ liberos faciens, redimens captiuos, ⁊ faciẽs cobęredes. Nequis tamen veſtrum forſitan dicat, O beati qui Chriſtum ſuſcipere in domum propriaʒ meruerunt: Noli dolere, noli murmurare quia temporibus natus es quádo iam dominum non vides in carne: non tibi abſtulit iſtam dignationem: cum vni, inquit, ex minimis meis feciſtis, mibi feciſtis. Hęc de domino paſcendo, paſcente in ſpiritu, pauca pro tempore dixerimus.

¶ Sanctorum Abdon ⁊ Sennen martyrum. Oratio.

Deus, q ſanctis tuis Abdon ⁊ Sennen ad banc gloriaʒ veniẽdi copioſum munus gratię contuliſti: da famulis tuis ſuorum veniam peccatorum: vt ſanctoruʒ ſuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per dominum noſtrum. Lectio tertia.

Abdon ⁊ Sennen Perſę, Decio Imperatore, ad Cordubaʒ Perſarũ accuſati quod corpora Chriſtianorum quę inbumata proyciebantur, in ſuo prędio ſepeliſſent, iuſſu Imperatoris comprebenduntur, ⁊ dijs iubentur ſacrificare. Quod cuʒ facere

facere negligerent, & Jeſum Chri/
ſtum Deum conſtantiſſime prę
dicarent, traditos in arctam cu/
ſtodiam, Romam poſtea rediēs
Decius vinctos duxit in trium/
pho. Qui cum in vrbe ad ſimu/
lacra attracti eſſent, ea deteſtati
conſpuerunt. Quamobrē vrſis,
ac leonibus obiecti ſunt, quos fe
rę non audebāt attingere. Qua
re gladiis trucidati, colligatis pe
dibus, tracti ſunt ante Solis ſi/
mulacrum: quorum corpora,
clam inde aſportata, Quirinus
diaconus ſepeliuit in ſuis ędibus.

Die 31. B

AVGVSTI FESTA.

Die Offm defunc. j. die nō impedita.
1. C CS. Petri ad vincula. dupl.

Ad Veſperas. Antiphona.
Herodes rex. 417. cum reliquis
de Laudib⁹. ps. Dixit dn̄s. 52.
cum reliq. loco vltimo dicitur.
Laudate dominum omnes gen/
tes. folio. 54. Capitulum.

Act. ca. 12 Miſit Herodes rex
manus vt affligeret
quoſdā de eccleſia:
occidit autem Iaco/
bū, fratrē Iohānis
gladio: videns autem quia pla/
ceret Iudęis, appoſuit vt appre/
henderet & Petrum. Hymnus.

Petrus beatus catenarum
laqueos,
Chriſto iubente, rupit mirabiliter,
Cuſtos ouilis & doctor eccleſię,
Paſtorq; gregis conſeruator
ouium
Arcet luporū truculentā rabiē.
Gloria Deo per immenſa ſęcula,
Sit tibi nate decus, & imperiū,
Honor, poteſtas, ſanctoq; ſpūi:
Sit trinitati ſalus indiuidua
Per infinita ſclorū ſcla. Amē.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper
hanc petram ędificabo Eccleſiā
meam. Ad Magnificat. Aña.
Tu es paſtor ouium, princeps
Apoſtolorum: tibi traditę ſunt
claues regni cęlorum. Oratio.

DEus, qui beatum Petrum
apoſtolum a vinculis ab/
ſolutum illęſum abire feciſti, no/
ſtrorum, quęſ. abſolue vincula pec
catorum: & omnia mala a nobis
propitiatus exclude. Per dn̄m.
Deinde fit commemoratio ſan/
cti Pauli, vt ſupra in Cathedra
Romana. Sancte Paule. 366.
Poſtea Sanctorum martyrum
Machabęorū. Aña. Iſtorū. 509.
℣. Lętamini. 509. Oratio.

FRaterna nos dn̄e martyrū
tuorū corona lętificet: quę
& fidei noſtrę prębeat incremēta
virtutū, & multiplici nos ſuffra/
gio conſoletur. Per dominum.
Ad Mat. Inuit. Regē apſtorū
dn̄m, Venite adorem⁹. ps. Veni/
te. Hym. Quocūq; vinclis. vt ſu.
in Cath. Rom. 366. Aīę, pſal. &
℣. noct. dr̄ de cōi Apſtorū. 497.
De Actibus Apoſtolorū. L. j.

Miſit Herodes rex ca. 12
man⁹, vt affligeret
quoſdā de eccleſia.
Occidit autē Iaco/

Digitized by Google

bū fratrē Johannis gladio. Videns autē quia placeret Iudeis, appoſuit vt apprehēderet & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerē: tradēs quatuor quaternionibus militum cuſtodiendū, volens poſt Paſcha producere eū populo. Et Petr⁹ quidē ſeruabatur in carcere: oratio autē fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad deū pro eo. ℟. Simō Petre. 409. Reliqua dñr per ordinem vt in feſto ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Lectio ij.

Cum autem producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce angelus dñi aſtitit, & lumē refulſit in habitaculo carceris: percuſſoq; latere Petri, excitauit eum dicēs: Surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autē angelus ad eū. Precingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: Circunda tibi veſtimentū tuū, & ſequere me. ℟. Si diligis. 409. Le. iij.

Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat qa verū eſt qđ fiebat per angelum: exiſtimabat autem ſe viſum videre. Tranſeūtes autem primam, & ſecundam cuſtodiam, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatem, quę vltro aperta eſt eis. Et exeūtes, proceſſerunt vicum vnum, & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus dixit: Nunc ſcio vere, quia miſit dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudeorū. ℟. Tu es Petr⁹. 409. L. iiij.

Theodoſio Imperatore, cū Eudoxia eius vxor Ieroſolymam ſoluendi voti cauſa veniſſet: ibi multis eſt affecta muneribus: prę cęteris inſigne donum accepit ferreę catenę auro, gemmiſq; ornatę: quam illam eſſe affirmabāt qua Petrus apoſtolus ab Herode vinctus fuerat: Eudoxia, catenam pie venerata, eam poſtea Romam pōtifici maximo detulit. Qui viciſſim illi monſtrauit alteram catenam, qua Nerone Imperatore idē apoſtolus cōſtrictus fuerat. ℟. Domine ſi tu es. 409. L. v.

Cum igitur Pontifex Romanam catenam cum ea, quę Ieroſolymis allata fuerat, contuliſſet: factum eſt, vt illę inter ſe ſic connecterentur, vt non duę, ſed vna catena ab eodem artifice confecta eſſe videretur. Quo miraculo tantus honor ſacris illis vinculis haberi cępit, vt propterea hoc nomine ſancti Petri ad vincula Eccleſia dedicata ſit in Exquilijs, eiuſq; memorię dies feſtus inſtitutus Calendis Auguſti. ℟. Surge Petre. folio. 410. Lectio ſexta.

Quo ex tēpore bonos, quē eo die Auguſto Ceſari tribui ſolitus erat, Petri vinculis haberi cepit. Que tacta, egros ſanabant, & demones eijciebant. Quo in genere, anno ſalutis humane nongenteſimo, accidit, vt quidā Comes, Othonis Imperatoris familiaris, occupatus ab immūdo ſpiritu, ſe ipſū dētibus dilaniaret. Quare is iuſſu Imperatoris ad Johannē Pōtificem ducit: qui vt ſacra catena Comitis collū attigit, erūpens nefarius ſpiritus, hominē liberū reliquit, ac deinceps in vrbe ſanctorū vinculorum religio propagata eſt. ℟. Tu es paſtor. 410. In iij. nocturn. Hom. in euangelium. Venit Ieſus in partes Ceſaree. 410. vt i natal. apl̄or Petri & Pauli. Pro Sanctis Machabeis, niſi hoc feſtum veniat in Dñica. Ser. S. Greg. Nazianzeni. l. ix.

Quidnam Machabei? Horum enim diēs feſtus preſenti frequentia celebratur. Qui etſi apud multos non ſunt in honore, qd illud certamē poſt Chriſtum non ſuſceperunt: tamen digni ſunt qui ab omnibus honorentur, quia pro patrijs legibus & inſtitutis, fortes conſtanteſq; ſe prebuerūt. Nā qui ante Chriſti paſſionem ſubiere martyriū, quid poſt Chriſtum in perſecutione, eiuſq; pro nobis obite mortis imitatione facturi fuiſſent? Quorum enim nullo propoſito exēplo, talis tantaq; virtus fuit, an nō ij exēplum illud intuentes fortius in certamē deſcēdiſſent? Quinetiā myſtica quedā & occulta ratio mihi quidē atq; omnibus Dei amatorib' valde probabilis eſt, neminem eorum, qui ante Chriſti aduentum martyrio conſummati ſunt, id ſine fide in Chriſtum conſequi potuiſſe. Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Herodes rex appoſuit vt apprehenderet & Petrum: quē cū apprehēdiſſet, miſit i carcerem, volēs poſt Paſcha producere eum populo. ps. Dñs reg. 8. cū rel. Aña. Petrus qdē ſeruabat in carcere, oratio autē fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum pro eo. Aña. Dixit angelus ad Petrum: circūda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Aña. Miſit dñs angelum ſuum: & liberauit me de manu Herodis, alleluia. Aña. Tu es Petrus, & ſup hāc petrā edificabo eccleſiam meam. Cap. Miſit Herodes rex. Hymn. Iam bone paſtor. 367. vt in Cathedra Romana. ℣. Tu es Petrus. ℟. Et ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Ad Bñs. Aña. Quodcūq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in celis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in celis: dicit dominus Simoni Petro. Et fit commemor. S. Pauli. 366. & SS. Machabeorum mart.

Ad iij. Cap. Miſit herodes. ¶ Ad vj. ⁊ ix. Capitula dñr ſicut in Natali eiuſdē. fol. 411. R. bre. de cōi Apl̃oꝝ. f. 497. Ad Veſperas. Antiphona. Herodes rex appoſuit. cū reliq; pſal. de aplis 497. Hy. Petrus beatus. 426. V. Tu es Petrus. vt in j. Veſper. Ad Mag. Añ. Solue iubente Deo terrarum Petre catenas, Qui facis vt pateant cęleſtia regna beatis.

Deinde pro ſācto Paulo. 366. ¶ Poſtea fit cōmemoratio S. Stephani Papę ⁊ mart. Orō.

Die 2. B

DEus, qui nos beati Stephani martyris tui atque pontificis annua ſolēnitate lętificas: concede propitius: vt cui⁹ natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominū. Lectio ſecūda.

STephanus Romanus pontificatū geſſit Valeriano, ⁊ Gallieno Imperatoribus. Inſtituit vt ſacerdotes, ⁊ diaconi nuſquā ſacris veſtib⁹, niſi in eccleſia vterent. Fuit vir doctrina ⁊ pietate ſingulari, multoſq; ad Chriſtū cōuertit: in ijs Olympium tribunū cū vxore Exuperia, ⁊ filio Theodato, itē Nemeſium tribunum cū tota familia, oculis Lucillę eius filię reſtitutis. Qui oēs Jeſu Chꝛi martyres fuerūt. Sed vehemēti⁹ iā ingraueſcēte pſecutione Imperatoꝝ Stephanus cōuocato clero, ad martyriū ſuos hortabatur, in cryptiſq; martyrū aſſidue miſſas, ⁊ concilia celebrabat. L. iij.

QUi cū aliquando raptus eſſet ab infidelibus ad templum Martis, vt ei ſacrificaret, libere negauit ſe demonibus eū honorem velle tribuere, q vni deo deberet. Quib⁹ in verbis Martis ſtatua terręmotu cōcidit, templumq; ꝯtremuit. Quare oībus aufugientibus, q Stephanū tenebāt, Pōtifex ad ſuos reuertit in cęmeteriū Lucinę, quos diuinis pceptis inſtruēns, ſacramēto corporis Chꝛi cōmunicauit. ibiq; dū miſſarū ſolēnia pficit, aduenientibus iterū Imperatorū ſatellitib⁹, ei in ſua ſede caput abſcidit. Corpus cū eadē ſede cōſperſa martyris ſāguine, a clericis ſepultū eſt in cęmeterio Calliſti, quarto Nonas Auguſti. Vixit in pōtificatu annos ſeptem, mēſes quinq;, dies duos. Habuit ordinationes duas mēſe Decēbꝛi, qbus creauit epiſcopos tres, presbyteros ſex, diaconos quinq;. Tu autem dñe.

¶ In Inuentione S. Stephani protomartyris. ſemiduplex. Die 3. C

Ad Veſperas. Antiphona. Lapidauerūt. 84. vt in Laud. eius feſti. ps Dixit dominus. 52. cuȝ rel. de Dñica, ⁊ loco vlti. di ps. Laudate dñȝ omnes gē. 54. Cap. Stephanus autē. fo. 90. Hym. Deus tuorū militū. fol. de cōi vnius m̃r. V. Gloria ⁊ honore.

nore. Ad Magnificat. Aña.
Stephanus aūt plenus gratiā
& fortitudine faciebat ſigna ma
gna in populo. Oratio.

DA, nobis, quæſumus
dñe imitari quod
colimus: vt diſca-
mus & inimicos di-
ligere: quia eius
Inuentionem celebramus, qui
nouit etiam pro perſecutoribus
exorare dominum noſtrum Je
ſum Chriſtū filiū tuū. Qui te.
Ad Matut. Inui. Hym. Añæ,
pſal. & ꝟ. noc. de cõi vni⁹ m̃. ſol.
Lectões j. noc. de Act. aplo. vt i
octa. feſti. Dura ceruice. fol. 101.
cum Rijs ibi ſignatis. Le. iiij.

SAnctorum corpora Stepha-
ni protomartyris, Gama
lielis, Nicodemi, & Abibonis, q̃
diu in obſcuro ac ſordido loco
iacuerant, Honorio Imperato
re, Luciano presbytero diuini-
tus admonito, inuēta ſunt pro-
pe Jeroſolymā. Cui Gamaliel
cum in ſomnis apparuiſſet gra-
ui quadam & præclara ſenis ſpe
cie, locum iacentium corporum
commōſtrauit, imperās vt Jo-
hannem Jeroſolymitanū anti-
ſtitem adiret, ageretqz cum eo,
vt honeſtius illa corpora ſepeli-
rent. R. Lapidabāt. 89. L. v.

QVibus auditis Jeroſoly
morū antiſtes, finitima-
rum vrbium epis, presbyteriſqz
conuocatis, ad locū pergit, fo-
di iubet, defoſſos quatuor locu-
los inuenit, vnde ſuauiſſimus
odor efflabatur. Cuius rei fama
commota, magna hoīuz multi
tudo eo cōuenit: multiqz ex va-
rijs morbis ęgroti ac debiles, ſa
ni & integri domū redierūt. Sa
cta autem corpora, ſumma cele
britate in ſanctā Eccleſiā Siō
illata ſunt. Et ſub Theodoſio iu
niore corpus S. Stephani Cō-
ſtantinopolim, inde Romā Pe
lagio primo ſūmo pōtifice trās
latū i agro Verano, in ſepulcro
ſcti Laurētij martyris colloca-
tū eſt. R. Imperiū fecerūt. 89.
Ex libro Sancti Auguſtini epi
ſcopi de ciuitate dei. Lectio vj.

AD aquas Tibilitanas epi-
ſcopo afferēte Proiecto
reliquias glorioſiſſimi martyris
Stephani ad eius memoriam
veniebat magnę multitudinis
concurſus & occurſus. Ibi cę-
ca mulier, vt ad epiſcopum por
tantem pignora ſacra ducere-
tur, orauit, flores quos ferebat
dedit: recepit, oculis admouit,
protinus vidit. Stupentibus,
qui aderant, pręibat exultans,
viam carpens, & vię ducem vl-
terius non requirens. Memora
ti memoriam martyris, quę po
ſita eſt in caſtello Syniceſi
quod Hipponenſi colonię vici-
num eſt, eiusdem loci Lucillus
epiſcopus, populo pręcedente
atque ſequente, portabat: fiſtu-
la, cuius moleſtia iam diu labo-
rauerat, & familiariſſimi ſui me-

Digitized by Google

dici, q eã ſecaret, operiebat ma/
nus, illius pię ſarcinę vectatio/
ne, vbi ſanctas attigit reliquias,
repẽte ſanata eſt. ℟. Impy. 89.
In iij. noct. Hom. in euãgeliũ.
Dicebat Jeſus turbis: Ecce ego
mitto ad vos. 89. vt in eius feſto
cũ ſuis ℟ÿs. Ad Laud. ⁊ p ho
ras oĩa vt in eius feſto. fol. 89.

Die 4. f C S. Dominici ꝯfeſ. dup. Oro.

DEus, qui eccleſiam tuã beati Dñici cõfeſſoris tui illuminare dignatus es meritis, ⁊ doctrinis: concede, vt eius interceſſione tẽporalibus non deſtituatur auxilijs, ⁊ ſpiritualibus ſemp proficiat incremẽtis. Per do. L. iij.

Dominicus Calarogę in Hiſpania, ex nobili Guſmanoꝝ familia natus, Palẽtię liberalibus diſciplinis ⁊ theologię operam dedit: quo in ſtudio cũ plurimũ pfeciſſet, pri⁹ Oxomenſis eccleſię canonicus regularis, deinde ordinis fratrũ Pręedicatoꝝ auctor fuit. Huius mater grauida ſibi viſa eſt in quiete ꝯtinere in aluo catulũ ore pręferentẽ facẽ, qui editus in lucẽ, orbẽ terraꝝ incẽderet. Quo ſomnio ſignificabatur, fore vt ſplendore ſanctitatis, ac doctrinę, gentes ad Chriſtianam pietatẽ inflammarentur. Veritatẽ exitus cõprobauit: id enim ⁊ pręſtitit per ſe, ⁊ per ſui ordinis ſocios deinceps eſt conſecutus. ℟. Iſte eſt qui ante. 520. Lectõ v.

Huius aũt ingeniũ, ac virtus maxime enituit in euertẽdis hereticis, qui pernicioſis erroribus Toloſates peruertere conabãtur. Quo in negocio ſeptẽ conſumpſit annos. Poſtea Romã venit ad Lateranẽſe cõciliũ cũ epiſcopo Toloſano, vt ordo, quem inſtituerat, ab Innocentio tertio cõfirmaretur. Quę res dum in deliberatione verſatur, Dominicus hortatu pontificis ad ſuos reuertitur, vt ſibi regulam deligeret. Romam rediens ab Honorio tertio q proximus Innocentio ſucceſſit, cõfirmationem ordinis Prędicatorũ imperrat. Romę autẽ duo inſtituit monaſteria, alterũ virorum, mulierũ alterũ. Tres etiã mortuos ad vitã reuocauit, multaq; alia edidit miracula, qbus ordo pdicatoꝝ mirifice ppagari cępit. ℟. Amauit. 521. L. vj.

Verũ cũ eius opera vbiq; terrarũ monaſteria iã edificarentur, innumerabileſq; homines religioſam, ac piam vitã inſtituerẽt, Bononię anno Chri ducẽteſimo vigeſimo tertio ſupra milleſimũ, in febrem incidit: ex qua cũ ſe moriturũ intelligeret, ꝯuocatis fratrib⁹, ⁊ alumnis ſuę diſciplinę, eos ad innocentiã, ⁊ integritatẽ, cohortat⁹ eſt. Poſtremo charitatẽ, humilitatem, paupertatẽ, tãq; certũ patrimoniũ eis teſtamẽto relinquẽs fratribuſq;

orauit

oratib⁹, in illis verbis, Subueni-
te ſancti dei, occurrite angeli, ob-
dormiuit in dño Nonis Augu-
ſti: quē poſtea Gregorius nonus
Pontifex retulit in ſanctoꝝ nu-
merū. ℟. Iſte homo perfe. 521.
In iij. noc. hom. in euag. Sint
lumbi veſtri pręcincti. fol. 521.
de cōi confeſſoris nō pontificis.
ie B ¶ S. Marię ad Niues. dupl.
Ad Veſperas. Antiphona.
Dum eſſet rex. 540. cum reliq.
Pſal. ꝯſueti de ſ. Maria. Cap.
Ab initio. 540. Hymn Aue ma-
ris. 540. ℣. Dignare me lauda-
re te virgo ſacrata. ℟. Da mi-
hi virtutē contra hoſtes tuos.
Ad Mag. Añ. Sācta Maria
ſuccurre miſeris, iuua puſillani-
mes, refoue flebiles, ora pro po-
pulo, interueni pro clero, inter-
cede pro deuoto fęmineo ſexu:
ſentiant omnes tuum iuuamē,
quicunque celebrant tuam ſan-
ctam feſtiuitatem. Oratio.

Concede nos famu-
los tuos, quęſumus
dñe Deus, ꝑpetua
mentis, & corporis
ſanitate gaudere: &
glorioſa beatę Marię ſemꝑ vir-
ginis interceſſione, a pręſenti li-
berari triſtitia, & ęterna perfrui
lętitia. Per dominum noſtrū.
Deinde fit cōm. ſ. Dñici ꝯfeſſo.
Ad Matutinū. Inuitatorium.
Sancta Maria Dei genitrix
virgo, Intercede pro nobis. Pſ.
Venite. Hymnus. Quē terra.

Añ. & Pſal. noc. vt I Offō par-
uo B. Marię. 541. ℣. Specie
tua & pulchritudine tua. ℟. In-
tende, ꝓſpere procede, & regna.
De Parabolis Salomonis. Ca.
Ego ſapientia habito in cō- ca. 8
ſilio, & eruditis interſum co-
gitationib⁹. Timor dñi odit ma-
lum: arrogantiam, & ſuperbiā,
& viam prauam, & os bilingue
deteſtor. Meum eſt conſilium,
& ęquitas: mea eſt prudentia,
mea eſt fortitudo. Per me re-
ges regnant, & legum condito-
res iuſta decernūt. Per me prin-
cipes imperant, & potentes de-
cernunt iuſtitiam. Ego diligen-
tes me diligo: & q mane vigilaue-
rint ad me, inuenient me. ℟.
Sancta & immaculata. 543.
vt in offō paruo ſ. Marię. Lc. ij.
Mecum ſunt diuitię, & glo-
ria, opes ſuperbę, & iuſti-
tia. Melior eſt fructus meus au-
ro & lapide ꝑcioſo, & genimina
mea argēto electo. In vijs iuſti-
tię ambulo, in medio ſemitarū
iudicij, vt ditem diligentes me,
& theſauros eorū repleā. Dñs
poſſedit me in initio viaꝝ ſuarū
antequā quicquā faceret a prin-
cipio: ab ęterno ordinata ſum, &
ex antiquis antequā terra fieret.
Nondū erant abyſſi, & ego iam
concepta erā. Necdum fontes
aquarū eruperant: necdū mon-
tes graui mole cōſtiterant. An-
te oēs colles ego parturiebar.
℟. Cōgratulamini mihi oēs q
diligitis

Digitized by Google

diligitis dominum: quia cum eſſem paruula, placui altiſſimo. Et de meis viſcerib⁹ genui Deū, ⁊ hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilē reſpexit Deus. Et de meis. Lectio tertia.

Beatus homo, q̄ audit me, ⁊ qui vigilat ad fores meas quotidie, ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, ⁊ hauriet ſalutem a dño: qui autē in me peccauerit, lędet animā ſuā. Oēs, q̄ me oderūt, diligūt mortē. Sapientia ędificauit ſibi domū: excidit columnas ſeptem: immolauit victimas ſuas: miſcuit vinum, ⁊ propoſuit mēſam ſuā: miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, ⁊ ad męnia ciuitatis: Siquis eſt paruulus, veniat ad me: ⁊ inſipiētibus locuta eſt: Uenite, comedite panem meum, ⁊ bibite vinū, quod miſcui vobis. ℟. Beata es virgo. f. 543. Aña. Specie tua. pš. Eructauit. cū reſ. 542. ℣. Adiuuabit eam. Lectio iiij.

Liberio ſummo Pōtefice, Iohānes Patricius Roman⁹, ⁊ vxor pari nobilitate, cū liberos non ſuſcepiſſent, quos bonorū hęredes relinquerent, ſuā hęreditatem ſanctiſſimę virgini dei matri vouerunt, ab ea ſummis precibus aſſidue petentes, vt in quod piū opus eā pecuniā potiſſimū ęrogari vellet, aliquo modo ſignificaret. Quorū preces, ⁊ vota ex animo facta, beata virgo Maria benigne audiens, miraculo comprobauit. ℟. Sicut cedrus exaltata ſū in Libano, ⁊ ſicut cypreſſus in monte Sion, quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatē odoris. ℣. Et ſicut cinnamomum, ⁊ balſamum aromatizans. Dedi. Lectio quinta.

Nonis igitur Auguſti, quo tēpore in vrbe maximi calores eſſe ſolent, noctu nix partē collis Exquilini contexit. Qua nocte Dei mater ſeparatim Iohannē ⁊ cōiugē in ſomnis admonuit, vt quē locū niue cōſperſum videret, in eo eccleſiā ędificaret, quę Marię virginis nomine dedicaretur, ſe enim ita velle ab ipſis hęredē inſtitui. Quod Iohānes ad Liberiū pōtificē detulit, qui idem per ſomnium ſibi contigiſſe affirmauit. ℟. Quę eſt iſta quę proceſſit ſicut ſol, ⁊ formoſa tanquam Ieruſalem? Uiderunt eā filię Sion, ⁊ beatam dixerūt, ⁊ reginę laudauerūt eam. ℣. Et ſicut dies verni circundabāt eā flores roſarum, ⁊ lilia conuallium. Uiderunt. Lectio ſexta.

Quare ſolenni ſacerdotum ⁊ populi ſupplicatione ad collem venit niue coopertū, ⁊ in ea locū eccleſię deſignauit, quę Iohannis, ⁊ vxoris pecunia extructa eſt: poſtea a Sixto tertio reſtituta, varijs nominibus primū eſt appellata, baſilica Liberij, Sancta Maria ad preſepe:

ſed

Digitized by Google

ſed cum multę iam eſſent in vrbe Eccleſię ſub nomine ſanctę Marię virginis: vt q̄ baſilica nouitate miraculi ac dignitate, cęteris eiuſdē nominis baſilicis pſtaret, vocabuli etiam excellētia ſignificaretur, Eccleſia ſanctę Marię maioris dicta eſt, cui⁹ dedicationis memoria, ex niue quę hodierno die mirabiliter cecidit, anniuerſaria celebritate colitur. ℟. Ornatā monilibus filiā Jeruſalē dñs cōcupiuit. Et vidētes eā filię Sion beatiſſimā prędicauerunt, dicentes. Unguentum effuſum nomē tuū. ℣. Aſtitit regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato, circundata varietate. Et. Gloria. Et. Aña. Gaude Maria. ps. Cantate. cum reliq̄s 64. ℣. Elegit eam Deus.

Lcō S. euāg. ſm Lucā L. vij.

ii. In illo tēpore: Loquēte Jeſu ad turbas, extollēs vocē quędā mulier de turba, dixit illi: Beatus vēter, q̄ te portauit. Et relī. Hom. venerabilis Bedę pſbyt.

Magnę deuotionis & fidei hęc mulier oſtenditur, q̄ Scribis, & Phariſęis dominum tentantibus, ſimul & blaſphemātibus, tanta eius incarnationem prę omnibus ſinceritate cognoſcit, tanta fiducia confitetur, vt & preſentium procerū calumniā, & futurorū confundat hęreticorum perfidiam. Si enim caro verbi Dei ſecundum carnem naſcētis a carne virginis matris pro nunciaretur extranea: ſine cauſa venter qui eum portaſſet & vbera quę lactaſſent beatificarentur. ℟. Felix nanq̄ es. 544. vt in offō paruo ſ. Marię. L. viij.

Qua enim cōſequentiā eius lacte credat nutritus, cuius ſemine negatur eſſe conceptus? cum ex vnius eiuſdemq̄ fontis origine, ſecūdū phyſicos, vterq̄ liquor emanare probetur: Nec fortè putanda eſt virgo ſementinam ſuę carnis materiā nutriēdo in carne Dei filio ſuggerere potuiſſe, incarnando autē quaſi maiori & inuſitato miraculo minime potuiſſe. Sed huic opinioni obſtat apoſtolus dicens: Quia miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. ℟. Beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi dominus magna, qui potēs eſt & ſanctū nomē eius. ℣. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eū. Quia. L. ix.

Neq̄ enim audiendi ſunt qui legendum putant, natum ex muliere, factum ſub lege, ſed factum ex muliere: quia conceptus ex vtero virginali, carnē non de nihilo, non aliunde, ſed materna traxit ex carne, alioqn nec vere filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychen dictis extollamus vocem cum Eccleſia catholica, cuius hęc mulier typum

geſſit:

Digitized by Google

geſſit: extollamus & mentem de
medio turbarũ, dicamuſq; Sal
uatori: Beatus vẽter qui te por/
tauit, & vbera quę ſuxiſti. Uere
enim beata parens, q̃ ſicut qdã
ait, Enixa eſt puerpa regẽ. Qui
celũ terramq; regit per ſęcula.
Ad Laudes, & per Horas. Ana.
Dũ eſſet rex.540. cũ reſ. Cap.
Ab initio.540. Hym O glorio
ſa do.544. ℣ Diffuſa eſt gratia.
Ad Bñs. Aña Beata es Ma
ria quę credidiſti: pficiẽtur in te,
quę dicta ſunt tibi a dño, halab.
Ad iij. Cap. Ab initio. fol.540.
℟. bre. diir de cõi virg. fo.526.
Ad vj. Cap. Et ſic in Siõ.538.
Ad Nonã, Cap. In plateis.538.

Die ℂ In feſto Trãſfigurationis do
6. A mini noſtri Jeſu Chriſti. dupl.
In primis Ueſperis. Aña.
Aſſumpſit Jeſus.432. cum reſ.
de Laud. ps. Dixit dñs.fol.52.
cũ reſ. de dñica. loco vlt. ps. Lau
date dñm oẽs gentes. 54. Cap.

Phi lip.3.



S Aluato/rem expe ctam⁹ dñz no ſtrum Jeſum Chriſtuz, qui reformabit cor pus humilita/ tis noſtrę, con figuratũ cor/ pori claritatis ſuę. Hymnus.

Q Uicũq; Chrm quęritis,
Oculos in altum tollite:
Illic licebit viſere
Signum perennis glorię.

I lluſtre quiddam cernimus
Quod neſciat finem pati,
Sublime, celſum, interminũ,
Antiquius cęlo & chao.

H ic ille rex eſt gentium
Populiq; rex Judaici,
Promiſſus Abrahę patri,
Eiuſq; in ęuum ſemini.

H unc, & prophetis teſtibus,
Jiſdemq; ſignatoribus,
Teſtatur, & pater iubet
Ipſum audire, & credere.

G loria tibi domine,
Qui apparuiſti hodie,
Cum patre, & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.

Sic terminantur Hym. per om
nes horas. ℣. Glorioſus appa/
ruiſti in conſpectu domini. ℟.
Propterea decorẽ induit te dñs.
Ad Magnificat. Antiphona.
Chriſtus Jeſus ſplẽdor patris,
& figura ſubſtantię eius, portans
omnia verbo virtutis ſuę, purga
tionẽ peccatorũ faciens, in mon/
te excelſo glorioſus apparere ho/
die dignatus eſt. Oratio.

D Eus, qui fidei ſacra menta in vnigeniti tui glorioſa Trãſfi/ guratione patrũ te/ ſtimonio roboraſti, & adoptionem filiorum perfectã voce delapſa in nube lucida mi/ rabiliter pręſignaſti: cõcede pro/ pitius, vt ipſius regis glorię nos coheredes efficias, & eiuſdẽ glo rię tribuas eſſe conſortes. Per eundem dominum noſtrum.

Digitized by Google

Pro commemoratione ſanctę Marię ad Nives. Antiphona. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilē reſpexit Deus. ℣. Dignare me laudare te virgo ſacrata. ℟. Da mihi virtutē contra hoſtes tuos. Orō. Cōcede. vt ſup. 429. Deinde fit cōm.ss.m̄. Syxti, Feliciſſimi, ⁊ Agapiti, Orō. Deus qui nos cōce. 509. de cōi plur. m̄. Ad Mat. Inuit. Summū regē glorię, Chriſtum adoremus. ps. Venite. Hym. Quicūq3. vt ſu. In j. noct. Aña. Paulomin⁹ ab angelis minorat⁹, gloria ⁊ honore coronat⁹ eſt, ⁊ ꝯſtitutus ſup opera manuū Dei. ps. Dn̄e dn̄s noſter. 3. Aña. Reuelauit dn̄s cōdenſa, ⁊ in tēplo eius oēs dicēt gloriā. ps. Afferte dn̄o. 19. Añ. Specioſus forma prę filijs hominū: diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis. ps. Eructauit. 27. ℣. Glorioſus apparuiſti in conſpectu dn̄i. ℟. Propterea decorē īduit te dn̄s.

¶ De epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. Lectio prima.

Fratres, magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtrā vocationē ⁊ electionē faciatis: hęc enim facientes, nō peccabitis aliquādo. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in ęternum regnum domini, ⁊ Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Propter quod incipiā vos ſemper commonere de his, ⁊ quidē ſcientes, ⁊ confirmatos vos in pręſenti veritate. Iuſtum autē arbitror, quamdiu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in commonitione, certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod ⁊ dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. ℟. Surge illuminare Ieruſalē: quia venit lumen tuū: Et gloria domini ſuper te orta eſt. ℣. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, ⁊ reges in ſplendore ortus tui. Et. Lectio ſecunda.

Dabo autem operam ⁊ frequenter habere vos poſt obitum meum: vt horū memoriam faciatis. Non enim doctas fabulas ſecuti, notā fecimus vobis domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, ⁊ pręſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim a Deo patre honorē ⁊ gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi a magnifica gloria, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite. ℟. In ſplendenti nube ſpiritus ſanctus viſus eſt: paterna vox audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui, ipſum audite. ℣. Apparuit nubes obumbrans, ⁊ vox patris intonuit. Hic. L. iij.

Et hanc vocem nos audiuimus de cęlo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernę lucenti

lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, ⁊ lucifer oriat in cordibus veſtris. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia ſcripturę propria interpretatione non fit. Non enĩ voluntate humana allata eſt aliqñ pphetia: ſed ſpũ ſancto inſpirati, locuti ſũt ſancti Dei homines. R. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis Deus pater, Ut filij Dei nominemur, ⁊ ſim⁹. V. Scimus quoniã cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eũ ſicuti eſt. Ut. G lo. Ut.

In ij. noct. Aña. Illuminans tu mirabiliter a montibus ęternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde. ps. Notus in Judea. 37. Aña. Melior eſt dies vna i atrijs tuis ſuper millia. ps. Quam dilecta tabernacula. 41 Aña. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. ps. Fundamenta. 42. V. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ domine. R. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Sermo S. Leonis Papę. L iiij.

Aperit dñs corã electis teſtibus gloriam ſuã, ⁊ cõmunem illam cum cęteris corporis formam tanto ſplendore clarificat, vt ⁊ facies eius ſolis fulgori ſimilis, ⁊ veſtitus candori niuiũ eſſet ęqualis. In qua transfiguratione, illud quidẽ principaliter agebatur, vt de cordibus diſcipulorũ crucis ſcandalũ tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntarię humilitas paſſionis, quibus reuelata eſſet abſconditę excellentia dignitatis. Sed nõ minore prouidẽtia ſpes Eccleſię ſanctę fundabatur: vt totum Chriſti corpus agnoſceret, quali eſſet commutatione donandum, vt eius ſibi honoris cõſortium membra promitterent, qui in capite pfulſiſſet. R. Inebriati ſunt ab vbertate domus tuę: Et torrente voluptatis tuę potaſti eos. V. Quoniam apud te eſt fons vitę: ⁊ in lumine tuo videbimus lumen. Et. Lectio v.

Confirmandis vero apoſtolis, ⁊ ad omnem ſcientiam prouehendis, alia quoque in illo miraculo acceſſit inſtructio. Moyſes enim ⁊ Elias, lex ſcilicet, ⁊ prophetę apparuerunt cũ domino loquentes: vt veriſſime in illa quinq; virorum pręſentia compleretur quod dictũ eſt: In duobus, vel tribus teſtibus ſtat omne verbũ. Quid eſt ſtabilius, quid firmius verbo: in cuius prędicatione veteris ⁊ noui teſtamẽti concinit tuba, ⁊ cũ euangelica doctrina antiquarum proteſtationum inſtrumenta concurrunt: adſtipulantur enim ſibi inuicem vtriuſq; federis paginę, ⁊ quẽ ſub velamine myſteriorũ pręcedentia promiſerant ſigna, manifeſtũ atq; perſpicuũ pręſentis glorię ſplendor oſtendit. R. Pręceptor, bonum eſt nos hic eſſe, Faciamus hic tria tabernacula.

Digitized by Google

nacula, tibi vnū, Moysi vnū, ⁊
Elię vnū. ℣. Non enim sciebat
quid diceret. Faciamus. L. vj.

HIs ergo sacramētorū reue
lationibus Petrus apo/
ſtolus incitatus, mundana ſper/
nens, ⁊ terrena faſtidiens, in ęter
norum deſiderium, quodā men/
tis rapiebatur exceſſu: ⁊ gaudio
totius viſionis impletus, ibi cū
Jeſu optabat habitare, vbi ma/
nifeſta eius gloria lętabatur. Un
de ⁊ ait: Domine, bonū eſt nos
hic eſſe: ſi vis faciamus hic tria
tabernacula, tibi vnum, Moyſi
vnū, ⁊ Elię vnū. Sed huic ſug
geſtioni dñs nō reſpondit, ſigni
ficans, non quidem improbum,
ſed inordinatum eſſe quod cupe
ret: cum ſaluari mundus, niſi
Chriſti morte, non poſſet: ⁊ exē/
plo dñi in hoc laudaretur credē
tium fides: vt, licet nō oporteret
de beatitudinis promiſſionibus
dubitari, intelligeremus tamen
inter tētationes huius vitę: pri⁹
nobis tolerantiam poſtulandā
eſſe, quam gloriā. ℟. Si mini/
ſtratio mortis literis deformata,
in lapidibus fuit in gloria, ita vt
non poſſent intendere filij Iſrael
in faciē Moyſi, propter gloriā
vultus eius, quę euacuat: Mul/
to magis miniſtratio ſpirit⁹, quę
manet, erit in glo. ℣. Amplioris
enim glorię Chriſtus prę Moy
ſe dignus eſt habitus, quāto am/
pliorē honorē habet domo q̄ fa
bricauit eā. Multo. Glo. Mul.

In tertio noctur. Antiphona.
Thabor ⁊ Hermon in nomine
tuo exultabunt, tuū brachiū cū
potentia. ps. Miſericordias do
mini. 42. Aña. Lux orta eſt iu/
ſto, ⁊ rectis corde lętitia. ps. Do
minus regnauit, exul. 44. Aña.
Confeſſionem ⁊ decorē induit
amictus lumine ſicut veſtimen/
to. ps. Benedic. y. 47. ℣. Ma
gna eſt gloria ei⁹ in ſalutari tuo.
℟. Gloriam ⁊ magnum deco/
rem impones ſuper eum.
Lcō s. euāg. ſ̄m Matthęū. L. vij.

IN illo tempore: Aſſumpſit c.17.
Jeſus Petrum, ⁊ Jacobū,
⁊ Johānē fratrē ei⁹, ⁊ duxit eos
in montē excelſū ſeorſū, ⁊ trās/
figurat⁹ eſt ante eos. Et reliqua.
Hom. s. Johānis Chryſoſtomi.

QUoniā multa de periculis,
multa de paſſione ſua, mul
ta de morte, ⁊ de cęde diſcipulo/
rū locutus eſt dominus: ⁊ aſpe/
ra complura, atque ardua eis in/
iunxit quę omnia, cum pręſentē
vitam ſequerentur, imminere
iam atque incumbere videban/
tur: bona vero, quę pollicebā/
tur, longiore ſpe erant expectan/
da: vt puta quia ſeruarent ani/
mam ſuam, ſi perderent eā: quia
in gloria patris ſui venturus ſit,
⁊ pręmia reddatur⁹: vt viſu etiā
certiores faceret quantum cape/
re poſſint gloriā ſuam, cū qua
venturus eſt, in pręſenti vita ip/
ſis oſtendere, ⁊ iam viſuros pol/
licetur, ne aut ſua, aut dñi mor/
te do/

te doleant, & maxime Petrus. ℟. Vocauit nos Deus vocatione ſua ſancta, ſecundū gratiā ſuā q̄ manifeſtata eſt nunc, Per illuminationem Saluatoris nr̄i Jeſu Chriſti. ℣. Qui deſtruxit mortē, illuminauit autem vitā, in corruptionem. Per. L. viij.

Et vide, quid agit cū de regno, & de gehēna diſſeruerit. Quando enim dixit, Qui inuenit animā ſuā pdet eā: & quicunq; perdet eā gratia mei, inueniet ipſam: & quia vnicuiq; ſecundum opera ſua reddet: & regnum & gehennam deſignauit. Cum igitur de vtriſque diſſeruerit, regnū quidem vt oculis cernatur concedit, gehennam autē minime: quoniam rudioribus atq; ineptioribus illud neceſſarium erat: probis vero, & iam pſpicacibus, ſatis fuit a melioribꝰ confirmari. ℟. Deus qui fecit de tenebris lumen ſplendeſcere, illuxit in cordibꝰ nr̄is, Ad illuminationē ſciētię claritatis Dei in facie Jeſu Chriſ. ℣. Exortū eſt in tenebris lumē rectis corde, miſericors, & miſerator, & iuſtus. Ad.

De ſanctis martyribus Sixto, Feliciſſimo, & Agapito. Lec. ix.

Syxtus ſecundus, Athenienſis, ex philoſopho Chriſti diſcipulus, in perſecutione Decy apud Valerianū accuſatus, quod publice Chriſtū prędicaret, comprehēſus, trahitur in tēplum Martis, propoſita ei capitali pęna, niſi illi ſimulacro ſacrificaret. Qua impietate conſtantiſſime recuſata, cum ad martyrium duceretur, occurrenti ſancto Laurentio, & dolēter in hunc modum interroganti, Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos optime ſine miniſtro pperas? Reſpondit: Non ego te deſero fili: maiora te manent pro Chriſti fide certamina: poſt triduum me ſequeris, ſacerdotē leuita: interea, ſiquid in theſauris habes, pauperibus diſtribue. Eodem igitur die vna cum ſex diaconis, Feliciſſimo, Agapito, Januario, Magno, Innocētio, Stephano, interfectus, in cęmeterio Calliſti ſepultus eſt octauo Idus Auguſti, diaconi vero in cęmeterio Prętextati. Sedit annos duos, mēſes decē, dies viginti. Quo tēpore habuit ordinationes duas mēſe Decēbri, creatis presbyteris quatuor, diaconis ſeptem, epiſcopis per diuerſa loca duobus. Tu autē. Te Deum.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Aſſumpſit Jeſus Petrū, & Jacobum, & Johannē fratrem eius, & duxit eos in montē excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. ps. Dñs reg. 8. cū reł. Aña. Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eiꝰ facta ſunt alba ſicut nix, hał. Aña. Et ecce apparuerunt eis Moyſes & Elias loquentes cum Jeſu. Aña. Reſpondens autem

Petrus

Petrus dixit ad Jeſum, domine bonū eſt nos hic eſſe. Aña. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. Cap. Saluatorem expectamus. Hymnus.

Amor Jeſu dulciſſime,
Quando cor nr̄m viſitas,
Pellis mentis caliginem,
Et nos reples dulcedine.
Quam felix eſt quem ſatias
Conſors paterne dextere,
Tu vere lumen patrie
Quod omne ſenſum ſuperat.
Splendor paterne glorie,
Incomprehenſa bonitas,
Amoris tui copiam
Da nobis per preſentiam.
Gloria tibi domine
Qui apparuiſti hodie,
Cum patre ⁊ ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amen.

℣. Corona aurea ſup caput eiꝰ. ℟. Expreſſa ſigno ſctitatis, glorie, ⁊ honoris. Ad Bñs. Aña. Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite, halleluiah. Oratio dicit vt ſup. Ad j. ℟. bre. Chriſte fili Dei viui Miſerere nobis. ℣. Qui apparuiſti hodie. Miſerere. Ad iij. Cap. Saluatorē. 430. ℟. bre. Glorioſus apparuiſti in cōſpectu domini, halleluiah. hal. ℣. Propterea decorē induit te dn̄s. hal. ℣. Gloria ⁊ honore coronaſti eū domine, halleluiah. ℟. Et conſtituiſti eū ſuper opera manuū tuarum, halleluiah.

B. R. B.

Ad Sextam. Capitulum. 2. Cor. 3

Nos oēs reuelata facie gloriam dn̄i ſpeculātes, in eādem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquā a dn̄i ſpū. ℟. bre. Glia ⁊ honore coronaſti eū dn̄e, halſab, hal. ℣. Et ɔſtituiſti eū ſup opera manuū tuaruꝫ. halſab. ℣. Magna eſt gloria eiꝰ in ſalutari tuo, halleluiah. ℟. Gloriam ⁊ magnū decorē impones ſup eū, halſab.

Ad Nonam. Capitulum. Apo. 21.

Suſtulit me in ſpū in mōtē magnū, ⁊ altū, ⁊ oſtēdit mihi ciuitatē ſanctā Jeruſalē deſcēdentē de celo, a Deo habētē claritatem Dei, ⁊ lucerna eius eſt agnus. ℟. bre. Magna eſt gloria eiꝰ i ſalutari tuo, halſab, hal. ℣. Gloriā ⁊ magnū decorē impones ſup eū. hal. ℣. Corona aurea ſuper caput eius, hal. ℟. Expreſſa ſigno ſctitatis, glie, ⁊ honoris, hal. Jn ij. Veſp. Aña. Aſſumpſit Jeſus, vt ſupra. ps. Dixit d. 52. cū reſ. loco vlt. ps. Laudate dn̄m oēs gentes. f. 54. Cap. hym. ⁊ ℣. vt in j. Veſp. 430. Ad Mag. Aña. Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam, ⁊ timuerūt valde, ⁊ acceſſit Jeſus, ⁊ tetigit eos: dixitque eis: ſurgite ⁊ nolite timere, hal.

¶ S. Donati epi, ⁊ mart. Oro. Die 7. B

Deus, tuorū gloria ſacerdotū, preſta queſumus: vt ſancti martyris tui, ⁊ epiſcopi

Donati, cuius feſta gerimus, ſentiamus auxilium. Per dominum noſtrum. Lectio tertia.

Donatus, parentibus propter Jeſu Chriſti fidem iuſſu Juliani Imperatoris interfectis, Aretium in Etruriam cũ Hilariano monacho ex fuga ſe contulit, cuius etiam vrbis epiſcopus creatus eſt. Ubi cum a Quadratiano Auguſtali pręfecto vterq; idola venerari iuberetur, negãtibus illis ſe tam nefarium ſcelus cõmiſſuros, Hilarianus in oculis Quadratiani tamdiu fuſtibus cęſus eſt, dum efflaret animam. Donatus vehemẽter ⁊ ipſe cruciatus, ſecuri percuſſus eſt. Quorum corpora a Chriſtianis prope eam vrbẽ honorifice ſepulta ſunt. Tu autem.

Die 8. C — C SS. martyrũ Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi. ſemiduplex. Oratio.

Deus, qui nos annua ſanctorũ martyrum tuorũ Cyriaci, Largi, ⁊ Smaragdi ſolennitate lętificas: cõcede propitius: vt quorũ natalitia colimus, virtutem quoq; paſſionis imitemur. Per do. L. iiij.

Cyriacus diaconus, cũ Siſinio, Largo, ⁊ Smaragdo diutius incluſus in carcere, multa edidit miracula, in quib⁹ Arteniã Diocletiani filiam precibus a dęmone liberauit: miſſusq; ad Saporem Perſarum regem, Jobiã etiam eius filiam a nefario ſpiritu eripuit. Rege vero eius patre cũ quadringentis ac triginta alijs baptizatis Romã redijt: vbi Maximiani Imperatoris iuſſu comprehenſus, catenis vinctus, ante rhedã ſuã trahitur, ⁊ poſt dies quatuor e carcere eductus, pice liquata perfuſus, ⁊ in cataſta extenſus, demum cum Largo, ⁊ Smaragdo, alijsq; triginta ſecuri percuſſus eſt via Salaria ad hortos Saluſtianos. Quorum corpora in eadem via ſeptimo Calendas Aprilis ſepulta a Johanne presbytero, poſt ſexto Idus Auguſti, a Marcello Pontifice ⁊ Lucina nobili fęmina lineis velis inuoluta, ⁊ precioſis vnguentis condita, in ipſius Lucinę prędium, via Oſtienſi ſeptimo ab vrbe lapide tranſlata ſunt. R. Sancti tui dñe. fo. 10. Lcõ v. ⁊ vj. Sermo S. Johannis Chriſoſt. Nemo eſt. fol. 113. de cõi plur. martyrum. In tertio Nocturno. Lcõ ſ. euãg. ſm Marcum. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Euntes in mũdũ vniuerſum, pdicate euãgelium omni creaturę. Et reliq. c. 16.

Homilia ſancti Gregorij Papę.

Poteſt omnis creaturę nomine omnis natio gentium deſignari: ante enim dictũ fuerat. In viam gentium ne abieritis: nunc autem dicitur: Prędicate omni creaturę, vt ſcilicet prius a Judęa apoſtolorũ repulſa prędicatio,

Digitized by Google

dicatio, tunc nobis in adiutoriū
fieret, cum hanc illa ad damna/
tionis ſue teſtimonium ſuperba
repuliſſet: ſed cum diſcipulos ad
prędicandū veritas mittit, quid
aliud in mundo facit, niſi grana
ſeminis ſpargit, ꝛ pauca grana
mittit in ſemine, vt multarum
meſſium fruges recipiat ex no/
ſtra fide? ℟. Propter teſta/
mentum. 512. Lectio octaua.

NEq; enim in vniuerſo mū
do tāta fideliū meſſis exur
geret, ſi de manu dñi ſup ratio/
nalē terram illa electa grana prę
dicantium nō veniſſent. Sequi/
tur: Qui crediderit ꝛ baptiza/
tus fuerit, ſaluus erit: qui vero
non crediderit, condemnabitur.
Fortaſſe vnuſquiſque apud ſe/
metipſum dicat: Ego iam credi/
di, ſaluus ero. Verū dicit ſi fidē
operib⁹ teneat: vera enim fides eſt,
quę i hoc qd verbis dicit, mori/
bus nō cōtradicit. Hinc eſt enim
ꝙ de qbuſdā falſis fidelib⁹ Pau
lus dicit: Qui confitentur ſe noſ
ſe Deum, factis autem negant.
℟. Sancti mei. 512. Lectio ix.

SIgna autem eos q creditu
ri ſunt, hęc ſequent. In no/
mine meo dęmonia eycient, lin/
guis loquentur nouis, ſerpentes
tollent: ꝛ, ſi mortiferū quid bibe
rint, non eis nocebit: ſuper ęgros
man⁹ imponēt, ꝛ bene habebūt.
Nunquid nā fratres mei: qa iſta
ſigna non facitis, minime credi/
tis? Sed hęc neceſſaria in exor/
dio Eccleſię fuerunt. Ut enim
ad fidē creſceret multitudo cre/
dentium, miraculis fuerat nu/
trienda. Quia ꝛ nos cum arbu/
ſta plantamus, tandiu eis aquaȝ
infundimus, quouſque ea in
terra iam coaluiſſe videamus:
at ſi ſemel radicem fixerint, irri/
gatio ceſſabit: hinc eſt enim, ꝙ
Paulus dicit: Lingue in ſi/
gnum ſunt non fidelibus, ſed in/
fidelibus. Tu autem domine.
Cōme. S. Romani mart. Oro.
Preſta qs ops deus vt qui. 501.
de communi vnius martyris.

¶ In vigilia S. Laurentij mar Die 9. B
tyris. Homilia in euangelium.
Si quis vult venire. fol. 505.
de coi vnius martyris. Oratio.

ADeſto domine ſup/
plicationibus noſtris
ꝛ interceſſione bea/
ti Laurentij marty
ris tui, cuius prę/
uenimus feſtiuitatē, perpetuam
nobis miſericordiam benignus
impende. Per dominum noſtrū.
Deinde fit cōm. S. Romani, m.

¶ In feſto S. Laurētij m. dup. Die 10. E
Ad Veſp. Aña. Laurētius in/
greſſus eſt. cū rel. de Laud. ps.
Dixit dñs. 52. In fi. ps. Lauda/
te dñm omnes gētes. 54. Cap.

FRatres, Qui parce 2. Cor. 9.
ſeminat, parce ꝛ
metet: ꝛ qui ſemi/
nat in benedictioni/
bus, de benedictio/
nib⁹ ꝛ metet. Hym. De⁹ tuorū

Digitized by Google

militū. ſol. ℣. Gloria ⁊ honore coronaſti eū dn̄e. ℟. Et cōſtituiſti eū ſuper opera manuū tuarū. Ad Magnificat. Antiphona. Leuita Laurentius bonū opus operatus eſt, q per ſignū crucis cęcos illuminauit, ⁊ theſauros eccleſię dedit pauperibus. Oro.

DA nobis, quęſumus omnipotēs Deus, vitiorū noſtrorū flammas extinguere: q beato Laurentio tribuiſti tormentorū ſuorū incēdia ſuperare. Per do. Ad Matutinū. Inuitatoriū. Beatus Laurētius Chriſti martyr triumphat coronatus in cęlis. Venite adoremus dñm. ps. Venite. Hym. Deus tuorū militum. ſol. de cōi vnius marty. In j. noc. Aña. Quo pgrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas? ps. Beatus vir. 2. Aña. Noli me derelinquere pater ſancte, quia theſauros tuos iam expendi, quos tradidiſti mihi. ps. Quare fremuerunt. 2. Aña. Non ego te deſero fili, neque derelinquo, ſed maiora tibi debentur pro Chriſti fide certamina. pſalmus. Domine quid multiplica. 2. ℣. Gloria ⁊ honore coronaſti eum domine. ℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Eccl. ca. 51 CONfitebo tibi domine rex, ⁊ collaudabo te Deum Saluatorē meū. Confitebor nomini tuo, quoniā adiutor, ⁊ protector factus es mihi, ⁊ liberaſti corpus meū a pditione, a laqueo linguę iniquę, ⁊ a labijs operantiū mendaciū, ⁊ in cōſpectu aſtātium factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundū multitudinem miſericordię nominis tui, a rugientibus pręparatis ad eſcā, de manibus quęrentium animā meam, ⁊ de portis tribulationū, quę circūdederūt me. A preſſura flammę, quę circundedit me: ⁊ in medio ignis non ſum ęſtuatus: De altitudine ventris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mēdacij, ⁊ a rege iniquo, ⁊ a lingua iniuſta. ℟. Leuita Laurentius bonū opus operatus eſt: qui p ſignū crucis cęcos illuminauit: Et theſauros eccleſię dedit pauperib⁹. ℣. Diſperſit, dedit pauperib⁹, iuſtitia eius manet in ſęculum ſęculi. Et. Lec. ij.

LAudabit vſq; ad mortem anima mea dominum, ⁊ vita mea appropinquans erat in inferno deorſum. Circūdederūt me vndiq;, ⁊ non erat qui adiuuaret: reſpiciens eram ad adiutorium hominum, ⁊ non erat. Memoratus ſum miſericordię tuę domine, ⁊ cooperationis tuę, quę a ſęculo ſunt: quoniam eruis ſuſtinentes te domine, ⁊ liberas eos de manibus gentium. Exaltaſti ſuper terram habitationē meam, ⁊ pro morte defluēte deprecatus ſum. ℟. Puer meus noli timere, quia

Digitized by Google

quia ego tecum ſum, dicit dñs,
Si tranſieris per ignem flamma
non nocebit tibi, ⁊ odor ignis nõ
erit in te. ℣. Liberabo te de ma/
nu peſſimorũ, ⁊ eruaꝫ te de ma/
nu fortium. Si. Lectio tertia.

I Nuocaui dominũ patrem
dñi mei, vt nõ derelinquat
me in die tribulationis meę, ⁊ in
tpe ſupboꝝ ſine adiutorio. Lau
dabo nomẽ tuũ aſſidue, ⁊ collau
dabo illud in cõfeſſione, ⁊ exau/
dita eſt oratio mea. Et liberaſti
me de perditione, ⁊ eripuiſti me
de tẽpore iniquo. Propterea cõ
fitebor, ⁊ laudem dicã tibi, ⁊ be/
nedicam nomini dñi. ℟. Strin
xerunt corporis membra poſita
ſuper craticulã, miniſtrantibus
prunas inſultat leuita Chriſti.
Beate Laurẽti martyr Chriſti
intercede ꝓ nobis. ℣. Mea nox
obſcurũ nõ habet, ſed oĩa in luce
clareſcunt. Beate. Glo. Beate.

In ſecundo nocturno. Añа.
Beatus Laurentius orabat di/
cens: dñe Jeſu Chriſte, Deus de
Deo, miſerere mihi ſeruo tuo.
ps. Cum inuo. ſol. Aña. Di/
xit Romanus ad beatũ Lauren
tium: video ante te iuuenẽ pul/
cherrimum, feſtina me baptiza/
re. ps. Verba mea. ſol. Aña.
Beatus Laurentius dixit: mea
nox obſcurũ non habet, ſed om/
nia in luce clareſcunt. ps. Do/
mine dominꝰ noſter. ſol. ℣. Po
ſuiſti domine ſuper caput eius.
℟. Coronã de lapide precioſo.

Sermo S. Leonis Papę. l. iiij.

C Um furor gentilium poſt
ſtatuꝫ in electiſſima queqꝫ
Chriſti membra ſęuiret, ac prę/
cipue eos qui ordinis erant ſacer
dotalis impeteret: in Leuitam
Laurentium, qui non ſolum mi
niſterio ſacramentorum, ſed etiã
diſpenſatione Eccleſiaſticę ſub/
ſtantię eminebat, impius perſe/
cutor efferbuit, duplicem ſibi
pręadam de vnius viri compre/
henſione promittens, quem ſi fe/
ciſſet ſacrę pecunię traditorem,
faceret etiã verę religionis extor/
rem. Armatur itaqꝫ gemina fa/
ce homo pecunię cupidus, ⁊ ve/
ritatis inimicus: auaritia, vt ra/
piat aurum: impietate, vt aufe/
rat Chriſtum: poſtulat ſibi ab
immaculato ſacrarij pſule opes
eccleſiaſticas, quibus auidiſſi/
mus inhiabat, inferri. Cui Le/
uita caſtiſſimus vbi eas repoſi/
tas haberet oſtendens: numero/
ſiſſimos ſanctorum pauperum
obtulit greges, in quorũ victu,
atqꝫ veſtitu inamiſſibiles condi
derat facultates: quę tanto inte/
grius erãt ſalue, quãto ſanctius
probabant expẽſę. ℟. Quo ꝓ/
grederis ſine filio pater? quo ſa/
cerdos ſancte ſine diacono pro/
peras? Tu nunqꝫ ſine miniſtro
ſacrificium offerre conſueueras.
℣. Quid ergo in me diſplicuit
paternitati tuę? nunqd degene/
rem me probaſti? experire, vtrũ
idoneum miniſtrũ elegeris, cui

 communi/

cõmiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationẽ. Tu nunquã. ℣.

FRemit ergo prędo fruſtratus, ⁊ in odium religionis, que talem diuitiaruꝫ vſum inſtituiſſet, ardeſcens, direptionem theſauri potioris aggreditur, apud quem nullam denariorꝫ ſubſtantiam repperiſſet, vt illud depoſitum quo ſacratius erat, diues auferret. Renunciare Chriſto Laurentium iubet, ⁊ ſolidiſſimam illam Leuitici animi fortitudinem diris parat vrgere ſupplicijs. Quorum vbi prima nil obtinent, vehementiora ſuccedunt. Laceros artus, ⁊ multa verberū ſectione conſciſſos, ſubiecto pręcipit igne torreri, vt per cratem ferream quę iam de feruore continuo vim in ſe haberet vrendi, conuerſorum alterna mutatione membrorū fieret cruciatus vehementior, ⁊ pęna productior. ℟. Noli me derelinquere pater ſancte: quia theſauros tuos iam expendi. Non ego te deſero fili, neque derelinquo: ſed maiora tibi debentur pro fide Chriſti certamina. ℣. Nos quaſi ſenes leuioris pugnę curſum recipimus: te autem quaſi iuuenem manet glorioſior de tyranno triumphus: poſt triduuꝫ me ſequeris ſacerdotem leuita. Non ego te. Lectio ſexta.

NIhil obtines, nihil proficis ſęua crudelitas. Subtrahitur tormentis tuis materia mortalis, ⁊ Laurentio in cęlos abeũte, tu deficis flammis tuis. Superari charitas Chriſti flammã nõ potuit: ſegnior fuit ignis, qui foris vſſit, quam qui intus accendit. Seuiſti perſecutor in martyrem, ſeuiſti ⁊ auxiſti palmam, dũ aggeras pęnam. Nam quid nõ ad victoris gloriã ingeniũ tuum repperit, quando in honorẽ trãſierunt triumphi, etiã inſtrumẽta ſupplicij? Gaudeamus igitur dilectiſſimi gaudio ſpirituali, ⁊ feliciſſimo inclyti viri fine gloriemur in dño, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, in quibus nobis ⁊ pręſidiũ conſtituit, ⁊ exemplũ: atque ita per vniuerſum mundũ clarificauit gloriam ſuam, vt a ſolis ortu vſque ad occaſum, leuiticorum luminum coruſcantẽ fulgore, quam clarificata eſt Jeroſolyma Stephano, tam illuſtris fieret Roma Laurentio. ℟. Beatus Laurentius clamauit, ⁊ dixit: Deum meum colo, ⁊ illi ſoli ſeruio. Et ideo non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Et ideo. Glo. Et.

In iij. noct. Aña. Strinxerunt corporis membra poſita ſuper craticulam: ſubijcientibus prunas inſultat leuita Chriſti. ps. Domine quis habitabit. 4. Aña. Igne me examinaſti, ⁊ nõ eſt inuenta in me iniquitas. ps. Exaudi domine iuſtũ. 5. Aña. Interrogatus te dominum confeſſus

feſſus ſum, aſſatus gratias ago. ps. Domine in virtute. 7. ℣. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. ℟. Gloriam ⁊ magnũ decorem impones ſuper eum.

Lectio ſ. euãg. ſcḋm Johannẽ. L. vij.

ca. 12 In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: Niſi granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Et reliqua.

Homilia Sancti Auguſtini epi.

Ipſe dominus Jeſus erat granũ mortificandũ ⁊ multiplicandũ: Mortificandũ in infidelitate Judeorum: multiplicandum in fide populoꝝ. Jam vero exhortans nos ad paſſionis ſue ſectãda veſtigia, Qui amat, inquit, animam ſuam perdet eã. Quod duobus modis poteſt intelligi. Qui amat, perdet: ideſt, ſi amas perdes: ſi cupis vitam tenere cum Chriſto, noli mortem timere pro Chriſto. Item alio modo: Qui amat animam ſuã, perdet eam. Noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in eterna vita. ℟. In craticula te Deum non negaui: Et ad ignem applicatus te dominum Jeſum Chriſtũ confeſſus ſum. ℣. Probaſti dñe cor meũ, ⁊ viſitaſti nocte. Et. Lectio viij.

Hoc aũt quod poſterius dixi, magis videtur habere euãgelicus ſenſus: Sequitur eñi. Et qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitam eternam cuſtodit eam. Ergo, quod ſupra dictũ eſt, qui amat (ſubintelligitur, in hoc mundo) ipſe vtiq3 perdet: qui autẽ odit, (vtiq3 in hoc mũdo) in vitã eternam ipſe cuſtodit eam. Magna ⁊ mira ſententia, quemadmodum ſit hominis in animã ſuam amor vt pereat, odium ne pereat: Si male amaueris, tunc odiſti: Si bene oderis, tunc amaſti. Felices, qui oderũt cuſtodiendo: ne perdant amando. ℟. O Hippolyte, ſi credideris in dominũ Jeſũ Chriſtũ. Et theſauros tibi oſtendo, ⁊ vitam eternam promitto. ℣. Beatus Laurentius Hippolyto dixit: Si credideris in dominum Jeſũ Chriſtũ. Et. Glo. Et. L. ix.

Sed vide, ne tibi ſubrepat vt teipſum velis interimere, ſic intelligendo, q̄ debes in hoc mundo odiſſe animam tuã. Hinc enim quidã maligni atq3 peruerſi homines, ⁊ in ſemetipſos crudeliores, ⁊ ſceleratiores homicide, flammis ſe donãt, aquis ſe prefocant, precipitio ſe collidunt, ⁊ pereunt. Hoc Chriſtus non docuit, immo etiam ſibi precipitium diabolo ſuggerenti reſpondit: Uade ſatana, ſcriptum eſt enim: Nõ tẽtabis dñm Deum tuũ. Petro autẽ dixit ſignificãs qua morte clarificaturus eſſet Deũ: Cũ eſſes iunior, cingebas te, ⁊ ambulabas quo volebas: cũ autẽ ſenueris, alter cinget te, ⁊ ducet quo tu non vis. Ubi ſa-

tis expreſſit, non a ſeipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſequitur Chriſti. Tu autem do. Ad Laudes, ꝛ per horas. An.

L Aurẽtius īgreſſus eſt martyr, ꝛ confeſſus eſt no mẽ domini Jeſu Chriſti. ps. Dñs reg. 8. cũ reł. An. Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum crucis cęcos illuminauit. Aña. Adhęſit aia mea poſt te, qꝛ caro mea igne cremata eſt pro te Deus meus. Aña. Miſit dñs angelũ ſuum, ꝛ liberauit me de medio ignis, ꝛ non ſũ ęſtuatus. An. Beatus Laurẽtius orabat dicens, Gratias tibi ago dñe, quia ianuas tuas ingredi merui. Cap. Fratres, Qui parce. 434. Hym. Martyr Dei. 504. V. Diſperſit, dedit pauperibus. R. Juſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Ad Bñs. An. In craticula te deũ nõ negaui: ꝛ ad ignẽ applicatus te Chriſtũ cõfeſſus ſum: probaſti cor meũ, ꝛ viſitaſti nocte: igne me examinaſti, ꝛ non eſt inuenta in me iniquitas. Oratio vt ſupra. Ad iij. Capit. Fratres, Qui parce. 434. R. bre. Gloria, ꝛ ho. 504, ꝛ Poſuiſti. dñr de cõi vnius marty.

Ad Sextam. Capitulum.

2. cor. 9 V Nuſquiſqꝫ prout deſtinauit in corde ſuo, nõ ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorẽ diligit de⁹. R. bre. Poſuiſti dñe. 505. ꝛ Magna.

Ad Nonam. Capitulum.

P Otens eſt autẽ deus oẽm gratiã abũdare facere in vobis: vt in oibus ſemp oẽm ſufficientiã habẽtes; abundetis in oẽ opus bonũ, ſicut ſcriptũ eſt: Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. R. bre. Magna eſt gloria. 505. V. Juſtus vt. In ij. veſp. Aña. Laurẽtius ingreſſus. cum reł. de Laud. ps. Dixit dñs. 52. cũ reł. de dñica: loco vlt. ps. Credidi. 54. Cap. Fres: Qui parce. 434. Hy⁹. De⁹ tuoꝝ. 501. V. Leuita Laurẽti⁹ bonũ op⁹ opatus eſt. R. Qui p ſignũ crucis cęcos illuminauit. Ad M. An. Beatus Laurẽtius, dũ in craticula ſuperpoſitus vreret, ad impijſſimũ tyrannũ dixit: Aſſatum eſt iam, verſa, ꝛ mãduca: nã facultates eccleſię, quas requiris, in cęleſtes theſauros manus pauperum depoꝛtauerunt.

¶ Deinde fit cõme. SS. mar. Tyburtij, ꝛ Suſannę. Oratio.

S Anctorum martyrum tuorum Tyburtij, ꝛ Suſannę nos dñe foueant cõtinuata pręſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs cõceſſeris adiuuari. Per dñm.

SECVNDA DIE infra octa. S. Laurẽtij. Bi. II. S

Sermo S. Aug. ex. l. iij.

B Eatiſſimi Laurẽtij martyris

ris, cuius natalē hodie celebra
mus, paſſionē noſſe vos credo: ⁊
quanta in perſecutione pertule/
rit, dilectiones veſtras ſcire poſ/
ſe nō dubito: tāta enim marty/
ris gloria extitit, vt paſſione ſua
mundū illuminauerit vniuer/
ſum. Illuminauit mundū pla/
ne Laurentius eo lumine, quo
ipſe accēſus eſt: ⁊ flammis quas
ipſe pertulit, omnium Chriſtia/
norū corda calefecit. ℟. Quo
progrederis. 435. Lectio v.

Quis nolit ad horam vri
Laurētij igne, vt ęternū
gehēnę nō patiat incēdiū? Bea
ti igit Laurentij exemplo, pro/
uocamur ad martyriū, ⁊ accēdi
mur ad fidem, incaleſcimus ad
deuotionē: ⁊ ſi perſecutoris no/
bis flamma deeſt, fidei tamen
flamma non deeſt. Non arde/
mus quidem corpore pro Chri/
ſto, ſed ardemus affectu. Non
ſubijcit mihi perſecutor ignem,
ſed ſubijcit mihi deſiderium ſal
uatoris. ℟. Noli me derelin/
quere. 435. Lectio ſexta.

Eſſe autē Saluatoris ignē
legimus in euāgelio, dicen
te eodem dn̄o: Neſcitis quia ve
ni ignem mittere in terram? ⁊
quid volo niſi vt accendatur?
Quo igne ſuccēſi illi duo diſci/
puli dixerunt: Nōne cor noſtrū
ardēs erat in nobis dum loque
ret in via, ⁊ aperiret nobis ſcri/
pturas: Hoc igitur igne beatus
Laurentius accenſus, flamma/
rum non ſenſit incēdium: ⁊ cum
Chriſti ardet deſiderio, perſecu/
toris pęnā nō ſentit. ℟. Bea
tus Laurētius clamauit. 435.

De hom. s. Augu. epi. L. vij.

Cum ergo cauſę articulus
venerit, vt hęc cōditio pro
ponatur, aut faciendū eſſe cō/
tra dei pręceptū, aut ex hac vi/
ta emigrandum, horū duorū
homo ſi cogatur alterum elige/
re, comminante mortem perſe/
cutore, ibi eligat deo dilecto
emori, quā deo offenſo viuere: ibi
oderit in hoc mundo aiam ſuā,
vt in vitā ęternā cuſtodiat eā:
Siquis mihi miniſtrat, me ſe/
quatur. Quid eſt me ſequatur,
niſi me imitetur? Chriſtus enī
pro nobis paſſus eſt, ait apoſto/
lus Petrus, relinquēs nobis exē
plū, vt ſequamur veſtigia eius.
℟. In craticula. 436. L. viij.

Ecce quod dictū eſt: ſiqs
mihi miniſtrat, me ſequa/
tur. Quo fructu? qua mercede?
quo pręmio? Et vbi ſum, inquit,
ego, illic ⁊ miniſter meus erit.
Gratis ametur, vt operis, quo
miniſtratur illi, precium ſit eſſe
cū illo: vbi enim bene erit ſine
illo? aut quando male eſſe pote/
rit cum illo? Audi euidentius:
Et ſiquis mihi miniſtrauerit,
honorificabit eū pater meus.
Quo munere, niſi vt ſit cū filio
eius? Quod enim ſuperius ait:
Vbi ego ſū, illic ⁊ miniſter meus
erit: hoc intelligit expoſuiſſe cū
dicit:

Digitized by Google

dicit: Honorificabit eum pater meus. Nã quẽ honorẽ maiorẽ accipere poterit adoptatus, quã vt ſit vbi eſt vnicus, nõ ęqualis factus diuinitati, ſed cõſociat⁹ ęternitati. ℞. O Hippolyte. 436.

¶ Pro ſanctis martyribus Tyburtio, & Suſanna. Lect. nona.

TYburtius, Cromatii prefecti vrbis filius, ſancti Sebaſtiani opera Chriſtianus, cum ob eã cauſam ad Fabianum iudicem adductus eſſet, multaque apud illum de Chriſti fide prędicaret, excandeſcens iudex pauimentũ candẽtibus carbonibus ſterni iubet: mox, Tyburti, inquit, vel diis noſtris ſacrifices oportet, vel per iſtos carbones nudis pedibus tibi incedendum eſt. At ille crucis ſigno ſe muniẽs, fidẽterq; ambulãs in prunas, Diſce, inquit, ex hoc ſolũ eſſe Deũ, quẽ Chriſtiani colunt. Prunę enim mihi flores videntur. Quod cũ magicis artib⁹ tribueretur, extra vrbẽ duct⁹ Tyburtius, ac via Lauicana tertio ab vrbe lapide ſecuri percuſſus, ibi a Chriſtianis ſepelit. Quo die Suſanna virgo nobiliſſima, quod Maximi Diocliciani Imperatoris filii coniugiũ recuſaret, vt q virginitatem Deo vouerat: poſt multa tormẽtorũ genera, quib⁹ varie tentatum eſt ſanctum virginis propoſitum, domi ſuę iuſſu Imperatoris gladio percuſſa ad duplex virginitatis & martyrii pręmium migrauit in cęlum. In veſp. cõm. ſ. Clarę vir. Ora. Exaudi nos. 513. de cõi virg.

TERTIA DIE infra oct. S. Laurentii. B 12.

De ſermone ſ. Augu. epi. Lec. iiii.

LEgimus, Ananiã, Azariam, & Miſaelẽ, beatiſſimos pueros a rege in camino ignis incluſos, in pęnarum ſuarum deambulaſſe flammis, & igneos globos pedibus conculcaſſe. Unde & beatus Laurentius non minori eſt gloria pręferendus: ſiquidem illi in pęnarum ſuarum flammis ambulabant, hic & in ipſo ſupplicii ſui igne diſcubuit: illi veſtigiis pedum conculcarunt incendia, iſte laterum ſuorum diffuſione extinxit. ℞. Quo progrederis. 435. Lectio quinta.

ITerũ ergo beatus Laurẽtius in dorſum ſupinus vertitur, & renes eius ignibus exurũtur, vt impleret pſalmi prophetia quę dicit ex perſona ſancti Laurentii. Proba me dñe, & tẽta me, vre renes meos, & cor meũ. Vre, inquit, renes meos, & cor meum. Duplici ſe poſtulat igne cõburi. Nam ſi de ſolo mundi igne loqueretur, ſufficeret renes tantum exurendos incendiis obtuliſſe. Cor autẽ niſi flãma Chriſti non vrit. ℞. Noli me. 435. Lec. vi.

ORemus igit fratres beatũ Laurentium, qui dũ fide

Digitized by Google

ſua perſecutoris flammas vicit, oſtēdit nobis per ignē fidei, gehennę incendia ſuperari, & amorē Chriſti diem Iudicij nō timere. Nos vero fratres dilectiſſimi, ſi ad conſortium ſanctorū martyrum peruenire volumus, de imitatione martyrij cogitemus. Debent enim in nobis aliquid de ſuis virtutibus recognoſcere: vt pro nobis dignentur domino ſupplicare. R. Beatus Lau. 435.

De hom. S. Auguſtini epi. Lec. vij.

Quid ſit miniſtrare Chriſto, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putauerimus eſſe Chriſto miniſtrare, ea q̄ ſunt corpori neceſſaria pparare, aut cęnanti cibū coquere, vel apponere, vel poculū dare, potūq; miſcere: fecerūt hoc illi, q potuerūt eū in corpe habere pſentē, ſicut Martha & Maria, quādo & Lazarus vnus erat ex diſcūbentib⁹: Sed eo modo Chriſto etiā Iudas perditus miniſtrauit. Nā & loculos ipſe habebat, & quamuis ex eis, quę mittebantur ſceleratiſſime furaretur, per illum tamen etiam neceſſaria parabant. R. In craticula. 436. Lec. viij.

Nullo modo igitur de huiuſcemodi miniſtris diceret dominus, Vbi ſū ego, illic & miniſter meus erit, Et ſiquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eū pater me⁹: quoniā Iudā talia miniſtrantem reprobatū potius quam honoratū videmus. Aliquid ergo alibi quęrimus, quid ſit miniſtrare Chriſto, & non potius in iſtis ipſis verbis agnoſcimus? Cum enim dixit, Siquis mihi miniſtrat, me ſequatur: hoc intelligi voluit, ac ſi diceret: Si quis me non ſequitur, non mihi miniſtrat. Miniſtrant ergo Ieſu Chriſto qui non ſua quęrunt, ſed quę Ieſu Chriſti. R. O Hippolyte. 436.

Pro S. Clara virgine. Lec. ix.

Clara nobilis virgo Aſſiſij nata in Vmbria, ſanctū Franciſcum ciuē ſuū imitata, facultatibus ſuis in pauperes erogatis, quēadmodū ille fratrū, ſic ipſa ſacrarū ſororū collegiū inſtituit: cū quibus in eccleſia ſancti Damiani vixit admirabili ſanctitate. Dum Saracenis Aſſiſiū obſidentibus, & monaſteriū, cui illa pręerat inuadere conātibus, ęgra ſe ad portam oppidi afferri voluit, vnaq; vas in quo ſanctiſſimum eucharistię ſacramentū erat incluſum: ibique orauit in hunc modum. Ne tradas, domine, beſtijs animas cōfitentes tibi, & cuſtodi famulas tuas quas precioſo ſanguine redemiſti. In cuius oratione ea vox audita eſt: Ego vos ſemper cuſtodiam. Saraceni autem partim ſe fugę mandarunt: partim qui murū aſcenderant, capti oculis, pręcipites ceciderūt. Ipſa virgo paulo poſt ieiunijs, orationibus, vigilijsq; confecta

confeſſa, cū duos ꝛ quadragin/
ta annos ſumma cū laude mona/
ſterium gubernaſſet, multaque
edidiſſet miracula, pridie Idus
Auguſti animā Deo reddidit,
Innocētio quarto ſūmo Pōtifi
ce, q egrotāti virgini eucbariſtiā
dedit, eam Alexander quartus
inter ſanctas virgines retulit.
¶ In Veſp. cōmem. SS. mar/
tyꝝ Hippolyti, ꝛ Caſſiani. Orō.
DA, queſumus om/
nipotens Deus: vt
beatorum martyrū
tuorū Hippolyti ꝛ
Caſſiani veneran/
da ſolemnitas, ꝛ deuotionem no/
bis augeat, ꝛ ſalutem. Per dn̄ꝫ.

Die QVARTA DIE.
13. A ¶ infra oct. S. Laurentij.

Ex libro Officiorum ſancti Am
broſij epiſcopi. Lectio quarta.

NOn pretereamus ſanctum
Laurentium, qui cū vide/
ret Syxtum epiſcopum ſuū ad
martyrium duci, flere cepit, non
paſſionē illius, ſed ſuam reman/
ſionem. atq; his verbis appella/
re cepit. Quo progrederis ſine
filio pater? quo ſacerdos ſancte
ſine diacono properas? Tu nun/
quam ſacrificium ſine miniſtro
offerre conſueueras. quid in me
ergo diſplicuit pater? Num de/
generem probaſti? Experire cer
te, vtrum idoneum miniſtrum
elegeris. Cui commiſiſti domi/
nici ſanguinis diſpenſationem,
cui conſummandorū conſortiū
ſacramentorum: huic conſortiū
tui ſanguinis negas? ℟. Quo
progrederis. 435. Lectio v.

QVo cū quęrerentur the/
ſauri eccleſię, promiſit ſe de/
monſtraturum. Sequenti die
pauperes duxit. Interrogatus
vbi eſſent theſauri, quos promi
ſerat, oſtendit pauperes, dicens:
Hi ſunt theſauri eccleſię. Et ve/
re theſauri, in quibus Chriſtus
eſt, in quibus Chriſti fides eſt.
Denique apoſtolus ait: Habe/
mus theſaurum in vaſis fictili/
bus. Quos meliores theſauros
habet Chriſtus, quā eos in qui/
bus ſe eſſe dixit? Sic enim ſcri/
ptū eſt: Eſuriui, ꝛ dediſtis mihi
māducare: ſitiui, ꝛ dediſtis mihi
bibere: hoſpes eram, ꝛ collegiſtis
me. Et infra: Quod vni horum
feciſtis, mihi feciſtis. ℟. Noli
me derelinquere. 435. Lectio vj.

NVnquid dictū eſt ſancto
Laurētio: Nō debuiſti ero
gare theſauros eccleſię, vaſa ſa/
cramētorum vendere? In quos
vſus vaſa eccleſię ſint diſpertiē/
da, vel qualiter, quibus ex cauſis
tantum: opus eſt, vt quis fide ſin
cera ꝛ perſpicaci munus hoc im
pleat. Sane, ſi in ſua quis deri/
uat emolumenta, crimen eſt: ſin
vero pauperibꝰ erogat, captiuū
redemit, miſericordia eſt. Nemo
enim poteſt dicere, cur pauper vi/
uit? Nemo poteſt queri, quia ca/
ptiui redempti ſunt. Nemo po/
teſt accuſare, quia templum Dei
ędifica/

Digitized by Google

edificatum eſt. Nemo poteſt indignari, quia humādis fidelium reliquijs ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulturis Chriſtianorū requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa eccleſie etiā initiata, cōfringere, conflare, vendere licet. ℟. Beatus Laurentius. 435.

De hom. S. Auguſt. epi. l. vij.

Miniſter eſt Chriſti vſque ad illud opus magne charitatis, quod eſt animā ſuā pro fratribus ponere: hoc eſt enim ⁊ pro Chriſto ponere: quia ⁊ hoc propter ſua mēbra dicturus eſt: Cū pro iſtis feciſtis, pro me feciſtis. De tali quippe opere, etiam ſe miniſtrum facere ⁊ appellare dignatus eſt, vbi ait: Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, ⁊ animam ſuam ponere pro multis. Hinc eſt ergo vnuſquiſque miniſter Chriſti, vnde eſt ⁊ miniſter Chriſtꝰ. Sic miniſtrantem Chriſto honorificabit pater eius honore illo magno, vt ſit cum filio eius, nec vnquam deficiat felicitas eius. ℟. In craticula. 436. Lectio viij.

Cum ergo auditis, fratres, dominū dicentē: Ubi ego ſum, illic ⁊ miniſter meus erit, nolite tantummodo bonos epiſcopos, ⁊ clericos cogitare, etiā vos pro modulo veſtro miniſtrate Chriſto, bene viuēdo, eleemoſynas faciendo, nomen doctrinamq; eius quibus potueritis predicando, ⁊ vnuſquiſq; etiam paterfamilias hoc nomine agnoſcat paternū affectū ſue familie ſe debere pro Chriſto, ⁊ pro vita eterna ſuos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impēdat beneuolentiam, exerceat diſciplinam. Ita in domo ſua eccleſiaſticum, ⁊ quodammodo epiſcopale implebit officium miniſtrans Chriſto, vt in eternū ſit cū ipſo. ℟. O Hippolyte. 436.

Pro ſanctis martyribus Hippolyto ⁊ ſocijs. Lectio nona.

Hippolytus martyr a ſancto Laurētio baptizatus, domi ſue dū euchariſtiam ſumeret cōprehēſus, ⁊ ad Imperatorē adductus, ab eo de ſue religionis profeſſione interrogatus, libere ſe Chriſtianum profeſſus eſt. Quamobrem fuſtibus ceditur. Quibus in verberibus cū eius fides cōſtantior inueniretur, muneribus, ⁊ honorū promiſſis tētatur. Que cū omnia fruſtra dicerētur, Valeriano iudici occidēdus traditur: qui domū Hippolyti veniēs, vt eius facultates publicaret, totam familiam Chriſtianā eſſe cognoſcit: atq; ijs, a Chriſtiana fide fruſtra deterritis: primū, plūbatis ceſa Hippolyti nutrice, que ceteros confirmabat, reliquos extra portā Tyburtinam occidi iubet. Hippolytus indomitis equis raptatus, per loca carduis, ⁊ tribulis conſita, lacerato corpore, ſpiritum Deo reddidit.

Digitized by Google

reddidit, vnaq3 cum reliquiis a Iuſtino presbytero ad agrum Veranum ſepultus eſt. Eadem die ad forum Sylle crudeliſſimo ſupplicio affectus eſt Caſſianus martyr, qui vinctis poſt terga manibus puerorum, quos erudiebat, ferreis ſtilis configendus excarnificandusq3 traditur. Quorum quanto erat infirmior vis, tāto eius pena martyrij grauior ac diuturnior, palmaque illuſtrior. Tu autem.

In veſp. cōm. s. Euſebij pſ. orō.

Deus, qui nos beati Euſebij cōfeſſoris tui annua ſolemnitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum Ieſu3.

Die 14 B QVINTA DIE infra octa. S. Laurentij.

¶ Fit de oct. cū ix. lec. de vigil.

Sermo s. Maximi epi. Lec. iiij.

Sanctum eſt fratres, ac deo placitum, vt natale3 beati Laurentij precipua deuotione veneremur, cuius radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Chriſti coruſcat eccleſia. Qui cum in ſede glorioſiſſimi Pali iarchę diaconatus fungeretur officio, puritate innocentie vitę, fortiſſimeq3 mortis triūpho, apoſtolico ſe conſortio copulauit. Nec immerito cum apoſtolorū ſuparē predicamus; cuius et caſtitas animi leuiticū miniſterium dedit, et plenitudo fidei, martyrij cōtulit dignitate3. R. Quo progrederis. 535. Lectio v.

Quē venerabilis Syxtus Romanę vrbis antiſtes, cum impietatem ſeuientis mundi per tormenta ſuperaret, et regnis eſſet cęleſtibus iam vicinus, videretq3 eum paterna de morte triſtiſſimum, ita illum ſpiritu preſcientię compellaſſe narratur: Noli fili męſtus eſſe, poſt triduū me ſequeris. Unde apparet, cariſſimi, beatum Laurentiū non de ſacerdotis ſui victoria habuiſſe triſtitiā, ſed doluiſſe quia non etiam ipſe mundum cum ſuo pariter ſacerdote vincebat. Noli, inquit, fili męſtus eſſe, poſt triduu3 me ſequeris: hoc eſt: Noli triſtis eſſe, velut apud ſęculum derelictus: nā nec te fides vitaque tua tali morte priuabit. R. Noli me derelinquere. 435. Lectio ſexta.

Ergo vt cōperit ore ſacerdotis et martyris, ſe quoq3 omnimodis aſſumendum, congregatis inopū turbis, eccleſiaſticum cēſum religioſa liberalitate diuiſit. Quam profundum ſpiritalis viri, et quam cęleſte cōſilium, vt egenis conſuleret, et multitudine ſumēte quę dederat, inueniri nō poſſet quod raperet perſecutor: illā nimirum ſecutus ſententiam. Diſperſit, dedit

dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in eternum. ℟. Beatus Laurentius. folio. 435.

Hom. s. Johã. Chryſoſto. L. vij.

TAlem de reſurrectione diſputans rationē Paulus etiã attulit. Quam igitur habebunt excuſationem qui reſurrectioni non credunt: cum in ſeminibus, ⁊ in plantis quotidie hoc videamus, ac etiam in noſtro genere. Primum enim corrumpi ſemen oportet, inde fieri generationem. Omnino autē, cum Deus aliquid facit, nulla opus eſt ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit: hoc ad Chriſtianos dico, qui ſe dicunt credere ſcripturis. ℟. In craticula. folio. 436. Lectio octaua.

EGo autē ⁊ aliud dicam ex humanis rationibus. Alij maliciã, alij virtutē ſectantur: ſed malitię ſectatorū multi feliciter in vltimã peruenerunt ſenectutem, virtutis autem contra. Quomodo ergo ꝑ meritis vnuſquiſq; accipiet? quãdo? Certe, inquiunt, ſed corpora nō reſurgent? Nōne audiūt Paulum dicentem. Oportet autē corruptibile hoc induere incorruptionē? Neq; aīam intelligit quippe q̄ nō corrumpitur, ⁊ reſurrectio de mortuo dicitur. Cecidit autē corpus. ℟. O Hippolyte. 436.

Lcō S. euãg. ſm Lucã. L. ix.

II IN illo tēpore: Loquēte Jeſu ad turbas extollens vocem quedam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

BEata virgo Maria q̄ fecit volūtatē patris, hoc in ea magnificauit dñs, q̄ fecit voluntatem patris, non quia caro genuit carnē, intendat charitas veſtra. Propterea cū dñs in turba admirabilis videret, faciens ſigna ⁊ prodigia, ⁊ oſtendens q̄d lateret in carne, admiratę quędam animę dixerunt: Felix venter, qui te portauit. Et ille: Immo felices, qui audiunt verbum Dei, ⁊ cuſtodiunt illud. Hoc eſt dicere: ⁊ mater mea, quam appellatis felicem, inde felix: quia verbum Dei cuſtodit, non quia in illa verbum caro factum eſt, ſed quia cuſtodit verbum Dei, per quod facta eſt, ⁊ quod in illa caro factum eſt. Tu autem domine miſerere.

℄ In fine Laudum fit commemoratio vigilię: Antiph. ⁊ ℣ſ. de feria, vt in Pſalterio. Orō.

DEus, qui virginalem aulã beatę Marię, in qua habitares, eligere dignatus es: da quęſumus: vt ſua nos defenſione munitos, iucundos facias ſuę intereſſe feſtiuitati. Qui vi.

Deinde fit cōme. s. Euſebij. vrſ.

ASSVMPTIO B. Marię virg. dupl. Die 15. L.

Ad Veſperas. Antiphona.

Aſſumpta eſt Maria, vt infra.

cum

Digitized by Google

eccl. 24. cū reliq. de Laudibus. Pſalmi de Sancta Maria. Capitulum.

In omnibus requiē quęſiui, ⁊ in hereditate domini morabor: tunc pręcepit, ⁊ dixit mihi creator omnium, ⁊ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Hym. Aue maris ſtella. 540. ℣ Exaltata eſt ſancta Dei genitrix. ℟. Super choros angelorum ad cęleſtia regna. Ad Mag. Aña. Uirgo prudentiſſima, quo progrederis, quaſi aurora valde rutilans? filia Sion: tota formoſa ⁊ ſuauis es: pulchra vt Luna, electa vt Sol. Oratio.

Famulorum tuorum, quęſumus domine, delictis ignoſce: vt q tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem.

Nō fit cōm. d. Laurētij i. vtriſq; veſp. nec i laud. Ad Mat. Inuit. Uenite adorem⁹ regē regū, Cuius hodie ad ęthereū virgo mater aſſumpta eſt cęlum. ps. Uenite. Hym. Quem terra. 541. In j. noc. Aña. Exaltata eſt ſancta Dei genitrix ſuper choros angelorum ad cęleſtia regna.

Pſalmi cōſueti de btā Uirgine, qui ſunt in offō ei⁹ paruo. 441. Aña. Paradiſi portę per te nobis apertę ſunt, quę hodie glorioſa cum angelis triumphas. Aña. Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus fructus ventris tui. ℣. Exaltata eſt ſancta Dei genitrix. ℟. Super choros angelorū ad cęleſtia regna.

Incipiunt Cātica Cāticoꝝ. Ca. j.

Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrātia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulę dilexerunt te. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus, ⁊ lętabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum. Recti diligunt te. Nigra ſum, ſed formoſa, filię Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.

℟. Uidi ſpecioſam ſicut columbam, aſcendentem deſuper riuos aquarum, cuius inęſtimabilis odor erat nimis in veſtimētis eius. Et ſicut dies verni circundabant eam flores roſarum, ⁊ lilia conuallium. ℣. Quę eſt iſta, quę aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę ⁊ thuris. Et. Lec. ij.

Nolite me cōſiderare quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Filij matris meę pugnauerunt contra me: poſuerūt me cuſtodem in vineis: Uineam meam nō cuſtodiui. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie: ne vagari

Digitized by Google

agari incipiam poſt greges ſo/
aliũ tuorum. Si ignoras te o
ulcherrima inter mulieres, egre
ere, & abi poſt veſtigia gregũ
uorum, & paſce hędos tuos iux/
a tabernacula paſtorum. Equi/
atui meo in curribus Pharao
is aſſimilaui te amica mea.
Dulchrę ſunt genę tuę ſicut tur
uris, collum tuum ſicut moni/
a. ℟. Sicut cedrus exaltata
ũ in Libano, & ſicut cypreſſus
n monte Sion: quaſi myrrha
lecta: Dedi ſuauitatem odoris.
. Et ſicut cinnamomum, & bal
amum aromatizans. Dedi ſua/
uitatem. Lectio tertia.

Murenulas aureas facie/
mus tibi vermiculatas ar
gento. Dum eſſet rex in accubi/
u ſuo, nardus mea dedit odorē
uũ. Faſcicul⁹ myrrhę dilectus
neus mihi, inter vbera mea cō/
morabit. Botrus cypri dilectus
ne⁹ mihi in vineis Engaddi. Ec
e tu pulchra es, amica mea: ecce
u pulchra es, oculi tui colũba
um. Ecce tu pulcher es, dilecte
mi, & decorus: lectulus noſter flo
idus, tigna domorum noſtrarũ
edrina, laquearia noſtra cypreſ
ina. ℟. Quę eſt iſta, quę pro/
eſſit ſicut ſol, & formoſa tanq̃
Jeruſalem? Viderunt eam filię
Sion, & beatam dixerunt, & regi
ię laudauerunt eam. ℣. Et ſicut
dies verni circundabant eã flo/
es roſarum, & lilia conuallium.
Viderunt. Gloria. Viderunt.

In ij. noc. Añ. Specie tua. 445.
Aña. Adiuuabit eã. Aña. Si/
cut lętantiũ. 546. vt in offõ par/
uo B. Marię. ℣. Aſſumpta eſt
Maria in cęlum gaudēt angeli.
℟. Laudātes benedicunt dñũ.
Sermo S. Athanaſij epi. L. iiij.

Hodie regina aſſiſtēs a dex/
tris filij vbique regnantis,
quaſi in veſtitu deaurato, incor/
ruptionis, & immortalitatis cir/
cumamicta varietate, ſacris & ſo
lennibus verbis celebratur, non
quod ſecundum ſpiritũ tãtum,
quaſi ſine corpore & carne aſſi/
ſtat: ſed quod induta ſit quantũ
ſpectat ad ſanctiſſimã ei⁹ carnẽ
incorruptibilitate, & immortali/
tate. Circũamicta varietate rur
ſus eſt, quantum attinet ad oſſa
ſanctiſſima, quę eius carnem ſuf
fulciunt. Nã ex carne eius, & ex
oſſib⁹ eius, veluti ex veteri Ada
mo nouus iſte Adam, vt vicem
eius expleret, coſtã ſibi finxit, ni
mirũ iſtam incarnationem, eãq̃
ſemel indutam perpetuo geſtat.
Ac proinde noua iſta Eua ma/
ter vitę appellat, circũamictaq̃
varietate permanet ad primitias
vitę immortalis omniũ viuētiũ.
℟. Ornatam monilibus filiam
Jeruſalē dominus cōcupiuit: Et
videntes eam filię Siõ beatiſſi/
mam prędicauerunt dicētes: Vn
guentum effuſum nomē tuum.
℣. Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato, circundata
varietate. Et videntes. Lcõ. v.

Beatam te prędicant omnes angelorum, ⁊ terrestrium hierarchię: quę ⁊ in cęlis benediceris, ⁊ in terris beata prędicaris: Benedicta tu in mulierib⁹, ⁊ benedictus fructus ventris tui. Huiuſmodi enim benedictionibus celebratur prima acies quę ex Thronis, Cherubinis, ⁊ Seraphinis conſtat: Beata tu in mulieribus, ⁊ beatus vterus tu⁹, qui portauit Deū: ⁊ vbera, quę ille adhuc infantulus ſuxit. Secunda vero hierarchia, quę in ſe Dominationes, Virtutes, Poteſtatesq; complectitur, a ſubliniori hierarchia ediſcens, ad te reſpiciens clamat, Benedicta tu in mulieribus, ⁊ benedictus venter tuus, qui Deum concepit: ⁊ mammillę, quę Deum educauerunt puerū factū. ℟. Beatā me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi dominus magna, qui potens eſt, ⁊ ſanctū nomen eius. ℣. Et miſericordia ei⁹ a progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Lectio vj.

Iam tertia ex principibus, angelis, ⁊ archāgelis acies, quibus mandatum fuit a Deo mittente, vt per vnum Gabrielē archangelū ederet ſplendidiſſimum, ⁊ capaciſſimum hymnū in hęc verba: Aue gratia plena, dominus tecum: Ab iſtis deinde nos hierarchię terreſtres, exaltationes Dei in gutture ferētes, ſiue, ꝙ dicim⁹, ſiue quod mutuo hęc verba ſumpſerimus, exaltamus te magna ⁊ canora voce dicentes: Aue gratia plena: dominus tecū: intercede hera, ⁊ dña, ⁊ regina, ⁊ mater dei pro nobis: qui editus eſt ex te, incarnatus Deus noſter eſt, quē decet gloria, ⁊ magnificentia: omniſq; honor, ⁊ adoratio, ⁊ gratiarū actio: cum patre initij experte, ⁊ cum ſancto, bono, viuifico ſpiritu, ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſęcula ſęculorū, Amen. ℟. Beata es Maria, quę dñm portaſti creatorem mūdi: Genuiſti qui te fecit, ⁊ in ęternū permanes virgo. ℣. Aue Maria gratia plena: dominus tecū. Genuiſti. Glo. Genuiſti. In iij. nocturno. Antiphona. Gaude Maria. Ana. Dignare me. Añ. Poſt partū virgo. 542. ℣. Maria virgo aſſumpta eſt ad ęthereum thalamū. ℟. In quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. Lco ſ. euag. ſc3 Lucam. Lc. vij.

In illo tēpore: Intrauit Ieſus i quoddā caſtellū, ⁊ mulier quędā Martha noīe excepit illum in domum ſuā. Et rel. Homilia ſancti Auguſtini epi.

Sanctum euangelium cū legeretur audiuimus a fęmina religioſa ſuſceptū dominū hoſpitio, eaq; Martha vocabatur: ⁊ cū eſſet ipſa occupata in cura miniſtrādi, ſoror eius Maria, ſedebat ad pedes domini, ⁊ audiebat verbum eius. Laborabat illa, vacabat iſta: illa erogabat, hęc

Digitized by Google

hec implebatur. Verumtamen Martha laborans multū in illa occupatiōe, & negocio miniſtrandi, interpellauit dn̄z, & de ſorore ſua conqueſta eſt, quod eam laborātē non adiuuaret. ℟. Diffuſa eſt gratia i labijs tuis: Propterea benedixit te Deus in eternum. ℣. Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis, a gradib⁹ eburneis, ex quibus te delectauerunt filię regum in honore tuo. Propterea. Lectio octaua.

Dominus autem pro Maria reſpōdit Marthę, & ipſe eius factus eſt aduocatus, qui iudex fuerat interpellat⁹: Martha, inquit, circa multa es occupata, quando vnum eſt neceſſarium: Maria meliorem partem elegit, quę non auferetur ab ea. Audiuimus enim interpellationem interpellantis, & ſententiam iudicis, qua ſententia interpellātī reſpondit, ſuſceptam defendit. Erat eniz Maria intenta dulcedini verbi Dei, intēta erat Martha quomodo paſceret dominū, intenta Maria quomodo paſceretur a domino. A Martha cōuiuium domino parabatur, in cuius conuiuio Maria iam iucundabatur. ℟. Beata es virgo Maria, Dei genitrix, quę credidiſti domino, perfecta ſunt in te, quę dicta ſūt tibi: Ecce exaltata es ſuper choros angelorū. Intercede pro nobis ad dominū Deum noſtrū. ℣. Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Intercede. Glo. Intercede. Lec. ix.

Cum ergo Maria ſuauiter audiret verbum dulciſſimū, & corde intētiſſimo paſceretur, īterpellato dn̄o a ſorore ſua, quemodo putamus eā timuiſſe, ne diceret ei dn̄s, ſurge & adiuua ſororē tuā? mira enim ſuauitate tenebatur: quia profecto maior eſt refectio mentis: quam ventris. Excuſata eſt, ſedet ſecurior. Quomodo autem excuſata eſt, attendamus, inſpiciamus, perſcrutemur quod poſſumus: Paſcamur & nos.

Ad Laudes, & per horas. Añ.

Aſſumpta eſt Maria in cęlum: gaudent angeli, laudantes benedicunt dn̄m. Ps. Dn̄s reg. 8. cū reli. Añ. Maria virgo aſſūpta eſt ad ethereū thalamū: i quo rex regū ſtellato ſedet ſolio. Añ. In odore vnguētorū tuorū currimus, adoleſcētulę dilexerūt te nimis. Añ. Benedicta filia tu a dn̄o, quia per te fructum vitę communicauimus. Añ. Pulchra es & decora filia Ieruſalem, terribilis vt caſtrorū acies ordinata. Cap. In omnibus requiem. Hym. O glorioſa domina. 544. ℣. Exaltata eſt ſancta Dei genitrix. ℟. Sup choros angelorū ad cęleſtia regna.

Ad Benedictus: Antiphona.

Quę eſt iſta quę aſcēdit ſicut aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum

ſtrorũ acies ordinata. Dio. vt ſu. Ad Primã. R. br. Chriſte fili Dei viui, Miſerere nobis. V. Qui nat⁹ es de Maria virgine. R. Miſerere nobis. folio. 12.

Ad tertiam. Capitulum.

IN oib⁹ re. 440. R. Exaltata eſt, Sctã dei genitrix. V. Sup choros angelorũ ad celeſtia regna. Sãcta. V. Aſſumpta eſt Maria in celũ. R. Laudã.

Ad Sextam. Capitulum.

ET ſic i Siõ firmata ſũ, ⁊ in ciuitate. 538. R. Aſſũpta eſt Maria i celũ: Gaudẽt angeli. V. Laudãtes benedicũt dñm. V. Maria virgo. R. In quo.

Ad Nonam. Capitulum.

IN plateis ſicut cinnamomũ. 538. R. Maria virgo aſſumpta eſt, Ad ethereũ thalamũ. V. In quo rex regũ ſtellato ſedet ſolio. Ad. Glo. Ad. V. Dignare me laudare te virgo ſacrata. R. Da mihi virtute contra hoſtes tuos. In ij. Veſp. Aña. Aſſũpta eſt. cũ reſ. Añis, ⁊ pſal. Cap. ⁊ V. vt ſup. i primis Veſp. Ad Mag. Aña. Hodie Maria virgo celos aſcẽdit: gaudete: q2 cum Chriſto regnat in eternũ.

SECVNDA DIE

Die infra octa. Aſſũpt. B. Marie. 16 B. De Cãticis Canticorũ. Le. j. ca. 2.

EGo flos cãpi, ⁊ liliũ conuallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias: ſicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Leua eius ſub capite meo, ⁊ dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos, filie Ieruſalem per capreas, ceruoſq2 camporũ, ne ſuſcitetis, neq2 euigilare faciatis dilectam quoadusq2 ipſa velit. R. Vidi ſpecioſã. 440. L. ij.

VOx dilecti mei: Ecce iſte venit ſaliẽs in montibus, trãſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capree, hinnuloq2 ceruorum: en ipſe ſtat poſt parietem noſtrũ, reſpiciens per feneſtras, proſpiciẽs per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, formoſa mea, ⁊ veni: Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, ⁊ receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit. Vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: Vinee florentes dederunt odorem ſuum. R. Sicut cedrus. 441. Lectio tertia.

SVrge, propera amica mea, ſpecioſa mea, ⁊ veni. Columba mea i foraminib⁹ petre, in cauerna macerie, oſtẽde mihi faciẽ tuã, ſonet vox tua in aurib⁹ meis: vox enim tua dulcis, ⁊ facies tua

Digitized by Google

ua decora. Capite nobis vulpes parvulas q̃ demoliuntur vineas: iam vinea noſtra floruit: Dilectus meus mihi, ⁊ ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, ⁊ inclinentur umbrę. Revertere, ſimilis eſto, dilecte mi, caprę, hinnuloque cervorum ſuper montes Bethel. ℟. Quę eſt iſta, quę proceſſit. 441.

Ser. s. Iohã. Damaſceni. l. iiij.

Hodie ſacra ⁊ animata arca Dei viventis, quę ſuum in utero concepit creatorē, requievit in tẽplo dñi, qđ nullis eſt excitatũ manib⁹: ⁊ David exultat ei⁹ parẽs, ⁊ cũ eo choros ducũt angeli, celebrãt archãgeli, ⁊ virtutes glorificãt, poteſtates collętãtur, gaudent dominationes, Throni feſtũ diẽ agũt, laudãt Cherubiꝫ, gloriã eius prędicãt Seraphiꝫ. Hodie Edem novi Adam paradiſum ſuſcipit animatuꝫ, in quo ſoluta eſt codemnatio, in quo plantatũ eſt lignum vitę, in quo operta fuit noſtra nuditas. ℟. Ornatã monilibus. 441. L. v.

Hodie virgo immaculata, quę nullis terrenis inquinata eſt affectibus, ſed cęleſtibus educata cogitationibus, non in terram reverſa eſt: ſed, cum eſſet animatum cęlum, in cęleſtibus tabernaculis collocatur. Ex qua enim omnibus vera vita manavit, quomodo illa mortem guſtaret? Sed cedit legi latę ab eo quem genuit: ⁊ ut filia veteris Adam veterem ſententiam ſubijt: (nam ⁊ eius filius qui eſt vita ipſa, eam non recuſavit) ut autem Dei viventis mater, ad illum ipſuꝫ digne aſſumitur. ℟. Beatam me dicent. 441. L. vj.

Eva, quę ſerpentis ſuggeſtioni aſſenſum pbuit, partus dolore, ⁊ mortis ſententia damnatur, ⁊ in inferoꝝ collocatur penetralibus. Hanc autem vere beataꝫ, quę Dei verbo aures pręſtitit, ⁊ ſpũs ſancti operatione repleta eſt, ac per archangeli ſpiritalem ſalutationẽ, ſine voluptate ⁊ virili cõſortio, Dei filium cõcepit, ⁊ ſine dolore aliquo peperit, ac totã ſe Deo conſecravit, quonã modo mors devoraret? quomodo inferi ſuſciperent? quomodo corruptio invaderet corpus illud in quo vita ſuſcepta eſt? Huic recta, plana, ⁊ trita ad cęlum parata eſt via. Si enim, ubi ego ſum, illic ⁊ miniſter meus erit, inquit, vita ⁊ veritas Chriſtus: quomodo non potius mater cum ipſo erit? ℟. Beata es Maria. folio. 441.

De Hom. s. Auguſt. epi. l. vij.

Quid autem putamus nos reprehenſum eſſe miniſterium Marthę, quam cura hoſpitalitatis occupaverat, quę ipſuꝫ dñꝫ hoſpitio receperat? Quomodo recte reprehendebatur, quę tãto hoſpite lętabatur? Hoc ſi verum eſt, dimittant homines quod miniſtrant egentibus: eli-

gant ſibi partem meliorem, que non auferetur ab eis: vacet verbi, inhiens doctrine dulcedini, occupentur circa ſcientiam ſalutarem: nihil eis cure ſit quis peregrinus in vico iaceat, qs egeat pane, quis indumento, quis viſitandus, quis redimendus, quis ſepeliendus: vacent operi miſericordie, vni inſtet ſcientie. ℟. Diffuſa eſt. 442. Lectio vii.

Si melior pars eſt, cur non omnes hoc faciunt? quando ipſum dñm in hac cauſa patronum habemus. Nõ enim timemus in hac re, ne offendamus eius iuſtitiam, cum patronam teneamus eius ſententiam. Et tamen ita non eſt, ſed ſicut dixit dominus ita eſt: quomodo intelligis non eſt ita? eſt autem quomodo intelligere debeas: ecce aduerte: Circa multa es occupata, quando vnum eſt neceſſariũ. Maria meliorẽ partem elegit. Nõ tu malam, ſed iſta meliorem. Sed vnde meliorẽ? Quia tu circa multa, illa circa vnum: preponit vnũ multis: Nõ enim a multis vnũ, ſed multa ab vno. ℟. Beata es virg. 442. L. ix.

Multa ſunt que facta ſũt: vnus qui fecit celũ ⁊ terram, mare ⁊ omnia que in eis ſunt. Quam multa ſunt? quis iſta enumeret? Quis borũ multitudinem cogitet? quis hec fecit? Deus omnia. Ecce bona valde. Bona valde que fecit, quanto melior eſt ille qui fecit. Auferamus igitur occupationes noſtras circa multa: neceſſariũ eſt miniſteriũ corpora reficientis. Quare hoc? qa eſuritur, quia ſititur, miſericordia miſeris neceſſaria eſt. Frangis panẽ eſurienti, qa inueniſti eſurientẽ: tolle famẽ, cui frangis panem? tolle peregrinationẽ: cui exhibes hoſpitalitatẽ? tolle nuditatẽ, cui preſtas veſtẽ? nõ ſit egritudo, quẽ viſitas? nõ ſit captiuitas, quẽ redimis? nõ ſit rixa, quẽ concordas? nõ ſit mors, quẽ ſepelis? In illo ſeculo futuro non erunt iſta mala, ergo nec iſta miniſteria.

In Lau. fit cõm. d oct. s. Laurẽ.

IN OCTAVA S. Laurentij. dup.

Ad veſp. oia dñr ſicut in j. veſ. diei. fol. 434. pter orõnẽ. Oro.

Excita dñe in eccleſia tua Spiritũ cui beatus Laurẽtius leuita ſeruiuit: vt eodẽ nos repleti, ſtudeamus amare quod amauit, ⁊ opere exercere quod docuit. Per dñm. in vnitate eiuſ. Deinde fit cõme. de oct. Aſſumptio. in vtriſqz veſp. ⁊ Laudib. Lectiones primi noct. de libro Scripture eo tpe occurrentis.

In ſecundo nocturno.

Ex tractatu Sancti Auguſtini epiſcopi in Iohannem. Le. iiij.

Certi ſumus fratres, qr oẽs q ſumus in corpore dñi, ⁊ manemus

maneam⁹ in illo, vt ⁊ ipſe maneat in nobis, in hoc ſeculo neceſſe habem⁹ vſq; in finē inter malos viuere: nō inter illos dico malos q̄ blaſphemāt Chriſtū: rari eni; iā; inueniunt q̄ lingua blaſphemāt, ſed multi q̄ vita. Neceſſe eſt ergo vt inter illos vſq; in finē viuamus. Sed quid eſt quod ait, Qui manet in me, ⁊ ego in illo? Quid: niſi quod martyres audiebant, Qui pſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. ℟. Quo ꝓgrederis. 435. Lectō v.

Quomodo manſit in illo ſanctus Laurētius, cuius hodie feſtū diē celebramus? Manſit vſq; ad tētationē, mā ſit vſq; ad tyrānicam interrogatione;: manſit vſq; ad peremptionem: parū eſt, vſq; ad immanē excruciationem manſit. Non eni; occiſus eſt cito, ſed cruciatus eſt. In igne diu viuere ꝑmiſſus eſt, immo non diu viuere ꝑmiſſus eſt, ſed tarde mori cōpulſus eſt. In illa ergo lenta morte, in illis tormētis, q̄ bene māducauerat, ⁊ bene biberat, tanq̄; illa eſca ſaginatus, ⁊ illo calice ebriatus tormenta non ſenſit. ℟. Noli me. 435. Lectio ſexta.

Dixerat autē; illi Syxtus martyr ſanctus, cui⁹ diem q̄nto ab hinc retro die celebrauimus, Noli mœrere fili, (ep̄s enim erat ille, iſte diacon⁹) Noli mœrere, inq̄t, ſequeris me poſt triduū. Triduu; aūt dixit: mediū inter diem paſſionis ſancti Syxti, ⁊ diem hodiernam paſſionis ſancti Laurentij, triduū eſt mediū. O conſolatio: nō ait: Noli mœrere fili, deſinet perſecutio, ⁊ ſaluus eris: ſed noli mœrere: quo ego pręcedo, tu ſequeris: nec conſecutio tua differtur: triduū medium erit, ⁊ mecum eris. Accepit oraculum, vicit diabolu;, peruenit ad triumphum. ℟. Beat⁹ Laurētius martyr. 435.

In tertio nocturno.

Hom. s. Iohā. Chryſoſt. L. vij.

Dulcis pręſens vita eſt, ⁊ multę plena voluptatis, nō tamē oībus, ſed ei q̄ terrenis rebus affigit. Quod ſiquis cęlum ſuſpiceret: ⁊ quę illic bona ſunt cōtemplaretur: ſtatim hęc cōtēneret tanq̄; nullius momēti. Na; ⁊ corporū pulchritudo, quoad pulchri⁹ nō deprehēditur, in admiratione habet: cum vero meli⁹ apparuerit, illa prior deſpicit. Quod ſi in illā pulchritudinem etiam nos inueri voluerimus, ⁊ cęleſtis regni ſpeciē conſiderare, cōfeſtim nos huius ſeculi vinculis diſſoluerimus. ℟. In craticula. 436. L. viij.

Vinculū nāq; eſt terrena ⁊ rerū affectio: a quo nos abducēs Chriſtus, quid dicat attēde: Qui amat animā ſuā, pdet eā, ⁊ q̄ odit aīam ſuā in hoc mūdo, in vitā ętērnā cuſtodit ea;. Simile ęnigmati hoc dictu; videt, non tamen eſt, ſed ſapientię ple-

Digitized by Google

plenum. Et quomodo, qui amat animam ſuam, perdet eam? Qui abſurdis eius cupiditatibus obtemperat, qui præter debitum ei indulget: quemadmoduz e contrario, qui odit eam in hoc mundo, cuſtodit eã, hoc eſt, q nõ paret ei cũ aliquid perperaz iubet. ℞. O Hippolyte. 436. Le. ix.

ET non dixit, qui nõ paret, ſed qui odit. Quemadmodum enim quos odio habemus, ne vocem quidem audire, nec vultum eorum videre æquo animo patimur: ita ⁊ anima, ſiquid præter Dei voluntatem nobis imperat, acriter reijcienda eſt. Cum enim iam de morte ad eos verba facturus eſſet, de morte videlicet ſua, ⁊ præuideret eorum triſtitiam, ⁊ examinationez, per exceſſum locutus eſt, inquiens. Quid dico, ſi mortem meam generoſe non feretis? niſi vos ipſi moriamini, nullum vos ſequetur emolumentum. Tu autem.

Die 18. F In veſp. cõ. ſ. Agapiti m. Orõ.

LAetetur Eccleſia tua deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs atqz eius precibus glorioſis, ⁊ deuota permaneat, ⁊ ſecura cõſiſtat. Per dominum noſtrum.

Die 18. F QVARTA DIE infra oct. Aſſũpt. B. Mariæ. De Canticis Canticorum. L. j.

ca. 4. QVã pulchra es amica mea, quaz pulchra es. Oculi tui columbarum, abſqz eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus: ⁊ ſterilis non eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, ⁊ eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſqz eo qđ intrinſecus latet. Sicut turris Dauid collũ tuũ, quæ ædificata eſt cũ propugnaculis: mille clypei pendẽt ex ea, oĩs armatura fortium. ℞. Vidi ſpecioſaz. 440. L. ij.

TOta pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Veni de Libano ſpõſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir ⁊ Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſpõſa, vulneraſti cor meũ, i vno oculorũ tuorũ, ⁊ in vno crine colli tui. Quaz pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſpõſa: pulchriora ſunt vbera tua vino, ⁊ odor vnguentorũ tuorũ ſuper omnia aromata. ℞. Sicut Cedrus. 441. L. iij.

FAuus diſtillans labia tua ſpõſa, mel ⁊ lac ſub lingua tua, ⁊ odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor turis. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorũ cum pomorũ fructib⁹. Cypri cũ nardo:

Digitized by Google

nardo: nardus, ⁊ crocus, fiſtula ⁊ cinnamomū cum vniuerſis lignis Libani: mirrha ⁊ aloe cum omnibus primis vnguētis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quę fluunt impetu de Libano. ℞. Quę eſt iſta. 441.

Ser. s. Johā. Damaſceni. L. iiij.

Iubilemus in arca domini Dei toto animo, ⁊ muri cadent Hiericontini, contrariarū, inquam, poteſtatum infeſtę munitiones. Cū Dauid exultemus ſpiritu. Arca enim domini hodie requieuit. Clamemus cum Gabriele, qui primum locū obtinet inter angelos: Aue, gratia plena, dominus tecū. Aue gaudij pelagus inexhauſtum. Aue vnicum moleſtiarum leuamen. Aue omnium cordis dolorum medicamentū. Aue ſancta virgo, per quam mors quidem fuit expulſa, vita autem introducta. ℞. Ornatam. 441. Lectio. v.

Tu vero, o ſacrorum ſepulcrorum ſacratiſſimū, poſt domini quidem ſepulcrū, quod vitę dedit principium, quod fuit fons reſurrectionis: tecum enim loquar tanquam cum animato: Ubi nam eſt aurum illud purū, quod manus apoſtolorum in te condiderunt? Ubi diuitię, quę conſumi nequeunt? Ubi nouum volumen, in quo ineffabiliter Deus verbum ſine manu inſcriptum fuit? Ubi abyſſus gratię? Ubi pelagus curationū? Ubi eſt deſiderabile illud Deiparę virginis corpus? ℞. Beatā me dicent. 441. Lectio ſexta.

Quid quęritis in ſepulcro eam quę ad cęleſtia tranſlata eſt tabernacula? cur a me cuſtodię rationes expoſcitis? Nō poſſum ego diuinis iuſſis reſiſtere. Sacroſanctum corpus mihi quoque ſanctitatem impertiuit, quod me precioſiſſimi vnguenti fragrantia repleuit, ⁊ diuinū tēplum effecit relictis ſindonibus, abijt raptū ſublime comitantib' angelis, archangelis, ⁊ omnibus cęleſtibus poteſtatibus. Nūc me circundant angeli, nūc diuina in me habitat gratia. Ego euaſi officina medicinę ęgrotantibus. Ego ſum fons perennis curationum: ego remedium aduerſus dęmones: ego ciuitas refugij omnibus ad me cōfugientibus. ℞. Beata es Maria virgo. 441.

Del hom. S. Auguſt. epi. L. vij.

Bene ergo Martha circa corporalem domini, quid dicam? neceſſitatem, an voluntatem? miniſtrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mor- Die
tali? In principio erat verbum, 23. A
⁊ verbum erat apud Deum, ⁊ Deus erat verbum. Ecce quod Maria audiebat. Verbum caro factum eſt, ⁊ habitauit in nobis. Ecce Martha cui miniſtrabat. Ergo Maria meliorem partem elegit, quę non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod ſemp manebit.

nebit, ideo nõ auferet ab ea. ℟. Diffuſa eſt gratia. 442. L. viij.

Circa vnũ autẽ Maria ſe voluit occupari. Jam tenebat, Mihi autem adherere Deo bonũ eſt. Sedebat ad pedes capitis noſtri. Quãto humilius ſedebat, tãto amplius capiebat. Cõfluit enim aqua ad humilitatẽ cõuallis: denatat de tumoribus collis. Nõ ergo dñs opus reprehendit, ſed munus diſtinxit. Circa multa es occupata, porro vnũ eſt neceſſariũ. Jam hoc ſibi Maria elegit. ℟. Beata es virgo. 442.

Pro S. Agapito mart. Lectio ix.

Agapitus Preneſtinus, quindecim annos natus, Aureliano Imperatore, martyrij cupidiſſimus, cum propter cõſtantiã religionis, Imperatoris iuſſu primum virgis ceſus, deinde in tetrum carcerem cõiectus eſſet, vt nihil omnino per quatuor dies guſtaret, e cuſtodia eſt eductus, et ardentibus carbonibus capiti eius impoſitis, Deo agens gratias, iterum affectus verberibus, nudus ita pedibus ſuſpenſus eſt, vt ingens fumus e ſubiecto igne os eius obrueret. Tum feruens aqua in eius ventrem effuſa eſt, maxilleque confracte. Quo tempore iudex, e tribunali lapſus, paulo poſt mortuus eſt. Ea re incenſo Imperatore, ſanctum iuuenem iubente feris obijci, cum ille nõ auderent attingere, Preneſte, ſecuri percuſſus eſt.

QVINTA DIE infra octa. Aſſump. B. M. vir. 19

De Canticis Canticorum. L. j.

Adiuro vos filie Jeruſalem, ſi inueneritis dilectũ meũ, vt nũcietis ei quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus cãdidus, et rubicũdus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum, come eius ſicut elate palmarum, nigre quaſi coruus: oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos aquarũ, que lacte ſunt lote, et reſidẽt iuxta fluenta pleniſſima. ℟. Vidi ſpecioſam. 440. L. ij.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum: vt ibi paſcatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. Pulchra es amica mea, ſuauis et decora ſicut Jeruſalem, terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipſi me auolare fecerũt. Capilli tui ſicut grex caprarum, que apparuerũt de Galaad. Dentes tui ſicut grex ouiũ, que aſcenderũt de lauacro, omnes gemellis fetibus, et ſterilis nõ eſt in eis. ℟. Sicut cedrus. 441. L. iij.

Vna eſt colũba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſue, electa genitrici ſue. Viderũt eam filie

Digitized by Google

lię Sion, & beatiſſimã prędica
erunt: reginę & cõcubinę, & lau
lauerũt eã. Quę eſt iſta quę p/
rediitur quaſi aurora cõſurgẽs;
ulchra vt luna, electa vt ſol, ter
ibilis vt caſtrorũ acies ordina/
a: Deſcẽdi in hortũ nucũ, vt vi
lerẽ poma cõuallũ, & inſpicerẽ
: floruiſſet vinea, & germinaſſẽt
iala punica. Neſciui: aia mea
õturbauit me, propter quadri/
as Aminadab. Reuertere, re/
ertere Sunamitis: reuertere,
euertere, vt intueamur te. ℟.
Quę eſt iſta, quę procedit. 441.
De ſer. s. Ioã. Damaſceni. l. iiij.

Ex antiqua accepimꝰ tradi/
tione, q. tempore glorioſę
ormitationis beatę virginis,
niuerſi quidẽ ſancti apoſtoli,
ui orbem terrę ad ſalutem gen/
ium percurrebant, momento tẽ
oris in ſublime elati cõuenerũt
Ieroſolymis: cũq; illic eſſent,
is viſio apparuit angelica, & au
ita eſt pſalmodia cęleſtium po/
ſtatum: & ſic cũ diuina gloria,
n manꝰ Dei ſanctã tradidit ani
iam. Eius autem corpus quod
Deum ſuſcepit, ineffabili quadã
atione, cum angelica, & apoſto/
ica hymnodia elatum, in loculo
uit depoſitũ Gethſemanę, quo
n loco angelorũ chorea, & hym
odia manſit tres dies perpetuos.
℟. Ornatam. 441. Lectio v.

Poſt tres autem dies ange/
lico cantu ceſſante, qui ad/
rãt apoſtoli (cũ vnꝰ Thomas,
qui abfuerat, poſt tertium diẽ ve
niſſet, & quod Deum ſuſceperat
corpus adorare voluiſſet) loculũ
aperuerunt, ſed omni ex parte ſa
crum eius corpus nequaquam
inuenire potuerũt. Cũ ea aũt tã/
tum inueniſſent, in quibus fue/
rat cõpoſitum, & ineffabili, q ex
iis proficiſcebaẽ eſſent odore re/
pleti, loculum clauſerunt. Eius
myſterij obſtupefacti miraculo:
hoc ſolum cogitare potuerunt,
quod cui placuit ex Maria vir/
gine carnem ſumere, & hominẽ
fieri, & naſci, cum eſſet Deus ver
bum, & dominus glorię, quique
poſt partum eius incorruptam
ſeruauit virginitatem: eidẽ etiã
placuit, & ipſius poſtquam mi/
grauit immaculatum corpus in/
corruptũ ſeruatum, tranſlatio/
ne honorare ante communem &
vniuerſalem reſurrectionẽ. ℟.
Beatam me dicent. 441. L. vj.

Aderãt tunc cum apoſtolis
ſanctiſſimus Timotheus,
primus epiſcopus Epheſiorũ, &
Dionyſius Areopagita: ſicut ip
ſe teſtaẽ in iis, quę de beato Hie/
rotheo, qui ipſe quoq; tunc ade/
rat, ſcripſit ad dictũ Timotheũ,
ſic dicens: Nã etiam apud ipſos
a Deo afflatos ſacrorũ antiſtites,
qñ nos quoq;, vt noſti, & multi
ex ſanctis noſtris fratribꝰ, ad cõ
tuendũ corpus, quod vitę prin
cipiũ dedit, & Deũ ſuſcepit, con/
ueniſſemus, (aderat autẽ & dñi
frater Iacobus, & Petrus, ſu/
prema,

prema, ⁊ antiquiſſima theologorū ſummitas) ⁊ viſo ſacro corpore placuit oībus, prout quiſq; poterat hymnis celebrare infinitam bonitatem diuinarum virtutū. ℟. Btā es Maria. 441.

De hom̄ s. Auguſt. epi. L. vij.

TRāſit labor multitudinis, ⁊ remanet charitas vnitatis, ergo quod elegit Maria, nō auferetur ab ea. A te aūt Martha, quod elegiſti, vtiq; hoc ſequitur, vtiq; hoc ſubintelligitur: a te, quod elegiſti, auferet: ſed bono tuo auferet: vt quod melius eſt, detur: auferetur enim a te labor, vt requies detur. Tu nauigas, illa iā in portu eſt. ℟. Diffuſa eſt gratia. 442. L. viij.

VIdetis ergo, cariſſimi, ⁊ quantū arbitror, iam intelligitis, in his duabus mulieribus que ambe fuerūt domino grate, ambe amabiles, ambe diſcipule: videtis ergo, ⁊ magnum aliquid intelligitis, quicunque intelligitis, quod audire ⁊ ſcire debetis, etiā qui non intelligitis, in his duab⁹ mulierib⁹ duas vitas eſſe figuratas, preſentem, ⁊ futuram: laborioſam, ⁊ quietā: erumnoſam, ⁊ beatam: temporalem, ⁊ eternā. ℟. Beata es virgo Maria. 442. Lectio nona.

QVe ſunt vite, de illis vos copioſi⁹ cogitate. Quid habeat hec vita, non dico mala, nō iniqua, nō nefaria, non luxurioſa, non impia, ſed laborioſa, erumnis plena, timoribus caſtigata, tētationibus ſollicitata, hanc ipſam innocentē vitā dico qualem decebat habere Martham. Hanc ergo quantū poteſtis inſpicite, ⁊ de hac, vt dixi, copioſi⁹ quam loquimur cogitate. Vita vero iniqua aberat ab illa domo: nec cū Martha erat, nec cū Maria: ⁊, ſi aliquādo fuit, domino intrante fugit. Tu autem.

¶ S. Bernardi abb. dup. orō. Interceſſio. 520. de cōi pſe. nō pōt. Deinde fit cōm. ꝺ oct. lcō. j. noct. legunt de libro Script. eo tpe occur. vt dictū eſt ī rub. ſabbathi añ dñicā iij. Aug. Le. iiij.

BErnardus, Fontanis in Burgundia honeſto loco nat⁹, adoleſcens propter egregiam formam vehementer ſollicitatus a mulieribus, nunquā de ſententia colēde caſtitatis dimoueri potuit. Quas diaboli tentationes vt effugeret, duos ⁊ viginti annos natus, familiam Ciſtercienſis ordinis, que tum ſanctitate florebat, ingredi cōſtituit. Quo Bernardi conſilio cognito, fratres ſummopere conati ſunt eum a propoſito deterrere, in quo ipſe eloquentior ac felicior fuit: nam ſic eos, alioſque multos in ſuam perduxit ſententiam, vt cum eo triginta iuuenes eandem religionem ſuſceperint. Monachus, ieiunio ita deditus erat, vt quoties

Digitized by Google

ties ſumēdus eſſet cibus, toties tormentum ſubire videretur. In vigilijs etiam & orationibus mirifice ſe exercebat, & Chriſtianam paupertatem colens, quaſi celeſtem vitam agebat in terris, ab omni caducarum rerum cura, & cupiditate alienā. R. Iſte eſt qui ante. 520. Lectio quinta.

Elucebat in eo humilitas, miſericordia, benignitas: cōtemplationi aūt ſic addictus erat, vt vix ſenſibus, niſi ad officia pietatis, vteretur: in quibus tamen prudentię laude excellebat. Quo in ſtudio occupatus, Genuenſium, ac Mediolanenſium epiſcopatus oblatos recuſauit, profeſſus ſe tanti officij munere indignum eſſe. Abbas factus Claraualenſis, multis in locis ędificauit monaſteria, in quibus pręclara Bernardi inſtitutio, ac diſciplina diu viguit. Romam profectus, ſanctorum Vincentij, & Anaſtaſij monaſterium extruxit, ei pręficiens abbatē illum, qui poſtea Eugenius tertius ſummus Pontifex fuit, ad quem etiam librum miſit, De conſideratione. R. Amauit. fo. 521. Lectio ſexta.

Multa pręterea ſcripſit, in quibus apparet eum doctrina potius diuinitus tradita, quam labore comparata inſtructū fuiſſe. In ſūma virtutū laude exoratus a maximis principibus de eoꝝ componendis cōtrouerſijs, & de eccleſiaſticis rebus cōſtituēdis, ſępius in Italiā venit. Innocētiū uē ſecundū Pōtificē Maximū in ↄſutādo ſchiſmate Petri Leonis, cum apud Imperatorē & Henricū Anglię regē, tum in concilio Piſis coacto egregie adiuuit, deniq; tres & ſexaginta annos natus obdormiuit in domino: ac miraculis illuſtris ab Alexandro tertio Papa inter ſanctos relatus eſt. R. Iſtē homo perfecit. fo. 521. In iij. noc. Hom. in euāg. Ecce nos reliq. 498. vt in cōi Aplo₴. R. vij. Iſte hō ab adoleſc. 421. R. viij. Sint lumbi veſtri. 421.

SEPTIMA DIE infra oct. Aſſump. b. M. virg. De Canticis Canticorum. L. j. Die 21. B ca. 7

Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorū? Quā pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis, filia principis? Iūcturę femorū tuorū ſicut monilia, q̄ fabricata ſunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nūquā indigens poculis. Venter tu⁹ ſicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreę. Collum tuū ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinę in Heſebon, q̄ ſunt in porta filię multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, q̄ reſpicit contra Damaſcum. Caput tuum vt Carmelus: & comę capitis tui

ſicut

ſicut purpura regis iuncta canali/
bus. ℟. Vidi ſpecioſam. 440. Lectio ii.

Quam pulchra es, ⁊ quam decora cariſſima in delicijs. Statura tua aſſimilata eſt palme: ⁊ vbera tua botris. Dixi, Aſcendam in palmam, ⁊ apprehendam fructus eius, ⁊ erunt vbera tua ſicut botri vinee: ⁊ odor oris tui ſicut odor malorum. Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijſque ⁊ dentibus illius ad ruminandum. ℟. Sicut cedrus. 441. Lectio tertia.

Ego dilecto meo, ⁊ ad me conuerſio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Mandragore dederunt odorem in portis noſtris omnia poma, noua ⁊ vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi. ℟. Que eſt. 441

Sermo s. Bernardi abb. Lectio iiii.

Virgo hodie glorioſa celos aſcendens ſuperiorum gaudia ciuium copioſis ſine dubio cumulauit augmentis. Hec eſt enim, cuius ſalutationis vox ⁊ ipſos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viſcera claudunt. Quod ſi paruuli necdum nati anima liquefacta eſt, vt Maria locuta eſt: quid putamus, quenam illa fuerit celeſtium exultatio, cum ⁊ vocem audire ⁊ videre faciem, ⁊ beata eius frui preſentia meruerunt? ℟. Ornatam. 441. Lectio v.

Sed ⁊ illud quis cogitare ſufficiat? quam glorioſa hodie mundi regina proceſſerit: ⁊ quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum celeſtium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum glorie canticis ſit deducta, quam placido vultu, quam ſerena facie, quam diuinis amplexibus ſuſcepta a filio, ⁊ ſuper omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, que tantum decuit filium. ℟. Beatam me dicent. 441. Lectio ſexta.

Felicia prorſus oſcula labijs impreſſa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verum nunquid non feliciora cenſebimus que ab ore ſedentis in dextera patris hodie in beata ſalutatione ſuſcepit, cum aſcenderet ad thronum glorie, epithalamium canens, ⁊ dicens, Oſculetur me oſculo oris ſui? Chriſti generationem, ⁊ Marie aſſumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratie in terris adepta eſt pre ceteris, tantum, ⁊ in celis obtinet glorie ſingularis. ℟. Beata es Maria, que dominum. folio. 441.

Omelia S. Auguſt. epi. Lectio vii.

Remanſerunt ergo in illa domo, que ſuſceperat dominum in duabus feminis due vite, ambe innocentes; ambe laudabiles:

Digitized by Google

dabiles: vna laborioſa, altera ocioſa: nulla facinoroſa, nulla deſidioſa: ambę innocentes, ambę, inquam laudabiles: ſed vna laborioſa, altera ocioſa: nulla facinoroſa, quam cauere debet laborioſa: nulla deſidioſa, quam cauere debet ocioſa. ℟. Diffuſa eſt gratia. 442. Lectio octaua.

Erát ergo in illa domo iſtę duę vitę, & ipſe fons vitę. In Martha erat imago pręſentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi ſumus: quod agebat Maria, hoc ſperamus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Nam quid inde habemus inquantum habemus? quandiu hic ſumus, quantum eſt quod inde habemus? Nam & modo inde aliquid agimus remoti a negocijs, ſepoſitis familiaribus curis conueniſtis, ſtatis, auditis. ℟. Beata es virgo. 442. Lectio nona.

Inquantum autẽ hoc agitis, Marię ſimiles eſtis: & facilius vos intenditis quod agit Maria, quam ego qui pręrogo. Siquid tamen dico, Chriſti eſt. Ideo vos paſcit, quia Chriſti, quia panis communis eſt, vnde & ego vobiſcum viuo. Nunc autem viuimus, ſi vos fratres ſtatis in domino: Nolo, in nobis: ſed in domino: quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

IN OCTAVA Aſſumpt. B. Marię virg. dup. Die 22. L

Ad veſp. oĩa vt in j. Veſp. feſti. Deinde fit cõm. ſſ. m. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani. Oro.

Auxilium tuum nobis domine, quęſumus, placatus impende: & intercedentibus beatis martyribus tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphoriano, dexteram ſuper nos tuę propitiationis extende. Per dominum noſtrũ.

De Canticis Canticorum. L. j.

Quę eſt iſta, quę aſcẽdit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuũ? Sub arbore malo ſuſcitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculũ ſuper brachiũ tuũ, quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus ęmulatio: lãpades eius, lãpades ignis atq; flãmarũ. ℟. Vidi ſpecioſã. 440. L. ij. ca. 8.

Aquę multę non potuerũt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit homo omnẽ ſubſtãtiã domus ſuę pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eã. Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet, quid faciemus ſorori noſtrę in die quando alloquẽda eſt? Si murus eſt, ędificemus ſuper eũ propugnacula argentea: ſi oſtiũ eſt, cõpingamus illud tabulis cedrinis. ℟. Sicut cedrus. 442. L. iij.

Digitized by Google

EGo murus, ⁊ vbera mea ſi
cut turris: ex quo facta ſuꝫ
coram eo quaſi pacem reperiens.
Vinea fuit pacifico in ea quę ha
bet populos: tradidit eam cuſto
dibus, vir affert pro fructu eius
mille argenteos, vinea mea corã
me eſt. Mille tui pacifice, ⁊ ducẽ
ti his, qui cuſtodiũt fructus eius.
Quę habitas in hortis, amici
auſcultant, fac me audire vocem
tuam. Fuge dilecte mi, ⁊ aſſimi-
lare capreę, hinnuloque ceruo-
rum ſuper montes aromatum.
℟ Quę eſt iſta. folio 441.
Ser. 8. Bernardi abbatis. L. iiij.

TEmpus loquendi eſt omni
carni cum aſſumitur incar-
nati verbi mater in cęlum: nec
ceſſare debet a laudibus huma-
na mortalitas, cum hominis ſo-
la natura ſupra immortales ſpi-
ritus exaltatur in virgine. Sed
de eius gloria nec ſilere deuotio
patitur, nec dignum aliquid ſte-
rilis concipere cogitatio, aut in-
erudita poteſt locutio parturire.
Hinc eſt, quod ⁊ ipſi cęleſtis cu-
rię principes, in conſideratione
tantę nouitatis clamant non ſine
admiratione. Quę eſt iſta quę
aſcendit de deſerto delicijs afflu-
ens? ℟. Ornatam. 441. L. v.

QUę eſt iſta: quę de ſub ſo-
le (vbi nihil eſt, niſi labor,
⁊ dolor, ⁊ afflictio ſpiritus) aſcẽ
dit delicijs ſpiritualibus afflũẽs?
Quidni delicias dixerim virgi-
nitatis decus cum munere fęcũ-
ditatis, humilitatis inſigne, di-
ſtillantem charitatis fauum, mi-
ſericordię viſcera, plenitudinẽ
gratię, prerogatiuam glorię ſin
gularis? Aſcendẽs igitur de de-
ſerto regina mundi, etiam ange-
lis ſanctis vt canit eccleſia, ſpe-
cioſa facta eſt, ⁊ ſuauis in delicijs
ſuis. ℟. Beatã me. 441. L. vi.

ECce quibus poſſumus vo
cibus aſcendentẽ te ad filiũ
deducimus, ⁊ proſequimur, ſal-
tẽ a longe, virgo benedicta. Sit
pietatis tuę, ipſam quam apud
Deum gratiam inueniſti notã
facere mundo, reis veniam, me-
delã ęgris, puſillis corde robur,
afflictis conſolationem, pericli-
tantibus adiutorium, ⁊ liberatio-
nem ſanctis tuis precibus obti-
nendo. In hac quoqꝫ die ſolẽni-
tatis ⁊ lętitię, dulciſſimum Ma-
rię nomen cũ laude inuocantibꝰ
ſeruulis, per te regina clemens,
gratię ſuę munera largiatur Je
ſus Chriſtus filiꝰ tuus dñs no-
ſter, q̃ eſt ſup̃ oĩa benedictꝰ i ſęcu
la. Amẽ. ℟. Beata es Ma. 441
Lcõ 5. euãg. ſꝫ Lucã. Lcõ vij.

IN illo tẽpore: Intrauit Je c.
ſus in quoddã caſtellum, ⁊
mulier quędã Martha noĩe ex-
cepit illum in domũ ſuã. Et rel.
Homilia S. Bernardi abbatis.

QUid introiſſe eũ dicimus
in caſtellum? etiã in angu
ſtiſſimum virginalis vteri diuer
ſorium introiuit. Deniqꝫ ⁊ mu-
lier quędã excepit illũ in domũ
ſuam,

Digitized by Google

ſuá. Felix mulier, cuius domus, Saluatore ſuſcepto, inuenta eſt munda quidem, ſed plane non vacua. Quis enim vacuá dixerit, quá ſalutat angelus gratia plenam? nec hoc ſolum, ſed adhuc quoq; in eam ſuperuenturum aſſerit Spiritum ſanctum. Ad quid putas, niſi vt etiá ſuperimpleat eá? ad qd, niſi vt adueniéte iá ſpiritu plena ſibi eodem ſuperueniéte, nobis quoq; ſuperplena, & ſuperfluens fiat? ℟. Diffuſa eſt. 444. Lectio viij.

Intret ergo domú Saluator, & frequenter viſitet eá quá pęnités Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet interne dedita contemplationi. Sed forte curioſus quiſquá requirat, cur in pręſenti euágelica lectione nulla prorſus Lazari métio fiat? Arbitror ſane, ne id quidem a propoſita ſimilitudine diſſidere. Virginalem etenim domú intelligi volens ſpiritus, ſiluit non incongrue pęnitentiam, quę malum vtiq; comitat. Abſit enim, vt proprij quicquá inquinamenti domus hęc aliquando habuiſſe dicatur, vt in ea proinde ſcopa Lazari quęreret. ℟. Beata es Ma. 444.

Pro ss. mar. Timotheo, Hippolyto & Symphoriano. L. ix.

Timotheus Antiochenus, Romam veniés, Milciade ſummo Pótifice, cú per annum ibi Chriſti fidé prędicaſſet, a Tarquinio Vrbis pfecto cóijcit in vincula, & poſt diuturnas carceris ęrumnas ad idola perducitur, vt eis ſacrificet: quá impietaté ſumma libertate deteſtatus, acerbiſſime cędit, & excarnificatus corpus viua calce perfunditur. In quibus, alijsq; ſupplicijs, cóſtans martyr capite plectitur. Corpus via Oſtiéſi prope ſepulcrum beati Pauli ſepelitur. Quo die etiá Alexandro Imperatore apud Oſtiá Tiberinam martyrio coronatus eſt Hippolytus presbyter. Quo in martyrio pręſentes Chriſtianos hortabatur, vt fidem, quá a Petro & Paulo traditam, & a ceteris deinceps ſanctis patribus acceptam, Romana coleret Eccleſia, conſtanter retinerent. Quo item die Aurelio Imperatore, propter eandem fidem Auguſtuduni Symphorianus adoleſcens varie tortus eſt: qui dum ad vltimum ſupplicium duceretur matrem ita clamantem audiens: Nate, nate, memento ęternę vitę, cęlum ſuſpice, & ibi regnanté intuere, tibi enim vita non eripitur, ſed mutatur in melius: fortiter Ieſu Chriſti cauſa carnifici collum prębuit.

¶ Sequens feſtum ſancti Bartholomęi celebretur ſecundum conſuetudinem locorum 24. vel 25. die Auguſti. Romę autem celebratur die 25. cum cóme. & ix. lect. S. Ludouici vt infra.

Digitized by Google

¶ In vig. s. Bartholomei apli. Hom. in euāg. Hoc eſt precepꝰ. 597 De cōi Aploꝝ, ⁊ Oro. Da q̄ſumus. 492. d eod. cōi.

Die 24 ¶ In feſto S. Bartholomei Apli. dup. Ad Veſperas. Oro.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui huius diei venerandā ſanctamq; letitiā in beati apoſtoli tui Bartholomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſie tue, queſumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ p̄dicare quod docuit. Per dominum.

In j. noct. Lco. de epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Corinthios. Sic nos exiſtimet. 494 vt in cōmuni Apoſtolorum. Lect. iiij.

Bartholomeus apoſtolus Galileus, cum in Indiam citeriorem, que ei in orbis terrarum ſortitione ad predicanduꝫ Jeſu Chriſti euangelium obuenerat, progreſſus eſſet, aduentū dñi Jeſu iuxta ſancti Matthei euangeliū illis gentibus predicauit. Sed cum in ea prouincia plurimos ad Jeſum Chriſtum conuertiſſet, multos labores calamitateſq; perpeſſus, venit in maiorem Armeniam. R. Vidi coniunctos. 495. Lectio v.

Ubi Polemonem regem, ⁊ coniugeꝫ eius, ac preterea duodecim ciuitates ad Chriſtianam fidē perduxit. Que res in eum magnam inuidiam cōcitauit illius gentis ſacerdotum: nam vſque adeo Polemonis regis fratrem in apoſtolum incenderūt, vt is viuo Bartholomeo pellem crudeliter detrahi iuſſerit, ac caput abſcidi: quo in martyrio animaꝫ deo reddidit. R. Beati eſtis. fo. 496. Lectio vi.

Eius corpus Albani, que eſt vrbs maioris Armenie vbi is paſſus fuerat, ſepultū eſt: quod poſtea ad Lyparā inſulaꝫ delatū, inde Beneuentum tranſlatum eſt, poſtremo Romam ab Othone ſecundo Imperatore, Gregorio quinto Pontifice maximo, portatū in Tiberis inſula, in eccleſia eius noīe Deo dicata collocatū fuit. Agitur autē Rome dies feſtus octauo Calendas Septembris, ⁊ per octo conſequentes dies, illa baſilica, magna populi frequentia celebratur. R. Iſti ſunt triumphat. 496. Lcō s. euāg. ſm̄ Lucam. L. vij.

In illo tempore: Exijt Jeſus in monteꝫ orare, ⁊ erat pernoctans in oratione Dei: ⁊ cum dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos. Et reliqua. Homilia s. Ambroſij epiſcopi.

Omnes magni homines ſublimes montem aſcendūt: non enim cuicunque propheta dicit: Aſcende in montem excelſum, qui euangelizas Sion: Exalta in virtute vocē tuā, qui euangelizas Jeruſalem, non veſtigijs corporalibus, ſed factis ſublimioribus in hunc montē ſi aſcēdas,

das, ſequeris Chriſtum, vt ipſe eſſe mons poſſis. Montes enim in circuitu eius. Quęre in euangelio: inuenies ſolos cum domino montem aſcendiſſe diſcipulos. Orat ergo dominus, non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret. Nam etſi poſuerit omnia pater in poteſtate filij: filius tamen, vt formam hominis impleret, obſecrandum patrem putat eſſe pro nobis, quia aduocatus eſt noſter. ℞. Iſti ſunt qui viuẽtes. 497. Lectio viij.

Et erat, inquit, pernoctans in oratione Dei. Species tibi datur, forma pręſcribitur, quã debẽas ęmulari. Quid enĩ te pro ſalute tua facere oportet? quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat. Quid te facere conuenit, cum vis aliquod officiũ pietatiſ adoriri? quãdo Chriſtus miſſurus apoſtolos orauit prius, ⁊ ſolus orauit. Nec vſquã alibi, ſi non fallor, oraſſe cũ apoſtolis reperit: vbiq; ſolus obſecrat. ℞. Iſti ſũt viri. 497 L. ix.

Vocauit, inquit, diſcipulos ſuos: ⁊ elegit duodecim ex ipſis, quos ad propagandũ auxiliũ ſalutis humanę per terrarum orbem ſatores fidei deſtinaret. Simul aduerte cęleſte conſilium: nõ ſapientes aliquos, non diuites, non nobiles, ſed piſcatores ⁊ publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxiſſe prudẽtia, ne redemiſſe diuitijs, ne potentię nobilitatiſq; auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuã gratiam videretur: vt veritatis ratio, nõ diſputationis gratia pręualeret.

C S. Ludouici confeſſo. Ora. Die 25. F

Deus, qui beatum Ludouicũ confeſſorem tuum, de terreno ac temporali regno, ad cęleſtis, ⁊ ęterni regni gloriã transtuliſti: eius quęſumus meritis, ⁊ interceſſione regis regũ Ieſu Chriſti filij tui, nos cohęredes efficias: ⁊ eiuſdem regni tribuas eſſe conſortes. Per eundem dominum.

Vbi vero feſtum Sancti Bartholomęi celebratur hodie, de hoc feſto fit tantum commemo. ⁊ ex duabus ſequentibus lectionibus, fit nona lectio. Lectio ij.

Ludouicus, Gallię rex duodecim annos natus, patre amiſſo, ⁊ in Blanchę matris ſanctiſſima diſciplina educatus, cũ vigeſimum annum attingeret, in morbum incidit: quo tempore cogitauit de recuperanda poſſeſſione Ieroſolymorum. Quamobrem vbi conualuiſſet, vexillum ab Epiſcopo Pariſienſi accepit, deinde mare cum ingenti exercitu traijciens, primo pręlio Saracenos fugauit. Sed cum ex peſtilentia, magna militum multitudo perijſſet: victus ipſe, captiuſque eſt. Rebus poſtea cum Saracenis compoſitis, liber rex, exercituſque dimittitur

miniſ: itaqꝫ Aconē profectus, in ea vrbe multos Agarenorū ad Chriſti fidem cōuertit, pręterea aliquot Chriſtianorum vrbes refecit ſuis ſumptibus. Lec. iij.

Interea mater eius migrat e vita: quare domum redire cogitur, vbi totū ſe dedit pietatis officijs, nam multa ędificauit ꝛ monaſteria ꝛ pauperū hoſpitia: beneficētia egentes ſubleuabat: frequens viſebat ęgrotos: quibus ipſe non ſolum ſuis ſumptibus omnia ſuppeditabat, ſed etiā, quę opus erāt manibus miniſtrabat: veſtitu vulgari vtebatur, cilicio ac ieiunio corpus aſſidue affligebat. Sed cū iterū tranſmiſiſſet, bellum Saracenis illaturus, iamqꝫ caſtra in eorum cōſpectu poſuiſſet, peſtilētia deceſſit in illa oratione, Introibo in domum tuā, adorabo ad templū ſanctū tuum, ꝛ confitebor nomini tuo. Eius corpus poſtea Lutetiam Pariſiorum tranſlatum eſt: ipſe clarus miraculis a Bonifacio octauo in ſanctorū numerum eſt relatus.

Die 26 B ¶ S. Zephyrini pp. ꝛ m. Oro.

PReſta, qs omnipotēs Deus: vt beati Zephyrini martyris tui, atqꝫ Pōtificis, cuius gaudemus meritis, inſtruamur exemplis. Per dñm noſt. Lectio iij.

ZEphyrinus Romanus, q Seuero Imperatore rexit eccleſiā, ſanciuit, vt qui ordinatidieſſent opportuno tēpore multis pręſentibus clericis, ꝛ laicis de more ſacris initiarentur: doctiqꝫ ac ſpectatę vitę homines ad id officiū munus deligerentur. Decreuit pręterea vt rem diuinā facienti epiſcopo ſacerdotes omnes aſtarent. Idem inſtituit, vt Patriarcha, Primas, ꝛ Metropolitanus, aduerſus epiſcopum non ferant ſententiam niſi apoſtolica auctoritate fulti. Vixit in pontificatu annos nouē, menſes ſeptē, dies decē. Habuit ordinationes ſeptē mēſe Decēbri, qbus creauit epiſcopos tredecim, presbyteros quatuordecim, diaconos ſeptē. Antonino Imperatore, martyrio coronatus eſt, ꝛ ſepultus via Appia ꝓpe cœmeterium Calliſti, ſeptimo Calēdas Septēbris. Tu autē.

Die 27. A

¶ In feſto s. Auguſtini epi, cf. Die 28 A
ꝛ Eccle Doct. dup. Ad Mag.
Aña. O doctor opti. 514. Oro.



ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotēs deus ꝛ quibus fiduciā ſperandę pietatis indulges intercedēte beato Auguſtino confeſſore tuo, atque pontifice, conſuetę miſericordię tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū.

¶ Cōme.

Digitized by Google

Cõme. s. Hermetis mr. Oro.

Deus, qui beatũ Hermetẽ, martyrem tuũ, virtute conſtantię in paſſione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, ⁊ nulla eius aduerſa formidare. Per dominum no.

In iij. noct. Lec. Sapientiã. 119. de communi Doct. Lectio iiij.

Auguſtinus, Tagaſtę in Africa honeſtis parẽtibus natus, ac puer docilitate ingenij ęquales longe ſuperans, breui omnibus doctrina antecelluit. Adoleſcẽs, alienus a Chriſtiana religione Mediolanũ ſe contulit: vbi cũ frequens Ambroſij Mediolanẽſis epiſcopi eſſet auditor, eius opera incẽſus ſtudio Chriſtianę fidei, circiter trigeſimũ annũ agẽs, ab ipſo baptizatur. Reuerſus in Africã cũ religione vitę ſanctimoniam cõiungẽs, a Ualerio, notę ſanctitatis, epõ Hipponẽſi, p̃ſbyter factus eſt: quo tpe familiã inſtituit religioſorũ: qbus cũ victu cõi eodẽque cultu vtẽs, eos ad apoſtolicę vitę, doctrinęq; diſciplinã diligẽtiſſime erudiebat: ſed cũ vigeret Manichęorũ hęreſis, in qua etiã ipſe aliquãdiu fuerat, vehemẽtius i illã inuehi cępit. Fortunatũq; hęreſiarchã cõfutauit. ℟. Inueni Dauid. 415. L. v.

Hac Auguſtini pietate cõmotus Ualerius, eum adiutorẽ adhibuit epiſcopalis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil cõtinentius. Lectus ac veſtitus moderatus, vulgaris mẽſa, quã ſemp̃ ſacra vel lectione vel diſputatione cõdiebat. Tãta benignitate fuit in pauperes: vt, cũ nõ eſſet alia facultas, ſacra vaſa frãgeret ad eoꝝ inopiã ſuſtentãdã. Fœminarũ, ⁊ in eis ſororis, ⁊ fratris filię cõtuberniũ, familiaritatẽq; vitauit: quippe, q diceret, etſi propinquę mulieres ſuſpectę nõ eſſent, tamẽ quę ad eas ventitarẽt, poſſe ſuſpicionẽ efficere. Nullũ finẽ fecit prędicãdi Dei verbũ niſi graui morbo oppreſſus. Hęreticos inſectatus ⁊ corã, ⁊ ſcriptis, ac nullo loco paſſus cõſiſtere, Africam a Manichęorũ, Donatiſtarũ, Pelagianorũ, multorumq; pręterea hęreſeos errore liberauit. ℟. Poſui adiutorium. 415. Le. vj.

Tam multa pie, ſubtiliter, ⁊ copioſe ſcripſit: vt Chriſtianam doctrinã maxime illuſtrarit. Quẽ in primis ſecuti ſunt, q poſtea theologicã diſciplinam via, ⁊ ratione tradiderunt. Uãdalis Africam bello vaſtãtibus, ⁊ Hipponẽ tertiũ iam menſem obſidentibus, in febrim incidit. Itaq; cũ diſceſſus e vita ſibi inſtare intelligeret, pſalmos Dauid, qui ad pęnitentiã pertinent in ꝯſpectu poſitos profuſis lacrymis legebat. Solebat aũt dicere neminẽ etſi nullius ſceleris ſibi

conſcius eſſet, committere debe-
re, vt ſine pęnitentia migraret e
vita. Ergo ſenſibus integris, in
oratione defixus, aſtātibus fra-
tribus, quos ad charitatē, pieta-
tē, virtuteſq; oēs erat adhorta-
tus, migrauit in cęlum. Vixit
annos ſeptuaginta ſex, in epiſco
patu ad quadraginta. Cui' cor
pus primū in Sardiniam dela-
tum, deinde a Leoprando Lon
gobardorum rege magno pcio
redēptū, Ticinum tranſlatum
eſt, ibiq; honorifice conditum.
℟. Iſte eſt qui ante. fol. 516.
Lec. iij. noc. Hom. i euāg. Vos
eſtis ſal terrę. 519. vt in cōi doc.
Ad Laudes fit cōm. S. Herme
tis m̄. vt ſup. Ad Veſperas
a Capitulo oīa de ſequēti feſto.

Die 29. C ¶ In Decollatione S. Iohan.
Baptiſtę. dupl. Cap. Hy'. & ℣.
de cōi vnius marty. folio. 501.
Ad Mag. Añ. Miſſo Hero-
des ſpiculatore, pcepit amputa
ri caput Iohānis i carcere: quo
audito, diſcipuli eius venerunt,
& tulerunt corpus eius, & poſue
runt illud in monumēto. Orō.



Sancti Iohānis Baptiſtę, pręcurſoris, & martyris tui, quęſumus dn̄e, veneranda feſtiuitas, ſalutaris auxilij nobis nobis pręſtet effectum. Qui vi.

Deinde fit cōme. s. Auguſtini.
Poſtea s. Sabinę marty. Orō.
D.e'q iter. 515. d cōi ss. mulierū.
¶ Ad Matu. Inuit. & reliqua
ter Feria j. noct. dn̄r de cōi vnius
marty. 501. In j. noct. lcōnes
Ieremię prophetę poſitę in Na
tiuita. S. Iohan. menſe Iunio.
Verba Ieremię. 473. ℟.
Miſit Herodes rex manus, ac
tenuit Iohannem, & vinxit eum
in carcere, quia metuebat eum
propter Herodiadem. Quam
tulerat fratri ſuo Philippo vxo
rem. ℣. Arguebat Herodem
Iohānes propter Herodiadem.
Quam. ℟. Iohānes Bapti-
ſta arguebat Herodem propter
Herodiadem, quam tulerat fra
tri ſuo viuenti vxorem. ℣. Miſ
ſo Herodes ſpiculatore, pręce-
pit amputari caput Iohannis
in carcere. Propter. ℟. Puel
lę ſaltanti imperauit mater. Ni
hil aliud petas, niſi caput Io
hānis. Et cōtriſtatus eſt rex pro
pter iuſiurādū, & pp ſimul diſcū
bentes. ℣. Ait puella matri ſuę.
Quid petam? At illa ait. Nihil.
Ex libro S. Ambroſij epiſcopi
de virginibus. Lectio quarta.
QVoniam beati Iohannis
Baptiſtę non ſtrictim pręter-
eunda eſt recordatio: intereſt
vt, quis, & a quibus, & quam ob
cauſam, quomodo, & quo tem
pore ſit occiſus, aduertere de
beamus. Ab adulteris iuſtus
occiditur, & a reis in iudicem
capitalis

Digitized by Google

capitalis ſceleris pena cõuerti-tur. Deinde premium ſaltatricis mors eſt prophete. Poſtremo (quod etiã omnes barbari hor-rere conſueuerunt) inter epulas atque conuiuia conſummande crudelitatis profertur edictum, ⁊ a conuiuio ad carcerẽ, de car-cere ad conuiuium feralis flagi-tij circunfertur obſequiũ. Quã-ta in vno facinore ſunt crimina?
℟. Juſtus germinabit. 501. ⁊ que ſequuntur, per ordinẽ de communi vnius marty. Lec. v.

Quis non, cum e conuiuio ad carcerem curſari vide-ret, putaret prophetam iuſſum eſſe dimitti? Quis inquam, cum audiſſet natalem eſſe Herodis, ſolemne conuiuiũ, puelle optio-nem eligendi quod vellet datã, miſſum ad Johannem ob ſolu-tionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs: quid cum funeribus voluptati? Ra-pitur ad penam propheta conui-uiali tempore, conuiuiali prece-pto, quo non cuperet vel abſol-ui: perimitur gladio, caput eius affertur in diſco. Hoc crudeli-tati ferculũ debebatur, quo in-ſatiata epulis feritas veſceretur.
℟. Iſte cognouit. 502. L. vj.

Intuere Rex acerbiſſime tuo ſpectacula digna cõui-uio. Porrige dexteram, ne quid ſeuitie tue deſit, vt inter digi-tos tuos riui defluant ſacri cruo-ris. Et quoniam non exaturari epulis fames, non reſtingui poculis potuit inaudite ſeuitie ſitis, bibe ſanguinẽ ſcaturientibus adhuc venis exacti capitis pro-fluentem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes, auerſan-tes cõſpectũ deliciarũ. Clauduu-tur lumina non tam mortis ne-ceſſitate, quam horrore luxurie. Os aureum illud exangue, cu-ius ſententiam ferre non pote-ras, conticeſcit, ⁊ adhuc timetur.
℟. Honeſtum fecit illum. 503. Lectio ſancti euangelij ſecundũ Marcum. Lectio ſeptima.

In illo tempore: Miſit Here-rodes ac tenuit Johannẽ, ⁊ vinxit eum in carcere pro-pter Herodiadem vxorẽ Phi-lippi fratris ſui, quia duxerat eam. Et reliqua. ca. 6

Homilia S. Auguſtini epiſcopi.

Cum ſanctum euangeliũ legeretur, crudele ſpecta-culum ante oculos noſtros con-ſtitutum eſt. Caput ſancti Jo-hannis in diſco, feralis miſſus crudelitatis, propter odium ve-ritatis: puella ſaltat, ⁊ ſeuit ma-ter, ⁊ inter delicias ⁊ laſciuias cõuiuantiũ temere iuratur: ⁊ im-pie quod iuratur, impletur. Fa-ctũ eſt Johãni quod ipſe p̄dixe-rat: Illũ oportet creſcere, dixe-rat de dño, me autẽ minui. Iſte minutus eſt in capite, ille creuit in cruce. Odiũ peperit veritas. Nõ potuit equo animo tolerari, quod homo Dei ſanctus mone-

 bat

bat, qui vtiqȝ ſalutē eorū que/
rebat quos ſic monebat. Reſpō/
derunt illi mala pro bonis. ℟.
Deſiderium. 503. Lectio viij.

QUid enim ille diceret, niſi quo plenus erat? ⁊ quid illi reſponderent, niſi quo pleni erant? Ille triticum ſeminabat, ſed ſpinas inuenit, dicebatqȝ regi: Nō licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat regem libido, tenebat apud ſe prohibitam vxorem fratris ſui. Sed eum tamen ſic habebat vt non ſeuiret. Honorabat eum, a quo verum audiebat: ſed deteſtabilis mulier odium concipiebat, quod aliquando dato tempore pareret: quando autem parturijt, peperit filiam, filiam ſaltatricem. ℟. Stola iucunditatis. fo. 503.

Pro S. Sabina martyre. Le. ix.

SAbina mulier Romana, Valentini viri clariſſimi vxor, a Seraphia virgine Chriſtiane fidei p̄ceptis inſtituta, poſt ſancte virginis martyriū collectas eius reliquias pijs exequijs ſepeliuit. Quam ob cauſam paulo poſt Adriano Imperatore cōprehēſa, Elpidio iudici ſiſtitur, Cui is: Tu ne illa Sabina, ⁊ genere ⁊ matrimonio nobiliſſima? At illa. Sū, inquit: ſed dn̄o meo Jeſu Chriſto gratias ago: qui me interceſſione Seraphie, famule ſue, e demonū poteſtate liberauit: Quā varie tentarat, vt propoſitum mutaret, cum a fidei cōſtantia mouere non poſſet Prefectus: pronunciata ſententia q̄ Deos contemneret, capitis dānauit. Eius corpus a Chriſtianis in eodem ſepulcro conditum eſt, in quo ipſa magiſtram fidei ſue Seraphiam poſuerat.

Ad laudes, ⁊ p̄ Horas. Aīa.

HErodes enim tenuit, ⁊ ligauit Johannem, ⁊ poſuit in carcerem propter Herodiadem. ps. Dn̄s regnauit. 8. cum rel. Aīa. Domine mi rex, da mihi in diſco caput Johannis Baptiſte. Aīa. Puelle ſaltanti imperauit mater: nihil aliud petas, niſi caput Johannis. Aīa. Arguebat Herodē Johannes propter Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo Philippo vxorem. Aīa. Da mihi in diſco caput Johānis Baptiſte: ⁊ contriſtatus eſt rex propter iuſiurandū. Cap. Beatus vir q̄ ſuffert. 501. Hymnus Martyr dei. 504. ℣. Juſtus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Aīa. Miſſo Herodes. folio. 451.

Ad Horas, omnia de communi vnius martyris preter orationē.

Ad Veſperas. Aīa. Herodes/ cum reliquis de Laudibus. Pſal. Capit. Hymni, ⁊ verſic. de cōmuni vnius martyris.

Ad Magnificat. Antiphona. Miſit rex incredulus miniſtros deteſtabiles: ⁊ amputari iuſſit caput Johannis Baptiſte.

Digitized by Google

SS. Felicis & Adaucti m̄. orō.

Die 30 D Maieſtatē tuā, dn̄e, ſupplices exoramus: vt ſicut nos iugiter ſāctorum tuorū cōmemoratione lętificas; ita ſemper ſupplicatione defendas. Per do. L. iij.

Felix, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, propter ſuſceptā Chriſti religionem cōprehenſus, in Serapidis templum adductus eſt. Cui ſacrificare cum iuberetur, os ſimulacri cōſpuit. Quo facto, ſtatim ęrea ſtatua corruit. Quod cū iterum, ac tertio in ęde Mercurij, Dianęq; factū eſſet, impietatis, & magicę artis accuſatus, equuleo torquetur. Mox ad ſcd̄m ab vrbe lapidē via Oſtienſi ducit, vt ſecuri feriretur. Cui inter viā oblatus quidā Chriſtianus, cū Felicē agnoſcens ad martyriū duci videret, ego quoq; clara voce, inquit, eadē qua iſte lege viuo, ego eundem Ieſum Chriſtū colo. Itaque Felicem oſculatus, cum eo ſecuri percutitur, tertio Calendas Septembris, cuius nomen cum ignotum eſſet Chriſtianis, is Adaucti nomine nobilitatus eſt, quod ad martyrij coronam augeri voluerit.

Die 31. E.

FESTA SEPTEMBRIS.

Offm̄ Defunct. i. die nō imped.

Die 1. F C Pro S. Aegidio Abba. Orō. Interceſſio nos. de cōi cōfe. nō pontif. 520. Deinde fit cōmemorat. Sanctorum martyrum duodecim fratrum. Oratio.

Fraterna nos dn̄e martyrū tuorū corona lętificet: quę & fidei noſtrę prębeat incremēta virtutū, & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per dominū noſtrum Ieſum Chri. Lectio iij.

Aegidius Athenienſis, regię ſtirpis, a prima ętate diuinis literis, & charitatis officijs ita deditus fuit, vt nihil pręterea curare videret. Itaq; parētibus mortuis, totū patrimonium in pauperes erogauit: quinetiā tunicam exuit, vt ęgrotum egentē tegeret, qua ille indutus, ſtatim conualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens ſui nominis celebritatem, Arelate ad beatum Cęſariū cōtendit: a quo poſt biennium diſcedens, receſſit in eremū: vbi diutius herbarum radicibus, & ceruę lacte, q̄ ſtatis ad eū horis veniebat, admirabili ſanctitate vixit: Quę cerua, inſequentibus quodā die canibus regijs, cum in antrum Aegidij refugiſſet, Gallię regē impulit, vt ab eo ſummis precibus peteret, vt in loco ſpeluncę monaſterium extrui pateretur. Cuius adminiſtrationem, flagitante rege, inuitus ſuſcepit, eoq; munere aliquot annis prudēter, pieq; geſto, migrauit in cęlum.

Die 2. G. Die 3. A. Die 4. B. Die 5. C. Die 6. D. Die 7. E.

Natiui-

Digitized by Google

Die 8. F NATIVITAS BEATAE Mariæ virginis. Dupl.

Ad Veſperas. Antiphona. Natiuitas glorioſę. folio. 454. cum reliqs de laudib⁹. Pſalmi conſueti de ſancta Maria. Cap.

Eccl. 24



AB initio, & ante ſecula creata ſum, & vſque ad futurum ſeculum non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.

Hym. Aue maris ſtella. 540. ℣. Natiuitas eſt hodie ſanctę Marię virginis. ℞. Cuius inclyta cūctas illuſtrat Eccleſias.

Ad Mag. Aña. Glorioſę virginis Marię ortum digniſſimū recolamus, quę & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalē pudicitiam non amiſit. Oratio.

FAmulis tuis, quęſumus Dñe, celeſtis gratię munus impartire: vt quibus beatę virginis partus extitit ſalutis exordium, Natiuitatis eius votiua ſolennitas pacis tribuat incremētum. Per dominum noſtrū.

Ad Mat. Inuit. Natiuitatem virginis Marię celebremus, Chriſtū eius filiū adoremus dominū. pſ. Venite. Hymn. Quē terra. 541. In j. noctur. Aña. Benedicta tu. cū reliquis Añis & Pſalmis. vt in officio paruo beatę Marię. 541. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℞. Intēde proſpere, procede, & regna.

Lcōnes legunt de Cāticis cāticorū, vt in offō Aſſūp. B. Marię. Oſculetur me oſculo. fol. 440.

Primū ℞. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex pgenie Dauid, Per quam ſalus mūdi credētibus apparuit: cuius vita glorioſa lucē dedit ſeculo. ℣. Natiuitatē beatę Marię virginis cū gaudio celebremus. Per quā.

ij. ℞. Beatiſſimę virginis Marię Natiuitatē deuotiſſime celebremus: Vt ipſa pro nobis intercedat ad dñm Ieſum Chrm. ℣. Cū iucūditate Natiuitatē beatę Marię virginis deuotiſſime celebremus. Vt ipſa pro nobis.

iij. ℞. Glorioſę vginis Marię ortum digniſſimum recolamus: Cuius dñs humilitatē reſpexit, quę angelo nunciante concepit Saluatorē mūdi. ℣. Btiſſimę virginis Marię Natiuitatē deuotiſſime celebremus. Cuius. Gloria. Cuius. In ij. noc. Añ. Specie tua. 541. ℣. Adiuuabit eā deus vultu ſuo. ℞. Deus in medio eius non cōmouebitur.

Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

ADeſt nobis, dilectiſſimi, optatus dies beatę ac venerabilis ſemper virginis Marię: ideo cū ſumma exultatione gaudeat terra noſtra tātę virginis illuſtrata natali. Hęc eſt enim flos cāpi, de quo ortū eſt precioſum lilium conuallium, per cuius partū mutatur

Digitized by Google

nuu tatur natura protoplaſtorũ, deletur & culpa: Præciſum eſt in ea illud Euę infelicitatis elogiũ, quo dr, In dolore paries filios tuos: qr iſta in lętitia dnm peperit. R. Natiuitas glioſę virginis Marię ex ſemine Abrahę ortę de tribu Juda, clara ex ſtirpe Dauid. Cuius vita iclyta cũctas illuſtrat eccleſias. V. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex progenie Dauid. Cuius. L. v.

Illa enim luxit, iſta exultauit: Eua lacrymas, Maria gaudiũ in vẽtre portauit, Quia illa peccatorẽ, iſta edidit innocẽtẽ. Mater generis noſtri pęnas intulit mũdo, genitrix dñi noſtri ſalutem attulit mũdo. Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificãdo profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Pro inobediẽtia enim obediẽtia cõmutat̃, fides pro pfidia cõpẽſatur. R. Cum iucunditate Natiuitatẽ beatę Marię celebremus. Ut ipſa pro nobis intercedat ad dñm Jeſũ Chrm. V. Corde & animo Chriſto canamus gloriã in hac ſacra ſolẽnitate pręcelſę genitricis Dei Marię. Ut. Lectio vj.

Plaudat nũc organis Maria, & inter veloces articulos tympana puerperę ↄcrepẽt. Concinãt lętãtes chori, & alternantibus modulis dulcia carmina miſceant. Audite ergo quẽadmodum tympaniſtria noſtra cãtauerit: ait enim: Magnificat anima mea dñm: Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuę: Ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes: Quia fecit mihi magna, qui potẽs eſt. Cauſam igitur inualeſcẽtis errati, miraculũ noui partus euicit: & Euę planctum Marię cãtus excluſit. R. Natiuitas tua, Dei genitrix virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mũdo: Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus Deus noſter, qui ſoluens maledictiones dedit benedictionem, & confundens mortẽ donauit nobis vitam ſempiternã. V. Benedicta tu in mulieribus, & bñdictus fructus vẽtris tui. Ex te enim. Glo. Ex te.

In iij. noc. Aii. Gaude Maria virgo. folio. 542. V. Elegit eam Deus, & pręelegit eã. R. In tabernaculo ſuo habitare facit eã.

Lectio ſancti euangelij ſecundũ Matthęum. Lectio ſeptima.

Liber generationis Jeſu Chri filij Dauid, filij Abrahã. Abrahã genuit Iſaac. Iſaac autẽ genuit Jacob. Et reli. I. ca.

Homilia ſ. Hieronymi pſbyte.

In Iſaia legimus: Generationem eius qs enarrabit? Non ergo putemus euãgeliſtã prophetę eſſe cõtrariũ, vt quod ille impoſſibile dixit affatu, hic narrare incipiat: qr ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione

natione eſt victus. A carnalibus autē cepit, vt per hominē Deū diſcere incipiamus. Filij Dauid filij Abrahā. Ordo prepoſterus, ſed neceſſario commutatus. Si enim primum poſuiſſet Abraham, ⁊ poſtea Dauid, rurſus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis ſeries texeretur.

℟. Beatā me dicēt omnes generationes. Quia fecit mihi dñs magna qui potens eſt, ⁊ ſanctū nomē eius. ℣. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eū. Quia. Lec. viij.

Ideo autem ceteris pretermiſſis, horum filium nūcupauit, quia ad hos tantum facta eſt de Chriſto repromiſſio. Ad Abraham: In ſemine, inqt, tuo benedicentur oēs gentes, quod eſt Chriſtus. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuā. Iudas autem genuit Phares ⁊ Zaram de Thamar. Notandū in genealogia Saluatoris nullā ſanctarū aſſumi mulierū, ſed eas quas ſcriptura reprehēdit: vt q ꝓpter peccatores venerat, de peccatoribus naſcēs, omnium peccata deleret. Unde ⁊ in conſequētibus Rut Moabitis ponit, ⁊ Bethſabee vxor Urie. ℟. Felix nanq; es ſacra virgo Maria, ⁊ omni laude digniſſima: Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitie, Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuam ſanctā Natiuitatem. Quia. Gloria. Chriſtus.

C Pro s. Adriano mar. L. ix.

Adrianus iuſſu Maximiani Imperatoris apud Nicomediam perſequens Chriſtianos, cum ſepius eorū in fidei cōfeſſione, ⁊ tormentorū perpeſſione conſtantiam demiratus eſſet, vehemēter ea re commotus, ad Chriſtū ſeſe conuertit. Quā obrem cum alijs viginti tribus Chriſtianis eſt coniectus in carcerem, vbi eum viſitans Natalia vxor, que ⁊ ipſa antea in Chriſtū crediderat, ad martyrium incendit. Itaq; e cuſtodia eductus, tandiu flagellis ceſus eſt, donec inteſtina defluerent. Poſtremo fractis cruribus, manibus pedibusq; preciſis, vna cum multis alijs martyrij certamen feliciter abſoluit.

Ad Laudes ⁊ per horas. Añ.

Natiuitas glorioſe virginis Marie, ex ſemine Abrahe orte de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid. ps. Dñs reg. ꝯ cū reſl. Añ. Natiuitas eſt hodie ſancte Marie virginis, cuius vita inclyta cūctas illuſtrat Eccleſias. Añ. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mēte ⁊ ſpiritu deuotiſſime poſcimꝰ. Añ. Corde ⁊ animo Chriſto canamus gloriā, in hac ſacra ſolennitate

ſolennitate precelſę genitricis Dei Marię. Aña. Cũ iucunditate Natiuitatẽ beatę Marię celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dñm Jeſum Chriſtum. Cap. Ab initio. Hym. O glorioſa. 544. ℣. Natiuitas eſt hodie. vt ſu. 453. Ad Bñs. Añ. Natiuitatẽ hodiernã perpetuę virginis genitricis Dei Marię ſolenniter celebremus, qua celſitudo throni proceſſit, halleluia. Oro. Famulis tuis. vt ſupra. Deinde fit cõmemo. ſ. Adriani marty. hoc loco tantum. Aña. Qui odit animam. 504. ℣. Juſtus vt palma. Oratio. Preſta, quęſumus omnipotens Deus vt qui. 501. de coi vnius mart.

Ad Tertiam. Capi. Ab initio & ante ſecula. fol. 453. ℟. bre. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intende, proſpere procede, & regna. Et. ℣. Adiuuabit eã deus vultu ſuo. ℟. Deus in medio eius nõ commouebitur.

Ad Sextam. Capitulum.

ET ſic in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & in Jeruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea. ℟. b. Adiuuabit eã De⁹ vultu ſuo. ℣. De⁹ in medio eius nõ cõmouebitur. ℣. Elegit eam Deus, & pelegit eã. ℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eã.

Ad Nonam. Capitulum.

IN plateis ſicut cinnamomũ & balſamũ aromatizãs odorẽ dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. ℟. b. Elegit eã Deus, Et pelegit eã. ℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eã. Et. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum. In ij. Veſ. cętera oĩa vt in i. veſ. Ad Magnifi. Aña. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerſo mũdo: ex te enĩ ortus, eſt ſol iuſtitię Chriſtus Deus nr̃: q ſoluens maledictionem, dedit benedictionẽ, & confundens mortem donauit nobis vitam ſempiternam.

¶ Cõme. S. Gorgonij marty. Aña. Iſte ſanctus. fol. 501. ℣. Gloria & honore co. Oratio.

SAnctus tuus dñe Gorgonius ſua nos interceſſione lętificet: & pia faciat ſolennitate gaudere. Per dominum noſtrũ Jeſum.

SECVNDA DIE infra octauã Nati. B. Marię.

¶ In i. noct. infra octauam legitur de Scriptura occurrenti. Die 9. S

De ſermone ſ. Aug. epi. L. iiij.

EXultat Maria, & matrem ſe lęta miratur, & de Spiritu ſãcto ſe protuliſſe gaudet: nec q̃ peperit innupta, terretur, ſed quia genuerit cum exultatione, miratur. O fęmina ſuper feminas

nas benedicta, que virũ omnino non nouit, et virũ suo vtero circundedit. Circũdat virum Maria, angelo fidẽ dando, quia Eua perdidit virũ serpẽti consentiendo. O felix obediẽtia, o insignis gratia, que dum fidem dedit humiliter, celi in se opificem corporauit. Hinc promeruit gloriã, quam ipse postmodũ auxit. Ecce ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes. ℟. Natiuitas gloriose. 454. Lectio v.

O Beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarũ, ac laudum preconia rependere? que singulari tuo assensu mũdo succurristi perdito. Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet? que sola tuo cõmercio recuperandi aditũ inuenit. Accipe itaq3 quascunq3 exiles, quascunq3 meritis tuis impares gratiarum actiones, et cũ susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, et reporta nobis antidotum reconciliationis. ℟. Cũ iucunditate. 454. Lectio vj.

SIt per te excusabile quod p te ingerimus: fiat impetrabile quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes vnica peccatoꝝ, per te speramus delictorum veniam: et in te beatissima nostrorũ est expectatio premioꝝ. Sãcta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles: ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen quicunq3 celebrant tuam sanctã Natiuitatẽ. ℟. Natiuitas tua. 454.

De homilia sancti Hieronymi presbyteri. Lectio septima.

IOram autem genuit Oziã, Ozias aũt genuit Ioathã. In quarto Regũ volumine legimus de Ioram Ochoziã fuisse generatum: quo mortuo Iosabeth filia regis Ioram soror Ochozie tulit Ioas filium fratris sui, et eum internicioni que exercebatur ab Athalia, subtraxit. Cui successit in regnum filius eius Amasias. Post quem regnauit filius eius Azarias, qui appellatur et Ozias, cui successit Ioathan filius eius. ℟. Beatam me dicent. 454. Lectio viij.

CErnis ergo, quod secũdũ fidem historie tres reges in medio fuerunt, quos hic euãgelista pretermisit. Ioram quippe nõ genuit Oziã, sed Ochoziam, et reliquos quos enumerauim⁹. Uerum quia Euangeliste propositum erat tres tessaradecades in diuerso temporum statu ponere, et Ioram generi se miscuerat impyssime Iezabelis, idcirco vsq3 ad tertiam generationẽ eius memoria tollitur, ne in sancte Natiuitatis ordine poneretur.

Feruȷr. ℞. Felix namq3. 454.
Pro S. Gorgonio martyr. l. ix.

GOrgonius Nicomedię natus, Diocletiani Imperatoris cubicularius, Dorotheo collega ſuo adiutore, reliquos oēs cubiculi miniſtros ad Chriſti fidē perduxit. Vterq3 autē cū vidiſſet quodam die martyres coram Diocletiano acerbiſſime cruciari, eius exēplo martyrij amore incēſus eſt. Itaq3 amborū hęc vox erupit. Quid eſt Imperator, quod huius condēnata ſententia, quę nobis cum eo cōmunis eſt, vnum illum punis? iſtius noſtra etiā eſt fides, idē3 propoſitū. Eos igitur vinctos Imperator flagellis concidi iubet, ita vt toto corpore cutis dirumperetur: ꝛ in plagas acetu3 infundi ſale pmiſtu3, mox reuinctis in craticula ſubijci imperat vim cādentium carbonū. Deniq3 varię torti ſuſpendio necati ſunt. Ac ſancti Gorgonij corpus aliqn̄ Romam portati, inter duas lauros via Lauicana ſepultū, poſtea Gregorio quarto ſummo Pōtifice, in baſilicā prīcipis Apoſtoloru3 trāſlatū eſt.

TERTIA DIE infra oct. Nat. B. Marię.

De expoſitione S. Hieronymi pſbyteri ī Iſaiā pphetā. L. iiij.

HAbit dn̄s ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium. Dn̄s noſter rex glorię ipſe deſcendet in vterum virginale3, ꝛ ingredietur, ꝛ egredietur orientalem portam, quę ſemper eſt clauſa: de qua Gabriel dicit ad virginem, Spiritus ſanctus veniet ſuper te, ꝛ virtus altiſſimi obumbrabit tibi: propterea quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et in prouerbijs. Sapientia ędificauit ſibi domum. Quando autē dicitur, Dabit dn̄s ipſe vobis ſignum, nouum debet eſſe atque mirabile: ſin autem iuuencula vel puella vt Iudęi volūt, ꝛ non virgo pariet: quale ſignū poterit appellari? cum hoc nomen ętatis ſit, non integritatis. ℞. Natiuitas glorioſę. folio. 454.

Lectio quinta.

EGredietur virga de radice Ieſſe, ꝛ flos de radice eius aſcendet. Virgā de radice Ieſſe ſanctā Mariā virginē intelligimus quę nullū habuit ſibi fruticem cohęrentē: de qua ꝛ ſupra legimus: Ecce virgo cōcipiet, ꝛ pariet filium: ꝛ florem dn̄m Saluatorem, qui dicit in Cantico canticorum: Ego flos campi, ꝛ liliu3 cōuallium. Pro radice Aquila ꝛ Symmachus ꝛ Theodotio truncum interpretati ſunt, ꝛ pro flore germen tranſtulerunt, vt oſtenderent, quod multo poſt tēpore Babyloniçę captiuitatis, nullo de ſtirpe Dauid antiqui regni gloriā poſſidēte, quaſi dē trūco Marię,

ꝛ de

z de Maria Christus exorto? fit.
℟. Cum iucunditate. fo. 454.
De expositione S. Hieronymi in Ezechielem prophetam. Lectio vi.

Porta hec clausa erit, z nõ aperietur. Pulchre quidam portam clauſam, per quaz ſolus dñs Deus Iſrael ingredietur, z dux cui porta clauſa eſt, Mariã virginem intelligũt: que ante partum, z poſt partuz virgo permanſit. Etenĩz tempore quo angelus loquebat, Spiritus ſanctus veniet ſuper te, z virtus Altiſſimi obũbrabit te, quod autem naſcetur ex te ſanctũz, vocabitur filius dei: z quãdo natus eſt: virgo permanſit eterna: ad cõfundendos eos, q arbitrantur eam poſt Natiuitatẽ Saluatoris habuiſſe de Ioſeph filios ex occaſione fratrũ eius, qui vocantur in euangelio. ℟. Natiuitas tua. 454.
De homi. s. Hieronymi. pſb. l. vij.

Et poſt tranſmigrationez Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Si voluerimus Iechoniã in fine prime teſſare decadis ponere, in ſequenti non erunt quatuordecĩz, ſed tredecim. Sciamus igitur Iechoniã priorez, ipſuz eſſe quẽ z Ioacim: ſecũdũ autẽ filium, non patrem. Quorum prior per k, z m, ſequens per ch, z n, deſcribitur, quod ſcriptorũ vitio, z lõgitudine temporum apud Grecos, Latinosque confuſum eſt.

℟. Beatã me. 454. Lectio viij.

Iacob aũt genuit Ioſeph. Hũc locum obiecit nobis Iulianus Auguſtus, diſſonãtie euangeliſtaruz, cur euangeliſta Mattheus Ioſeph dixerit filiũ Iacob, z Lucas eũ filiuz appellarit Heli: nõ intelligens cõſuetudinem ſcripturarum, quod alter ſecundũ naturaz, alter ſecũdum legez ei pater ſit. Scimus enim hoc p Moyſen Deo iubente preceptũ: vt, ſi frater, aut ppinquus abſqz liberis mortuus fuerit, alius eius frater, accipiat vxorem ad ſuſcitandũ ſemen fratris vel propinqui ſui. Ioſeph viruz Marie. Cuz virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarũ: ſed recordare cõſuetudinis ſcripturarum, q ſponſi viri, z ſpõſe vocẽtur vxores. ℟. Felix nãqz es. 454. l. ix.

Et a tranſmigratione Babylonis vſqz ad Chriſtuz generatiões quatuordecĩz. Numera a Iechonia vſqz ad Ioſeph: z inuenies generationes tredecim. Quartadecima ergo generatio in ipſuz Chr̃m reputabit. Chriſti autẽ generatio ſic erat. Querat diligẽs lector, z dicat: Cum Ioſeph non ſit pater dñi Saluatoris, quid pertinet ad dñm generationis ordo deductus vſque ad Ioſeph? Cui reſpondebimus primum non eſſe conſuetudinis ſcripturaruz, vt mulierum in generationib⁹ ordo

do texat, deinde, ex vna tribu fuiſſe Ioſeph, & Mariam: vnde ex lege eã accipere cogebatur, vt propinquam, & quod ſimul cenſentur in Bethlehem, vt de vna videlicet ſtirpe generati.

Com̃em. ſanctorum martyrum Proti, & Hyacinthi. Oratio.

BEatorum martyrũ tuorum Proti, & Hyacinthi nos õne foueat beata cõfeſſio, & pia iugiter interceſſio tueatur. Per dñm no.

QVARTA DIE infra octa. Nat. B. Marię.

Sermo ſ. Bernardi abb. Lect. iiij.

NOuũ fecit dñs ſuper terrã, vt mulier circũdaret virũ, nec aliũ quã Chriſtũ de quo dicit, Ecce vir, Oriens nomẽ eius. Nouũ quoque fecit in cęlo, vt mulier ſole appareret amicta. Deniq; & coronauit eũ, & viciſſim ab eo meruit coronari. Egredimini filię Siõ, & videte regem Salomonẽ in diademate quo coronauit eũ mater ſua. Verum hoc alias. Interim ſane ingredimini magis & videte reginam in diademate, quo coronauit eã filius ſuus. In capite, inquit, eius corona ſtellarũ duodecim. ℟. Natiuitas glio. 454. Lect. v.

DIgnũ plane ſtellis coronari caput, qđ & ipſa longe clarius micãs ornet eas potius, quã ornet ab eis. Quidni coronẽt ſydera, quã ſol veſtit? Sicut dies verni circundabant eã flores roſarum & lilia cõuallium: nimirũ lęua ſpõſi ſub capite ei⁹, & iam dextera illius amplexatur eã. Quis illas ęſtimet gẽmas, quis ſtellas nominet, quibus Marię regium diadema cõpactum eſt? ℟. Cũ iucũditate. 454. Lect. vi.

QVid ergo ſidereũ micans in generatione Marię? Plane, quod ex regibus orta, quod ex ſemine Abrahę, quod generoſa ex ſtirpe Dauid. Si id parũ videtur, adde, quod generationi illi ob ſingulare priuilegiũ ſanctitatis diuinitus noſcitur eſſe cõceſſa: quod lõge ante eiſdem patribus cęlitus repromiſſa, quod myſticis pfigurata miraculis, quod oraculis pręnunciata propheticis. Hãc ſacerdotalis virga, dum ſine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio ſiccę areę maduit: hanc in Ezechielis viſione orientalis porta, quę nulli vnquam patuit, pręſignabat. ℟. Natiuitas tua. folio. 454.

Homilia ſ. Hilarij epi. Lect. vij.

GReſſus quem Mattheus in ordine regię ſucceſſionis ediderat, quem Lucas per ſacerdotalem ordinem dinumerat, vtramque agnitionem in dño vtriuſque tribus ſignificat, & recte generationis gradum ponit: quia ſacerdotalis, & regię tribus ſocietas per Dauid ex coniugio inita, iam a Salathiel in Zorobabel confirmata, ex genere: atque

ita vt Matthęus paternā ori-
ginē quę ex Juda pficiſcebatur
recenſet, Lucas vero acceptū p
Nathan ex tribu Leui genus
edocet: ſuis vterque partibus do
mino noſtro Jeſu Chriſto, q eſt
ęternus & rex, & ſacerdos, etiam
in carnali ortu vtriuſque gene-
ris gloriam probauerunt. ℟.
Beatam me. 454. Lectō viij.

Quod vero Joſeph potius
quā Marię natiuitas recē
ſetur, nihil refert: eadē enim eſt
totius trib⁹. atq3 vna cognatio.
Exēplū autē etiā3 Matthęus &
Lucas dederūt, p̄res inuicē ap-
pellātes, nō tā genere, quā gēter
q3 ab vna tribu cępta ſub vnius
ſucceſſionis & originis familia
continef. Cū eni3 filius Dauid
atq3 Abrahę ſit oſtēdendus, ita
Matthęus cępit: Liber genera
tionis Jeſu Chri, filij dauid, filij
Abrahę. ℟. Felix nāq3. 454.

Pro SS. martyribus Proto,
& Hyacintho. Lectio ix.

Protus & Hyacinth⁹ Euge
nię virginis eunuchi, vna
cum illa ab Heleno epo baptiza
ti, ac ſtudijs dediti diuinarū li-
terarū, aliquādiu in Aegypto
in monaſterio mira humilitate,
& vitę ſanctitate vixerūt: ſed po-
ſtea ſanctā virgine3 Eugeniam
Romā pſecuti, Gallieno Impe
ratore, in Vrbe pp̄ter Chriſtianę
fidei profeſſionem comprehenſi
ſunt. A quibus cum nullo mo
do impetrari poſſet, vt Chriſtia
nam religione3 deſerentes, deos
colerent, acerbis verberibus
cęſi, ſecuri feriuntur tertio J-
dus Septembris.

QVINTA DIE.
infra oct. Nat. B. Marię.
Sermo S. Joha. Chryſoſt. Lc. iiij.

Dei filius non diui-
tē, aut locupletē ali
quam fęminā ſibi
matrem elegit, ſed
beatā virginem il-
lam, cuius anima virtutibus or-
nata erat. Cu3 enim beata Ma-
ria ſupra omnem humanam na
turam caſtitatem ſeruaret, pp̄te
rea Chriſtu3 dn̄m in ventre cō-
cepit. Ad hanc igitur ſanctiſſi-
mā virginē, & Dei matrē accur
rentes, eius patrocinij vtilita-
tē aſſequamur. Jtaq3 quotcun
q3 eſtis virgines, ad matrē dn̄i
confugite. Jlla enim pulcherri-
mā, precioſiſſimā, & incorrupti-
bilē poſſeſſione3 patrocinio ſuo
vobis conſeruabit. ℟. Natiui
tas glorioſę. 454. Lectio v.

Magnū re uera miraculū,
fratres dilectiſſimi, fuit
beata ſemp̄ v̄go Maria. Quid
nanq3 illa maius aut illuſtrius,
vllo vnqua3 tēpore inuētū eſt,
ſeu aliquādo inueniri poterit?
Hęc ſola cęlum ac terra3 ampli
tudine ſuperauit. Quidnā illa
ſanctius? non pphetę, non apo-
ſtoli, non martyres, nō patriar-
chę, nō Angeli, nō Throni, nō
Dñationes, nō Seraphim, non
Cherubim,

Cherubim, non denique aliud quippiam inter creatas res viſibiles, aut inuiſibiles maius aut excellentius inueniri poteſt. Eadem ancilla dei eſt, ⁊ mater: eadem virgo, ⁊ genitrix. ℟. Cum iucunditate. 454. ℒ. vi.

Hec eius mater eſt, qui a patre ante omne principiū genitus fuit, quem angeli ⁊ homines agnoſcunt dominum rerum omnium. Vis ne cognoſcere quanto virgo hec preſtātior ſit celeſtibus potentijs? Ille cum timore ⁊ tremore aſſiſtunt, faciem velantes ſuam: hec humanum genus illi offert quem genuit. Per hanc ⁊ peccatorū veniam conſequimur. Aue igitur mater, celū, puella, virgo, thronus, Eccleſie noſtre decus, gloria, ⁊ firmamentum: aſſidue pro nobis precare Jeſum filium tuū ⁊ dominū noſtrum, vt per te miſericordiam inuenire in die iudicij, ⁊ que repoſita ſunt his, qui diligunt Deū, bona cōſequi poſſimus gratia ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu Chriſti: cū quo patri ſimul ⁊ ſancto ſpiritui, gloria, honor, ⁊ imperium, nunc, ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorum. Amē. ℟. Natiuitas tua. 454.

De Hom. s. Hilarij epi. ℒ. vij.

Non refert quis originis numero atq; ordine collocetur, quūmodo vniuerſorū familia cepta eſſe intelligatur ab vno. Itaq; cum eiuſdem tribus ſit Joſeph ⁊ Maria duo profectus eſſe ex Abrahe genere Joſeph oſtēdit, pfecta quoq; docetur ⁊ Maria. Hec enim i lege ratio ſeruata eſt: vt, ſi mortuus ſine filijs familie princeps eſſet, defuncti vxorem poſterior frater eiuſdem cognationis acciperet: ſuſceptoſq; filios in familiā eius q mortuus eſſet, referret: maneretq; ita in primogenitis ſucceſſionis ordo: cum patres eorū, qui poſt nati eſſent, aut noīe haberent, aut genere. ℟. Beatā me. 454. ℒ. viij.

Sequens illud eſt, vt q̄ dixerimus ſm verū fidē generationis iſtius ordinē nec numero ſibi, nec ſucceſſione cōſtare, huius quoq; rei ratio afferatur. Non enim leuis cauſa eſt, vt aliud in narratione ſit, aliud fuerit in geſtis: ⁊ aliud referatur in ſumma, aliud vero teneat in numero. Nam ab Abrahā vſq; ad Dauid quattuordecim generationes numerate ſunt, ⁊ a Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis in quibuſdam libris decem ⁊ ſeptē deprehenduntur. Sed in hoc nō mēdacij, aut negligētie vitiū eſt: tres enim ratione preterite ſunt: nam Joras genuit Ochoziā, Ochozias vero genuit Joam, Joas deinde Amaſiā, Amaſias autem Oziam: ⁊ in Mattheo, Joras Oziam genuiſſe ſcribitur, cum quartus ab eo ſit, hoc ita quia ex gentili femina Joras Ocho-

ziā genuit, ex ſorore Achab ſci/licet, qui Jezabel habuit vxorē. ℟ Felix nanq3 es.454.L.ix.

Deniq3 per prophetā non niſi in quartā generatio/nem in throno regio Iſraelis quenquam de domo Achab eſ/ſe ſeſſurū dicitur. Purgata igi/tur labe familię gētilis, tribuſ/que prçteritis iam regulis, in quarto generationū conſequen/tiū ordine numeratur, & vſque ad Mariaz generationes qua/tuordecim eſſe ſcribuntur, cū in numero decē & ſeptez reperian/tur. Nullus error eſſe poterit ſciētibus nō eam ſolū eſſe dnō noſtro Jeſu Chriſto originez q̄ cepit ex Maria, ſed procreatio/nis corporea Natiuitatis ęternę ſignificantiam comprehendi.

SEXTA DIE infra octauā Nat. B Marię. Ex libro S. Epiphanii epiſcopi aduerſus hereſes. Lectio iiij.

Die 13. B

Beata mater Dei Maria per Euam ſignificat, quę per ęnigma accepit, vt mater viuentiū vo/cet. Illa etenī3 mater viuentiū vocata eſt, etiam poſtq̄ audi/uit, Terra es, & in terrā reuerte/ris, poſt tranſgreſſionez. Et mi/rū3 eſt, q̄ poſt hāc tranſgreſſio/nez magnū cognomen habuit. Et quod quidē pertinet ad rem ſenſibilem, ab illa Eua omnis hominu3 generatio deducta eſt in terra: hic autē vere a Maria hęc vita mūdo genita eſt, vt vi/uentē gigneret, & fieret Maria mater viuentiu3. Per ęnigma igitur Maria mater viuentium appellata eſt. ℟. Natiuitas glorioſę. fo. 454. Lectio v.

Ei datū eſt operire corp⁹ ſenſibile ꝓpter nuditatez ſenſibilē: Marię vero datū eſt a Deo, vt pareret nobis agnū, & ex gloria ipſius agni fieret no/bis velut a vellere ſapiētię ꝑ vir/tutez ipſius indumentū incorru/ptibilitatis. Eua eni3 mortiſ cau/ſa facta eſt hoībus, ꝑ ipſam eni3 mors ingreſſa eſt in mūdū: Ma/ria vero cauſa vitę, ꝑ quam ge/nita eſt nobis vita: & ꝑ hanc fi/lius Dei acceſſit in mūdū: & vbi abundauit peccatu3, ibi ſuper/abūdauit & gr̄a, & vnde illata eſt mors, illinc ꝓceſſit vita: vt vi/ta pro morte fieret: & q ꝑ mulie/rē nobis vita factus eſt, mortē ex muliere inductam excluderet: & qm̄ illic Eua, cū adhuc eſſet vir/go, per inobedientiā trāſgreſſa eſt, e cōtrario ꝑ virginē obediē/tia grę facta eſt, annūciato ad/uētu in carne de cęlo, & vita ęter/na. ℟. Cū iucūdit. 454. L. vj.

De Maria eni3 accipitur (liceat mihi hoc dicere) qđ ſcriptū eſt de Eccleſia: Relin/quet homo patrē ſuū, & matrē ſuā, & adhęrebit vxori ſuę. Et erūt duo in carne vna. Sāctus autē Apoſtolus dicit: Myſte/rium

Digitized by Google

rium hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Et vide ſcripturarum exactam ſinceritatē: quod de Adã quidem dixit, formauit: de Eua vero, non formatã eſſe, ſed ędificatã. Accepit enim, inquit, vnam de coſtis eius, & ędificauit ipſi in vxorē. Quo oſtēdat dñm q̃dē de Maria efformaſſe ſibi ipſi corpus, ab ipſa vero coſta ędificatam eſſe Eccleſiam, in eo q̃ punctum & apertum eſt ipſius latus: & myſteria ſanguinis & aquę precia redēptionis facta ſunt. ℟. Natiuitas tua. 454.

Homilia Sancti Auguſtini epiſkopi. Lectio ſeptima.

Mattheus Euāgeliſta ſic exorſus eſt: Liber generationis Jeſu Chriſti filij Dauid filij Abrahã. Quo exordio ſuo ſatis oſtendit generationē Chriſti ſm carnem ſe ſuſcepiſſe narrandã. Secundū hanc eniȝ Chriſtus filius hominis eſt, qđ etiam ſępiſſime appellat, cōmendãs nobis quid miſericorditer dignatus eſt eſſe pro nobis: nã illa ſuperna & ęterna generatio, ſm quã filius Dei vnigenitus eſt ante oēm creaturaȝ, q2 oia p ipſum facta ſunt ita ineffabilis eſt, vt de illa dictum a propheta intelligatur, Generationeȝ eius enarrabit? ℟. Beatam me dicent. 454. Lectio viij.

Exequitur ergo humanam generationem Chriſti Mattheus, ab Abraham generationes commemorans, quas perducit ad Joſeph virum Marię de qua natus eſt Jeſus. Neque enim fas erat, vt ob hoc eum a coniugio Marię ſeparandum putaret, quod virgo peperit Chriſtum. Hoc enim exemplo magnifice inſinuatur fidelibus coniugatis, etiam ſeruata pari conſenſu continentia, poſſe permanere, vocarique coniugium, non permiſto corporis ſexu, ſed cuſtodito mentis affectu: pręſertim quia naſci eis etiam filius potuit ſine vllo complexu carnali, qui propter ſolos gignendos filios adhibendus eſt. ℟. Felix nãq3. 454. Lectio nona.

Cum autē euidenter dicat Apoſtolus Paulus, ex ſemine Dauid ſecundum carnē Chriſtum, ipſam quoque Mariã de ſtirpe Dauid conſanguinitatē duxiſſe dubitare vtiq3 nō debemus. Cuius ſeminę, quoniam nec ſacerdotale genus tacetur, inſinuãte Luca, quod cognata eius eſſet Eliſabeth, quaȝ dicit de filiabus Aaron: firmiſſime tenendum eſt, carnem Chriſti ex vtroq3 genere propagatã, & regū ſcilicet, & ſacerdotum: in quibus perſonis apud illum populū Hebręorū etiã myſtica vnctio figurabatur, ideſt chriſma: vnde Chriſti nomē elucet, tãto ante etiam iſta euidentiſſima ſignificatione pręnunciatum.

Digitized by Google

Die 14 E

IN FESTO EXALTAtionis S. Crucis.

Ad Veſp. Añ. O magnũ. 461. cũ reliq. de Laud. ps. Dixit dñs. cũ reliq. de Dñica. 52. ⁊ loco vlt. Laudate dñm omnes. 54. Cap. Fratres, hoc enim ſentite. 391. Hymn⁹. Vexilla regis. 177. ℣. Hoc ſignũ crucis erit i cęlo. ℟. Cũ dñs ad iudicãdum venerit.

Ad Magn. Aña. O crux ſplendidior cunctis aſtris mũdo celebris, hominibus multũ amabilis, ſanctior vniuerſis, q̃ ſola fuiſti digna portare talentũ mundi: dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferens põdera: ſalua pręſentẽ cateruam, in tuis hodie laudibus congregatam. Oratio.



Deus, qui nos hodierna die Exaltationis ſanctę Crucis annua ſolennitate letificas, pręſta q̃ſumus: vt cuius myſteriũ in terra cognouim⁹, eius redẽptionis pmia i cęlo mereamur. Per eũ.

Ad Matut. Inuit. Chriſtum regem pro nobis in cruce exaltatum, Venite adoremus. ps. Venite. Hym. Pange. 175. vt in fer. vj. Dñicę Paſſionis.

In j. noc. Aña. Nobile lignum exaltatur, Chriſti fides rutilat, dum crux ab omnibus veneratur. ps. Beatus vir. 2. Aña. Sancta crux extollitur a cũctis regibus, virga regia erigitur, in qua Saluator triũphauit. ps. Quare fre. 2. Aña. O crux venerabilis q̃ ſalutẽ attuliſti miſeris, qbus te efferã pręconijs: q̃ vitã nobis cęlitem pręparaſti. ps. Dñe quid. 2. ℣. Hoc ſignũ crucis erit in cęlo. ℟. Cum dñs ad iudicandum venerit.

De libro Numeri. Lectio j.

Cum audiſſet Chananęus rex Arad, qui habitabat ad meridiẽ veniſſe ſcilicet Iſrael per exploratorũ vias, pugnauit contra illum: ⁊ victor exiſtens, duxit ex eo prędã. At Iſrael voto ſe dño obligans ait: Si tradideris populum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuit qꝫ dñs preces Iſrael: ⁊ tradidit Chananęũ, quẽ ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius: ⁊ vocauit nomen loci illius Horma ideſt anathema. 21.C

℟. Glorioſuꝫ diẽ ſacra veneratur eccleſia, duꝫ triumphale exaltatur lignũ, In quo redemptor noſter mortis vincula rumpens, calidum aſpidem ſuperauit. ℣. In ligno pendens, noſtrę ſalutis ſemitam verbum patris inuenit. In. Lec. ij.

Profecti ſunt autẽ de monte Hor p viã quę ducit ad mare rubrũ, vt circumirent terrã Edom. Et tędere cępit populũ itineris ac laboris: locutuſqꝫ contra dñm ⁊ Moyſen ait. Cur eduxiſti nos de Aegypto, vt mori-

morerem̄ur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquę, aīa noſtra iam nauſeat ſup cibo iſto leuiſſimo. Quamobrem miſit dominus in populum ignitos ſerpentes. ℟. O crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla ſylua talē profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinuit. ℣. Super omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior. Dulce. Le. iij.

Ad quorū plagas ꝛ mortes plurimorum venerunt ad Moyſen, atq; dixerūt. Peccauimus, quia locuti ſumus cōtra dn̄m ꝛ te: ora vt tollat a nobis ſerpentes. Orauit Moyſes pro populo. Et locutus eſt dn̄s ad eū. Fac ſerpentē ęneum, ꝛ pone eū pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eū, viuet: Fecit ergo Moyſes ſerpentē ęneū, ꝛ poſuit eum pro ſigno: quē cū percuſſi aſpicerēt, ſanabant̄. ℟. Hęc eſt arbor digniſſima in paradiſi medio ſituata. In qua ſalutis auctor propria morte mortē oīum ſuperauit. ℣. Crux pręcellenti decore fulgida: quam Heraclius Imperator cōcupiſcenti animo requiſiuit. In Gloria. In.

In ij. noc. Aña. O crucis victoria, ꝛ admirabile ſignū, in cęleſti curia fac nos capere triūphū. Ps. Cū inuo. 61. Aña. Funeſtę mortis damnat̄ ſuppliciū, dum Chriſtus in cruce, nr̄a deſtruxit vincula criminū. Ps. In dn̄o cōfido. 4. Añ. Rex exaltat̄ in ęthera, cū nobile trophęū crucis ab vniuerſis Chriſticolis adorat̄ p ſęcula. Ps. Dn̄e in virtute. 7. ℣. Adoramus te Chr̄e, ꝛ benedicimus tibi. ℟. Quia per crucē tuā redemiſti mūdū. Le. iiij.

Coſdroas Perſarū rex extremis Phocę imperij tēporibus, Aegypto ꝛ Africa occupata, ac Jeroſolyma capta, multisq; ibi cęſis Chriſtianorū millibus Chriſti dn̄i crucē, quā Helena in mōte Caluarię, collocarat, in Perſidē abſtulit. Itaq; Heraclius, qui Phocę ſucceſſerat, multis belli incōmodis, ꝛ calamitatibus affectus, pacē petebat: quā a Coſdroa victorijs inſolēte, ne iniqs qdē cōditionibus impetrare poterat. Quare in ſūmo diſcrimine ſe aſſiduis ieiunijs, ꝛ orōnibus exercens, opē a Deo vehemēter iplorabat: cuius monitu exercitu ꝯparato, ſigna cū hoſte cōtulit, ac tres duces Coſdroę cū tribus exercitib⁹ ſuperauit. ℟. Nos autē gl'iari oportet in cruce dn̄i noſtri Jeſu Chr̄i, in quo eſt ſalus, vita, ꝛ reſurrectio nr̄a: Per quē ſaluati, ꝛ liberati ſumus. ℣. Tuā crucem adoramus dn̄e, ꝛ recolimus tuā glorioſā paſſionē. Per. L. v.

Quibus cladib⁹ fractus Coſdroas, in fuga, qua traycere Tigrim parabat, Medarſen filiū, sociū regni deſignat. Sed eam contumeliā cū Sinochius

Coſdroę maioꝛ natu filiꝰ ferret atrociter, pr̄i ſimul ꝛ fratri necē machinaẜ: quā paulopoſt vtriqꝫ ex fuga retracto attulit, regnūqꝫ ab Heraclio impetrauit, qbuſdā acceptis cōditionibus: quaꝝ ea prima fuit, vt crucē Chꝛi dn̄i reſtitueret. Ergo crux quatuoꝛdecim annis poſtquā venerat in poteſtatē Perſarū, recepta eſt: quā rediens Jeroſolymā Heraclius ſolenni celebritate ſuis humeris retulit in eū mōtem, quo eā Saluatoꝛ tulerat. ℟. Dum ſacrū pignus cęlitus reuelatur, Chꝛiſti fides exaltatur. Adſunt pꝛodigia diuina in virga Moyſi pꝛimitus figurata. ℣. Ad crucis contactum reſurgunt moꝛtui, ꝛ Dei magnalia referantur. Adſunt. Lectio vj.

Quod factū illuſtri miraculo cōmendatū eſt. Nā Heraclius, vt erat auro ꝛ gēmis oꝛnatus, inſiſtere coactus eſt in poꝛta q̄ ad Caluarię mōtem ducebat: quo enim magis pgredi conabatur, eo magis retineri videbaẜ, cūqꝫ ea re ꝛ ipſe Heraclius ꝛ reliq oēs obſtupeſcerēt, Zacharias Jeroſolymoꝝ antiſtes: Uide, inqt, Imperatoꝛ, ne iſto triūphali oꝛnatu in cruce ferēda parū Jeſu Chꝛi paupertatē, ꝛ humilitatē imitere. Tū Heraclius, abiecto ampliſſimo veſtitu, detractiſqꝫ calceis, ac plebeio amictu indutus, reliquū vię facile confecit, ꝛ in eodem Caluarię loco crucē ſtatuit vnde fuerat a Perſis aſpoꝛtata. Itaqꝫ decretū eſt, vt quotannis Exaltationis crucis memoꝛia celebraretur, q ibidē fuerit repoſita ab Heraclio, vbi Saluatoꝛi pꝛimū fuerat conſtituta. ℟. Hoc ſignum crucis erit in cęlo, cum dn̄s ad iudicandum venerit. Tunc manifeſta erunt abſcondita coꝛdis noſtri. ℣. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ꝛ cęperit iudicare ſeculū p ignē. Tunc. Gloria. Tunc ma. In iiij. noc. Aña. Adoꝛamus te Chꝛiſte, ꝛ benedicimus tibi, quia per crucem tuam redemiſti mundū. ps. Cātate. j. 44. Añ. Per lignū ſerui facti ſumus, ꝛ per ſanctam crucē liberati ſumus: fructus arboris ſeduxit nos, filius Dei redemit nos, halab. ps. Dn̄s regnauit, exultet. 44. Aña. Saluatoꝛ mūdi ſalua nos, qui per crucem, ꝛ ſanguinem tuū redemiſti nos: auxiliare nobis, te depꝛecamur Deus noſter. pſal. Cantate. v. folio. 45. ℣. Oīs terra adoꝛet te, ꝛ pſallat tibi. ℟. Pſalmum dicat nomini tuo domine.

Lcō s. eua. ſm Johānē. C. xij.

In illo tēpoꝛe: Dixit Jeſus cau diſcipulis ſuis. Nunc iudiciū eſt mundi, nunc pꝛinceps huius mundi eijcietur foꝛas. Et rel.

Homilia Sācti Leonis Papę.

Exaltato, dilectiſſimi, p crucē Chꝛiſto, non illa tantū ſpecies aſpectui mētis occurrat, quę

que fuit in oculis impiorum, q/
bus per Moyſen dictum eſt: Et
erit pendens vita tua ante oculos
tuos, & timebis die ac nocte, &
nō credes vite tue. Iſti enim ni/
hil in crucifixo domino, preter
facinus ſuū cogitare potuerūt,
habentes timorē, non quo fides
vera iuſtificatur, ſed quo cōſciē/
tia iniqua torquetur. Noſter ve
ro intellectus, quē ſpiritus veri/
tatis illuminat, gloriā crucis ce/
lo terraqꝫ radiantē puro ac libe/
ro corde ſuſcipiat, & interiore
acie videat, quale ſit quod dñs,
cū de paſſionis ſue loqueretur
inſtantia, dixit: Nūc iudiciū eſt
mundi, nūc princeps huius mū
di eycietur foras. Et ego, ſi exal/
tatus fuero a terra, omnia traham
ad meipſum. ℟. Dulce lignū,
dulces clauos, dulce pōdus ſu/
ſtinuit. Que ſola digna fuit por
tare precium huius ſeculi. ℣.
Hoc ſignum crucis erit in celo,
cū dominus ad iudicandum ve
nerit. Que ſola. Lectio viij.

O Admirabilis potētia cru
cis, o ineffabilis gloria paſ
ſionis, in qua & tribunal dñi, & iu
diciū mundi, & poteſtas eſt cruci
fixi. Traxiſti enim dñe omnia
ad te, & cum expādiſſes tota die
manus tuas ad populū nō cre/
dentem, & contradicentem tibi,
cōfitende maieſtatis tue ſenſū
totus mundus accepit. Traxiſti
dñe omnia ad te cum in execra/
tionem Iudaici ſceleris, vnam
protulerunt omnia elementa ſen
tentiam, cū obſcuratis lumina/
ribus celi, & cōuerſo in noctem
die, terra quoqꝫ motibus quate/
retur inſolitis, vniuerſaqꝫ crea
tura impiorū ſe vſui denegaret.
Traxiſti dñe omnia ad te: quo/
niā, ſciſſo templi velo ſancta ſan/
ctorū ab indignis pontificibus
receſſerunt: vt figura in verita/
tē, prophetia in manifeſtationē,
& lex in euangelium verteretur.
℟. Sicut Moyſes exaltauit
ſerpentē in deſerto, ita exaltari
oportet filium hominis. Vt om
nis qui credit in ipſum, non pe/
reat, ſed habeat vitam eternam,
halab. ℣. Non miſit Deus filiū
ſuum in mundum, vt iudicet
mundum, ſed vt ſaluetur mun/
dus per ipſum. Vt. Lectio ix.

TRaxiſti dñe omnia ad te: vt
quod in vno Iudee tem/
plo obumbratis ſignificationi/
bus tegebatur, pleno, apertoqꝫ
ſacramēto vniuerſarū vbiqꝫ na
tionum deuotio celebraret: nunc
enim ordo clarior Leuitarū, & di/
gnitas amplior ſeniorū, & ſacra/
tior eſt vnctio ſacerdotū: qr crux
tua omniū fons benedictionū,
omnium eſt cauſa gratiarū: per
quam credentibus datur virtus
de infirmitate, gloria de oppro/
brio, vita de morte. Nunc etiam
carnalium ſacrificiorū varietate
ceſſante: oēs differētias hoſtia/
rū vna corporis & ſanguinis tui
implet oblatio: quoniā tu es ve/
rus

Digitized by Google

rus Agnus Dei q tollis pecca/
ta mūdi: z ita in te vniuerſa gra/
cie myſteria: vt ſicut vnū eſt pro
omni victima ſacrificiū, ita vnū
de omni gente ſit regnum.
Ad Laudes, z per Horas. Añ.
O Magnum pietatis opus,
mors mortua tūc eſt, In li
gno quādo mortua vita fuit. ps.
Dñs reg. 8. cū rel. Añ. Sal/
ua nos Chr̄e ſaluator p virtutē
crucis: q ſaluaſti Petrū in ma/
ri, miſerere nobis. Añ. Ecce
crucē dñi, fugite partes aduer/
ſe, vicit leo de tribu Juda radix
Dauid, hal. Añ. Nos autē glo
riari oportet in cruce dñi noſtri
Jeſu Chr̄i. Añ. Per ſignū cru
cis de inimicis noſtris libera nos
Deus noſter. Cap. Fratres,
hoc. 391. Hy. Luſtris ſex. 176.
V. Adoramus te Chriſte, z be/
nedicimus tibi. R. Quia per
crucē tuā redemiſti mundum.
Ad Bñs. Añ. Super omnia
ligna cedrorum tu ſola excelſior, in
qua vita mūdi pependit, in qua
Chriſtus triumphauit, z mors
mortem ſuperauit in eternum.
Ad Horas oia dnr ſicut in feſto
Inuentionis 393. ſed i V. z R.
amouentur hal. Ad Veſ. Añ.
O magnum pietatis, cū rel. vt ſu.
Pſal. vt in j. Veſ. A cap. fit de
oct. Nat. S. Marie, vt i j. veſ. fe/
ſti. Deinde pro cōme. S. Crucis.
Añ. O crux benedicta, q ſola
fuiſti digna portare regē celorum,
z dominū, hal. V. Hoc ſignū,
z Orō vt ſu. Poſtea fit cōme.
S. Nicomedis martyris. Orō.

Adeſto dñe populis
tuis vt beati Nico/
medis martyris tui
merita preclara ſu/
ſcipiens: ad impe/
trandam miſericordiam tuam,
ſemper eius patrocinijs adiuue/
tur. Per dominum noſtrum.

¶ In oct. Nat. B. Marie, du.
In j. noc. lec. de Cāticis Cātico/
rū. Oſculetur me. 440. vt in die. 15. S.
Sermo S. Cyrilli epi. Lec. iiij.

Hilarē video hodie
cetum fidelium om/
nium, qui conuene/
runt promptis ani/
mis, a ſancta z Dei
matre Maria, z ſemp virgine,
cōuocati: Laus z gloria ſit tibi
ſancta Trinitas, quod oēs nos
ad hanc celebritatē cōuocaris.
Sit etiā tibi ſancta Dei mater
laus: tu enim es p̄cioſa margari
ta orbis terrarum, lucerna inex/
tincti luminis, corona virginita/
tis, ſceptrū orthodoxe fidei, tem
plum indiſſolubile, continēs eū
qui nuſquā cōtineri poteſt, ma/
ter z virgo: tu benedicta inter
mulieres eius parens, qui bene
dictus venit in nomine dñi. R.
Natiuitas glorioſe. 454. Lec. v.

Per te Trinitas ſanctifica/
tur, per te crux p̄cioſa di/
citur, z adoratur in toto orbe
terrarū. Per te exultat celū, le
tant angeli z archangeli, fugā/
tur

Digitized by Google

tur demones, ⁊ homo ipſe ad cęlũ reuocatur: Dis creatura, idolorum errore detenta, conuerſa eſt ad notitiam veritatis: ⁊ fideles homines ad ſanctum baptiſma peruenerũt, atq; in toto orbe terrarũ cõſtructę ſũt Eccleſię. R. Cũ iucũditate. 454. L. vi.

Te adiutrice gentes veniũt ad pęnitentiã. Quid plura? Per te vnigenitus Dei filius, vera illa lux effulſit ſedẽtibus in tenebris ⁊ vmbra mortis. Te pphetę prenũciarunt, te apoſtoli ſummis laudibus celebrarunt. Quiſnam poterit tuarũ laudũ pconia explicare Maria mater ⁊ virgo? Hanc fratres dilectiſſimi celebrem⁹, eius filiũ eccleſię ſponſum immaculatũ adorãtes, cui honor, ⁊ gloria in ſcla ſclo᷑. Am. R. Natiuit. tua. 454.

Lec. ſ. euã. ſm Math. L. vij.

ca. 1 Liber generationis Ieſu Chriſti fili Dauid, filij Abraham. Abrahã genuit Iſaac, Iſaac autẽ genuit Iacob. Et reliq.

Homilia s. Iohãnis Chryſoſt.

Auditu quidem mirabile eſt, quod ineffabilis Deus, ⁊ qui nec ſermonibus explicari poteſt, nec cogitationibus comprehẽdi, patriq; per omnia coęqualis, p virginis ad nos venit vterũ, ⁊ fieri ex muliere dignatus eſt, ⁊ habere progenitores Dauid, ⁊ Abrahã: ⁊ quid dico Dauid ⁊ Abrahã? etiã illas (qđ horribilius eſt) fęminas, quas paulo ante memoraui. Hęc igit audiens mẽte conſurge: verũ nihil humile ſuſpiceris: ſed potius propter hęc ipſa maxime mirare, quia cũ verus filius eſſet ſempiterni Dei, etiam filius Dauid eſſe dignatus eſt, modo vt te filium faceret Dei: ſeruum patrem habere dignatus eſt, vt tibi ſeruo patrem faceret Deum. R. Beatam me. 454. Lectio viij.

Vides arbitror ab ipſo ſtatim principio, quam lęta ſint hęc nuncia? Quod ſi ambigis de his q̃ ad tuũ ſpectãt honorem: de illius humilitate diſce, credere etiam quę ſuper tuã dignitatẽ dicunt. Quãtũ eniz ad cogitationes hominum pertinet, multo eſt difficilius Deũ hoiẽ fieri, quã hoiem Dei filium conſecrari. Cuz ergo audieris, quia filius Dei, filius ſit ⁊ Dauid, ⁊ Abrahę: dubitare iam deſine qđ ⁊ tu q filius es Adę, futurus ſis filius Dei. Nõ enim fruſtra, nec vane ad tantã humilitatem ipſe deſcẽdit: ſed vt nos ex humili ſublimaret: natus eſt eniz ſm carnẽ, vt tu naſcereris ſpũ: natus eſt ex muliere, vt tu deſineres filius eſſe mulieris. R. Felix. 454.

Pro ſ. Nicomedis mart. v. L. ix.

Nicomedes presbyter pſequẽte Chriſtianos Domitiano Imperatore, quod corpus Feliculę virginis propter confeſſionẽ Chriſtianę fidei a Flacco Comite interfectę ſepeliſſet, com pre/

cóprehendi iuſſus eſt: ductuſq; ad ſtatuas deorum, cũ eis ſacrifi care velle (quod facere iubebat) conſtãter negauiſſet, propterea ꝙ ſacrificiũ vni Deo vero, qui regnat in cęlis, deberet: plũbatis cęſus in eo martyrio aiam deo reddidit. Cuius corpus cũ idez Comes in ꝓfluentẽ Tiberiz pro ijci imperaſſet, Juſtus Nicome dis clericus diligenter cong ſitũ ad murũ Urbis via Nomẽtana honorifice in ſepulcro condidit.

Die 16. SS. ãctorum martyruz Cornelij, ⁊ Cypriani, ſemidu. Orõ.

Beatorum martyrũ pariter q; pontificũ Cornelij, ⁊ Cypriani nos, quęſumus domine, feſta tueãtur: ⁊ eoruz commendet oratio veneranda. Per dominum no.

Cõme. SS. Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani martyrũ, quãdo feſtuz SS. Cornelij, ⁊ Cypriani non venerit in Dñica. Aña. Gaudent in cęlis. f. 513. ℣. Exultabunt ſancti de comu ni plurium marty. ⁊ in Laud. erit Aña. Iſtorũ eſt enim. 509. ℣. Lętamini de eodẽ cõi. Orõ.

Preſta dñe ꝑcibus noſtris cum exultatione prouentum: vt ſanctorum martyrũ Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani, quoruz diẽ paſſionis annua deuotione recolimus, etiã fidei cõſtantia ſubſequamur. Per do.

Si feſtũ SS. mart. Cornelij, ⁊ Cypriani venerit in Dñicã trãſfert in craſtinũ. cõme. aũt ſanctę Euphemię, Lucię, ⁊ Geminiani fit in j. Ueſp. ⁊ Lau. Dñicę cũ ix. lec. ipſorum. Si venerit in Quatuor tpib. lect. Scripturę in j. noct. leguntur de cõi plu. mar. Fratres, Debitores. 509. Liiij.

Cornelius Romanus, Decio Imperatore Põtificatũ gerens, cũ Lucina fęmina ſanctiſſima, corpora aplor Petri, ⁊ Pauli e catacumbis in oppor tuniorẽ locũ trãſtulit, ac Pauli corpus Lucina in ſuo pṙdio via Oſtienſi prope eũ locũ, vbi fuerat ſecuri percuſſus collocauit: Cornelius principis apoſtolorũ corpus non longe inde, vbi crucifixus fuerat, repoſuit. Quod cũ ad Deciũ delatũ eſſe, ⁊ Pontifice auctore multos fieri Chriſtianos: mittitur is in exilium ad Centumcellas, vbi eum Cyprianus epiſcopus Carthaginienſis per literas eſt cõſolatus. ℟. Sancti tui. 510. Lectio v.

Hoc autẽ Chriſtianę charitatis officium cũ frequens alter alteri perſolueret, deteriorẽ in partẽ Decius rem interpretatus eſt. Quamobrẽ acceſſitum Romã Corneliũ, tanq̃ de maieſtate reum, plumbatis cędi, ra ptũq; ad Martis ſimulacruz ei ſacrificare iubet, quã impietatẽ cum ille deteſtaret, ei caput abſciſum eſt decimo octauo Calẽdas Octobris. Cuius corpus beata

Lucina

Lucina clericis adiutoribus humauit in Arenaria prędij ſui prope cęmeterium Calliſti. Vixit in pontificatu annos duos, menſes duos, dies tres. Fecit ordinationes duas mēſe Decēbri: creauitq; presbyteros quatuor, totidē diaconos, & epos ſeptem. ℟. Verbera carnifi cum. 510.

Ex libro 5. Hieronymi pſbyt. de ſcriptorib' Eccleſiaſticis. L. vj.

CYprianus Afer, primū glorioſe rhetoricā docuit, exinde ſuadēte pſbytero Cecilio, a quo & cognomentū ſortitus eſt, Chriſtianus factus, oēm ſubſtātiam ſuā pauperibus erogauit. Ac poſt non multū tpis electus etiam in presbyterū, epiſcopus Carthaginiēſis ɔſtitut' eſt. Huius ingenij ſuperfluum eſt indicem texere, cū ſole clariora ſint opera eius. Paſſus eſt ſub Valeriano, & Gallieno principibus, pſecutione octaua, eodē die, quo Romę Cornelius, ſed non eodē anno. ℟. Tanquā aurū. 511.

In iij. noct. Hom. in euāgeliū. Cū audieritis. 522. de cōi plu. m.

¶ Pro ſanctis Euphemia, Lucia, & Geminiano. Lectio ix.

EVphemia, Lucia, & Geminianus, in pſecutione Diocletiani, non eodem loco, ſed eodē die martyrio coronati ſunt, Euphemia virgo apud Chalcedonem Priſco proconſule, varia tormentorum genera, virgarum, equulei, rotarū, ignis conſtāter paſſa, demū leonibus obiecta, dilaniat. Lucia vidua Romana, a filio Eutropio, q Chriſtū multos annos coluiſſet accuſata, in ollā pice ac plūbo feruentē dimittit: vnde incolumis euadēs, cū ferro plumboq; onerata per vrbem duceretur, Geminianū, nobilē virū cōſtantia fidei, & martyrij, ad Chriſtū conuertit: quē etiā cū multis alijs ad fidē perductis, varie tortū, glorioſi martyrij abſciſo capite ſocium habuit. Quorū corpora Maxima mulier Chriſtiana honorifice ſepeliuit. Tu autem.

Die 17. A. Die 18. B. Die 19. c.

¶ Commemoratio SS. martyrū Euſtachij, & ſociorū. Orō. Die 20 D

DEus, q nos cōcedis ſanctorū martyrū tuoꝝ Euſtachij, & socioꝝ eius natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine eoꝝ ſocietate gaudere. per.

IN VIGILIA S. Matthęi apō. & Euange.

Si hęc vigi. venerit in quatuor tpib nihil fit de ea niſi in Miſſa.

Lcō ſ. euāg. ſm Lucam. Lec. j.

IN illo tempore: Vidit Ieſus publicanū, nomine Leui ſedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et reliqua. ca. 5

Homilia ſ. Ambroſij epiſcopi.

SEquitur myſtica vocatio publicani, quē ſequi iubet nō corporis greſſu, ſed mētis affectu. Itaq; ille prius auara de mercedibus: dura de laboribus, periculisq;

periculisq; nautarũ emolumen/
ta conquirens verbo vocatus,
propria dereliquit, qui rapiebat
aliena: ac vile illud sedile desti/
tuens, toto post dominum vesti/
gio mentis incedit: cõuiuij quo/
que magni, exhibuit appara/
tum. Qui enim domicilio Chri
stum recipit interno, maximis
delectationibus exuberantium
pascitur voluptatum. Lectio ij.
ITa q3 dñs libenter ingredi
tur, & in eius q crediderit
recubit affectu. Sed rursus accẽ
ditur inuidia perfidoꝝ, & futu/
re penę species pfiguratur. Epu
lantibus enim fidelibus, & in illo
celoꝝ recumbentibus regno,
pfidia ieiuna torquebit. Simul
etiã ostẽditur quantum intersit
inter ęmulos legis gratię, quod
illi qui legem sequuntur, ieiunę
mentis famẽ patiantur ęternã:
qui vero verbũ in interioribus
aię receperũt, alimenti cęlestis,
& fontis vbertate recreati, esuri
re & sitire non possunt. Lec. iij.
Et ideo q aio ieiunabant
murmurabant, dicentes.
Quare cũ publicanis, & peccato/
ribus mãducat & bibit? Serpẽti/
na vox ista est. Deniq3 hãc pri/
mã vocem serpens emisit, dicẽs
Eue. Quid vtiq3 vobis Deus
dixit, Nolite mãducare ex oi li/
gno? Ergo patris sui venena dif/
fundũt, qui dicunt: Quid vtiq3
cum publicanis, & peccatoribus
manducat & bibit? Unde dñs
cum peccatoribus manducãdo
etiam cũ gẽtilibus non prohi/
bet nos inire cõuiuium dicens:
Nõ egẽt qui sani sunt medico,
sed qui male se habent. Oro.
Da, q̃s oĩps Deus: vt bea/
ti Matthei apostoli tui,
quam pręuenimus, veneranda
solennitas, & deuotionem nobis
augeat, & salutẽ. Per dominũ.
¶ In festo s. Matthei aplı. du.
Oia dñr de cõi Aplorũ. 493.
preter Orõnes & Lcões. Oro.



Beati Euã
geliste
Matthei dñe
precibus adiu/
uemur: vt qđ
possibilitas no
stra non obti/
net, eius nobis
intercessiõe do/
netur. Per dominum nostrum.
In j. noc. legũtur lcões assigna
tę in cõi Euã. de Ezechiele pro/
pheta quę ponuntur in officio
de tpe in prima Dñica Nouẽb.
Et factũ est i tricesi. 324. L. iij.
Mattheus, qui & Leui, apo
stolus & Euangelista, Ca
pharnai cum ad telonium se/
deret, a Christo vocatus, sta/
tim secutus est ipsum, quem etiã
cum reliquis discipulis, hospi/
tio accepit. Post Christi resur/
rectionẽ, antequã in prouincia
proficisceretur, q ei ad prędicã/
dum obtigerat, primus in Ju/
dęa propter eos qui ex circunci/
sione

Digitized by Google

tione crediderant, euangelium Ieſu Chriſti hebraice ſcripſit, mox in Aethiopiã profectus, euãgeliũ prędicauit, ac prędicationem multis miraculis confirmauit. ℟. Vidi coniunctos. 495. Lectio v.

Illo igitur in primis miraculo, quo regis filiam a mortuis ſuſcitauit, regẽ patrẽ, & vxorem eius, cum vniuerſa prouincia ad Chriſti fidẽ conuertit. Rege mortuo: Hirtacus eius ſucceſſor cũ Iphigeniã regiã filiã vellet ſibi dari in matrimoniũ, Mattheum, cuius opera illa virginitatẽ Deo vouerat, & in ſancto propoſito perſeuerabat, ad altare myſterium celebrantẽ iuſſit occidi, Qui vndecimo calendas Octobris, munus apoſtolicũ martyrij gloria cõmutauit. Cuius corpus Gregorio ſeptimo ſummo Pontifice Salernum tranſlatum, ibi magno hominũ cõcurſu ac pietate colit. ℟. Beati eſtis. 496. Lectio vi. Sancta quatuor animalia. 498. vii. Lectio euã. ℟. Iſti ſunt tri. 496. Lectio ſ. euã. ſecundum Mattheũ. L. vii.

In illo tempore: Vidit Ie
c.9 ſus hominem, ſedentem in
telonio, Mattheum nomine: &
ait illi, Sequere me. Et reliq.

Homi. ſancti Hieronymi preſbyteri.

Ceteri euãgeliſtę, propter verecundiã, & honorẽ Matthei, noluerunt eum nomine appellare vulgato, ſed dixerũt Leui: duplici quippe vocabulo fuit: Ipſe autem Mattheus ſecundũ illud quod dicitur a Salomone, Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis, & in alio loco: Dic tu peccata tua, vt iuſtificeris, Mattheũ ſe, & publicanum nominat: vt oſtendat legentibus, nullum debere ſalutem deſperare, ſi ad meliora cõuerſus ſit, cũ ipſe de publicano in apoſtolum ſit repẽte mutatus. ℟. Iſti ſunt qui viuentes. 497. Lectio viii.

Arguit hoc loco Porphyrius & Iulianus Auguſtus, vel imperitiã hiſtorici mẽtientis, vel ſtultitiam eorum qui ſtatim ſecuti ſunt Saluatorem: quaſi irrationabiliter quemlibet vocantem hominem ſint ſecuti, cum tantę virtutes, tantaque ſigna pręceſſerint, quę apoſtolos, antequam crederent, vidiſſe nõ dubium eſt. Certe fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultę, quę etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in magnete lapide, & ſuccinis hęc eſſe vis dicitur, vt annulos & ſtipulam & feſtucas ſibi copulent: quanto magis dominus omnium creaturarum ad ſe trahere poterat, quos volebat? ℟. Iſti ſunt viri ſancti. fol. 497.

Si venerit in iiij. temporibus, nona lectio erit de homilia ferię. L. ix.

Et factũ eſt, diſcumbẽte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes diſcumbebant cum Ieſu. Videbant publicanum

Digitized by Google

blicanorum a peccatis ad meliora conuerſum, et locũ inueniſſe penitentię: et ob id etiã nõ deſperaſſe ſalutem. Neq; vero in priſtinis vitijs permanentes veniunt ad Jeſum, vt Phariſei, et ſcribę murmurant, ſed penitentiã agẽtes: vt ſequẽs dñi ſermo ſignificat dicens: Miſericordiã volo, nõ ſacrificiũ: non eniʒ veni vocare iuſtos, ſed peccatores: Ibat autẽ dñs ad conuiuia peccatorũ, vt occaſionẽ haberet docendi: et ſpirituales inuitatoribus ſuis praeberet cibos. Tu autem.

Die 22. F ℂ Sanctorũ martyrum Mauricij, et ſociorum eius. Oratio.

Annue, quęſ. omnipotens Deus: vt ſanctorũ martyrum tuorum Mauricij, et ſociorũ eius nos lętificet feſtiua ſolennitas: vt quorum ſuffragijs nitimur, eorum natalitijs gloriemur. Per do. Lectio iij.

Cum Maximianus Imperator ducto i Galliã exercitu, in finibus Sedunorũ ſacrificij cauſa cõſtitiſſet, Thebęorũ legio, ne ſe impiorũ ſacrorũ ſocietate contaminaret, a reliquis copijs diſceſſit. Quare Imperator miſit ad eos milites: qui ſuo noĩe nunciarent, vt ſi ſalui eſſe vellẽt, in caſtra ad ſacrificia redirẽt. Qui ſe Chriſtianã religiõe impediri reſpõderunt. Quorũ reſponſum ille indigniſſime ferens: maiori iracundia, quã antea, exarſit. Itaq; immiſſa parte exercitus in Thebęos, decimum quẽq; eorũ iuſſit occidi. Quod martyriũ ſua ſponte, maximeq; hortatore Mauricio ferre maluerũt, quã imperata facere nefarij Imperatoris. Itaq; eos cõſtantiſſime Chriſtum prędicantes, decimo calendas Octobris ab exercitu trucidari imperat.

ℂ S. Lini pp. et m. ſemi. Oro. Die 23. G

Deus, qui nos beati Lini martyris tui, atq; Põtificis, annua ſolẽnitate lętificas: cõcede propitius, vt cuius natalitia colimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per dominum.

Cõm. S. Thecle vg. et m. Oro.

Da, quęs. omnip. Deus: vt qui beatę Theclę, virginis et martyris tuę, natalitia colimus, et annuã ſolennitate lętemur, et tantę fidei proficiamus exemplo. Per dominum no. Lectio quarta.

Linus Pontifex in Etruria natus, primus poſt Petrũ gubernauit eccleſiã: cuius tanta fides, et ſanctitas fuit, vt non ſolũ dęmones eijceret, ſed etiã mortuos reuocaret ad vitam. Scripſit res geſtas bti Petri, et ea maxime, quę ab illo acta ſũt cõtra Simonem Magum. Sanxit, Ne qua mulier, niſi velato capite, in eccleſiam introiret. Huic Pontifici

Digitized by Google

Pōtifici caput amputatum eſt ob ꝯſtātiā chriſtianę fidei iuſſu Saturnini impij ⁊ ingratiſſimi Cōſulis, cuius filiā a dęmonū vexatione liberauerat. Sepultus eſt in Vaticano ꝓpe ſepulcrū principis apoſtolorū nono Calēdas Octobris, ſedit annos vndecim mēſes tres, dies duodecim, creatis bis menſe Decembri, epiſcopis quindecim, presbyteris decem ⁊ octo. Lectio v. ⁊ vj. Principes perſecuti ſunt. 505. Et in iij. noc. Hom. in euā. Si quis vult ve. 505. de cōi vnius m.

Pro ſancta Thecla. Lectio ix.

Thecla virgo, ex illuſtribus parentibus Iconij nata, a Paulo apoſtolo fidei pceptis inſtituta, miris ſanctorū patrum laudibus celebratur. Quę decimū octauum annum agens, Thamiride ſponſo relicto: cū eā parētes, q Chriſtiana eſſet, accuſaſſent, in ardentē rogum, qui niſi Chriſto renūciaret, ei paratus erat, prius ſigno crucis armata, ſe ipſā iniecit: Sed igne, pluuia, quę repēte exorta eſt, extincto: Antiochiam venit, vbi feris obiecta, ⁊ tauris in diuerſa incitatis alligata: mox cōiecta in foſſam plenam ſerpentibus, ex omnibus Ieſu Chriſti gratia liberatur. Cuius ardore fidei ⁊ vitę ſanctitate, multi ad Chriſtū ꝯuerſi ſunt. Iterū in patriā rediēs, in montē ſola receſſit: vbi, multis virtutibus, ⁊ miraculis inſignis nonagenaria migrauit ad dn̄m, ac Seleucię ſepulta ē.

Die 24. A. Die 25. B.

SS. m. Cypriani, ⁊ Iuſti. oro. Die 26. C

Beatorum martyrū Cypriani, ⁊ Iuſtinę nos dn̄e foueāt continuata pręſidia: quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per dominum. Lectio ij.

Cyprianus primū magus, poſtea martyr, cū Iuſtinā Chriſtianā virginē, quam ardenter amabat, cantionibus ac veneficijs Antiochię ad ſuę libidinis aſſenſum allicere conaret, dęmonē cōſuluit, quanam id re cōſequi poſſet: Cui dęmon, nullam illi artem proceſſurā, aduerſus eos, qui vere Chriſtum colerent. Quo reſponſo commotus Cyprianus, vehementer dolere cępit vitę ſuperioris inſtitutum: Itaqꝫ relictis magicis artibus ſe totum ad Chriſti domini fidē conuertit. Lectio tertia.

Quam ob cauſam vna cum virgine Iuſtina cōprehēſus eſt, ⁊ ambo colaphis, flagellisqꝫ cęſi ſunt: mox in carcerem cōiecti, ſi forte ſentētias cōmutarent. Verum inde poſtea emiſſi, cum in Chriſtiana religione cōſtantiſſimi reperirentur, in ſartaginem plenam feruentis picis, adipis, ⁊ cerę, iniecti ſunt. Tū Nicomediā miſſi ſecuri feriūt.

Aliorum proiecta corpora cuꝫ ſex dies inhumata iacuiſſent, noctu quidam nautę clam ea in nauem impoſita Romam portauerunt, ac primum in prędio Ruffinę nobilis feminę ſepulta ſunt, poſtea tranſlata in vrbem, in baſilica Conſtantiniana condita ſunt prope baptiſteriū.

Die 27 B. SS. M. Coſmę, ⁊ Damiani. Oratio.

Preſta, quęſumus omnipotens Deus: vt qui ſanctorum martyruꝫ tuorum Coſmę, ⁊ Damiani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum interceſſionibus liberemur. Per do. L. iiij.

Coſmas, ⁊ Damianus fratres, Arabes in Aegea vrbe nati, nobiles medici, Imperatoribus Diocletiano, ⁊ Maximiano, non magis medicinę ſcientia, quam Chriſti virtute, morbis etiaꝫ inſanabilibus medebant. Quorum religionē cum Lyſias pfectus cognouiſſet, adduci eos ad ſe iubet: ac de viuendi inſtituto, ⁊ de fidei profeſſione interrogatos, cuꝫ ſe ⁊ Chriſtianos eſſe, ⁊ Chriſtianā fideꝫ eſſe ad ſalutē neceſſariam, libere prędicarent, Deos venerari imperat, ⁊, ſi id reuſent, minatur cruciatus, ⁊ necem acerbiſſimaꝫ. Lectio v.

Verum vt ſe fruſtra hęc illis proponere intelligit. Colligate, inquit, manus, ⁊ pedes iſtorū, eoſqꝫ exquiſitis torquete ſupplicijs. Quibus iuſſa exequētibus, nihilominus Coſmas, ⁊ Damianus in ſententia perſiſtebāt. Quare, vt erāt vincti, in profundū mare iaciuntur vnde cum ſalui, ac ſoluti eſſent egreſſi, magicis artibus Pręfectus aſſignās, in carcerē tradit, ac poſtridie eductos, in ardentē rogū iniici iubet, vbi cū ab ipſis flamma refugeret, varie ⁊ crudeliter tortos, ſecuri percuti voluit. Itaqꝫ in Ieſu Chriſti pfeſſione martyrij palmam acceperunt. L. vj. Quotieſcūqꝫ. 510. d coi. Et in iij. noct. Hom. in euange. Deſcēdens. 513. de cōi plur. m. iiij. R. Hęc eſt vera frate. 512.

Die 28. C.

I N F E S T O

Dedic. s. Michaelis arch. du. Ad Veſ. An. Stetit ang. 468. cū rel. de Lau. ps. Dixit do. 52. cum rel. de Dnica. ⁊ loco vlti. Laudate dnm oēs ge. 54. Cap.

Significauit Deus quę oportet fieri cito, loquens per angeluꝫ ſuū ſeruo ſuo Iohanni: qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, ⁊ teſtimoniū Ieſu Chriſti quęcunque vidit. Hymnus.

Tibi Chriſte ſplendor patris
Vita, virtus cordium,
In conſpectu angelorum
Votis, voce, pſallimus:
Alternantes concrepando
Melos damus vocibus.

Collau-

Die 29. B

apo

L.

O vos laudamus venerantes
Omnes celi milites:
Sed precipue primatem
Celeſtis exercitus,
Michaelem in virtute
Conterentem Zabulon.
Quo cuſtode procul pelle,
Rex Chriſte pyſſime,
Omne nefas inimici:
Mundo corde, et corpore,
Paradiſo redde tuo
Nos ſola clementia.
Gloriam patri melodiis
Perſonemus vocibus,
Gloriam Chriſto canamus,
Gloria paraclito,
Qui trinus, et vnus Deus
Extat ante ſecula. Amen.

V. Stetit Angelus iuxta aram templi. R. Habens thuribulum aureum in manu ſua.

Ad Mag. An. Dum ſacrum myſterium cerneret Johannes, archangelus Michael tuba cecinit: Ignoſce domine Deus noſter, qui aperis librum, et ſoluis ſignacula eius. Alleluia. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum miniſteria, hominumque diſpenſas: concede propitius: vt quibus tibi miniſtrantibus in celo ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur. Per.

Ad Matutinum. Inuitatorium. Regem archangelorum dominum, Venite adoremus. Ps. Venite. i. Hymnus. Tibi Chriſte. vt ſu. In primo nocturno. Antiphona. Concuſſum eſt mare, et contremuit terra, vbi archangelus Michael deſcendebat de celo. Ps. Domine dominus noſter. iiii. An. Laudemus dominum quem laudant angeli, quem Cherubim, et Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamant. Pſalm. In domino confi. 4. An. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu domini de manu angeli. Ps. Domine, quis habitabit. 4. V. Stetit angelus iuxta aram templi. R. Habens thuribulum aureum in manu ſua. Ex Daniele propheta. Lec. i.

Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt, et antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius candidum quaſi nix, et capilli capitis eius quaſi lana munda: thronus eius flamme ignis: rote eius ignis accenſus: fluuius igneus, rapidusque egrediebatur a facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, et decies millies centena millia aſſiſtebant ei: Judicium ſedit, et libri aperti ſunt. Aſpiciebam propter vocem ſermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi, quoniam interfecta eſſet beſtia, et periſſet corpus eius, et traditum eſſet ad comburendum igni. ca. 7. R. Factum eſt ſilentium in celo dum committeret bellum Draco cum Michaele archangelo: Audita eſt vox millia millium dicentium. Salus,

Digitized by Google

lus, bonor & virtus omnipotēti
Deo. ℣. Millia milliū miniſtra
bant ei, & decies centena millia
aſſiſtebāt ei. Audita eſt. Lc. ij.
Die autē vigeſima & quar
ta mēſis primi, eram iuxta
fluuiū magnum, qui eſt Tigris:
& leuaui oculos meos, & vidi. Et
ecce vir vnus veſtitus lineis: &
renes eius accincti auro obrizo:
& corpus eius quaſi chryſolitus:
& facies eius velut ſpecies fulgu
ris: & oculi eius vt lāpas ardens:
& brachia eius, & quę deorſum
ſunt vſq; ad pedes, quaſi ſpecies
ęris cādentis: & vox ſermonum
eius, vt vox multitudinis. Vi
di autē ego Daniel ſol⁹ viſionē.
Porro viri, q erant mecū, nō vi
derunt: ſed terror nimius irruit
ſuper eos, & fugerunt in abſcon
ditum. Ego autē relictus ſolus
vidi viſionem grandem hanc: &
non remanſit in me fortitudo:
ſed & ſpecies mea immutata eſt
in me, & emarcui: nec habui q̄c
quā viriū. ℟. Stetit angelus
iuxta aram templi: habens turi
bulum aureum in manu ſua: &
data ſunt ei incenſa multa: Et
aſcendit fumus aromatum de
manu angeli in conſpectu dñi.
℣. In conſpectu angelorū pſal
lam tibi: adorabo ad templū ſan
ctum tuum, & cōfitebor nomini
tuo dñe. Et aſcendit. Lc. iij.
Et audiui vocē ſermonum
eius: & audiēs iacebā con
ſternatus ſuper faciē meā, & vul
tus meus hęrebat terrę. Et ecce
manus tetigit me, & erexit me
ſup genua mea, & ſup articulos
manuū mearū: & dixit ad me: Da
niel, vir deſideriorū, intellige ver
ba quę ego loquor ad te: & ſta in
gradu tuo: nūc enim ſum miſſus
ad te. Cūq; dixiſſet mihi ſermo
nem iſtū, ſteti tremens, & ait ad
me: Noli metuere Daniel, quia ex
die primo, quo poſuiſti cor tuū
ad intelligendū, vt te affligeres
in conſpectu Dei tui, exaudita
ſūt verba tua, & ego veni ꝓpter
ſermones tuos. Princeps autē
regni Perſarū reſtitit mihi vi
ginti & vno diebus, & ecce Mi
chael vnus de principib⁹ primis
venit in adiutoriū meum, & ego
remanſi ibi iuxta regē Perſarū.
Veni autem vt docerem te, quę
ventura ſunt populo tuo in no
uiſſimis diebus, quoniam adhuc viſio
in dies. ℟. In conſpectu ange
lorum pſallam tibi, & adorabo
ad templum ſanctum tuum. Et
confitebor nomini tuo domine. ℣.
Sup miſericordiā tuā, & verita
tē tuā, quoniam magnificaſti ſup nos
nomē ſanctū tuū. Et. In ij. noc.
Aña. Michael archāgele, ve
ni in adiutoriū populo dei. Ps.
Celi enarrāt. 7. Aña. Michael
prępoſitus paradiſi, quē hono
rificāt angelorū ciues. Ps. Dñi
eſt terra. 13. Aña. Glorioſus ap
paruiſti in conſpectu dñi, pro
pterea decorem induit te dñs.
Ps. Benedicā. 21. ℣. Aſcendit
fumus

ſimus aromatum in cōſpectu domini. ℟. De manu angeli.

Sermo s. Gregorij pape. Lectio iiij.

Nouē angelorū ordines eſſe teſtāte ſacro eloquio ſcimus: angelos, archāgelos, virtutes, poteſtates, principatus, dominationes, thronos, Cherubin ac Seraphim. Angelos nanqꝫ ⁊ archāgelos pene oēs ſacri eloquij pagine teſtant: Cherubim vero atqꝫ Seraphim ſepe, vt notū eſt, libri propheta⁊ loquuntur. Quatuor quoqꝫ ordinū nomina Paulus apl's ad Epheſios enumerat, dicens: Supra oēm principatum, ⁊ poteſtatē, ⁊ virtutē, ⁊ dominationē. Qui rurſus ad Coloſſenſes ſcribēs, ait, Siue throni, ſiue dñationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Dū ergo illis quatuor: que ad Epheſios dixit, cōiunguntur throni, quinqꝫ ſunt ordines, quibus cū Angeli, Archāgeli, Cherubim atqꝫ Seraphim adiuncti ſunt, proculdubio nouem eſſe angelorum ordines inueniuntur.

℟. Hic eſt Michael archāgelus, princeps militie angelorū. Cuius honor preſtat beneficia populorū, ⁊ oratio perducit ad regna celorum. ℣. Archangelus Michael prepoſitus paradiſi, quem honorificant angelorum ciues. Cuius. Lectio v.

Sciendū quoqꝫ, quod angelo⁊ vocabulum, nomen eſt officij, nō nature. Nā ſancti illi celeſtis patrie ſpiritus, ſemp quidē ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari angeli nequaquam poſſunt: qa tunc ſolum ſunt angeli, cū per eos aliqua nūciantur. Vnde ⁊ in pſalmo dicitur: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, ac ſi patenter dicat: Qui eos, quos ſemper habet ſpiritus, etiā cum voluerit angelos facit. Hi autē qui minima nūciant, angeli: qui vero ſumma, Archangeli vocātur. Hinc eſt enim, ꝙ ad Mariā virginem, nō quilibet angelus, ſed Gabriel Archāgelus mittitur. Ad hoc quippe miniſteriū ſummū angelū venire dignū fuerat, qui ſummū oīum nūciabat. Qui idcirco etiā priuatis nominibus cenſentur, vt ſignetur ꝑ vocabula, etiā in operatione qd valeant. Michael nanqꝫ, Quis vt deus: Gabriel autē, Fortitudo Dei: Raphael vero dicitur, Medicina Dei. ℟. Venit Michael archāgelus cū multitudine angelo⁊, cui tradidit Deus animas ſanctorū. Vt perducat eas in paradiſum exultationis. ℣. Emitte dñe ſpiritum ſanctū tuū de celis, ſpiritū ſapientie, ⁊ intellectus. Vt. Lectio ſexta.

Et quoties mire virtutis aliquid agit, Michael mitti perhibetur: vt ex ipſo actu, ⁊ nomine, detur intelligi, q2 nullus poteſt facere, quod facere preualet Deus. Unde ⁊ ille antiquus hoſtis q eſſe Deo per ſuperbiā

ſimilia corrupimus dicens, In ce-
lū cōſcendā, ſupra aſtra celi exalta-
bo ſoliū meū, ſimilis ero altiſſi-
mo, Dū in fine mūdi in ſua vir-
tute relinquitur extremo ſuppli-
cio perimēdus, cū Michaele ar-
chāgelo pliaturus eſſe perhibe-
tur, ſicut p Iohannē dicitur: Fa-
ctū eſt preliū cū Michaele ar-
chāgelo. Ad Mariā quoq; Ga-
briel mittit: qui Dei fortitudo
nominatur. Illū quippe nuncia-
re veniebat, qui ad debellandas
aerias poteſtates humilis appa-
rere dignatus eſt. Raphael quo-
que interpretatur, vt diximus,
medicina Dei: quia dum Tobie
oculos, quaſi per officium cura-
tionis tetigit, cecitatis illius te-
nebras terſit. ℟. In tempore
illo conſurget Michael, qui ſtat
pro filijs veſtris. Et veniet tem-
pus, quale non fuit, ex quo gen-
tes eſſe ceperunt, vſq; ad illud.
℣. In tēpore illo ſaluabitur po-
pulus tuus omnis, qui inuētus
fuerit ſcriptus in libro vite. Et.
Gloria. Et. In iij. noct. Añ.
Angelus archāgelus Michael,
Dei nuncius pro aiabus iuſtis,
al. al. Ps. Cātate. 44. Añ.
Data ſūt ei incēſa multa, vt ado
leret ea ante altare aureū, quod
eſt ante oculos dñi, Ps. Dñs re
gnauit. 44. Añ. Multa magna
lia de Michaele archāgelo, qui
fortis in prelio fecit victoriā. Ps.
Bñdic. j. 47. ℣. In cōſpectu
angelo℞ pſallā tibi Deus meus.

℟. Adorabo ad templū ſanctū
tuū, et confitebor nomini tuo.
Lcō. euā. ſm Mattheū. L. vij.
In illo tēpore: Acceſſerunt 18. c
diſcipuli ad Ieſum dicen-
tes. Quis putas maior eſt in re-
gno celorum? Et reliqua.
Homilia S. Hieronymi presbyteri.
Poſt inuentū ſtaterē, poſt
tributa reddita, quid ſibi
vult apl'or repētina interroga-
tio? Quis putas maior eſt in re-
gno celo℞? Quia viderant pro
Petro et dño idē tributū reddi-
tus: ex equalitate prcij arbitrati
ſunt Petrū oibus apoſtolis eſſe
platū, qui in redditione tributi
dño fuerat cōparatus: ideo in-
terrogant, qs maior ſit in regno
celorū. Videns q; Ieſus cogita-
tiones eorū, et cauſas erroris in-
telligēs, vult deſideriū glorie
humilitatis cōtentione ſanare.
℟. In cōſpectu gentiū nolite
timere: vos enī in cordibus ve-
ſtris adorate, et timete dñm: An-
gelus enim eius vobiſcum eſt.
℣. Stetit angelus iuxta aram
templi: habens turibulū aureū
in manu ſua. Angelus. L. viij.
Si autē manus tua, vel pes
tuus ſcandalizat te, et cete-
ra. Neceſſe eſt quidē venire ſcā-
dala: ve tamē ei eſt homini, qui
quod neceſſe eſt vt fiat in mūdo,
vitio ſuo facit, vt per ſe fiat. Igit
omnis truncatur affectus, et vni-
uerſa propinquitas amputatur,
ne per occaſionē pietatis vnuſ-
quiſque

Digitized by Google

quiſq; crediderit ſcādalis pateat. Si, inquit, ita eſt quis ubi coniūctus, ut manus, pes, oculus, & eſt utilis atq; ſolicitus & acutus ad pſpiciendū, ſcandalū autē tibi facit, & ꝓpter diſſonantiā morū te ptrahit in gehennā: melius eſt, ut propinquitate eius, & emolumētis carnalibus careas, quā dū vis lucrifacere cognatos & neceſſarios, cauſas habeas ruinarum. ℟. Michael archangelus venit in adiutorium populo Dei. Stetit in auxiliū pro animabus iuſtis. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi, habens turribulū aureum in manu ſua. Stetit. Glo. Stetit. L. ix.

Dico vobis, qa angeli eorū ſemper vident faciem patris mei. Supra dixerat per manū, & pedē, & oculū oēs propinquitates, & neceſſitudines, quę ſcandalū facere poſſūt, amputādas: auſteritatē itaq; ſententię ſubiecto ꝓcepto tēperat, dicens: Videte ne cōtēnatis unū ex puſillis iſtis: ſic, inquit, pręcipio ſeueritatē, ut cōmiſceri clementiā doceā. Quia angeli eorū vidēt faciē patris mei. Magna dignitas aīarū, ut unaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui angelū delegatū. Unde legimus in Apocalypſi Iohannis, Angelo Epheſi, & reliquarū Eccleſiarū ſcribe hęc. Apſus quoq; ꝓcipit velari in eccleſijs capita fęminarū propter Angelos.

Ad Laudes & p horas. Añ. Stetit angelus iuxta aram templi, habens turribulū aureum in manu ſua. ps. Dñs regnauit. & cū rel. Añ. Dum pręliaretur Michael archangelus cum Dracone, audita eſt vox dicentium: Salus Deo noſtro, halelujah. Añ. Archangele Michael conſtitui te principem ſuper oēs animas ſuſcipiendas. Añ. Angeli dñi dominum, benedicite in ęternum. Añ. Angeli, Archāgeli, Throni, & Dñationes, Principatus, & Poteſtates; Virtutes cęlorū, laudate dñm de cęlis, halāb.

Cap. Significauit. 46 r. Hym.

Chriſte ſctōꝝ decus angelorū, Rector humani generis & auctor,
Nobis ęternū tribue benignus
 Scandere cęlum.
Angelū pacis Michael ad iſtā
Cęlitus mitti rogitamus aulā:
Nobis ut crebro veniente creſcant
 Proſpera cuncta.
Angelus fortis Gabriel, ut hoſtem
Pellat antiquū, volitet ab alto,
Sępius templum veniens ad iſtud
 Viſere noſtrum.
Angelū nobis medicū ſalutis
Mitte de cęlis, Raphael ut omnes
Sanet ęgrotos, pariterq; nſos
 Dirigat actus.

Hinc Dei nſi genitrix Maria,
Totus ⁊ nobis chorus angelorum
Semper aſſiſtat, ſimul ⁊ beata
Concio tota.
Preſtet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariter q́ȝ ſácti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo: Amen.
℣. Stetit Angelus iuxta ará té
pli. ℟. Habés turibulum au-
reú in manu ſua. Ad Bñs. Aii.
Factú eſt ſiléttú in celo, dú Dra
co cómitteret bellú: ⁊ Michael
pugnauit cum eo, ⁊ fecit victo-
riá, halleluiah. Ad iij. Capitu.
Significauit. 465. ℟. b Ste-
tit angelus Iuxta aráȝ tépli. ℣.
Habés turibulú aureú in manu
ſua. Iuxta. ℣. Aſcendit fumus
aromatú in conſpectu dñi. ℟.
De manu angeli. Ad vi. Cap.

apo. 5 Audiui vocé angelorum mul
torum in circuitu throni, ⁊
animaliú, ⁊ ſeniorum: ⁊ erat nu-
merus eorum millia milliú vo-
ce magna dicétiú: Salus deo no
ſtro. ℟. Aſcédit fum⁹ aroma-
tuȝ. In cóſpectu dñi. ℣. De ma
nu angeli. In. ℣. In pſpectu an
gelorú pſallá tibi Deus meus.
℟. Adorabo ad téplú ſanctú
tuum, ⁊ cóſitebor nomini tuo.

Ad Nonam. Capitulum.

apo. 12 Factum eſt pręliú magnú
in cęlo: Michael ⁊ angeli
eius pręliabanť cú Dracone, ⁊
Draco pugnabat, ⁊ angeli eius:
⁊ nó pręualuerút, neq́ȝ locus in-
uentus eſt eorum amplius in cęlo.
℟. In cóſpectu angelorum, pſal
lá tibi Deus meus. ℣. Adorabo
ad téplú ſanctú tuú, ⁊ cóſitebor
nói tuo. Pſallam. ℣. Adorate
Deum. ℟. Oés angeli eius.
In ij. Veſ. Aii. Stetit angelus.
vt ſu. cú reſ. pſ. Dixit dñs. 52. cú
reſ. in fin. Cóſitebor tibi dñe in
toto. 58. Capi. Significauit.
Hym. Tibi Chriſte. 466. ℣. In
conſpectu angelorú pſallá tibi
deus meus. ℟. Adorabo ad
templú ſanctú tuú, ⁊ confitebor
nomini tuo. Ad Mag. Aña.
Princeps glorioſiſſime, Mi-
chael archangele, eſto memor
noſtri: hic ⁊ vbiq́ȝ ſemp precare
pro nobis filium Dei. Hal. hal.
Oratio vt ſup. Deinde fit cóme.
de ſeq. feſto. Aii. O doctor. 520.
℣. Amauit. Oratio vt infra.

¶ S. Hieronymi presbyteri có
feſſo. ⁊ Eccleſię docto. duplex. Di 30
Oia de cói cófeſſo. non pontifi.
pręter orationé, ⁊ lcónes. Oio.

Deus, q eccleſię tuę
in exponendis ſa-
cris ſcripturis bea-
tum Hieronymus
confeſſorez tuú do-
ctorem maximuȝ, prouidere di-
gnatus es: pręſta quęſumus: vt
eius ſuffra gantibus meritis: qđ
ore ſimul ⁊ opere docuit, te ad-
iuuante exercere valeamus.
Per dominum noſtrum Ieſus
Chriſtum. In j. noct lcones.
Sapientiam omnium. de com-
muni docto. 519. Lectio iiij.
Hiero-

Digitized by Google

HIeronymus Euſebij filius, Stridone in Dalmatia, Cõſtantino Imperatore natus, Romę puer eſt baptizatus, ⁊ in liberalibus diſciplinis a Donato ⁊ alijs viris doctiſſimis eruditus. Adoleſcẽs diſcẽdi ſtudio Galliã peragrauit: vbi pios aliquot, ⁊ in diuinis literis eruditos viros coluit, multoſq́ ſacros libros ſuos manu deſcripſit. mox ſe in Gręciam conferens, philoſophia, ⁊ eloquentia inſtructus, ſummorũ theologorum conſuetudine floruit: in primis vero Gregorio Nazianzeno Cõſtãtinopoli operã dedit: quo doctore ſe ſacras literas didiciſſe profitetur. Tum religionis cauſa viſit Chriſti dñi incunabula, totãq́ luſtrauit Paleſtinam: quã peregrinationem adhibitis Hebręorum eruditiſſimis, ad ſacrę ſcripturę intelligentiã ſibi multum profuiſſe teſtatur. ℟. Iſte eſt qui ante. 520. Lectio v.

DEinde ſeceſſit in vaſtã Syrię ſolitudinem: vbi quadriennium in lectione diuinorũ librorũ cęleſtiſq́ beatitudinis cõtemplatione cõſumpſit, aſſidua ſe abſtinentia, vi lacrymarum, ⁊ corporis afflictatione diſcrucians. Presbyter a Paulino epiſcopo Antiochię factus, Romam de controuerſijs quorundam epiſcoporũ cum Paulino ⁊ Epiphanio ad Damaſum Põtificẽ profectus, eius eccleſiaſticis epiſtolis adiutor fuit. Verũ cum priſtinę ſolitudinis deſiderio teneretur, in Paleſthinã reuerſus, Bethleẽ ad Chriſti dñi pręſepe, in monaſterio, quod a Paula Romana extructum erat, cęleſtem quandam vitę rationem inſtituit: ⁊ quanquã varie morbis, doloribuſq́ tentaretur, tamen corporis incommoda pijs laboribus, ⁊ perpetua lectione ac ſcriptione ſuperabat. ℟. Amauit. 521. Lectio vj.

TAnquã ad oraculũ ex omnibus orbis terrę partibus ad ipſum diuinę ſcripturę quęſtiones explicãdę referebantur. Illum Damaſus Pontifex, illum ſanctus Auguſtinus de locis ſcripturę difficillimis ſępe cõſuluit: propter eius ſingularem doctrinam, ⁊ linguę non ſolum Latinę ⁊ Gręcę, ſed Hebraicę etiã ⁊ Chaldaicę intelligentiam, ⁊ quod omnes pene ſcriptores eiuſdẽ Auguſtini teſtimonio legerat. Hęreticos acerrimis ſcriptis exagitauit. Piorũ ⁊ catholicorum patrocinium ſemper ſuſcepit. Vetus teſtamentum, Damaſi iuſſu ex Hebręo, nouum ex Gręco cõuertit, magna etiam ex parte explicauit. Multa pręterea Latine reddidit ſcripta doctorum virorum, ⁊ ipſe alijs proprij ingenij monumentis Chriſtianam diſciplinam illuſtrauit. Qui ad ſummam ſenectutem perueniẽs, ſanctitate ⁊ miraculis

Digitized by Google

lis illuſtris Honorio Imperatore migrauit in cęlũ. Cuius corpus ad Bethlehem ſepultũ eſt, poſtea Romã, in baſilicã ſanctę Marię ad pręſepe tranſlatum. ℟. Iſte homo perfecit. ſ ꝛl.

Lcõ ſ. euã. ſm Matthęũ. L. vij.

ca. 5. IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terrę: quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presbyt.

SAl appellantur apoſtoli, & doctores: q: p illos vniuerſum hominum cõditur genus. Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Si doctor errauerit, quo alio doctore emendabitur? Ad nihilũ valet vltra: niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Exemplum de agricultura ſumptum eſt. Sal enim ciborũ condimentum, & ad ſiccãdas carnes neceſſarium eſt, ita vt alium vſum nõ habeat. Certe legimus in ſcripturis, vrbes quaſdã ira victoris ſale ſeminatas, vt nullum in ipſis germẽ oriretur. ℟. Iſte homo ab adoleſcẽ. ſ ꝛl. Lectio viij.

CAueant ergo doctores, & epiſcopi, & videant potentes potenter ſuſtinere tormẽta, nihilque eſſe remedij, ſi ſe malorũ ruinis ſinant ad tartarũ ducere. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montẽ poſita: neq; accẽdunt lucernã, & ponũt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Docet fiduciam prędicandi, nẽ apoſtoli abſcondantur ob metum, & ſimiles ſint lucernę ſub modio, ſed tota libertate ſe prodãt: vt quod audierunt in cubiculis, prędicent in tectis. ℟. Sint lumbi veſtri. ſ ꝛl. Lectio nona.

NOlite putare qñ veni ſoluere legẽ, aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Siue quod de ſe per alios prophetata cõpleuerit, ſiue quod ea quę ante propter infirmitatẽ audientiũ rudia & imperfecta fuerant, ſua pdicatione compleuerit, iram tollẽs, & vicem talionis excludẽs, & occultã in mente cõcupiſcentiã. Donec tranſeat cęlũ & terra. Promittuntur nobis cęli noui, & terra noua, quę facturus eſt dñs Deus. Si ergo noua creanda ſunt, conſequẽter vetera trãſitura. Tu autem do.

FESTA OCTOBRIS

Offm Defun. j. die nõ ĩpedita.

C S. Remigij epi, & cõfe. Oio. Di

DA, quęſumus ops Deus: vt beati Remigij cõfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat, & ſalutem. Per dñm. Lectio iij. L. A

REmigius, epiſcopus Remẽſis, floruit Clodoueo rege Francorum, quem etiã baptizauit: & primus oĩum doctrinis, & miraculis, Frãcos ad Chriſti

domini

dñi fidez perduxit. Eius oratione, mortua puella reuixit. Multos interpretatus eſt diuinę ſcripturę libros. Amplius ſeptuaginta annos ſumma cum laude Remenſem eccleſiã adminiſtrauit. Cuius vitę & mortis ſanctitatem multa, quę cõſecuta ſunt, miracula comprobarunt.

Die 2. B. Die 3. C.

Die 4. D ¶ Sancti Franciſci confeſſoris duplex. Oratio.



Deus, q Eccleſiã tuã beati Franciſci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere, & cęleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per dominum noſtrũ. L. iiij.

Franciſcus, Aſſiſii in Umbria natus, patris exẽplũ ſecutus, a prima ętate mercaturam fecit, qui quodam die pauperem, pro Chriſti amore flagitantem pecuniam, cũ pręter conſuetudinẽ repuliſſet, repente eo facto cõmotus, large ei miſericordiam impertiuit: & ex eo die Deo promiſit, ſe nemini vnquã poſcenti eleemoſynam negaturũ. Cũ vero poſt in grauẽ morbum incidiſſet, ex eo aliquando confirmatus, cępit ardentius colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantũ profecit, vt euãgelicę perfectionis cupidus, quicquid haberet, pauperibus largiretur. Quod ferens iniquius pater, eũ ad Aſſiſinatem epiſcopum duxit, vt corã illo, bonis cederet paternis: qui reiectis etiã veſtibus, patri cõceſſit oĩa, illud ſubiungẽs, ſibi in poſterum maiore facultatẽ fore dicendi, Pater noſter qui es in cęlis. R. Iſte eſt qui ante. 520. Lectio v.

Cum autẽ illud ex euangelio audiſſet: Nolite poſſidere aurũ, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, ſibi eam regulam ſeruandam propoſuit: itaque detractis calceis, & vna contentus tunica, cũ duodecim ſocios adhibuiſſet, Ordinem Minorum inſtituit. Quare Romam venit anno ſalutis, milleſimo duceteſimo octauo, vt ſui ordinis regula ab apoſtolica ſede confirmaretur. Quem cum accedentem ad ſe, ſummus Pontifex Innocentius tertius reieciſſet, quod in ſomnis poſtea ſibi ille, quem repulerat, collabentem Lateranenſem baſilicam ſuis humeris ſuſtinere viſus eſſet, conquiſitum accerſiri iuſſit: benigneq; accipiens, omnem eius inſtitutorũ rationem confirmauit. Franciſcus igit dimiſſis in omnes orbis terrę partes fratribus ad prędicandum Chriſti euangeliũ, ipſe cupiens

Digitized by Google

cupiens ſibi aliquã dari martyrij occaſionẽ, nauigauit in Syriã: vbi a rege Soldano liberaliſſime tractatus, cũ nihil proficeret, rediijt in Italiã. ℞. Amauit eum. 521. Lectio ſexta.

Multis igitur extructis ſuę familię domicilijs, ſe in ſolitudinẽ montis Aluerni cõtulit: vbi quadraginta diebus propter honorem ſancti Michaelis archãgeli, in ieiunio, ꝛ oratione conſũptis, feſto die Exaltationis ſanctę Crucis, ei Seraphiꝫ crucifixi effigiẽ inter alas cõtinens apparuit: qui eius ꝛ manibus ꝛ pedibus veſtigia clauorum impreſſit: quę ſanctus Bonauẽtura, cũ Alexandri quarti ſummi Põtificis prędicationi intereſſet, narraſſe Pontificẽ a ſe viſa eſſe, literis cõmẽdauit. His inſignibus ſũmi in eũ Chriſti amoris, maximam habebat omniuꝫ admirationem. Ac biẽnio poſt grauiter ęgrotans, deferri voluit in Eccleſiam Sãctę Marię Angelorum: vt vbi gratię ſpiritum a Deo acceperat, ibi ſpiritum vitę redderet. Eo in loco fratres ad paupertatẽ ac patiẽtiam, ꝛ ſanctę Romanę Eccleſię fidem ſeruandam cohortatus, pſalmum illum pronuncians, Voce mea ad dñm clamaui: in eo verſiculo, Me expectãt iuſti donec retribuas mihi, efflauit aiam quarto nonas Octobris. Quẽ miraculis clarum Gregorius nonus Põtifex maximus in ſanctorũ numerum ſcripſit. ℞. Iſte ẽ homo perfectꝰ, ſæc.

In iij. noct. Hom. in euãgelijs. Confiteor tibi pater. folio 580. vt in feſto ſ. Matthię apoſtoli.

Die 5. E. Die 6. F.

¶ S. Marci papę, ꝛ cõf. Orõ. Die 7. G.

Exaudi dñe preces noſtras, ꝛ intercedente beato Marco confeſſore tuo atque pontifice, ſupplicationes noſtras placatus intende. Per dominum noſtruꝫ.

¶ Cõm. SS. m. Sergij, Bacchi, Marcelli, ꝛ Apuleij. Orõ.

Sanctorum martyrũ tuorum, nos domine, Sergij, Bacchi, Marcelli, ꝛ Apuleij beata merita proſequantur: ꝛ tuo ſemper faciãt amore feruẽtes. Per dñm. Lectio tertia.

Marcus Romanus, Conſtantino Magno Imperatore, Põtifex, inſtituit: vt epiſcopus Oſtienſis, a quo Romanus Põtifex cõſecratur, palliõ vteretur: ꝛ vt diebus ſolennibus Symbolũ in Miſſa clara voce caneretur. Duas Romę baſilicas ędificauit, alteram in vrbe, alterã via Ardeatina, quas Cõſtantinus auctas magnis muneribus exornauit. Duobus annis, menſibus octo, ꝛ diebus viginti, quibus vixit in Pontificatu, bis menſe Decẽbri creauit epiſcopos octo, pſbyteros viginti quin/

gintiquinq;, diaconos sex, sepultusq; est in cœmeterio Balbinę.

Die 8. A

Die B ℭ SS. mar. Dionysij, Rustici, & Eleutheri. semidu. Oratio.

DEus, qui hodierna die beatum Dionysium martyrē tuum atq; Pōtificē virtute cōstātię in passione roborasti: quiq; illi ad prędicandum gentibus gloriā tuā Rusticum, & Eleutherū sociare dignatus es: tribue nobis, q̄sumus, ex eorum imitatione pro amore tuo, prospera mundi despicere, & nulla eius aduersa formidare. Per dñm. Lectio iiij.

DIonysius Atheniensis vnus ex Areopagitis iudicibus, vir fuit omni doctrinę genere instructus. Qui cū adhuc in gētilitatis errore versaretur, eo die quo Christus dñs cruci affixus est, animaduertens prę ter naturā solem defecisse, exclamauit: Aut Deus naturę patitur, aut mūdi machina dissoluetur. Sed cū Paulus apostolus veniens Athenas, & in Areopagū ductus, rationē reddidisset eius doctrinę, quā p̄dicabat, affirmās Chrm̄ dñm resurrexisse, & mortuos oēs in vitam redituros esse: cū alij multi, tum ipse Dionysius in Christū credidit. ℟ Sancti tui dñe. 510. L. v.

ITaq; & baptizatus est ab Apſo, & Atheniensiū ecclesię p̄fectus. Qui cū postea Romā venisset, a Clemēte Pōtifice missus est in Galliam p̄dicandi euāgelij causa. Quē Lutetiā vsq; Parisiorū Rusticus presbyter & Eleutherus diaconus prosecuti sunt: vbi a Fescennio prefecto, q̄ multos ad Christianam religionem cōuertisset, ipse cum socijs, virgis cęsus est: Cūque in p̄dicatione Christianę fidei constantissime perseueraret, in craticulā subiecto igne inijcitur, multisq; pręterea supplicijs vna cū socijs cruciať. ℟ Verbera. 510. Lectio sexta.

SEd ea tormentorū genera oībus forti ac libenti animo p̄ferentibus, Dionysius nonagesimum annum agens, cum reliquis securi percutitur septimo Idus Octobris. De quo illud memorię proditū est, abscisum suū caput sustulisse, & progressum ad duo millia passuū in manib' gestasse. Libros scripsit admirabiles, ac plane cęlestes, de diuinis nominibus, de cęlesti, & Ecclesiastica hierarchia, de mystica Theologia, & alios quosdam. ℟ Tanquam aurū. 511. iiij. noc. Hom. i eua. Descēdēs Jesus. 513. de cōi plur. m.

Die 10. C. 11. D. 12. E. 13. F.

S. Callisti pp, & m. semid. Oro. Die 14 G

DEus, qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer

ricorditer per ſanctorum tuorum exempla reſtaura. Per dominum noſtrum Jeſum. Lectio iiii.

Calixtus Romanus preſuit eccleſie Macrino et Heliogabalo Imperatoribus. Inſtituit quatuor anni tempora, quibus ieiunium ſeruaretur. Aedificauit baſilicam ſancte Marie trans Tiberim, et in via Appia cemeterium condidit, in quo multi ſacerdotes et martyres ſepulti ſunt: quod a conditore, Caliſti cemeterium appellatur. Sedit annos ſex, menſes duos, dies decem: ordinationibus quinque menſe Decembri creauit epiſcopos octo, presbyteros ſexdecim, diaconos quatuor. Martyrio coronatus, illatus eſt in cemeterium Calepodij via Aurelia, tertio ab vrbe lapide pridie Idus Octobris. Lectio v. et vi. Ser. Triumphalis. 502. Iuxta noct. Homi. in euangeliu. Siquis venit ad me. 504. de communi vnius martyris.

Die 15. A. Die 16. B. Die 17. c.

Die 18 D ¶ Sancti Luce euangeliſte: duplex. Oratio.

Interueniat pro nobis, quæſumus domine, ſanctus tuus Lucas Euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum noſtrum. In .. noct. leguntur lectiones Ezechielis prophe. poſite in officio de tempore in .i. Dominica Nouemb. Et factum eſt in trigeſimo anno. 329.

Ex libro S. Hieronymi presbyteri de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Lectio i.



Lucas medicus Antiochenſis, vt eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus, fuit ſectator Apoſtoli Pauli, et omnis peregrinationis eius comes. Scripſit euangelium de quo idem Paulus, Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes Eccleſias. Et ad Coloſſenſes: Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Timotheum, Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo Acta Apoſtolorum prenotatur: cuius hiſtoria vſque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt, vſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem vrbe librum eſſe compoſitum. Re. Vidi coniu. 495. L. ii.

Igitur periodos Pauli et Theclæ: et totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, vt indiuiduus comes apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolus ignorauerit? Sed et Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Aſia amatorem Apoſtoli Pauli, conuictum a Iohanne, quod auctor eſſet

libri

libri, et confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, et ob id loco exciſe. Quidã ſuſpicantur quotieſcũq; in epiſtolis ſuis Paulus dicit, Iuxta euangeliũ meũ, de Lucę ſignificare volumine. ℞. Beati eſtis. 596. Lectio ſexta.

Lucã autẽ nõ ſolũ ab apl'o Paulo didiciſſe euãgeliũ, q cũ dño in carne nõ fuerat, ſed a cęteris apl'is, qđ ipſe quoq; in principio ſui voluminis dclarat, dicẽs: Sicut tradiderũt nobis, q a principio ipſi viderũt, et miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euangelium, ſicut audierat ſcripſit. Acta vero apl'oꝝ, ſicut viderat ipſe cõpoſuit. Vixit octoginta et quatuor annos, vxorẽ nõ habẽs: ſepultus eſt Cõſtantinopoli, ad quã vrbẽ viceſimo Cõſtãtini anno oſſa ei⁹ cũ reliqȷs Andreę Apl'i trãſlata ſunt de Achaia. ℞. Iſti ſũt triũph. 496. In iij. noc. Hom. in euag. Deſignauit dñs. 499. de cõi euãg.

Die 19. E. Die 20. F.

Die I. B ¶ S. Hilarionis abb. Oro. Intercesſio. 510. đ cõi pfeſ. nõ põt. Cõme. s. Vrſulę et ſociaꝝ. Oro.

Da nobis, q̃s dñe, ſanctarum virginum et martyrum tuarum, Vrſulę, et ſociarum eius, palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente celebrare non poſſumus: humilibus ſaltem frequentemus obſequȷs. Per do. Lectio ij.

Hilarion, ortus Tabathę in Paleſthina ex parẽtibus infidelibus, Alexandriã miſſus ſtudiorũ cauſa, ibi morũ et ingenij laude floruit: vbi Ieſu Chriſti ſuſcepta religione, in fide et charitate mirabiliter profecit. Frequens enim erat in eccleſia, aſſiduus in ieiunio, et oratione: oẽs voluptatũ illecebras, et terrenarũ rerũ cupiditates cõtemnebat. Cum autem Antonij nomẽ in Aegypto celeberrimum eſſet, eius videndi ſtudio in ſolitudinẽ contendit: apud quem duobus menſibus, oẽm eius vitę rationem didicit. Domũ reuerſus, mortuis parentibus, facultates ſuas pauperibus dilargitus eſt: necdũ quintumdecimum annũ egreſſus: redijt i ſolitudinẽ, vbi extructa exigua caſa, q̃ vix ipſum caperet, humi cubabat. Nec vero ſaccum, quo ſemel amictus eſt, vnquam aut lauit, aut mutauit, cũ ſuperuacaneũ eſſe diceret, mũditias in cilicio q̃rere. Le. iij.

In ſanctarũ literarũ lectione et meditatione multus erat. Paucas ficus, et ſuccũ herbarũ ad victũ adhibebat, nec illis ante ſolis occaſum veſcebat: cõtinentia et humilitate fuit incredibili. Quibus alijs q; virtutibus, varias, horribiles q; tẽtationes diaboli ſuperauit, et innumerabiles demones, in multis orbis terrę partib⁹, ex hominum corporib⁹ eiecit. Qui octogeſimum

Digitized by Google

mum annuꝫ agẽs, multis ędificatis monaſterijs, ⁊ clarus miraculis, in morbũ incidit, cuius vi, cum extremo pene ſpiritu conflictaretur, dicebat: Egredere: quid times? egredere anima mea: quid dubitas? ſeptuaginta prope annis ſeruiſti Chriſto, ⁊ mortem times? Quibus in verbis ſpiritum exhalauit.

Die 22. A. Die 23. B. Die. 24. c.

Die 25 B ¶ Sanctoruꝫ martyrũ Chryſanthi, ⁊ Marię. Oratio.

Beatorũ martyrũ tuorũ, dñe, Chryſãthi ⁊ Marię, qs, adſit nobis oratio: vt quos veneramur obſequio, eorum pium iugiter experiamur auxilium. Per dominuꝫ. Lectio ſecũda.

Chryſanthus ⁊ Maria cõiuges, nobili genere nati, fide etiã clariores, quã Maria, mariti opera, cũ baptiſmo ſuſceperat, Romę innumerabilem hominũ multitudinẽ, hęc mulierum, ille viroruꝫ, ad Chriſtũ conuerterunt. Quare Celerinus pręfectus comprehenſos tradidit Claudio Tribuno: qui iuſſit a militibus Chryſanthuꝫ vinctum cruciantibus torqueri, ſed vincula omnia reſoluta ſũt: mox compedes, in quos coniectus fuerat, confracti. Lectio iij.

Deinde bouis corio incluſum in ardentiſſimo ſole conſtituunt, cum pedib⁹ ac manibus catenis cõſtrictis, in obſcuriſſimũ carcereꝫ detrudũt: vbi ſolutis catenis, clariſſima lux locũ illuſtrauit: Maria vero in lupanar compulſa, leonis tutela, dũ in oratione defixa eſt, a contumelia diuinitus defenſa eſt. Deniqꝫ in arenariũ, quę eſt via Salaria, vterqꝫ ductus, effoſſa terra, lapidibus obruti parẽ martyrij coronam adepti ſunt.

¶ S. Euariſti papę, ⁊ m. Oro. Infirmitatẽ. 501. de cõi. L. iij. B Die 26.

Euariſtus Gręcus, ex Iudęo prẽ, Domitiano, Nerua, ⁊ Traiano Imperatorib⁹, Pontificatum geſſit. Qui eccleſiaruꝫ titulos vrbis Romę pſbyteris diuiſit, ſeptẽqꝫ diaconos inſtituit, q epiſcopuꝫ dũ euangelicę prędicationis officio fungeret, diligẽter cuſtodirent. Item inſtituit vt matrimoniũ publice celebret, ⁊ ſacerdotis benedictio adhibeatur. Pręfuit Eccleſię annos nouem, menſes decem, dies duos: epiſcopis quinqꝫ, presbyteris ſex, diaconis duobus, ter menſe Decembri ordinatis, martyrio coronatus, prope ſepulcrum principis apoſtolorum in Vaticano ſepultus eſt, ſeptimo Calendas Nouembris.

¶ In vigilia apłoruꝫ Simonis ⁊ Iudę, tres lec. leguntur de hom. in euãg. Ego ſum vitis ve. 507. de cõi mar. tpe Paſch. Oratio. B Die 27.

Concede

Concede, quaeſumus omnipotens Deus: vt ſicut apoſtolorum tuorum Simonis et Iude glorioſa natalitia preuenimus, ſic ad tua beneficia promerenda, maieſtatem tuam pro nobis ipſi preueniant. Per do.

Die 28. S. ¶ In feſto Apl'orum Simonis et Iudę. dupl. oia de cõi. 493. preter orationes et lectiones. 470.

Deus, qui nos per beatos Apoſtolos tuos Simonem et Iudam, ad agnitionem tui nominis venire tribuiſti; da nobis eorum gloriam ſempiternam, et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. Per dominum noſt.

In j. noct. legitur epiſtola canonica Iudę, que poſita eſt in Vigilia Pentecoſtes. Iudas Ieſu Chriſti ſeruus. 232. Lec. iiij.

Simon Chananęus, qui et Zelotes: et Thadęus qui et Iudas Iacobi appellatur in euangelio, vnius ex canonicis epiſtolis ſcriptor, hic Meſopotamiam, ille Aegyptum euãgelica predicatione peragrauit. Poſtea in Perſidem conuenientes, cum innumerabiles filios Ieſu Chriſto peperiſſent, fidemque in vaſtiſſimis illis regionibus et efferatis gentibus diſſeminaſſent, doctrina et miraculis, ac denique glorioſo martyrio, ſimul ſanctiſſimum Ieſu Chri nomẽ illuſtrarũt. ℟. Vidi coniunctos. 495. cũ rel. Lcõ v. et vi. ſcriptũ eſt.

Spiritus dñi. 495. de cõi apl'orum. Lectio ſancti Euangelij ſecundum Iohannem. Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Hęc mando vobis, vt diligatis inuicem: Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Et reliqua. c. 15

Homilia S. Auguſtini epiſcopi.

In lectione euangelica quę antecedit, dixerat dominus, Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, et poſui vos vt eatis et fructum afferatis, et fructus veſter maneat: vt, quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Hic autẽ dicit: Hęc mãdo vobis, vt diligatis inuicẽ. Per hoc ergo intelligere debemus, hũc eſſe fructũ noſtrum de quo ait: Ego vos elegi, vt eatis, et fructũ afferatis: et fructus veſter maneat: et quod adiunxit, Vt quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo det vobis: Tũc vtique dabit nobis, ſi diligamus inuicem, cũ et hoc ipſum ipſe dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia nos eum non elegeramus: et poſuit nos vt fructum afferamus, hoc eſt, inuicẽ diligamus. ℟. Iſti ſunt qui viuentes. 497. Lectio viij.

Charitas ergo eſt fructus noſter, quã definit apoſtolus de corde puro, et conſcientia bona, et fide nõ ficta. Hac diligimus inuicem, hac diligimus

Deum: neq; enim vera dilectio/
ne diligeremus inuicē, niſi dili/
gentes Deū. Diligit enim vnuſ/
quiſq; proximum ſuū tanquā
ſeipſum, ſi diligit Deū: nam ſi
nō diligit Deum, non diligit ſe/
ipſū. In his enim duobus prę/
ceptis charitatis tota lex pen/
det & prophetę. Hic eſt fructus
noſter. De fructu itaq; nobis
mādans, Hęc mādo, inquit, vo
bis, vt diligatis inuicē. Unde &
apoſtolus, cū cōtra opera carnis
cōmendare fructū ſpirit⁹ vellet,
a capite hoc poſuit: Fructus, in/
quit, ſpiritus charitas eſt, ac dein
de cętera tanq̄ ex iſto capite ex/
orta & religata cōtexuit: q̄ ſunt,
gaudiū, pax, lōganimitas, beni/
gnitas, bonitas, fides, māſuetu/
do, cōtinentia, caſtitas. ℟. Iſti
ſunt viri ſancti. 497. Lectio ix.

Quis autē bene gaudet, qui
bonum non diligit, vnde
gaudet. Quis pacē verā, niſi cū
illo poteſt habere, quem veraci/
ter diligit? Quis eſt lōganimis
in bono opere pſeueranter ma/
nendo, niſi ferueat diligendo?
Quis eſt benignus, niſi diligat
cui opitulatur? Quis bonus niſi
diligendo efficiatur? Quis ſalu/
briter fidelis, niſi ea fide, quę per
dilectionem operatur? Quis vti
liter manſuetus, cui nō dilectio
moderetur? Quis ab eo cōtinet
vnde turpatur, niſi diligat vnde
honeſtatur? Merito itaq; magi
ſter bonus dilectionē ſic ſępe cō
mendat, tanquā ſola pręcipien/
da ſit, ſine qua nō poſſunt pro/
deſſe cętera bona, & quę non po
teſt haberi ſine cęteris bonis,
quibus homo efficitur bonus.

Die. 29. A. Die 30. B.

¶ In vigilia Omnium San/ Die 31. C
ctorum tres lectiones leguntur
de homilia in euangelium.
Deſcēdēs Jeſus de mōte. 513.
de cōmuni plurium. mar. Oro.

Domine Deus no/
ſter multiplica ſup
nos gratiam tuā: &
quorū pueni mus
glorioſa ſolennia,
tribue ſubſequi in ſancta profeſ/
ſione lętitiam. Per dñm noſt.

FESTA NOVEMBRIS.

Offm Defun. j. die nō impedita.

IN FESTO OMNIVM Die 1. B
Sanctorum. Duplex.

Ad Veſ. Añ. Vidi turbā. 477.
cū reſ. de Lau. ps. Dixit dñs. 52.
cum reliquis de Dominica, &
loco vltimo. Laudate dominū
omnes gentes. 54. Capitulū.



Ecce ego apo. ca. 7
Johānes
vidi alterū an/
gelum aſcendē
tem ab ortu ſo/
lis, habentem
ſignum Dei vi
ui: & clamauit
voce magna q̄/
tuor angelis, qbus datū eſt noce
re terrę, & mari, dicēs: Nolite no
cere terrę, & mari, neq; arbori/
bus

bus, quoadusq; ſignemus ſeruos
Dei nſi in frontibus eorum. Hym.
Chriſte redemptor omnium,
Conſerua tuos famulos;
Beatę ſemper virginis
Placatus ſanctis precibus.
Beata quoq; agmina
Cęleſtium ſpirituum,
Prçterita, prçſentia,
Futura mala pellite.
Vates ęterni iudicis,
Apoſtoliq; domini,
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.
Martyres Dei inclyti,
Confeſſoresq; lucidi,
Veſtris orationibus
Nos ferte in cęleſtibus.
Chori ſanctarum virginum,
Monachorumq; omnium,
Simul cum ſanctis omnibus,
Conſortes Chriſti facite.
Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus,
Vt Chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.
Gloria patri ingenito,
Eiusq; vnigenito,
Vna cum ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſęcula. Amen.
℣. Lętamini in dño, & exultate
iuſti ℟. Et gloriamini oẽs re-
cti corde. Ad Magnifi. Aña.
Angeli, Archangeli, Throni, &
Dñationes, Principatus, & Po-
teſtates, Virtutes cęlorum, Cheru
bin, atq; Seraphin, Patriarchę
& pphetę, ſancti legis doctores,
Apoſtoli, omnes Chriſti marty
res, ſancti confeſſores, virgines
dñi, anachoritę, ſanctiq; omnes
intercedite pro nobis. Oro.
Omnipotens ſempiterne
Deus, q nos Omnium Sãcto-
rũ tuorum merita ſub vna tribui-
ſti celebritate venerari: qs, vt
deſideratã nobis tuę propitia-
tionis abũdantiã, multiplicatis
interceſſoribus largiaris. Per.
Ad Matutinũ. Inuitatorium.
Regem regum dominum venire
adoremus, Quia ipſe eſt corona
ſanctorum omnium. ps. Venite.
Hym. Chriſte redẽptor. vt ſu.
In j. noct. Aña. Nouit dñs viã
iuſtorum, q in lege eius meditã-
tur die ac nocte. ps. Beatus vir.
qui. 2. Aña. Mirificauit dñs
ſanctos ſuos: & exaudiuit eos
clamantes ad ſe. ps. Cũ inuoca-
rem. 61. Aña. Admirabile eſt
nomen tuum domine: quia glo-
ria, & honore coronaſti ſanctos
tuos, & cõſtituiſti eos ſuper ope-
ra manuum tuarum. ps. Dñe
dñs noſter. 3. ℣. Lętamini in do
mino, & exultate iuſti. ℟. Et
gloriamini omnes recti corde.
Ex libro Apocalypſis beati Io
hannis Apoſtoli. Lectio j.
Et ecce ſedes poſita erat in ca. 4
cęlo, & ſupra ſedẽ ſedens, &
qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui
lapidis iaſpidis, & ſardinis: &
iris erat in circuitu ſedis ſimilis
viſiõi ſmaragdinę. Et i circuitu
ſedis ſedilia vigintiquatuor, &
ſup thronos vigintiquatuor ſe-

 niores

Digitized by Google

niores ſedẽtes, circũamicti veſti/
mẽtis albis, ꝛ in capitibus eoꝛuꝫ
coronę aureę. Et de throno pro/
cedebãt fulgura, ꝛ voces, ꝛ toni
trua, ꝛ ſeptem lampades arden
tes ante thronum, qui ſunt ſeptẽ
ſpiritus Dei. Et in cõſpectu ſe/
dis, tanquã mare vitreum ſimi/
le cryſtallo: ꝛ in medio ſedis, ꝛ in
circuitu ſedis, quatuoꝛ aĩalia ple
na oculis ante ꝛ retro. Et ani/
mal primũ ſimile leoni: ꝛ ſecun/
dum animal ſimile vitulo: ꝛ ter/
tium animal, habẽs faciem qua/
ſi hominis: ꝛ quartũ animal, ſi/
mile aquilę volanti. Et quatuoꝛ
animalia ſingula eoꝛuꝫ habebãt
alas ſenas in circuitu, ꝛ intus ple
na ſunt oculis, ꝛ requiem nõ ha
bebãt die ac nocte dicẽtia. San
ctus, ſanctus, ſanctus, dñs Deus
omnipotens, qui erat, ꝛ q eſt, ꝛ q
venturus eſt. ℟. Vidi dñm ſe/
dentẽ ſuper ſolium excelſuꝫ, ꝛ ele
uatum, ꝛ plena erat omnis terra
maieſtate eius. Et ea q̄ ſub ipſo
erant replebant templuꝫ. ℣. Se
raphim ſtabãt ſup illud: ſex alę
vni, ꝛ alę alteri. Et ea. Lec. ij.

ET vidi in dextera ſedentis
ſupꝛa thronũ, librũ ſcriptũ
intus, ꝛ foris, ꝛ ſignatũ ſigillis
ſeptem. Et vidi angelũ foꝛtem,
p̄dicantẽ voce magna: Quis eſt
dignus aperire librũ, ꝛ ſoluere
ſignacula eius? Et nemo poterat
neqꝫ in cęlo, neqꝫ in terra, neque
ſubtus terrã aperire librũ, neqꝫ
reſpicere illũ. Et ego flebã mul/
tum, qm̄ nemo dignus inuentus
eſt aperire librũ, nec videre euꝫ.
Et vnꝰ de ſenioꝛibus dixit mihi.
Ne fleueris: ecce vicit leo de tri/
bu Juda, radix Dauid aperire
librũ, ꝛ ſoluere ſeptem ſignacu/
la eius. Et vidi, ꝛ ecce in medio
throni, ꝛ quatuoꝛ animaliũ, ꝛ in
medio ſenioꝛum agnum ſtantẽs
tanquam occiſum, habentẽ coꝛ/
nua ſeptẽ, ꝛ oculos ſeptem, qui
ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei, miſſi in
omnem terrã. Et venit, ꝛ acce/
pit de dextera ſedẽtis in throno
librum. Et cũ aperuiſſet libruꝫ,
quatuoꝛ animalia, ꝛ vigintiqua
tuoꝛ ſenioꝛes ceciderunt coram
agno, habẽtes ſinguli citharas,
ꝛ phialas aureas, plenas odoꝛa/
mentoꝛuꝫ, q̄ ſunt orationes ſan/
ctoꝛũ. ℟. Beata es virgo Ma
ria Dei genitrix, q̄ credidiſti do
mino: perfecta ſunt in te q̄ dicta
ſunt tibi: ecce exaltata es ſuper
choros angeloꝝ: Intercede pro
nobis ad dñm Deum noſtrum.
℣. Aue Maria gratia plena: do
minus tecum. Intercede. Lec. iij.

ET cãtabãt canticũ nouuꝫ,
dicẽtes: Dignus es dñe ac/
cipere librũ, ꝛ aperire ſignacula
eius: qm̄ occiſus es, ꝛ redemiſti
nos Deo in ſanguine tuo, ex om
ni tribu, ꝛ lingua, ꝛ populo, ꝛ na
tiõe: ꝛ feciſti nos Deo noſtro re/
gnum, ꝛ ſacerdotes: ꝛ regnabi/
mus ſuper terram. Et vidi, ꝛ au
diui vocem angeloꝛum multoꝝ
in circuitu throni, ꝛ animaliũ, ꝛ
ſenioꝛum:

Digitized by Google

ſeniorum: ⁊ erat numerus eorũ milia miliũ dicentiũ voce magna: Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem, ⁊ diuinitatem, ⁊ ſapientiam, ⁊ fortitudinem, ⁊ honorem, ⁊ gloriam, ⁊ benedictionem. Et omnem creaturã, q̃ in cęlo eſt, ⁊ ſup terram, ⁊ ſub terra, ⁊ quę ſunt in mari, ⁊ q̃ in eo, oẽs audiui dicẽtes. Sedẽti in throno, ⁊ agno; Benedictio, ⁊ honor, ⁊ glĩa, ⁊ poteſtas in ſęcula ſęculoꝝ. Et quatuor animalia dicebãt. Amẽ. Et viginti quatuor ſeniores ceciderũt in facies ſuas, ⁊ adorauerunt viuẽtẽ in ſęcula ſeculoꝝ. ℟. In cõſpectu angelorũ pſallã tibi. Et adorabo ad templum ſanctũ tuum: ⁊ confitebor nomini tuo dñe. ℣. Sup miſericordia tua ⁊ veritate tua: qm̃ magnificaſti ſup nos nomẽ ſanctum tuũ. Et adora.

In iij. noct. Aña. Domine qui operati ſunt iuſtitiã, habitabũt in tabernaculo tuo, ⁊ requieſcẽt in monte ſancto tuo. Pſal.

D Omine, quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: ⁊ opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, ⁊ non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: ⁊ munera ſup innocentẽ non accepit.

Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum.

Gloria. Aña. Dñe qui operati ſunt iuſtitiam; habitabunt in tabernaculo tuo, ⁊ requieſcent in mõte ſctõ tuo. Aña. Hęc eſt generatio quęrẽtiũ dñm, quęrentium faciem Dei Jacob. Pſal.

D Omini eſt terra, ⁊ plenitudo eius, orbis terrarũ ⁊ vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſup maria fundauit eũ: ⁊ ſup flumina pparauit eũ.

Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocẽs manibus, ⁊ mundo corde: qui non accepit in vano animã ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: ⁊ miſericordiã a Deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrẽtiũ eũ: quęrentiũ faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini portę ęternales, ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dñs fortis, ⁊ potẽs, dñs potẽs in prelio.

Attollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę ęternales ⁊ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dñs

virtutum ipſe eſt rex glorię.
Gloria. Añ. Hęc eſt generatio
quęrentiũ dñm, quęrentiũ faciẽ
Dei Jacob. Aña. Lętamini in
domino, ꝛ exultate iuſti, ꝛ glo/
riamini oẽs recti corde. Pſal's.
Beati, quorum remiſſę ſunt
iniquitates: ꝛ quorum te/
cta ſunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit
dominus peccatum: nec eſt in
ſpiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt oſſa
mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata
eſt ſuper me manus tua, con
uerſus ſum in ęrumna mea, dum
configitur ſpina.
Delictũ meũ cognitũ tibi feci:
ꝛ iniuſtitiã meam non abſcõdi.
Dixi, confitebor aduerſum me
iniuſtitiã meam dño: ꝛ tu remi/
ſiſti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſan
ctus in tempore opportuno.
Uerumtamen in diluuio aqua/
rum multarum: ad eum non ap/
proximabunt.
Tu es refugium meum a tribu
latione quę circundedit me: ex/
ultatio mea, erue me a circundã
tibus me.
Intellectũ tibi dabo, ꝛ inſtruã
te in via hac qua gradieris: fir/
mabo ſuper te oculos meos.
Nolite fieri ſicut equus ꝛ mu/
lus: quibus non eſt intellectus.
In camo, ꝛ fręno maxillas eo/
rum conſtringe: qui non appro/
ximant ad te.
Multa flagella peccatoris, ſpe/
rantes autem in domino miſe/
ricordia circundabit.
Lętamini in dño, ꝛ exultate iu/
ſti: ꝛ gloriamini oẽs recti corde.
Gloria. Aña. Lętamini in do
mino, ꝛ exultate iuſti, ꝛ gloria/
mini omnes recti corde. ℣. Ex/
ultent iuſti in conſpectu Dei.
℟. Et delectentur in lętitia.
Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.
Hodie dilectiſſimi,
Omnium ſanctorum
ſub vna ſolẽnitatis
lętitia celebramus
feſtiuitatem, quorũ
ſocietate cęlũ exultat, quorũ pa/
trocinijs terra lętatur, quorum
triumphis Eccleſia ſancta coro
natur, quorũ cõfeſſio quãto in paſ
ſione fortior, tanto eſt clarior in
honore, quia dũ creuit pugna, cre/
uit ꝛ pugnantiũ gloria: ꝛ mar/
tyrũ triumphus, multiplici paſ/
ſionũ genere adornatur. Per
quę grauiora tormẽta, grauiora
fuere ꝛ p̃mia. Dũqꝫ catholica
mater Eccleſia p totũ orbẽ lon/
ge, lateqꝫ diffuſa, in ipſo capite
ſuo Chriſto Jeſu edocta, contu/
melias crucis, ꝛ mortẽ didicit
non timere, magis magiſqꝫ ro/
borata eſt non reſiſtendo, ſed p/
ferẽdo. ℟. Precurſor dñi ve/
nit, de quo ipſe teſtatur. Nullus
maior inter natos mulierũ Jo/
hanne Baptiſta. ℣. Hic eſt pro
pheta, ꝛ pluſquam propheta, de
quo

Digitized by Google

quo Salvator ait. Null⁹. L. vi.

O Vere beata mater Eccleſia, quam ſic honor divinę dignationis illuminat, quã vincentium glorioſus martyrum ſanguis exornat, quã inviolatę cõfeſſionis cãdida induit virginitas. Floribus eius nec roſę, nec lilia deſunt. Certent nunc cariſſimi, ſinguli ad utroſq; honores, ampliſſimas accipere dignitatũ coronas, vel de virginitate candidas, vel de paſſione purpureas. In cęleſtibus caſtris pax, ꝛ acies habẽt flores ſuos quibus milites Chriſti coronãtur. ℟. Iſti ſunt qui viventes in carne plantaverunt eccleſiam ſanguine ſuo. Calicem dñi biberunt, ꝛ amici Dei facti ſunt. ℣. In omnem terram exivit ſonus eorũ, ꝛ in fines orbis terrę verba eorum. Calicem. Lectio ſexta.

DEi enim ineffabilis ꝛ immẽſa bonitas, etiã hoc pvidit, ut laborũ quidem tẽpus ꝛ agonis non extenderet, nec longum faceret aut ęternum, ſed breve, ꝛ ut ita dicã, momentaneũ: ut in hac brevi ꝛ exigua vita agones eſſent, ꝛ labores: in illa vero quę ęterna eſt, corona ꝛ pręmia meritorum: ut labores quidẽ cito finirentur, meritorũ vero pręmia ſine fine durarent: ut poſt huius mundi tenebras, viſuri eſſent candidiſſimã lucẽ, ꝛ accepturi maiores paſſionum cunctarũ acerbitatibus beatitudines, teſtãte hoc Apoſtolo ubi ait: Nõ ſunt cõdignę paſſiones huius tẽporis ad ſuperventurã gloriam, q̃ revelabitur in nobis. ℟. Sancti mei, qui in carne poſiti certamẽ habuiſtis. Mercedẽ laboris ego reddã vobis. ℣. Venite benedicti patris mei, pcipite regnũ. Mer. Gl'ia. Mer. In iij. noct. Aña. Timete dñm oẽs ſancti eius, quoniam nihil deeſt timentibus eum: ecce oculi domini ſuper iuſtos, ꝛ aures eius ad preces eorum. Pſal's.

BEnedicam dominũ in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.

In dño laudabit anima mea: audiant manſueti, ꝛ lętentur.

Magnificate dñm mecũ: ꝛ exaltemus nomen eius in idipſum.

Exquiſivi dñm, ꝛ exaudivit me: ꝛ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eũ, ꝛ illuminamini: ꝛ facies vrę nõ cõfundẽtur.

Iſte pauper clamavit: ꝛ dñs exaudivit eum: ꝛ de oĩbus tribulationibus eius ſalvavit eum.

Immittit angel⁹ dñi in circuitu timentium eũ: ꝛ eripiet eos.

Guſtate ꝛ videte qm̃ ſuavis eſt dñs: beatus vir qui ſperat in eo.

Timete dñm oẽs ſancti eius: qm̃ non eſt inopia timentibus eum.

Divites eguerunt ꝛ eſurierũt: inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorẽ

Digitized by Google

domini docebo vos.
Q uis eſt homo, qui vult vitã ⁊ diligit dies videre bonos?
P rohibe linguam tuã a malo: ⁊ labia tua ne loquãtur dolum.
D iuerte a malo ⁊ fac bonũ: inquire pacem ⁊ perſequere eam.
O culi domini ſuper iuſtos: ⁊ aures eius in preces eorum.
V ultus autẽ domini, ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
C lamauerunt iuſti: ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex oĩbus tribulationibus eorum liberauit eos.
I uxta eſt dominus his, qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.
M ulte tribulatiões iuſtorũ: ⁊ de oĩbus his liberauit eos dñs.
C uſtodit dñs omnia oſſa eorũ: vnum ex his non conteretur.
M ors peccatorum peſſima: ⁊ q̃ oderunt iuſtum delinquent.
R edimet dominus animas ſeruorum ſuorũ: ⁊ non delinquent omnes, qui ſperant in eo.
G loria pa. Aña. Timete dñm omnes ſancti eius: quoniã nihil deeſt timentibus eũ: ecce oculi dñi ſuper iuſtos, ⁊ aures eius ad preces eoꝝ. Añ. Dñe ſpes ſanctorũ, ⁊ turris fortitudinis eorum, dediſti hereditatem timentibus nomen tuũ, ⁊ habitabũt in tabernaculo tuo. Pſalmus.
E Xaudi deus deprecationẽ meã: intẽde orationi meę.
A finibus terrę ad te clamaui: dum anxiaretur cor meũ, in petra exaltaſti me.
D eduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis a facie inimici.
I nhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: protegar in velamento alarum tuarum.
Q m̃ tu deus meus: exaudiſti orationẽ meã: dediſti hereditatem timentibus nomen tuum.
D ies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſq; in diem generationis, ⁊ generationis.
P ermanet in eternũ in conſpectu dei: miſericordiam ⁊ veritatem eius quis requiret?
S ic pſalmũ dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi: vt reddam vota mea de die in diem.
G loria pa. Añ. Dñe ſpes ſanctoꝝ, ⁊ turris fortitudinis eoꝝ dediſti hereditatẽ timẽtibus nomẽ tuũ, ⁊ habitabũt in tabernaculo tuo. Añ. Qui diligitis dñm letamini in dño: ⁊ cõfitemini memorie ſanctitatis eius. Pſalꝰ.
D Ominus regnauit, exultet terra: letentur inſule multę.
N ubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia, ⁊ iudicium correctio ſedis eius.
I gnis ante ipſũ precedet: ⁊ inflãmabit in circuitu inimicos eius.
A lluxerũt fulgura eius orbi terrę: vidit, ⁊ commota eſt terra.
M ontes ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.
A nnun-

Digitized by Google

Annunciauerunt celi iuſtitiam eius: ꝛ viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia: ꝛ qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit ꝛ letata eſt Sion.

Et exultauerũt filię Judę: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dñs altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis dñm odite malũ: cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: ꝛ rectis corde, letitia.

Letamini iuſti in domino: ꝛ cõfitemini memorię ſanctificationis eius.

Gloria. Añ. Qui diligitis dñm letamini in dño: ꝛ cõfitemini memorię ſanctitatis eius. ℣. Juſti autẽ in perpetuũ viuent. ℟. Et apud dñm eſt merces eorũ.

Lcõ s. euã. ſm Mattheũ. C. vij.

1.5 In illo tempore: Videns Jeſus turbas aſcendit in montẽ: ꝛ cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et reliqua.

Homilia s. Auguſtini epiſcopi.

Si queritur quid ſignificet mons, bene intelligitur ſignificare maiora pcepta iuſtitię: qa minora erant q̃ Judeis data ſunt. Vnus tamẽ Deus p ſanctos prophetas, ꝛ famulos ſuos ſecundum ordinatiſſimã diſtributionem tẽporum, dedit minora pcepta populo, quẽ timore adhuc alligari oportebat, ꝛ per filium ſuũ maiora populo, quẽ charitate iam liberari conuenerat. Cũ autẽ minora minoribus, maiora maioribus dãtur: ab eo dantur, qui ſolus nouit, cõgruẽtem ſuis temporibus generi humano exhibere medicinã. ℟. Sint lũbi veſtri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hoĩbus expectantibus dñm ſuũ, quando reuertatur a nuptiis. ℣. Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit. Et. C. vij.

Nec mirũ eſt quod dantur pręcepta maiora, pp̃ter regnũ celorũ, ꝛ minora data ſunt propter regnum terrenũ, ab eodem vno Deo, qui fecit celũ, ꝛ terram. De hac ergo iuſtitia q̃ maior eſt, per prophetã dicitur: Juſtitia tua ſicut montes Dei: ꝛ hoc bene ſignificat, q ab vno magiſtro ſolo, docendis tãtis rebus idoneo, docetur in monte. Sedẽs autẽ docet, quod ptinet ad dignitatẽ magiſterij. Et acceſſerũt ad eum diſcipuli eius, vt audiẽdis illis verbis, ij eſſent etiã corpore viciniores, qui pceptis implendis etiam animo propinquabant. Et aperiens os ſuum docebat eos dicens. Iſta circunlocutio, fortaſſis ipſa mora cõmẽdat aliquanto longiorẽ futurũ eſſe

eſſe ſermonē. Niſi forte non va-
cet, quod nunc eū dictū eſt ape-
ruiſſe os ſuū, qui ipſe in lege ve-
teri aperire ſoleret ora prophe-
tarū. ℟. Media nocte clamor
factus eſt: Ecce ſpōſus venit, exi-
te obuiā ei. ℣. Prudētes virgi-
nes aptate veſtras lāpades. Ec-
ce. Gloria. Ecce. Lectio nona.

Quid ergo dicit? Beati
pauperes ſpiritu, quoniam ip-
ſorū eſt regnū cęlorū. Legimus
ſcriptum de appetitione rerum
temporalium, Omnia vanitas, et
pręſumptio ſpūs. Pręſumptio
autem ſpūs audaciam et ſuper-
biā ſignificat. Uulgo etiā ma-
gnos ſpūs ſuperbi habere dicū-
tur recte, quandoquidem ſpūs
etiam ventus vocat. Unde ſcri-
ptū eſt: Ignis, grādo, nix, gla-
cies, ſpūs procellarū. Quis vero
neſciat ſuperbos inflatos dici, tā-
quā vēto diſtentos? Unde eſt
etiā illud Apoſtoli: Scientia in-
flat, charitas vero ędificat. Qua-
propter recte hic intelliguntur
pauperes ſpiritu, humiles, et ti-
mentes Deū: id eſt non haben-
tes inflantē ſpiritū. Te deum.
Ad Laudes, et per horas. Añ.

Uidi turbā magnā, quā
dinumerare nemo pote-
rat, ex omnibus gentibus ſtātes
ante thronum. Ps. Dñs reg. &.
Añ. Et oēs angeli ſtabāt
in circuitū throni, et ceciderūt in
cōſpectu throni in facies ſuas,
et adorauerunt deū. Añ. Re-
demiſti nos dñe deus in ſangui-
ne tuo, ex omni tribu, et lingua,
et populo, et natione, et feciſti
nos deo nřo regnū. Añ. Bene-
dicite dominum omnes electi
eius: agite dies lętitię, et cōfitemi-
ni illi. Añ. Hymnus omnibus
ſanctis eius, filijs Iſrael popu-
lo appropinquanti ſibi, gloria
hęc eſt omnibus ſanctis eius.
Cap. Ecce ego Johānes. 473.
vt ſupra in Veſperis. Hymnus.

IEſu Saluator ſęculi
Redemptis ope ſubueni,
Et pia Dei genitrix
Salutem poſce miſeris.
Cętus omnes angelici,
Patriarcharum cunei,
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam.
Baptiſta Chriſti pręuius,
Et clauiger ęthereus,
Cum cęteris apoſtolis,
Nos ſoluant nexu criminis.
Chorus ſacratus martyrum,
Confeſſio ſacerdotum,
Et virginalis caſtitas
Nos a peccatis abluant.
Monachorum ſuffragia,
Omneſq; ciues cęlici,
Annuant votis ſupplicum,
Et vitę poſcant pręmium.
Laus, honor, virtus, gloria,
Deo patri, et filio,
Sancto ſimul paraclito
In ſęculorum ſęcula. Amen.
℣. Exultabunt ſancti in gloria.
℟. Lętabunt in cubilibus ſuis.
Ad Bñs. Añ. Te glorioſus
apoſtolorum

Digitized by Google

apoſtolorum chorus, et propheta-
rũ laudabilis numerus, te marty-
rũ cãdidatus laudat exercitus;
te oẽs ſancti ⁊ electi, voce conſi-
tent vnanimes, beata Trinitas,
vnus Deus. Orõ vt ſu. f.474.
Ad iij. Ca. Ecce ego Ioh.473.
℟.b. Letamini.512. ℣. Exul.
de cõi plur. marty. Ad vj. Cap.

po. 7. POſt hec vidi turbã magnã quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, ⁊ tribubus, ⁊ populis, ⁊ linguis, ſtantes ante thronum Dei in cõſpectu agni, amicti ſtolis albis, ⁊ palme in manibus eorũ. ℟.b. Exultẽt iuſti.512. ⁊ Iuſti autẽ.

Ad Nonam. Capitulum.

BEnedictio, ⁊ claritas, ⁊ ſapiẽtia, ⁊ gratiarum actio, honor virtus, ⁊ fortitudo deo nr̃o, in ſecula ſeculorum. Amẽ. ℟.b. Iuſti aũt.512. ⁊ Exultabũt ſcti. Ad veſ. Añ. Vidi turbã. vt ſu. cũ reſ. de Lau. ps. Dixit dñs.52. cũ reſ. in fine ps. Credidi.54. Cap. Ecce ego Iohãnes.473. Hym. Chriſte redẽptor.474. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Letabunt in cubilibus ſuis. Ad Mag. Aña. O quam glorioſum eſt regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes ſancti, amicti ſtolis albis, ſequuntur agnum quocũq; ierit. Oratio. O ps ſempiterne deus.474. Dicto Bñdicamus dño. dñr Veſpere defunctorũ incipiendo ab Aña. Placebo dño.547. que integra dĩ ante pſal. ſiſ ⁊ alie Añe ad modũ duplicis. ps. Dilexi.54. ⁊ reſ. oĩa vt in Veſ. Defunctorũ, excepto pſalmo. Lauda anima mea dñm. fo.60. qui poſt Pater noſter. non dĩ ſed dĩ tm̃ Orõ, Fidelium Deus. cũ ſuis pſi. vt in Offõ Defunc. circa finẽ Breuiarij pontif.547.

SECVNDA DIE.

Die 2. E infra octa. Oium Sanctorum. De ſerm.s. Auguſtini epi. l.iij.

QVaz leto ſinu de exilio reuertẽtes ciuitas celeſtis excipit, de hoſte proſtrato trophea ferentibus occurrit: cum triumphantibus viris, ⁊ femine veniũt, que cũ ſeculo ſexũ quoq; vicerunt, ⁊ geminata gloria militie virgines cũ pueris teneros annos virtutibus trãſeũtes: ſed ⁊ cetera fidelium turba aule perpetue regiã intrabit, qui ſinceritatẽ fidei inconcuſſis pceptorũ celeſtium diſciplinis, vnita pace obſeruauerũt. ℟. Precurſor.475. L. v.

ERgo agite nũc fratres, aggrediamur iter vite, reuertamur ad ciuitatẽ celeſtẽ, in qua aſcripti ſum⁹ ⁊ ciues decreti. Nõ ſumus hoſpites, ſed ciues ſanctorũ ⁊ domeſtici Dei, etiã illius heredes, coheredes autem Chriſti. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo, ⁊ fiducia latũ prebebit ingreſſum: Cõſideremus ergo inclytam vrbis illius felici-

tatem,

taté, in quãtũ cõſiderare poſſibile eſt: vt eniꝫ vere eſt, cõprehẽdere nullus ſermo ſufficiet. ℟. Iſti ſũt q viuẽtes. 476. L. vj.

Dicitur de ea in quodã loco ſic. Quod aufugiet ibi dolor, ⁊ triſtitia, ⁊ gemit⁹. Quid hac vita beatius? vbi nõ eſt paupertatis metus, non ęgritudinis imbecillitas: Nemo lęditur, iraſcitur nemo, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardeſcit, nullũ cibi deſideriũ, nulla honoris pulſatio, aut poteſtatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, inſidię dęmonũ nullę, terror gehẽnę ꝑcul. Mors ibi, neqꝫ corpis, neqꝫ aię erit, ſed imortalitatis munere vita iucũda. ℟. Sãcti mei. 476.

De hom. s. Auguſt. epi. L. vij.

Non aliũde omnino incipere voluit beatitudinem, quã a paupertate ſpiritus, ſiquidẽ puentura eſt ad ſummã ſapiẽtiã. Initiuꝫ autẽ ſapiẽtię, timor dñi. Qm̃ ⁊ e cõtrario, initiũ omnis peccati ſuperbia ſcribitur. Superbi autẽ appetunt, ⁊ diligunt regna terraruꝫ. Beati mites: quoniam ipſi hęreditabunt terrã. Illã credo terram, de qua in Pſalmo dicitur: Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ. Significat enim quandam ſoliditateꝫ, ⁊ ſtabilitatẽ hęreditatis ꝑpetuę, vbi anima ꝑ bonũ affectum, tanquam loco ſuo requieſcit, ſicut corpus in terra: ⁊ inde cibo ſuo alit ſicut corpus ex terra: ipſa eſt requies, ⁊ vita ſanctorum. Mites autẽ ſunt q cedunt improbitatibus, ⁊ nõ reſiſtunt malo, ſed vincũt in bono malũ. ℟. Sint lumbi. 477. L. viij.

Beati lugẽtes, qm̃ ipſi cõſolabunt. Luctus eſt triſtitia de amiſſione caroꝝ: conuerſi autẽ ad Deum, ea quę in hoc mundo cara amplectebantur, amittunt: non enim gaudent his rebus, quibus ante gaudebãt: ⁊ donec fiat in illis amor ęternoꝝ, nonnulla męſtitia ſauciantur. Conſolabuntur ergo ſpũ ſancto, qui maxime propterea paracletus nominatur, ideſt conſolator, vt temporalia amittẽtes, ęterna lętitia perfruãtur. ℟. Media nocte. 477. Lectio ix.

Beati qui eſuriunt, ⁊ ſitiũt iuſtitiã, qm̃ ipſi ſaturabũtur. Iam iſtos amatores dicit veri ⁊ incõcuſſi boni. Illo ergo cibo ſaturabũtur, de quo ipſe dñs dicit. Meus cibus eſt, vt faciaꝫ volũtatẽ patris mei, quod eſt iuſtitia: ⁊ illa aqua, de qua quiſquis biberit, vt ibidem dicit, fiet in eo fons aquę ſalientis in vitã ęternam. Beati miſericordes, qm̃ ipſorum miſerebit Deus. Beatos eſſe dicit, q ſubueniunt miſeris, quod eis ita repẽditur, vt de miſeria liberentur.

Poſt Laud. diei abſolute incipitur Mat. Defunct. ab Inuit. Regem cui. cũ pſal. Venite. 547. ⁊ trib⁹ noct. in qbus duplicant Añę.

Digitized by Google

Añç, & ſiľr ad Laud. ix. ℟. oĩ
Libera me dñe de morte. In fi/
ne laudũ nõ dĩ ps. O ẽ pſũdis.
Sed dicto Pater nr̃ dñr pſi. &
Orõ. Fidelium. vt ſup. in Veſp.
¶ Si prima dies poſt Feſtum
Oium Sanctorũ fuerit dñica:
Offm̃ fit de dñica, vt in rub. ge
neralib. & Offm̃ Defunct. trans
fert in ſcdãm feriã modo predi/
cto: ita vt poſt Veſp. dñicę dicã/
tur Veſperę Defunct. Matuti
num vero poſt Laudes ferię ij.

Die TERTIA DIE.

f infra octa. Oium Sanctorum.
De ſerm. s. Auguſti. epi. L. iiij.

Nulla erit tunc vſq; diſcordia, ſed cũcta cõſona, cũcta cõue/niẽtia: qa omnium ſanctoȝ vna cõcordia, pax cuncta & lętitia cõtinet trãquilla ſunt oĩa & quieta, iugis ſplendor, non iſte q nunc eſt, ſed tanto clarior quanto felicior: qa ciuitas illa, vt legitur, nõ egebit lumine ſolis, ſed dominus omni/potens illuminabit eã, & lucerna eius eſt agnus. Ubi ſancti fulgebunt vt ſtellę in ppetuas ęterni/tates, & ſicut ſplendor firmamẽti, q ad iuſtitiaȝ erudiũt multos. ℟. Precurſor. 475. Lcõ v.

Qua propter nox ibi nulla, nullę tenebrę, & cõcurſus nubium nullus, nec frigoris ardorisq; aſperitas vlla: ſed talis quędã erit reruȝ tẽperies, quaȝ nec oculus vidit: nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, niſi illoruȝ qui ea perfrui digni inueniũtur, quorũ nomina ſcri/pta ſunt in libro vitę, & qui lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine a/gni, & ſunt ante thronum Dei, ſeruiuntque ei die ac nocte. Nõ eſt ſenectus ibi, nec ſenectutis miſeria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in menſu/ram ętatis plenitudinis Chriſti. ℟. Iſti ſunt q viuẽ. 476. L. vj.

Uerum ſup oĩa hęc eſt, cõ/ſociari angelorũ, & archãgeloruȝ cętibus, thronis etiã, & dñationibus, principatibus, & poteſtatibus, omniumque cęle/ſtium ſupernarumq; virtutum contubernijs perfrui, & intueri agmina ſanctoruȝ ſplendidius ſideribus micantia, patriarcha/rum fide fulgentia, propheta/rum ſpe lętantia, apoſtolorum in duodecim tribubus Iſrael orbem iudicantia, martyruȝ purpureis victorię coronis lucen/tia, virginum quoque choros candentia ſerta geſtantes inſpi/cere. ℟. Sancti mei. 476.

De hom. s. Auguſt. epi. L. vij.

Beati mũdo corde, qm̃ ipſi deũ videbũt. Quã ergo ſtulti ſunt, q deum iſtis exterio/ribus oculis quęrunt, cuȝ corde videatur, ſicut alibi ſcriptũ eſt: Et in ſimplicitate cordis qrite illũ. Hoc eſt enim munduȝ cor, quod & ſimplex cor. Et queãd/modum lumen hoc videri non poteſt,

Digitized by Google

poteſt, niſi oculis mūdis, ita nec Deus videt, niſi mūdū ſit illud quo videri poteſt. Beati pacifici, qm̄ ipſi filij Dei vocabūtur. In pace pfectio eſt, vbi nihil repugnat: & ideo filij Dei pacifici, qm̄ nihil in his reſiſtit deo, & vtique filij ſimilitudinē pr̄is habere debent. ℟ Sint lū. 477. L. viij.

Pacifici autē in ſemetipſis fiunt, q oēs animi ſui motus componētes, & ſubijcientes rationi, ideſt mēti & ſpiritui, carnaleſqꝫ cōcupiſcētias habentes edomitas, fiunt regnum Dei, in quo ita ſunt ordinata omnia, vt id quod eſt in homine pręcipuū & excellens, hoc imperet cęteris nō reluctantibus, q̄ ſunt nobis, beſtijſqꝫ cōmunia: atque idipſū quod excellit in homine, ideſt mens & ratio, ſubijciatur potiori, qđ eſt ipſa veritas, vnigenitus filius Dei. Neqꝫ eniꝫ imperare inferioribus poteſt, niſi ſuperiori ſe ipſe ſubijciat. Et hęc eſt pax, q̄ datur in terra hoībus bonę voluntatis: hęc vita conſummati, perfectiqꝫ ſapientis. ℟ Media nocte. 477. L. ix.

De huiuſmodi regno pacatiſſimo & ordinatiſſimo miſſus eſt foras princeps huius ſeculi, q peruerſis, inordinatiſqꝫ dominatur. Hac pace intrinſecus cōſtituta atqꝫ firmata, quaſcūqꝫ pſecutiones ille q foras miſſus eſt forinſecus cōcitauerit, auget gloriā, q̄ ſm̄ deū eſt, non aliquid in illo ędificio labefactans, ſed deficientibus machinis ſuis innoteſcere faciens, quāta firmitas intus extructa ſit. Ideo ſequitur: Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, quoniā ipſorum eſt regnum cęlorum.

¶ Cōmemo. Sanctorū martyrum Vitalis, & Agricolę. Oro.

Preſta, q̄s omnipotēs Deus: vt q ſanctorū martyrū tuorū Vitalis, & Agricolę ſolennia colimus: eorum apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dnm.

QVARTA DIE. Bi

infra octa. Oium Sanctorum. 4.

De ſerm. 5. Auguſt. epi. L. iiij.

De rege autē, q horum medius reſidet, dicere vox nulla ſufficit: effugit enim oēm ſermonem, atqꝫ oēm ſenſum humanę mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virtus, illa gloria, illa magnificētia, illa maieſtas. Vltra enim oēm ſanctorū eſt gloriā, ipſius ineſtimabilē aſpicere cōſpectum, & ſplendore maieſtatis eius irradiari. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam paruo tēpore tolerare: vt Chriſtum videre digni eſſe poſſemus in gloria venientem, & ſanctorūꝫ eius numero ſociari: nonne erat dignū pati omne quod triſte eſt, vt tanti boni, tantęqꝫ glorię participes haberemur?

Digitized by Google

mar. ℟. Precurſor. 475. L. v.

Quę erit illa, fratres chariſſimi, iuſtorū gloria, quam grandis ſanctorū lętitia: cū vnaquęq; facies fulgebit vt ſol: cū ordinibus diſtinctis, populum ſuum dñs in regno pr̄is ſui cęperit recenſere, & meritis atq; operibus ſingulorū pr̄mia promiſſa reſtituere, pro terrenis cęleſtia, pro tēporalibus ſempiterna, pro modicis magna pr̄ſtare, adducere ſanctos in viſionē paternę glorię, & facere in cęleſtibus conſidere, vt ſit deus oīa in omnib᷒, ęternitatēq; amatoribus ſuis, & immortalitatem largiri: atq; eos, quos ſanguinis ſui viuificatione reparauit, denuo ad paradiſū reducere, regna cęlorum fide & veritate ſuę pollicitationis aperire. ℟. Iſti ſunt qui viuentes. 476. Lectio ſexta.

Hæc hęreāt firmiter ſenſibus noſtris, hęc intelligātur plena fide, hęc toto corde diligantur, hęc indeſinentiū operū magnanimitate acquirant. Res poſita eſt in poteſtate faciētis, quia regnū cęlorū vim patit. Res iſta, homo, id eſt regnū cęleſte, aliud non quęrit precium, quam te ipſū: tantū valet, quātum es tu. Te da, & habebis illud. Quid turbaris de precio? Chriſtus ſemetipſū tradidit, vt acquireret te in regnū dei patris: ita & tu te ipſū da, vt ſis regnū ei᷒, ac nō regnet peccatum in mortali ſuo corpore, ſed ſpūs in acquiſitione vitę. ℟. Sti mei. 476.

De hom. S. Auguſt. epi. L. vij.

Sunt autē omnes iſtę octo ſententię. Iā enim cętera compellans loquitur ad illos, q aderant, dicens: Beati eritis, cū vos maledicent, & perſequēntur vos. Superiores autem ſententias generaliter digeſſerat. Non enim dixit: Beati pauperes ſpiritu, quoniā veſtrū eſt regnū cęlorum: ſed quoniam ipſorum eſt, inquit, regnum cęlorū: neque, beati mites, qm̄ vos poſſidebitis terrā, ſed qm̄ ipſi poſſidebunt terram, & ita cęteras vſque ad octauā ſententiam, vbi ait: Beati qui perſecutionē patiuntur ppter iuſtitiā, qm̄ ipſorum eſt regnum cęlorū. Inde iam incipit loqui, pręſentes cōpellans: cum & illa, quę ſupra dicta ſunt, ad eos etiam pertinerent, qui pręſentes audiebant: & hęc poſtea, quę videntur pręſentibus ſpecialiter dici, pertineāt etiam ad illos, qui abſentes, vel poſt futuri erant. ℟. Sint lumbi veſtri. 477. Lectio viij.

Quapropter iſte ſententiarum numerus diligenter cōſiderandus eſt. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes ſpiritu, id eſt nō inflati dum ſe diuinę auctoritati ſubdit aīa, timens poſt hanc vitā ne pgat ad pęnas, etiā ſi forte in hac vita, beata ſibi eſſe videatur. Inde

Inde venit ad diuinarum ſcripturarū cognitionē, vbi oportet eā ſe mitē prębere pietate: ne id, quod imperitis videtur abſurdum, vituperare audeat, & pernicacibus concertationibus efficiatur indocilis. Inde iam incipit ſcire quibus nodis ſęculi huius per carnalem conſuetudinem ad peccata teneatur. ℟. Media nocte. 477.

¶ Pro ſanctis martyribus Vitale, & Agricola. Lectio nona.

Vitalis, & Agricola ei⁹ dñs, in pſecutione Diocletiani, & Maximiani Bononię ob Jeſu Chriſti pręedicationē comprehenſi ſunt. Cumq; Vitalis quo magis precibus, & minis tētaretur vt ſententiam mutaret, eo magis ſe Chriſti cultorem ac ſeruū pfiteret, vario tormentorū genere cruciatus, conſtāter omnia perferēs, in oratione ſpiritū deo reddidit. Agricola vero cū eius ſuppliciū dilatū eſſet, ſi forte tormentis ſerui permotus, Chriſto vellet renunciare: eius exemplo magis confirmatus eſt: itaq; cruci affixus, Vitali ſeruo conſors, & ſocius fuit nobilis martyrij. Eorum corpora ad Judęorum ſepulcra cū eſſent humata, a ſancto Ambroſio inuenta, in ſacrum celebremq; locum tranſlata ſunt.

Die 5. A QVINTA DIE infra octa. Oium Sanctorum. De ſerm. S. Auguſt. epi. L. iiij.

Ab hoc igitur opere ſalutarium, dilectiſſimi, palmā libēter ac prompte capeſſamus: oēs in agone iuſtitię, deo, & Chriſto ſpectante curramus: & q ſeculo & mundo maiores eſſe cępimus, a curſu noſtro nulla ſeculi cupiditate retardemur. Si expeditos, ſi celeres in hoc operis agone, ſi currentes dies vltimus inuenerit: nuſquam dñs meritis nr̄is ad pręmium deerit remunerator. ℟. Precurſor. 475. L. v.

Qui coronā in perſecutione purpureā pro paſſione donauit, ipſe in pace viuentibus p iuſtitię meritis dabit candidam. Nam nec Abrahā, nec Iſaac, nec Jacob occiſi ſunt, & tamen fidei, & iuſtitię meritis honorati, inter patriarches primi eſſe meruerunt. Ad quorū cōgregatur conuiuiū quiſquis fidelis & iuſtus & laudabilis inuenitur. Memores eſſe debemus, voluntatē non noſtrā, ſed Dei facere debere: quia qui fecerit eius voluntatem: ipſe manebit in ęternum: quomodo & ille manebit in ęternum. ℟. Iſti ſunt qui viuentes. 476. L. vi.

Quapropter, cariſſimi, mēte integra, fide firma, virtute robuſta, charitate perfecta parati ad oēm voluntatē dei ſimus, cōſeruātes fortiter dei mādata. In ſimplicitate ſeruate innocentiam,

nocentiã, in charitate cõcordiã, modeſtiã in humilitate, diligẽtiã in adminiſtratione, vigilãtiã in adiuuãdis laborãtib⁹, miſericordiã in fouẽdis pauperib⁹, in indefeſſa veritate cõſtãtiã, in diſciplinę ſeueritate cẽſurã: ne aliqd ad exemplũ bonoꝝ factoꝝ in nobis deſit. Hęc ſũt veſtigia quę nobis ſancti quiq́ꝫ, reuertẽtes in patriã reliquerunt, vt illorũ ſemitis inhęrentes, ſequeremur ad gaudia. ℟ Sãcti mei. 476.

De hom. S. Auguſt. epi. L. vij.

Itaq́ꝫ hoc tertio gradu, in quo ſcientia eſt, luget amiſſio ſummi boni, qa inhęretur extremis. In quarto autem gradu labor eſt, vbi vehemẽter incũbit, vt ſeſe animus auellat ab eis, qbus peſtifera dulcedine innexus eſt. Hic ergo eſuritur, ⁊ ſitit iuſtitia, ⁊ multũ neceſſaria eſt fortitudo: qa nõ relinquit ſine dolore, quod cũ delectatione retinetur. Quinto autẽ gradu perſeuerãtibus in labore datur euadẽdi cõſilium: qa niſi quiſq́ꝫ adiuuetur a ſuperiore, nullo modo ſibi eſt idoneus, vt ſe ſe tantis miſeriarũ implicamentis expediat. Eſt autem iuſtum conſilium, vt qui ſe a potentiori adiuuari velit, adiuuet infirmiorem, in quo eſt ipſe potentior: Itaq́ꝫ beati miſericordes, quia ipſorum miſerebitur Deus. ℟ Sit lũbi. 477 L. viij.

Sexto gradu eſt cordis mũditia de bona cõſcientia bonorum operum, valens ad contemplandum ſummum illud bonum, quod ſolo puro ⁊ ſereno intellectu cerni poteſt. Poſtremo eſt ſeptima ipſa ſapientia, ideſt contemplatio veritatis, pacificãs totum hominem, ſuſcipiens ſimilitudinem Dei: quę ita cõcluditur: Beati pacifici, quoniam ipſi filij dei vocabuntur. Octaua tanquã ad caput redit, quia cõſummatum, perfectumq́ꝫ oſtendit, ⁊ probat. Itaq́ꝫ in prima ⁊ in octaua nominatim eſt regnũ cęlorũ: Beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cęlorũ. Et beati q perſecutionẽ patiũtur propter iuſtitiã, quoniã ipſorum eſt regnum cęlorum. ℟ Media nocte. 477. Lectio nona.

Cum iam dicitur: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Septem ſunt ergo, quę perficiunt: nam octaua clarificat, ⁊ quod perfectũ eſt demonſtrat, vt per hos gradus perficiantur ⁊ cęteri, tanquam e capite rurſum exordiens. Videtur ergo mihi etiam ſeptiformis operatio ſpiritus ſancti, de qua Iſaias loquitur his gradibus, ſententijsq́ꝫ congruere. Sed intereſt ordinis: nam, ibi enumeratio ab excellentioribus cępit, hic vero ab inferioribus. Ibi namque incipit a ſapientia Dei: ⁊ deſinit ad ti-

morem Dei: ſed initium ſapientię timor domini eſt.

SEXTA DIE

Die 6. B infra oct. Omnium Sanctorū.

Sermo S. Bernardi abb. L. iiij.

Quia ſanctorū omniū feſtiuā hodie dilectiſſimi, omniq; digniſſimā deuotione memoriam celebramus: operępręcium puto, de communi eorū felicitate, in qua beata iā requie perfruunť, ꝛ futura quā pręſtolātur cōſummatione, adiuuante ſpiritu ſancto ſermonē facere charitati veſtrę. Fidelis quippe ſermo, ꝛ omni acceptione dignus: vt quos ſolenni veneratione proſequimur, etiā ſimili conuerſatione ſequamur, quos beatiſſimos prędicamus, ad eoꝝ beatitudinē tota auiditate curramus; quoꝝ delectamur pconijs, eorū ſubleuemur patrocinijs. ℟. Pręcurſor. 475 L. v.

HOc quid ergo ſanctis laus noſtra? ad quid glorificatio noſtra? ad quid noſtra hęc ipſa ſolennitas? Quo eis terrenos honores, quos iuxta veracē filij promiſſionē honorificat pater cęleſtis? Quo eis pręconia noſtra? Pleni ſunt. Prorſus ita eſt dilectiſſimi: honorū noſtrorū ſancti non egent, nec quicq̄ eis noſtra deuotione pręſtatur. Plane ꝙ eorū memoriam veneramur noſtra intereſt, nō ipſoꝝ. Vultis ſcire, quātū intereſt noſtra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione ſentio deſideriū vehemēs inflāmari, ꝛ deſiderium triplex. ℟. Iſti ſunt qui viuētes. 476. L. vj.

VUlgo dicitur. Quod non videt oculus, cor nō dolet: Oculus me⁹ memoria mea: ꝛ cogitare de ſāctis, quodāmodo eos videre eſt. Sic nēpe portio nr̄a in terra viuentiū, nec modica ſane portio: ſi tamen, vt decet, memoriā affectio comiteť: ſic, inquā, cōuerſatio noſtra in cęlis eſt. Veruntamē nō ſic noſtra, ſicut illorū. Ipſorū eniꝫ ſubſtātia ibi eſt, noſtra aūt deſideria: ipſi per pręſentiā, nos per memoriā ibi ſumus. ℟. Sancti mei. fol. 476.

De homi. S. Auguſt. epi. L. vij.

QUapropter ſi gradatiꝫ tāquā aſcendentes numeremus, primus ibi eſt timor Dei, ſecūda pietas, tertia ſciētia, quarta fortitudo, quintū ꝯſiliū, ſext⁹ intellectus, ſeptima ſapiētia. Timor Dei cōgruit humilibus, de quibus hic diciť. Beati pauperes ſpiritu, quoniā ipſorū eſt regnū cęlorum, ideſt non inflati, non ſuperbi: de quibus Apoſtolus dicit: Noli altum ſapere, ſed time: ideſt, noli extolli. Pietas ꝯgruit mitibus, qui enim pie quęrit, honorat ſanctam ſcripturam, ꝛ nō reprehendit quod nondum intelligit, ꝛ propterea non reſiſtit, quod eſt mitem eſſe: Unde hic dicitur, Beati mites, quoniam ipſi hereditate poſſidebunt terram,

Digitized by Google

rum. ℟ Sint lūbi. 477. L. viij.

SCientia cōgruit lugētibꝰ, qui iam cognouerūt in ſcripturis, quibus malis vincti teneantur, quę tanquam bona, ⁊ vtilia ignorantes appetierunt, de quibus hic dicitur: Beati qui lugent nunc. Fortitudo congruit eſurientibus, ⁊ ſitiētibus: laborāt enim deſiderātes gaudiū de veris bonis, ⁊ amorem a terrenis ⁊ corporalibus auertere cupientes, de quibus hic dicitur: Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſtitiā. Conſilium congruit miſericordibus: hoc enim vnum remediū eſt de tantis malis euadēdi: vt dimittamus, ſicut nobis dimitti volumꝰ: ⁊ adiuuemus in quo poſſumus alios: ſicut ⁊ nos in quo nō poſſumus, cupimꝰ adiuuari: de quibus hic dicitur: Beati miſericordes, quoniam ipſorū miſerebitur Deus. ℟ Media. 477. L. ix.

INtellectus congruit mundis corde, tanquam purgato oculo, quo cerni poſſit quod corporeus oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: de quibus hic dicitur, Beati mūdo corde, ⁊ reliqua. Sapiētia cōgruit pacificis, in quibus iā ordinata ſunt omnia, nulluſq; motus aduerſus rationē rebellis eſt, ſed cuncta obtemperāt ſpiritui hominis, cum ⁊ ipſe obtemperet Deo: de quibus hic dicitur: Beati pacifici. Vnū autē premium, quod eſt regnū cęlorum, pro his gradibus varie nominatum eſt. Tu autē domine.

SEPTIMA DIE. Die 7. L

infra octa. Omnium Sanctorū. Sermo S. Iohā. Chryſo. L. iiij.

QVi ſanctorū merita religioſa charitate miratur, quiq; iuſtorum glorias frequenti laude colloquitur, eorum mores ſanctos atque iuſtitiā imitatur: quoniam quē delectat ſancti alicuius meritū, delectare debet par circa cultū Dei obſequium. Quare aut imitari debet, ſi laudat: aut laudare non debet, ſi imitari detrectat: vt qui aliū laudat, laudabilē ſe reddat: et qui ſanctorū merita admiratur, mirabilis ipſe vitę ſanctitate reddatur. Nā ſi propterea iuſtos, fideleſq; diligimꝰ, q in ipſis iuſtitiā fideq; ſuſpicimꝰ: poſſumus nos quoq; eſſe q̄ ſunt, ſi faciamꝰ ipſi quod faciūt. ℟ Precurſor. 475. Lectio v.

NEq; enim difficile nobis eſt, quod ab ipſis geritur imitari: cū ſine precedenti exemplo ab antiquis talia geſta cōſpicimus: vt non ipſi aliorū ęmuli redderentur, ſed ęmulandę virtutis ſeipſos nobis preberēt exēplum: vt, dum nos ex ipſis, ⁊ ex nobis alij proficiunt: ſic Chriſtus in ſuis ſemper ſeruis, in eccleſia ſancta laudetur. Vnde ab origine mundi, innocens Abel occiditur, Enoch Deo placens tranſ-

tranſfertur, iuſtus Noe inuenitur, Abraham fidelis probatur, Moyſes manſuetus dignoſcitur, Jeſus caſtus, Dauid lenis, Elias acceptus, Daniel ſanctus, tres pueri victores redduntur. ℟. Iſti ſunt qui viuētes. 476. L. vj.

Apoſtoli diſcipuli Chriſti, credētiū magiſtri habent̄: e quibus eruditi confeſſores fortiſſimi pugnārt: martyres perfecti triumphārt, ⁊ Chriſtiani ſemper exercitus diabolū Deo armati debellant. In iſtis ſemꝑ pares virtutes, diſſimiles pugnę, glorioſę victorię. Unde tu Chriſtiane, delicatus es miles, ſi putas te poſſe ſine pugna vincere, ſine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in p̄lio iſto cōcerta. Cōſidera pactū, ꝯditionē attēde, militiā noſce: pactū, qd̄ ſpopōdiſti, cōditionē qua acceſſiſti: militiā, cui nomē dediſti. ℟. Sācti mei. 476.

De Hom. S. Auguſt. epi. L. vij.

In primo gradu, ſicut oportebat, poſitū eſt regnū cęlorū: quod eſt perfectę, ſummęqȝ ſapientię animę rationalis. Sic itaqȝ dictū eſt: Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorum eſt regnū cęlorū, tanqȝ diceretur, Initium ſapientię timor dn̄i. Mitibus hęreditas data eſt, tanqȝ teſtamentū patris cū pietate quęrentibꝰ: Beati mites, quoniā ipſi hęreditate poſſidebūt terrā. Lugentibus cōſolatio, tanquā ſcientibus quid amiſerint, ⁊ quibus merſi ſunt. Beati qui lugēt nūc: quoniā ipſi cōſolabunt̄. Eſurientibus ⁊ ſitientibus ſaturitas, tāquam refectio laborantibus fortiter qȝ certantibus ad ſalutem. Beati qui eſuriunt, ⁊ ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabūtur. ℟. Sint lūbi. 477. L. viij.

Miſericordibꝰ miſericordia tanqȝ vero ⁊ optimo cōſilio vtentibꝰ: vt hoc eis exhibeatur a potētiore, quod inualidioribus ipſi exhibēt. Beati miſericordes: quoniā ipſorū miſerebit̄ Deus. Mūdis corde facultas eſt vidēdi Deū, tanquā purū oculū ad intelligēda ęterna gerētibus: Beati mūdo corde, quoniā ipſi deū videbūt. Pacificis Dei ſimilitudo eſt tanquā perfectę ſapientibus, formatiſqȝ ad imaginem Dei per regenerationē renouati hominis. Beati pacifici, quoniā ipſi filij Dei vocabūtur. Et iſta quidē in hac vita poſſunt compleri, ſicut cōpleta eſſe in apoſtolis credimus. Nam illa omnimoda in angelicam formam mutatio, quę poſt hanc vitā promittitur, nullis verbis exponi poteſt. ℟. Media nocte. 477. Lec. ix.

Beati ergo qui perſecutionē patiūtur propter iuſtitiam, quoniā ipſorū eſt regnū cęlorū. Hęc octaua ſententia, quę ad caput redit, perfectūqȝ hominē declarat, ſignificatur fortaſſe ⁊ circūciſione octaua die in veteri teſtamento.

ſtamēto, ⁊ dñi reſurrectione poſt ſabbathū, q eſt vtiq; octau⁹ idē, que primus dies, ⁊ celebratione octauarū feriarū, quas in regeneratione noui hominis celebram⁹, ⁊ numero ipſo Pentecoſtes: nā ſeptenario numero ſepties multiplicato, quo fiunt quadraginta nouē, quaſi octauus additur, vt quinquaginta compleantur. Et tanquā redeatur ad caput, quo die miſſus eſt ſpiritus ſanctus, eo in regnum cęlorum ducimur, ⁊ hęreditate accipimus, ⁊ conſolamur, ⁊ paſcimur, ⁊ miſericordiā conſequimur, ⁊ mundamur, ⁊ pacificamur. Atq; ita pfecti omnes extrinſecus, illatas moleſtias pro veritate ⁊ iuſtitia ſuſtinem⁹.

In j. veſp. oct. fit cōme. SS. m. Quatuor Coronatorū. Oratio.

PRęſta, quęſumus, omnipotens Deus: vt q glorioſos martyres fortes in ſua cōfeſſione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. Per do.

Die 8. N.

IN OCTAVA
Omnium Sanctorum.

Ex libro S. Cypriani martyris de mortalitate. Lectio quarta.

COnſiderādū eſt, fratres dilectiſſimi, ⁊ idēdidē cogitādū, renūciaſſe nos mūdo, ⁊ tāq; hoſpites, ⁊ peregrinos hic interim degere. Amplectamur diē, qui aſſignat ſingulos domicilio ſuo, qui nos iſtinc ereptos, ⁊ laqueis ſecularib⁹ exolutos, paradiſo reſtituit ⁊ regno cęleſti. Quis nō peregre cōſtitutus properaret in patriā regredi? Quis non ad ſuos nauigare feſtinans, ventum proſperum cupidus optaret, vt velociter caros liceret amplecti? R. Pręcurſor. 475. Lect. v.

PAtriā noſtrā paradiſum cōputam⁹, parentes patriarchas habere iā cępimus: qd non properam⁹, ⁊ currim⁹, vt patriā noſtrā videre, vt parētes ſalutare poſſimus? Magnus illic nos carorū numerus expectat, parentū, fratrū, filiorū: frequēs nos ⁊ copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, ⁊ adhuc de noſtra ſalute ſolicita. Ad horum cōſpectū ⁊ cōplexū venire quanta ⁊ illis ⁊ nobis in cōmune lętitia eſt? qualis illic cęleſtiū regnorū voluptas ſine timore moriendi, ⁊ cū ęternitate viuēdi? quam ſumma, ⁊ perpetua felicitas? R. Iſti ſunt q viuētes. 476. Lec. vj.

ILlic apoſtolorū glorioſus chorus: illic prophetarum exultantiū numerus: illic martyrum innumerabilis populus ob certaminis ⁊ paſſionis victoriā coronatus. Triumphantes illic virgines, quę concupiſcentiam carnis ⁊ corporis cōtinētię roborare ſubegerunt. Remunerati miſericordes: qui alimentis ⁊ largitionibus pauperum iuſtitię opera fecerūt: qui dñica pcepta ſeruantes, ad cęleſtes theſauros terrena

rena patrimonia tranſtulerũt. Ad hos, fratres dilectiſſimi, auida cupiditate properemꝰ: ⁊ cũ his cito eſſe, vt cito ad Chr̃m venire contingat, optemꝰ. ℟. Sctĩ mei. 476.

De hom. S. Auguſt. epi. l. vij.

BEati eritis, cũ vobis maledicent, ⁊ perſequentur vos, ⁊ dicent omne malum mentientes propter me. Gaudete, ⁊ exultate quoniã merces vr̃a multa eſt in cęlis. Animaduertat quiſqꝫ delicias huius ſęculi ⁊ facultates rerũ tẽporaliũ quęrit, ĩ noĩe Chriſtiano, intrinſecus eſſe beatitudinẽ noſtrã, ſicut de aĩa eccleſiaſtica ore ꝓphetico dicitur: Omnis gloria eius filię regis abintꝰ. Nã extrinſecus maledicta, perſecutiones, ⁊ detractiones promittũtur: de quibus tamẽ magna merces eſt in cęlis: quę ſentitꝰ in corde patientium eorũ, qui iam poſſunt dicere: Gloriamur in tribulationibus, ſciẽtes quod tribulatio patiẽtiã operatꝰ, patientia autẽ probationẽ, probatio vero ſpẽ, ſpes autẽ nõ cõfundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus nr̃is per ſpiritũ ſanctũ qui datꝰ eſt nobis. ℟. Sint lũbi. 477 L. viij.

NOn autem iſta perpeti fructuoſũ eſt, ſed iſta ꝓ Chriſti nomine nõ ſolũ ęquo animo, ſed etiã cũ exultatione tolerare. Nã multi hęretici, nomine Chriſtiano animas decipientes, multa talia patiuntur: ſed ideo excluduntur ab iſta mercede, quia nõ dictum eſt tantũ, Beati qui ꝑſecutionẽ patiuntur, ſed additũ eſt; propter iuſtitiã. Ubi autẽ ſana fides nõ eſt; nõ poteſt eſſe iuſtitia: quia iuſtus ex fide viuit. Neque ſchiſmatici aliqͩd ſibi ex iſta mercede promittãt, qa ſimiliter vbi charitas nõ eſt, nõ poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi, mali nõ operatꝰ: quã ſi haberẽt, nõ dilaniarẽt corpus Chriſti, qd̃ eſt Eccleſia. ℟. Media. 477.

Pro Sanctis Quatuor Coronatis. Lectio nona.

SEuerus, Seuerianus, Carpophorus, ⁊ Victorinus, fratres, in perſecutione Diocletiani, deorum cultum libere deteſtantes, plumbatis cęſi in verberibꝰ vitã ꝓ Chriſti nomine pfuderũt. Quorũ corpora canibus obiecta, cum ab illis intacta diu fuiſſent, ſublata a Chriſtianis via Lauicana tertio ab Urbe lapide in arenario ſepeliuntꝰ prope ſepulcrũ ſanctorũ martyrũ Claudij, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorij, ⁊ Simplicij: qui, eodem Imperatore paſſi erãt, quod cũ eſſent ſummi ſculptores, nullo modo adduci potuerãt, vt idolorum ſtatuas facerent: ⁊ ad Solis ſimulacrũ ducti, vt illud venerarẽtur, nunqͣ cõmiſſuros ſe dixerũt, vt adorarẽt opera manuũ hominũ. Quamobrẽ in carcerẽ coniecti, cum ibi multos dies in eodẽ propoſito perſtitiſſent, primum ſcorpionibus cęſi, deinde

Digitized by Google

viui plumbeis loculis incluſi, in
flumē deijciuntur. Extat in Ur/
be eccleſia ſub nomine Sancto/
rū Quatuor Coronatorū, quo/
rum diu ignota nomina, diuini/
tus poſtea patefacta ſunt, vbi nō
ſolum illorum quatuor, ſed etiaꝫ
horum quinque martyrum cor/
pora honorifice ſepulta ſunt, ꝛ
eorum feſtiuitas ſexto Idus No
uembris celebratur. Tu autem.

Die 9. Dedic. Baſilicę Saluatoris,
Dup. Ad Ueſp. a Cap. omnia
vt in cōi Dedicat. Eccleſię. cum
cōme. octa. Omniuꝫ Sanctorū.
Et fit cōm. s. Theodori m. Orō.

Deus, qui nos beati
Theodori martyris
tui confeſſione glo/
rioſa circundas, ꝛ
protegis: pręſta no/
bis, ex eius imitatione proficere, ꝛ
oratione fulciri. Per dominum.

De libro Apocalypſis beati Jo
hannis Apoſtoli. Lectio prima.

ca. 21 Et venit ad me vnus de ſe/
ptem angelis habentibus
phialas ſeptē plenas plagis no/
uiſſimis, ꝛ locutus eſt mecū, di/
cens: Ueni ꝛ oſtendaꝫ tibi ſpon/
ſaꝫ, vxorē agni. Et ſuſtulit me in
ſpiritu in montē magnuꝫ ꝛ altū,
ꝛ oſtendit mihi ciuitatem ſanctā
Jeruſalem deſcendentem de cę/
lo, a Deo habentem claritatem
Dei, ꝛ lumen eius ſimile lapidi
precioſo, tanquam lapis iaſpidis,
ſicut cryſtallum. ℟. In dedi/
catione. 530. Lectio ſecunda.

Et habebat murū magnū
ꝛ altū, habentē portas duo
decim: ꝛ in portis angulos duo/
decim, ꝛ nomina inſcripta, quę
ſunt nomina duodecim tribuum
filiorū Iſrael. Ab Oriente portę
tres: ab Aquilone portę tres: ab
Auſtro portę tres: ꝛ ab Occaſu
portę tres: Et murus ciuitatis ha
bens fundamēta duodecim, ꝛ in
ipſis duodecim nomina duode/
cim Apoſtolorum Agni. Et qui
loquebatur mecū habebat men/
ſurā arūdineā auream, vt meti/
retur ciuitatem, ꝛ portas eius ꝛ
muros. ℟. Fundata. 530. L. iij.

Et ciuitas in quadro poſi/
ta eſt, ꝛ longitudo eius tan
ta eſt, quanta ꝛ latitudo: ꝛ men/
ſus eſt ciuitateꝫ de arundine au/
rea per ſtadia duodecim millia:
ꝛ longitudo, ꝛ altitudo, ꝛ latitu/
do eius ęqualia ſunt: ꝛ menſus
eſt muros eius centum quadra/
ginta quatuor cubitorū, menſu/
ra hominis q̄ eſt angeli. Et erat
ſtructura muri eius ex lapide ia/
ſpide: ipſa vero ciuitas, aurum
mundum, ſimile vitro mundo.
℟. Benedic dn̄e. 530. Lec. iiij.

Ritus quos in cōſecrandis
eccleſijs, ꝛ altarib9 Roma/
na ſeruat Eccleſia, beatus Syl/
ueſter Papa primus inſtituit.
Nam etſi iam ab Apoſtolorum
tempore loca fuerunt Deo dica/
ta, quę a quibuſdam oratoria, ab
alijs Eccleſię dicebantur, vbi col
lectę fiebant per vnam ſabbathi

Digitized by Google

& Chriſtianus populus orare, Dei verbum audire, & euchariſtiam ſumere ſolitus erat: nõ tamen illa chriſmate vngebantur, nec in eis adhuc in titulum erectuz erat altare, quod chriſmate delibutum figuram domini noſtri Jeſu Chriſti, q altare, hoſtia, & ſacerdos noſter eſt, ſignificaret. ℟. Orantibus. 531. Lectio v.

Sed vbi Conſtantinus Imperator p baptiſmi ſacramentuz ſanitaẽ, ſaluteq̃z cõſecutus eſt, tũ primuz lege ab eo lata conceſſum eſt, toto orbe terrarũ Chriſtianis, vt Eccleſias edificarẽt: quos ille non ſolũ edicto, ſed etiam exẽplo ad ſacram edificationem eſt cohortatus. Nam & in ſuo Lateranẽſi palatio Eccleſiã Saluatori dedicauit, & ei continentem baſilicã nomine ſancti Johãnis Baptiſte cõdidit in balneo caloris ſui, eo loco quo ipſe baptizat⁹ a ſãcto Syluestro a lepra mũdatus eſt, quã idẽ Pontifex cõſecrauit quinto Idus Nouẽbris: cui⁹ cõſecrationis memoria celebrat hodierno die, quo primũ Rome publice eccl'a ꝯſecrata eſt, & imago Saluatoris in pariete depicta populo Romano apparuit. ℟. O quã. 531. l. vj.

Quod ſi ſanctus Syluester poſtea in cõſecratione altaris principis apoſtoloꝝ decreuit, vt deinceps niſi ex lapide altaria nõ edificarent: tamẽ baſilice Lateranenſis altare fuit e ligno erectum: quod mirum non eſt. Naz cũ a ſancto Petro vſq̃z ad Syluestrũ, propter pſecutiones, pontifices certo loco cõſiſtere nõ poſſent, quocũq̃z eos neceſſitas compuliſſet, ſiue in cryptas, ſiue in cemeteria, ſiue in edes pioꝝ, ſuper illo altari ligneo ad arce ſimilitudinem concauo, ſacra faciebant. Quo altari ſanctus Syluester, reddita Eccleſie pace, honoris cauſa principis apoſtoloꝝ, q in illo ſacrificaſſe dicit, & reliquorũ pontificũ, qui vſq̃z ad id tempus ad myſteria cõficienda ea vſi fuerant, in Lateranẽſi prima Eccleſia collocato, ſanciuit, ne quiſq̃z in eo preter Romanum pontificem miſſaz deinceps celebraret. ℟. Mane ſurgens. folio. 531.

In tertio nocturno Homilia in euangeliũ. Ingreſſus Jeſus perambulabat Jericho. 531. vt in cõmuni Dedicationis Eccleſie.

Pro S. Theodoro marty. l. ix.

Theodorus, miles Chriſtianus, Maximiano Imperatore, quod idoloruz fanũ incendiſſet, comprehenſus, cũ a Prefecto legionis pena ei remitteretur, ſi penitens facti Chriſtianã fidẽ execraretur, cõſtanter in ſui dei confeſſione perſeuerans, miſſus eſt in carcerem: vbi vngulis excarnificatus, dum coſte nudarentur, letus canebat: Benedicã dominũ in omni tẽpore. Quare in ardentem rogum iniectus: in oratione & diuinis laudibus animam

mam Chriſto reddidit, quinto Idus Nouembris: cuius corpus Euſebia pia mulier, ſindone inuolutum, ſepeliuit in ſuo prędio.

Die x. F ¶ Sanctorum marty. Tryphonis, Reſpicij, ⁊ Nymphę. Oro.

FAc nos, quęſumus domine, ſanctorum martyrum tuorum Tryphonis, Reſpicij, ⁊ Nymphę ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs protectionis tuę dona ſentiamus. Per dominum. L. iij.

TRyphon, Decio Imperatore, cũ Abſadi, in Saxonia Ieſu Chriſti fidẽ prędicans, omnes ad eius cultũ pducere conaret, a Decij ſatellitibus comprehẽſus, primum equuleo torquetur, ⁊ vngulis ferreis excarnificatur, deinde ſublimibus pedibus cãdẽtibus clauis cõfixus, fuſtibus cęditur, ⁊ admotis facibus ardentib⁹ adurit. Quę cum omnia fortiter ferre vidiſſet Reſpicius tribunus, ad Chriſti dñi fidẽ cõuerſus, ſtatim ſe Chriſtianũ eſſe palã profeſſus eſt: qui varie cruciatus, vna cũ Tryphone rapitur ad Iouis ſimulacrũ, quę ſtatua Tryphone orãte cõcidit. Eo miraculo cõmota virgo quędam, cui nomen erat Nympha, Ieſum Chriſtũ verũ eſſe Deum, clara voce teſtata eſt. Quare duo illi viri cum virgine plumbatis crudeliſſime contuſi, nobiliſſimum martyrum conſecuti ſunt quarto Idus Nouemb.

Die xi. G ¶ S. Martini epi ⁊ pfeſſ. dupl. Ad veſ. Aii. Dixerũt diſcipuli. cũ reſ. de laud. ps. Dixit dñs. 52. cũ reſ. in fine ps. Laudate dñm oẽs gẽtes. 54. Cap. Ecce ſa. 513. Hymn. Iſte cõfeſſor. 514. ℣. Amauit eum. de cõi vnius cõfe. pont. Ad Mag. Aña. O beatũ virum, cuius anima paradiſum poſſidet: vnde exultãt angeli, lętãtur archãgeli, chorus ſanctorũ proclamat, turba virginũ inuitat: mane nobiſcum in ęternum. Oratio.

DEus, qui cõſpicis, quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹: cõcede ppitius, vt interceſſione beati Martini cõfeſſoris tui atq; põtificis, contra omnia aduerſa muniamur. Per dominum noſtrũ. Cõm. S. Mẽnę mart. Oratio. Preſta qs. 501. de cõi vnius m. Ad Mat. Inuit. Laudem⁹ deũ nrm, In pfeſſione beati Martini. ps. Venite. Hymn. Iſte cõfeſ. 514. In i. noc. Aii. Martinus adhuc catechumen⁹ hac me veſte cõtexit. ps. Beat⁹ vir. 2. Aña. Sãctę Trinitatis fidẽ Martin⁹ pfeſſus eſt, ⁊ baptiſmi gratiã pcepit. ps. Quare frem. 2. Aña. Ego ſigno crucis, nõ clypeo ptect⁹, aut galea, hoſtiũ cuneos penetrabo ſecurus. ps. Dñe qd multiplicati. 2. ℣. Amauit eũ dñs, ⁊ ornauit eũ. ℟. Stolã glię induit eũ. In i. noc. lcões. Fidelis ſer. 514. de

de cõi cõfeſſ. pont. j. ℟. Hic eſt Martinus electus Dei Pontifex, cui dñs poſt apoſtolos tantã gratiã cõferre dignatꝰ eſt, Ut in virtute Trinitatis deificę, mereretur fieri triũ mortuorũ ſuſcitator magnificus. ℣. Sãctę Trinitatis fidẽ Martinꝰ confeſſus eſt. Ut. ij. ℟. O omine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, nõ recuſo ſubire propter eos laborez. Fiat voluntas tua. ℣. Oculis ac manibus in cęlũ ſemper intentus, inuictũ ab oratione ſpiritũ nõ relaxabat. Fiat. iij. ℟. O beatum virum Martinum antiſtitem, Qui nec mori timuit, nec viuere recuſauit. ℣. Dñe, ſi adhuc populo tuo ſuz neceſſariꝰ, nõ recuſo laborẽ, fiat voluntas tua. Qui nec. Glo. Qui. iij. ij. noctur. Aña. Confido in dño, quod filia mea precibus tuis reddenda ſit ſanitati. ps. Cum inuocarem. ſol. Aña. Tetradius cognita Dei virtute, ad baptiſmi gratiã puenit. ps. Uerba mea. ſol. Aña. O ineffabilem virum, per quem nobis tanta miracula coruſcãt. ps. Dñe dñs nr̃. ſol. ℣. Elegit eum dñs ſacerdotẽ ſibi. ℟. Ad ſacrificandũ ei hoſtiam laudis. L. iiij.

Martinꝰ Sabarię i Pãnonia natus, cũ decimũ attigiſſet annũ, inuitis parẽtibꝰ ad eccleſiã ↄfugiẽs, in catechumenoꝝ numerũ aſcribi voluit. Quindecim annos natus in militiã pfectꝰ, primũ in Cõſtãtij, deinde in Iuliani exercitu militauit. Qui cũ nihil haberet pter arma, ꝛ veſtimentũ quo tegebat, Ambiani pauperi ac nudo ab eo petẽti, vt Chri noĩe ſibi eleemoſynam tribueret, partez chlamydis dedit. Cui ſequenti nocte Chrs dimidiata illa veſte indutus apparuit, hãc mittens vocẽ: Martinus catechumenꝰ, hac me veſte cõtexit. ℟. Oculis ac manibus in cęluz ſemp intẽtus, Inuictũ ab orõne ſpiritũ nõ relaxabat. ℣. Duz ſacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit ſuper caput eius. Inuictũ. L. v.

Octo ꝛ octo annos cũ haberet, baptizatus eſt. Quare relicta militari vita, ad Hilariuz Pictauenſem epiſcopuz ſe cõtulit, a quo in acoluthorũ numerũ redactꝰ eſt. Poſt factꝰ epiſcopꝰ Turonenſis, monaſteriũ ędificauit, vbi cuz octoginta monachis ſanctiſſime aliquãdiu vixit. Qui cũ poſtea ad Candacenſem vicũ ſuę diœceſis in grauẽ febrim incidiſſet, aſſidua Deũ oratione precabat, vt ſe ex illo mortali carcere liberaret. Quẽ audientes diſcipuli ſic rogabãt. Cur nos pater deſeris? cui nos miſeros derelinquis? Quorum voce commotus Martinus, ita deũ orabat: Dñe, ſi adhuc populo tuo ſuz neceſſarius, nõ recuſo laborẽ. ℟. Beatus Martinus obituz ſuum longe ante preſciuit, dixitqꝫ fratribus: Diſſolutionem ſui corporis immi-

imminere: quia indicabat ſe iam reſolui. ℣. Viribus corporis cepit repẽte deſtitui, conuocatiſq; diſcipulis dixit. Diſſolu. Le. vj.

Sed cũ eũ in illa vehementi febre ſupinũ orãtẽ viderẽt diſcipuli, ſuppliciter ab eo petierũt, vt cõuerſo corpore, tantiſper dũ remitteret morbi vis, pronus cõquieſceret. Quibus Martin⁹. Sinite me, inqt, celũ potius quã terrã aſpicere: vt ſuo iam itinere iturus ad dñz ſpiritus dirigatur. Inſtante iam morte, viſo humani generis hoſte: Quid, inquit, ſtas cruenta beſtia? nihil in me funeſte reperies. Ea in voce, vnum ⁊ octoginta annos natus, animã deo reddidit, quam angelorum chorus excepit, eoſq; diuinas canentes laudes, multi, in primiſq; Seuerinus Colonienſis epiſcopus audiuit. Et ſanctus etiã Ambroſius eodẽ tẽpore ad altare arctiori ſomno correpť⁹, ac poſt tertiã horã excitat⁹: Scitote, inquit, fratrẽ meum Martinũ exiſſe de corpore, meq; eius funeri piam operã dediſſe. ℟. O ixerũt diſcipuli ad beatũ Martinũ: Cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? Inuadent enĩz gregẽ tuũ lupi rapaces. ℣. Scimus quidẽ deſiderare te Chriſtũ: ſed ſalua ſunt tibi tua pręmia: noſtri potius miſerere, quos deſeris. Inuadẽt. G lo. Inu In iij. noc. An. Dñs Jeſus Chřs nõ purpuratũ, aut diademate renitẽtem ſe ven-turũ eſſe ƥdixit. Ps. In dño confi. 503. An. Sacerdos dei Martine, aperti ſunt tibi celi, ⁊ regnũ patris mei. Ps. Dñe quis habita. 503. An. Sacerdos dei Martine, paſtor egregie, ora ƥ nobis Deũ. Ps. Dñe in virtute. 503. ℣. Tu es ſacerdos in ęternũ. ℟. Secundũ ordinem Melchiſedech.

Lcõ S. euãg. ſm Lucaz. L. vij.

In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Nemo accẽdit lucernã, ⁊ ponit eam ſub modio, ſed ſup cãdelabrũ: vt qui ingrediũtur lumẽ videãt. Et reliq. ca. xi.

Homilia ſancti Ambroſii epi.

Ad iij. Cap. Fratres, Jam. 493. ℟. bre. In omnem terraꝫ, Exiuit ſonus eorum. Rep. In oēm. ℣. Et in fines orbis terre verba eorū. Exiuit. Gloria. In. ℣ Cōſtitues eos principes ſuper omneꝫ terraꝫ. ℟. Memores erūt.

Ad Sextam. Capitulum.

Act. 5. Per manus autem apoſtolorum fiebant ſigna, ꝛ prodigia multa in plebe. ℟ Conſtitues eos principes, Super omnem terram. ℣ Memores erunt nominis tui dñe. Super. Glo. Cōſtitues. ℣. Nimis honorati ſunt amici tui deus. ℟ Nimis cōfortatus eſt principatus eorū.

Ad Nonam. Capitulum.

Ibant apoſtoli gaudētes a cōſpectu concilij: qm̄ digni habiti ſunt pro nomine Jeſu cōtumeliā pati. ℟. Nimis honorati ſunt Amici tui deus. ℣. Nimis cōfortatus eſt principatꝰ eorum. Amici. Gloria. Nimis. Act. 5.

℣ Annunciauerunt opera dei. ℟. Et facta eius intellexerunt.

In ij. Ueſperis. Antiphona.

Jurauit dñs, ꝛ nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū. ps. Dixit do. 52. Aña Collocet eum dñs cuꝫ principibus populi ſui. ps Laudate pueri. 53. Aña. Dirupiſti dñe vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. ps. Credidi. 54. Aña Euntes ibāt ꝛ flebāt, mittētes ſemina ſua. ps. In conuertendo. 55. Aña. Confortatus eſt principatus eoruꝫ, ꝛ honorati ſunt amici tui deus. ps Domine probaſti. 58. Cap. Fratres, Jam non eſtis. 493. Hymnus. Exultet celum. ℣. Annunciauerunt opera dei. ℟. Et facta eius intellexerunt.

Ad Mag. Aña. Eſtote fortes in bello, ꝛ pugnate cū antiquo ſerpente: ꝛ accipietis regnū eternū, alleluia. Alie lcōnes pro Apl̄is. De expoſitione Scti Auguſtini epiſcopi ſuper Pſalmuꝫ octuageſimum ſextum. Lectio iij.

Fun-

FUndamēta eius in mōtibus ſanctis, diligit dominus portas Sion. Quare fundamenta apoſtoli, ⁊ prophetę? Quia eorum auctoritas portat infirmitatem noſtram. Quare ſunt portę? Quia per ipſos intramus ad regnū dei: prędicant enim nobis, ⁊ cum per ipſos intramus, per Chriſtum intramus. Ipſe eſt enim ianua. Et cū dicuntur duodecim portę Jeruſalem: ⁊ vna porta Chriſtus, ⁊ duodecim portę Chriſtus: q̄a in duodecim portis Chriſtus: ⁊ ideo duodenarius numerus apoſtolorum. Sacramentum magnum huius duodenarij ſignificatio eſt numeri. Sedebitis, inquit, ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. ℟. Vidi cōiunctos. 595. L.v.

SI duodecim ſellę ibi ſunt, non eſt vbi ſedeat tertiuſdecim⁹ Paul⁹ Apoſtol⁹, ⁊ nō erit quomodo iudicet: ⁊ ipſe ſe iudicaturū dixit non homines tantum, ſed ⁊ angelos. Quos angelos, niſi apoſtatas angelos? Neſcitis, inquit, quia angelos iudicabimus? Reſponderet ergo turba: quid te iactas iudicaturum? vbi ſedebis? Duodecim ſedes dixit dominus duodecim Apoſtolos: vnus cecidit Judas, in locū ipſius ſanctus Matthias ordinatus eſt: impletus eſt duodenarius numerus ſedium: primo locum inueni vbi ſedeas, ſic te minare iudicaturum. Duodecim ergo ſedes quid ſibi velint, videamus. Sacramentum eſt cuiuſdam vniuerſitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Eccleſia, vnde vocatur hoc ędificium ad Chriſti compagem. ℟. Beati eſtis. 496. L.v.

ET ideo quia vndiq; venit ad iudicandū, duodecim ſedes ſunt: ſic q̄a vndiq; intrat in illā ciuitatē duodecim portę ſunt. Non ſolum ergo illi duodecim, ⁊ apoſtolus Paulus, ſed quotquot iudicaturi ſunt, propter ſignificationem vniuerſitatis, ad ſedes duodecim pertinent, quēadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor ſunt, Oriens, Occidens, Aquilo, ⁊ Meridies. Iſtę quatuor partes aſſidue nominantur in ſcripturis: ab omnibus iſtis quatuor ventis, ſicut dicit dominus in euangelio, a quatuor ventis ſe collecturū electos, vocat Eccleſia. Quomodo vocatur? Vndiq; in Trinitate vocat, nō vocatur niſi per baptiſmū, in noīe patris, ⁊ filij, ⁊ ſpiritus ſancti. Quatuor ergo ter ducta, duodecim inueniuntur. ℟. Iſti ſunt triūphat. 496.

Lcōs euāg. ſc̄m Mattheū. L.vj.

IN illo tēpore: Dixit Simō Petrus ad Jeſum. Ecce nos reliquimus omnia, ⁊ ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Et reliq. ca.19

Homilia S. Hieronymi presby.

GRādis fiduciæ: Petrus piſcator erat, diues nō fuerat, et cibos manu ⁊ arte quęrebat, ⁊ tamē loquitur cōfidenter: Reliquimus omnia. Et quia nō ſufficit tantum relinquere, iungit quod perfectū eſt: Et ſecuti ſumus te, fecimus quod iuſſiſti: Quid igiť dabis nobis pręmij? Jeſus autē dixit illis: Amen dico vobis, ꝙ vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Nō dixit, qui reliquiſtis omnia: hoc enim ⁊ Socrates fecit philoſophus, ⁊ multi alij diuitias contēpſerunt: ſed qui ſecuti eſtis me, quod proprium apoſtolorū eſt, atq; credentiū. ℟. Iſti ſunt qui viuentes. 497. Lectio viij.

IN regeneratione, cum ſederit fili⁹ hominis in ſede maieſtatis ſuę, quando ⁊ mortui de corruptione reſurgent incorrupti: ſedebitis ⁊ vos in ſolijs iudicantium, condemnantes duodecim tribus Iſrael: quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domū, vel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros propter nomen meū, centuplum accipiet, ⁊ vitam ęternam poſſidebit. Locus iſte cum illa ſententia congruit, in qua Saluator loquitur: Non veni pacem mittere, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem a patre ſuo, ⁊ filiam a matre, ⁊ nurum a ſocru: ⁊ inimici hominis domeſtici eius. Qui ergo propter fidem Chriſti, ⁊ prędicationem euangelij omnes carnales affectus contempſerint, ⁊ diuitias atque ſeculi voluptates, iſti centuplum accipient, ⁊ vitam eternam poſſidebunt. ℟. Iſti ſunt viri. 497. Lectio nona.

EX occaſione huius ſententię quidam introducunt mille annos poſt reſurrectionem, dicentes, tunc nobis centuplum omnium rerū quas dimiſimus, ⁊ vitam ęternam eſſe reddendā: non intelligentes, quod ſi in cęteris digna ſit retributio, in vxoribus appareat turpitudo: vt qui vnam pro Deo dimiſerit, centū recipiat in futuro. Sēſus igitur iſte eſt: Qui carnalia pro ſaluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet: quę cōparatione ⁊ merito ſui, ita erunt, quaſi ſi paruo numero cētenarius numerus comparetur.

IN COMMVNI EVANGELISTARVM.

Omnia dicuntur, vt ſup. in communi Apoſtolorum, exceptis lectionibus, quę dicūtur vt infra. ¶ In j. noctur. leguntur lectiones Ezechielis prophetę, quę habentur in officio de tempore, in prima dominica Nouembris. ℟. Factum eſt. 329. In ij. noctur.

De expoſitione s. Gregorij pp ſup Ezechielē prophetā. L. iiij.

Sancta quatuor animalia, quę prophetię ſpiritu futura ꝓuidetur, ſubtili narratione deſcribuntur, cū dicitur: Quatuor facies vni, ꝛ quatuor pēnę vni. Quid per faciem niſi notitia, ꝛ quid ꝑ pennā niſi volatus exprimitur? Per faciem quippe vnuſquiſq; cognoſcitur: per pennā vero in altū auium corpora ſubleuātur. Facies itaq; ad fidē ptinet, pennā ad cōtemplationē. Per fidē nanq; ab omnipotenti Deo cognoſcimur, ſicut ipſe de ſuis ouibus dicit: Ego ſum paſtor bonꝰ, ꝛ cognoſco oues meas, ꝛ cognoſcunt me meę. Qui rurſꝰ ait: Ego ſcio quos elegerim. Per cōtēplationē vero, qua ſup noſmetipſos tollimur, quaſi in aera leuamur. R. Vidi cōiunctos. 595. L. v.

Quatuor ergo ſunt facies vni: quia ſi requiras quid Mathęus de incarnatione dñi ſentiat: hoc nimirū ſentit, quod Marcus, Lucas, ꝛ Johānes. Si quęras quid Johannes ſentiat, hoc procul dubio quod Lucas, Marcus, ꝛ Mathęus. Si quęras quid Marcus, hoc quod Mathęus, Lucas, ꝛ Johānes. Si quęras qd Lucas: hoc qđ Johannes, Mathęus, ꝛ Marcus ſentit. Quatuor ergo facies vni ſunt: quia notitia fidei, qua cognoſcūtur a deo, ipſa eſt in vno, quę ſimul eſt in quatuor. Quicquid enim in vno inueneris, hoc in oībus ſimul quatuor cognoſces. R. Beati eſtis. 496. L. vj.

Et quatuor pēnę vni, quia omnipotētis Dei filiū dñm noſtrū Jeſum Chriſtū ſimul oēs cōcorditer prędicāt: ꝛ ad diuinitatē eius mentis oculos leuātes, pēna contēplationis volāt. Euāgeliſtarū ergo facies ad humanitatē dñi pertinet, penna ad diuinitatē: quia in eū quē corporeum aſpiciūt, quaſi facies intēdunt. Sed hunc dum eſſe incircūſcriptū, atq; incorporeū ex diuinitate annūciant, per contemplationis pēnā, quaſi in aera leuantur. Quia itaq; ꝛ vna eſt fides incarnationis eiꝰ in oībus, ꝛ par cōtēplatio diuinitatis eius in ſingulis, recte nūc dicit: Quatuor facies vni, ꝛ quatuor pēnę vni. R. Iſti ſunt triūphatores. 496.

Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.

In illo tēpore: Deſignauit dominꝰ ꝛ alios ſeptuaginta duos: ꝛ miſit illos binos ante faciē ſuā in omnē ciuitatē ꝛ locū, quo erat ipſe venturus. Et reliq. ca. 10

Homilia ſancti Gregorij papę.

Dominꝰ ꝛ ſaluator noſter, fratres cariſſimi, aliquando nos ſermonibus, aliquādo vero operibus admonet. Ipſa etenim facta eiꝰ, pręcepta ſunt: quia dum aliquid tacitus facit, quid agere debeamꝰ innoteſcit. Ecce

enim binos in pdicationē diſcipu
los mittit: qꝛ duo ſūt pcepta cha
ritatis: dei videlicet amor, ꝛ pxi
mi: ꝛ minus, quā inter duos ha
beri charitas nō poteſt. Nemo
enim pprie ad ſemetipſū habere
charitatē dr: ſed dilectio in alte
rū tendit, vt eſſe charitas poſſit.
℟. Iſti ſūt, q vi. 497. L. viij.

Binos ergo ad predicādū
dūs diſcipulos mittit: qua
tenus hoc tacitus nobis innuat:
qꝛ q charitatē erga alterum non
habet, predicationis officiū ſuſci
pere nullatenus debet. Bene au
tē ſubditur, qꝛ miſit eos ante fa
ciem ſuam in oēm ciuitatē ꝛ lo
cū, quo erat ipſe venturus. Pre
dicatores nāqꝫ ſuos dūs ſequi
tur: qa predicatio puenit, ꝛ tunc
ad mentis noſtrę habitaculum
dūs venit, cū verba exhortatio
nis precurrunt: atqꝫ p hoc veri
tas in mente ſuſcipitur. ℟. Iſti
ſunt viri ſancti. 497. Lctō ix.

Hinc nanqꝫ eiſdē predica
torib' Iſaias dicit: Para
te vias dūi: rectas facite ſemitas
dei noſtri. Hinc illis Pſalmiſta
ait. Iter facite ei, qui aſcendit ſu
per occaſum. Sup occaſū nāqꝫ
dūs aſcendit: quia vnde in paſ
ſione occubuit, inde maiorem
ſuam gloriam reſurgendo mani
feſtauit. Super occaſum videli
cet aſcendit: qa mortē quā per
tulit, reſurgendo calcauit. Ei er
go, qui aſcendit ſuper occaſum,
iter facimus, cum nos eius glo
riam veſtris mentibus predica
mus: vt eas ꝛ ipſe poſt veniens,
p amoris ſui preſentiā illuſtret.

IN COMMVNI APOSTOLORVM & Euangeliſtarum

Tempore Paſchali, Officiū fit
vt inferius notatum eſt, exceptis
lect. que dīr vt in proprijs locis.
Ad veſp. Aña. Sancti tui dñe.
vt infra. pſ. Dixit do. 51. cū rel.
pſ. Laudate dīm oēs gē. Cap.

Stabunt iuſti in ma ſap. 5
gna cōſtātia, aduer
ſus eos qui ſe angu
ſtiauerunt, ꝛ qui
abſtulerunt labo
res eorum. ℟. Deo gratias.
Hym. in j. ꝛ ij. veſp. ꝛ ad Matu.

Triſtes erant Apoſtoli
De nece ſui domini,
Quem pena mortis crudeli
Serui damnarunt impij.

Sermone blando angelus
Predixit mulieribus,
In Galilea dominus
Videndus eſt quantocyus.

Ille dum pergunt concite
Apoſtolis hoc dicere,
Videntes eum viuere,
Oſculantur pedes domini.

Quo agnito diſcipuli
In Galileam propere
Pergunt videre faciem
Deſideratam domini.

Queſumus auctor omnium
In hoc Paſchali gaudio,
Ab omni mortis impetu

Tuum

Tuum defende populum.
Gloria tibi domine,
Qui ſurrexiſti a mortuis,
Cum patre et ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecla. ℟. An.
℣. Sancti et iuſti in dño gaudete, hal. ℟. Vos elegit de⁹ in here ditatē ſibi, hal. Ad Mag. An. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, et eternitas tēporū, halab. Oro niſi ppria adit ſunt ꝓ cōi. Ad Mat. Inui. Regē aplorum dñm, Venite adoremus, hal. ps. Venite. Hym. Triſtes. vt ſup.

In j. noc. Añ. Stabūt iuſti in magna cōſtātia, aduerſus eos q ſe anguſtiauerūt, hal. ps. Celi enar. 493. Bñdicā do. Eructauit. ℣. Sci, et iuſti i dño gaudere, hal. ℟. Vos elegit Deus in hereditatē ſibi, halab. Lcōnes legunt, vt i pprijs locis. ℟. j. Beatus vir q metuit dñm, hal. In mādatis ei⁹ cupit nimis, halab, hal, halab. ℣. Gloria, et diuitie in domo eius, et iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi. In. ℟. ij. Triſtitia veſtra, hal. Cōuertet in gaudiū, halab, halab. ℣. Mundus aūt gaudebit: vos vero cōtriſtabimini: ſed triſtitia veſtra. Conuertetur. ℟. iij. Precioſa in conſpectu domini, halab. Mors ſanctorū eius, hal. ℣. Cuſtodit dñs omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. Mors. Gloria pa. Mors.

In ij. noc. Añа. Ecce quō cōputati ſunt inter filios dei, et inter ſcōs ſors illorū eſt, hal. ps. Dēs gē. 495. Exaudi de⁹ depre. Exaudi deus orō. ℣. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, hal. ℟. Et eternitas tēporū: halab. ℟. iiij. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, Et eternitas tēporū, hal. hal. ℣. Letitia ſempiterna erit ſup capita eorū: gaudium et exultationem obtinebunt. Et. ℟. v. Virtute magna reddebāt apli Teſtimoniū reſurrectionis Jeſu Chri dñi noſtri, halab. halab. ℣. Repleti quidem ſpiritu ſancto loquebantur cum fiducia verbum Dei. Teſtimonium. ℟. vj. Iſti ſunt agni nouelli, q annūciauerūt, hal. modo venerūt ad fontes. Repleti ſunt claritate, hal. hal. ℣. In cōſpectu agni amicti ſunt ſtolis albis: et palme in manib⁹ eorū. Repl. Gl. Rep.

In iij. noc. Añа. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe: et eternitas tēporū, halab. ps. Cōfitebuntur. 496. Dñs regn. exult. Dñs reg. iraſcā. ℣. Letitia ſempiterna ſup capita eorum, haleluiab. ℟. Gaudiū, et exultationem obtinebunt, haleluiab. ℟. vij. Ego ſum vitis vera, et vos palmites: Qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū multum, haleluiab, haleluiab. ℣. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi vos. Qui. ℟. viij. Candidi facti ſunt Nazarei eius, haleluiab, ſplendorem Deo dederunt, hal. Et ſicut lac coagulati

 ſunt.

Digitized by Google

ſunt, hal'a, hal'. ℣. Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Et ſi. Gloria. Et Ad Laudes, & per horas. Añ.

Sancti tui dñe florebunt ſicut lilium, hal. & ſicut odor balſami erunt ante te, hal'ah. Ps. Dñs reg. & cũ rel. Añ. In cœleſtibus regnis ſanctorum habitatio eſt, hal. & in eternum requies eorum, hal. Aña In velamento clamabunt ſancti tui domine, hal, hal. hal'ah. Añ. Spiritus, & animæ iuſtorum, hymnum dicite Deo noſtro, hal'ah, hal'ah. Aña. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in cõſpectu Dei, hal. Capitulum. Stabunt. Hym.

Claro Paſchali gaudio
Sol mundo nitet radio,
Cum Chriſtum iam Apoſtoli
Viſu cernunt corporeo,
Oſtenſa ſibi vulnera
In Chriſti carne fulgida,
Reſurrexiſſe dominum
Voce fatentur publica.
Rex Chriſte clementiſſime
Tu corda noſtra poſſide
Vt tibi laudes debitas,
Reddamus omni tempore.
Quæſumus auctor omnium,
In hoc paſchali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defendo populum.
Gloria tibi domine,
Qui ſurrexiſti a mortuis,
Cum patre, & ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecla. Amẽ. Añ.

℣. Precioſa in conſpectu domini, hal'ah. ℟. Mors ſanctorũ eius, haleluiah. Ad Bñs. Añ. Filię Jeruſalẽ, venite & videte martyres cũ coronis, qb⁹ coronauit eos dñs in die ſolemnitatis & letitię, hal, hal. Oratio cõpetẽs. Ad iij. Caplm. Stabunt iuſti. ℟. bre. Sancti, & iuſti in dño, gaudete, haleluiah, haleluiah. ℣. Vos elegit deus in hereditatẽ ſibi. hal. ℣. Lux perpetua.

Ad Sextam Capitulum.

Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei: & inter ſanctos ſors illorũ eſt. ℟. bre. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis domine: haleluiah, haleluiah. ℣. Et æternitas temporum. haleluiah. ℣. Lętitia ſempiterna. Sap. 5

Ad Nonam. Capitulum.

Scimus qm diligentibus Deũ oĩa cooperantur in bonum his, qui ſm propoſitum vocati ſũt ſãcti. ℟. bre. Lętitia ſempiterna ſuper capita eorũ, haleluiah, hal. ℣. Gaudiũ & exultationẽ obtinebũt. hal. ℣. Precioſa in cõſpectu dñi, haleluiah. ℟. Mors ſanctorũ eius, hal. Ad Veſp. Aña. Sãcti tui dñe cũ reliq. Pſal. de Apſis, ſcilicet Dixit dñs. 52. Et audate. Credidi. In conuertẽ. Dñe pbaſti. Cap. Stabũt iuſti. Hy⁹. Triſtes erãt. 499. ℣. Precioſa in cõſpectu dñi, hal. ℟. Mors ſanctorũ ei⁹, hal. Ad Mag. Aña. Gaudete iuſti in dño gaudete, hal. Ro. 8

vos

vos elegit Deus, in hereditatē ſibi halleluiah. Oro competēs.

IN NATALI VNIVS MART.

Extra tempus Paſchale.

Ad veſp. Añ. Qui me cōfe. 504. cū rel. de Laud. ps. Dixit d. 52. cū rel. de dñica loco vlti. dī Laudate dñm oēs gētes. 54. Cap.

Iac. 1



Beatus vir, q ſuffert tētationē, qm cū pbatus fuerit, accipiet coronam vitę, quā repromiſit deus diligētibus ſe. Hym.

Deus tuorum militum
Sors, & corona, pręmium,
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia
Caduca rite deputans,
Peruenit ad cęleſtia.
Pęnas cucurrit fortiter,
Et ſuſtulit viriliter,
Pro te effundens ſanguinem
Aeterna dona poſſidet.
Ob hoc precatu ſupplici
Te poſcimus piiſſime,
In hoc triumpho martyris,
Dimitte noxam ſeruulis,
Laus, & perennis gloria,
Deo patri, & filio:
Sancto ſimul paraclito,
In ſempiterna ſęcula, Amen.

℣. Gloria & honorē coronaſti eū dñe. ℟. Et cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuar. Ad Mag. Añ. Iſte ſanctus p lege Dei ſui certauit vſq; ad mortē, & a verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmā petram. Pro martyre tantum. Oratio.

PRęſta, qs ops Deus: vt q beati N. martyris tui natalitia colimus: interceſſione eius in tui nominis amore roborēmur. Per dñm. Alia Oro.

PRęſta, qs ops Deus: vt intercedēte beato N. martyre tuo, & a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum. Pro martyre, & Pōtifice. Oro.

INfirmitatem noſtrā reſpice, ops Deus: & q̄a pōdus proprię actionis grauat, beati N. martyris tui atq; Pōtificis interceſſio glorioſa nos ptegat. Per dominum. Alia Oratio.

DEus, q nos beati N. martyris tui atq; pontificis annua ſolennitate lętificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiuſdē etiam protectione gaudeamus. Per do. Ad Matutinum. Inuitatoriū. Regem martyrum dñm, Venite, adoremus. ps. Venite. fol. 1. Hym. Deus tuorum militum. In j. noct. Aña. In lege Dñi fuit volūtas ei⁹ die ac nocte. ps. Beatus vir, 2. Aña. Prędicās

pręceptum

Digitized by Google

preceptum dñi, constitutus est in monte sancto eius. ps. Quare fre. 2. Aña. Uoce mea ad dñm clamaui: ꝛ exaudiuit me de mõte sancto suo. ps. Dñe quid. 2. ℣. Gloria ꝛ honore coronasti eũ domine. ℟. Et cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Pater noster. ℣. Et ne nos. Absolutio. Exaudi dñe. I ube. Bñone pp.

Lcões sequentes j noct. leguntur in festo mar. ꝛ pont. In festo autem mar. nõ põti. leguntur que inferius posite sunt in cõi plurium marty. Fratres, Debitores. fol. 509.

De Actibus Apostolorũ. Le. j.

a.20 A Mileto Paulus mittens Ephesum vocauit maiores natu Ecclesie: qui cum venissent ad eum, ꝛ simul essent, dixit eis: Uos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiã, qualiter vobiscũ per omne tempus fuerim seruiẽs dño cũ omni humilitate, ꝛ lacrymis, ꝛ tentationibus, que mihi acciderũt ex insidijs Judeoꝝ: quomodo nihil subtraxerim vtilium quo minus annunciarem vobis, ꝛ docerem vos publice, ꝛ per domos, testificans Judeis atqꝫ Gẽtibus in Deum penitentiam, ꝛ fidem in dominum nostrũ Jesum Christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu vado in Jerusalẽ, que in ea ventura sint mihi ignorans, nisi q spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicẽs: quoniã vincula ꝛ tribulationes Jerosolymis me manent: sed nihil horum vereor, nec facio animã meã preciosiorẽ quã me, dummodo cõsummem cursum meum, ꝛ ministeriũ verbi quod accepi a dño Jesu testificari euãgelium gratie Dei. ℟. I ste sanctus pro lege Dei sui certauit vsqꝫ ad mortẽ: ꝛ a verbis impioꝝ nõ timuit. Fundatus enim erat supra firmã petram. ℣. Iste est qui cõtempsit vitã mũdi, ꝛ peruenit ad celestia regna. Fũdatus enim. I ube. Unigenitus. Lectio ij.

E T nunc ecce ego scio, quia amplius nõ videbitis faciẽ meã vos omnes per quos trãsiui predicans regnũ Dei. Quapropter contestor vos hodierna die quia mundus sum a sanguine omniũ. Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne cõsiliũ Dei vobis. Attendite vobis, ꝛ vniuerso gregi: in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quã acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionẽ meã lupi rapaces in vos, nõ parcentes gregi, ꝛ ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se. Propter quod vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium nocte ꝛ die nõ cessaui cum lacrymis monens vnũquenqꝫ vestrum. ℟. I ustus germinabit sicut lilium: Et florebit in eternum ante dñm. ℣. Plantatus in domo dñi in atrijs domus Dei nostri.

noſtri. Et. Iube. Spūs ſcti. L. iij.

ET nūc cōmendo vos Deo ⁊ verbo gratię ipſius q potēs eſt ędificare, ⁊ dare hęreditatē in ſanctificatis oib⁹. Argētū, ⁊ aurū, aut veſtē nullius cōcupiui, ſicut ipſi ſcitis: qm̄ ad ea quę mihi opus erāt, ⁊ his q mecū ſūt, miniſtrauerūt manus iſtę. Omnia oſtēdi vobis, qm̄ ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi dn̄i Jeſu: qm̄ ipſe dixit: Beati⁹ eſt magis dare, quā accipere. Et cū hęc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis. Magnus autē fletus factus eſt omniū, ⁊ procūbētes ſup collū Pauli oſculabant eū dolētes maxime in verbo qd̄ dixerat, quoniā amplius faciem eius nō eſſent viſuri: ⁊ deducebāt eū ad nauē. ℟. Iſte cognouit iuſtitiam, ⁊ vidit mirabilia magna: ⁊ exorauit altiſſimū: Et inuentus eſt in numero ſanctorū. ℣. Iſte eſt qui cōtēpſit vitā mūdi, ⁊ peruenit ad cęleſtia regna. Et inuentus. Gloria. Et inuen.

In ſecundo nocturno. Aña.

Filij hominum ſcitote: quia dn̄s ſanctum ſuum mirificauit. Ps.

CUm inuocarē, exaudiuit me De⁹ iuſtitię meę: in tribulatiōe dilataſti mihi.

Miſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.

Filij hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, ⁊ quęritis mendacium?

Scitote quoniā mirificauit dominus ſanctū ſuū: dominus exaudiet me cum clamauero ad eū.

Iraſcimini, ⁊ nolite peccare: q̄ dicitis in cordib⁹ veſtris ⁊ in cubilibus veſtris, compungimini.

Sacrificate ſacrificiū iuſtitię: ⁊ ſperate in domino: multi dicūt, quis oſtendit nobis bona?

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti lętitiā in corde meo.

A fructu frumenti, vini, ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.

In pace in idipſum: dormiam, ⁊ requieſcam.

Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.

Gloria. Aña. Filij hominū ſcitote: quia dn̄s ſanctum ſuū mirificauit. Aña. Scuto bonę volūtatis tuę coronaſti eū dn̄e. Ps.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meę: rex meus ⁊ Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi, ⁊ videbo: qm̄ nō Deus volēs iniquitatē tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Uirū ſanguinū, ⁊ doloſū abominabitur

minabitur dominus: ego autem in multitudine miſericordię tuę.
Introibo in domum tuã: adorabo ad templum ſanctum tuũ in timore tuo.
Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meã.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Sepulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes, qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bonę voluntatis tuę: coronaſti nos.
Gloria patri. Añ. Scuto bonę voluntatis tuę coronaſti eũ dñe.
Añ. In vniuerſa terra, gloria & honore coronaſti eum. Ps.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cęlos.
Ex ore infantium & lactentiũ perfeciſti laudem, propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicũ & vltorem.
Quoniam videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum: Lunam & Stellas quę tu fundaſti.
Quid eſt homo? q̃ memor es eius: aut filius hominis? quoniam viſitas eum.
Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues, & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi.
Volucres cęli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Dñe dñs noſter: quã admirabile eſt nomẽ tuũ ĩ vniuerſa terra.
Gloria. Añ. In vniuerſa terra gloria, & honore coronaſti eum.
℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius. ℟. Coronã de lapide precioſo. Pater noſter. Ipſius pietas. Iube. Deus pater.

Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

Triumphalis beati martyris N. dies hodie nobis anniuerſaria celebritate recurrit: cuius glorificationi ſicut cõgaudet Eccleſia, ſic eius proponit ſequenda veſtigia. Si enim cõpatimur, & cõglorificabimur. In cuius glorioſo agone duo nobis pręcipue cõſiderãda ſunt, indurata videlicet tortoris ſęuitia, & martyris inuicta patientia. Sęuitia tortoris, vt eã deteſtemur: patientia martyris, vt eam imitemur. Audi Pſalmiſtã aduerſus malitiã increpantẽ. Noli ęmulari in malignantibus: quoniã tanq̃ ſęnum

nũ velociter areſcẽt. Quod autẽ aduerſus malignãtes patientia exhibenda ſit, audi aplm ſuadẽtẽ: Patiẽtia vobis neceſſaria eſt, vt reporteris promiſſiones. ℟. Honeſtũ fecit illũ domin⁹, ꝛ cuſtodiuit eũ ab inimicis, ꝛ a seductoribus tutauit illũ. Et dedit illi claritatẽ ęternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in foueã: ꝛ in vinculis non dereliquit eum. Et de. Iube. Chriſtus perpe. Lcõ v.

Coronata itaque beati martyris patiẽtia, mancipata eſt ęternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attẽdẽs in agone ſuo glorioſus Chriſti athleta, non exhorruit carcerez, ad imitationem capitis ſui tolerauit probra, ſuſtinuit irriſiones, flagella non timuit: ꝛ quot ante mortẽ pro Chriſto pertulit ſupplicia, tot ei de ſe obtulit ſacrificia. Quod eniz ꝑpinãte Apoſtolo biberat, alte retinebat: Quia non ſunt ꝯdignę paſſiones hui⁹ temporis ad futuraz gloriã, quę reuelabitur in nobis: ꝛ quia momentaneuz hoc, ꝛ leue noſtrę tribulationis, ęternũ glorię põdus operatur in cęlis. Huius promiſſionis amore, a terrenis ſuſpẽſus, ꝛ ꝑguſtata ſupnę ſuauitatis dulcedine, ineffabiliter affectus, dicebat cuz Pſalmiſta. Quid mihi eſt in cęlo? ꝛ a te quid volui ſup terram? Defecit caro mea, ꝛ cor meum, Deus cordis mei, ꝛ pars mea Deus in ęternũ. ℟. Deſideriũ animę eius tribuiſti ei dñe. Et voluntate labiorum eius nõ fraudaſti eum. ℣. Quoniã preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite ei⁹ coronam de lapide precioſo. Et. Iube. Ignez fui. Lectio ſexta.

Contẽplabatur eniz, quantũ in ęnigmate infirmitas humana oculum mentis in ęternitate figere potẽſt, quanta ſint supernę ciuitatis gaudia: ꝛ ea narrare non ſufficiens, admirando clamabat: Quid mihi eſt in cęlo? quaſi diceret, excedit vires meas, excedit facultatem eloquẽtię meę, tranſcendit capacitatez intelligentię meę illud decus, illa gloria, illa celſitudo, qua nobis a conturbatione hominũ remotis, in abſcõdito faciei ſuę Ieſus Chriſtus dominus noſter reformauit corpus humilitatis noſtrę, configuratum corpori claritatis ſuę. Huius perfectę libertatis cõtemplatione nullũ vitabat periculũ, nullũ horrebat ſupplicium, ꝛ ſi millies poſſet mori, non putabat ſe hanc digne poſſe aliqua ratione ꝓmereri. ℟. Stola iucũditatis induit eũ domin⁹: Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibauit illũ dominus pane vitę, ꝛ intellectus: ꝛ aqua ſapiẽtię ſalutaris potauit illũ. Et coronã. Gloria. Et cor.

In iij. nocturno. Antiphona. Iuſtus dñs, ꝛ iuſtitiam dilexit, ęquitatẽ vidit vultus eius. Ps.

In

In dño cõfido: quomodo dicitis animę meę: transmigra in monte ſicut paſſer.

Quoniã ecce peccatores intenderũt arcũ, parauerũt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniam quę perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?

Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cęlo ſedes eius.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iuſtum, ⁊ impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam.

Pluet ſup peccatores laqueos: ignis, ⁊ ſulphur, ⁊ ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.

Quoniã iuſtus dñs ⁊ iuſtitiã dilexit: ęquitatẽ vidit vultus eius.

Gloria. Aña. Iuſtus dñs, ⁊ iuſtitiã dilexit: ęquitatez vidit vultus eius. Aña. Habitabit in tabernaculo tuo, requieſcet in mõte ſancto tuo. Pſalmus.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam.

Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: q nõ egit dolũ in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: ⁊ opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, ⁊ non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: ⁊ munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum.

Gloria. Aña. Habitabit in tabernaculo tuo: requieſcet in mõte ſancto tuo. Aña. Poſuiſti domine ſuper caput eius: coronam de lapide precioſo. Pſalmus.

Domine in virtute tua lętabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniam pręueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.

Vitã petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſęculum: ⁊ in ſęculum ſęculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum.

Quoniã dabis eũ in benedictionem in ſęculuz ſęculi: lętificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Qm̃ rex ſperat in dño: ⁊ in miſericordia altiſſimi nõ cõmouebit.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus

Digitized by Google

in ira ſua conturbabit eos, ⁊ deuorabit eos ignis.
Fructum eorū de terra perdes: ⁊ ſemen eorum a filijs hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt conſilia, quę non potuerunt ſtabilire.
Quū pones eos dorſum: in reliquijs tuis pręparabis vultū eorū.
Exaltare dñe in virtute tua: cātabim⁹ ⁊ pſallem⁹ virtutes tuas.
Gloria. Añ. Poſuiſti dñe ſuper caput eius, coronam de lapide precioſo. ℣. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. ℟. Gloriā ⁊ magnum decorē impones ſuper eum. Pater noſter. A vinculis. Iube. Euangelica lectio.
Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.
14. In illo tempore: Dixit Ieſus turbis. Siquis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autem ⁊ animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et reliqua.
Homilia ſancti Gregorij papę.
Si cōſideremus, fratres chariſſimi: quę ⁊ quāta ſunt q̄ nobis promittuntur in cęlis, viluſcūt animo omnia quę habētur in terris. Terrena nāq; ſubſtātia ſupernę fęlicitati cōparata, pondus eſt, non ſubſidiū. Tēporalis vita ęternę vitę cōparata, mors eſt potius dicēda, quā vita. Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis, quid eſt aliud quam quędam prolixitas mortis? Quę autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernę ciuitatis quanta ſint gaudia: angelorū choris intereſſe, cum beatiſſimis ſpiritib⁹ glorię cōditoris aſſiſtere, pſentē Dei vultū cernere, incircūſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuę munere lętari? ℟. Corona aurea ſuper caput eius. Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, ⁊ ope fortitudinis. ℣. Quoniā pręueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Expreſſa. Iube. Cuius feſtū. Lectio viij.
Sed ad hęc audita inardeſcit animus, iamque illic cupit aſſiſtere, vbi ſe ſperat ſine fine gaudere. Sed ad magna pmia perueniri non poteſt, niſi p magnos labores. Unde Paulus egregius prędicator dicit: Nō coronabitur, niſi qui legitime certauerit. Delectet igitur mentem magnitudo pręmiorū, ſed nō deterreat certamē laborum. Unde ad ſe venientibus veritas dicit: Si quis venit ad me, ⁊ non odit patrem ſuum, ⁊ matrem, ⁊ vxorem, ⁊ filios, ⁊ fratres, ⁊ ſorores, adhuc autem ⁊ animam ſuam: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. ℟. Hic eſt vere martyr, q p Chriſti nomine ſanguinē ſuum fudit. Qui minas iudicum nō timuit, nec terrenę dignitatis gloriā quęſiuit, ſed ad cęleſtia regna peruenit.

Digitized by Google

nit. ℣. Juſtum deduxit dñs per vias rectas, ⁊ oſtendit illi regnũ Dei. Qui. Gloria. Qui minas. Seq. ℞. vi. vlt. loco in feſtis v. ſcõrũ mar. põt. Martini, Johã. Sylverij, Põtiani, ⁊ Marcelli. ℞. Domine preuenisti eũ in benedictionib⁹ dulcedinis. Poſuiſti in capite eius coronã de lapide precioſo. ℣. Vitam petijt a te: ⁊ tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ ſcli. Poſuiſti. Glo. Poſuiſti. Iube. Ad ſocietatẽ. l. ix.

Sed percontari libet: quomodo parentes, ⁊ carnaliter ꝓpinquos ꝓcipimur odiſſe, qui iubemur ⁊ inimicos diligere? Et certe de vxore veritas dicit, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et Paulus ait: Viri diligite vxores veſtras, ſicut ⁊ Chriſtus Eccleſiaꝫ. Ecce, diſcipulus vxorẽ diligendã predicat, cum magiſter dicat: Qui vxorem nõ odit, nõ poteſt meus eſſe diſcipul⁹. Nũquid aliud iudex nunciat, ⁊ aliud preco clamat? an ſimul ⁊ odiſſe poſſum⁹, ⁊ diligere? Sed ſi vim precepti perpendimus, vtrumqꝫ agere ꝑ diſcretionem valemus: vt eos, qui nobis carnis cognatione cõiuncti ſunt, ⁊ quos proximos nouimus, diligamus: ⁊ quos aduerſarios in via Dei patimur, odiendo, ⁊ fugiendo neſciamus. Ad Laudes, ⁊ per Horas. Aña.

Qui me cõfeſſus fuerit corã hominibus, confitebor ⁊ ego eũ corã patre meo. Pſal. Dominus regn. 8. cũ rel. Aña. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vite, dicit dominus. Aña. Qui mihi miniſtrat, me ſequatur: ⁊ vbi ego ſuꝫ, illic ſit ⁊ miniſter meus. Aña. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus, qui eſt in celis, dicit dominus. Aña. Volo pater, vt vbi ego ſum, illic ſit ⁊ miniſter meus. Cap. Beatus vir q̃ ſuffert. ſol. vt ſupra in Veſper. Hymnus.

Martyr Dei, qui vnicum
Patris ſequendo filium,
Victis triumphas hoſtibus,
Victor fruens celeſtibus.
Tui precatus munere
Noſtrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vite remouens tedium.
Soluta ſunt iam vincula
Tui ſacrati corporis,
Nos ſolue vinclis ſeculi
Amore filij Dei.
Deo patri ſit gloria,
Eiuſqꝫ ſoli filio,
Cum ſpiritu paraclito,
Et nunc ⁊ in perpetuũ. Amẽ.

℣. Juſtus vt palma florebit. ℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Aña. Qui odit aĩaꝫ ſuã in hoc mũdo, in vitam eternam cuſtodit eam. Ad iij. Cap. Beatus vir qui ſuffert. ſol. ℞. Gloria, ⁊ honore coronaſti eũ dñe. ℣. Et conſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuaꝝ. Coro. ℣. Poſuiſti

Poſuiſti dñe ſuper caput eius. ℟. Coronã de lapide precioſo.

Ad Sextam. Capitulum.

Eccl. 15. Cibauit illũ pane vitę ⁊ intellectus: ⁊ aqua ſapiẽtię ſalutaris potauit illum dñs Deus noſter. ℟. Poſuiſti dñe Sup caput ei⁹. ℣. Coronã de lapide p̄cioſo. Sup. ℣. Magna eſt gloria ei⁹ i ſalutari tuo. ℟. Gliã ⁊ magnũ decorẽ impones ſup eũ.

Ad Nonam. Capitulum.

Eccl. 39. Iuſtus cor ſuũ tradidit ad vigilandũ diluculo, ad dominũ qui fecit illum: ⁊ in cõſpectu altiſſimi deprecabit̃. ℟. Magna eſt gloria eius, In ſalutari tuo. ℣. Gloriã ⁊ magnũ decorẽ impones ſuper eũ. In ſal. ℣. Iuſt⁹ vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. Ad Veſp. Aña. Qui me confeſſus fuerit. vt ſup. ps. Dixit dominus. 52. cũ rel. ⁊ loco vlt. dicit̃ ps. Credidi. 54. Cap. Beatus vir, qui ſuffert. 501. Hymn. De⁹ tuorũ mil. ℣. Iuſt⁹ vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicabit̃. Ad Mag. Aña. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ⁊ tollat crucem ſuã, ⁊ ſequat̃ me. ¶ Alię lectiões p̄ vno martyre. De expoſitiõe S. Ambroſij epi in pſalmũ cẽteſimũ decimũ octauũ. L. iij.

Principes p̄ſecuti ſũt me gratis: ⁊ a verbis tuis trepidauit cor meũ. Bene hoc martyr dicit, q̄ iniuſte perſecutionũ tormẽta ſuſtineat, q nihil rapuerit, nullũ violentus oppreſſerit, nullius ſanguinẽ fuderit, nullius torum putauerit eſſe violandũ: ⁊ qui nihil legibus debeat, ⁊ grauiora latronũ ſuſtinere cogatur ſupplicia: qui loquatur iuſte, ⁊ non audiatur: qui loquatur plena ſalutis, ⁊ impugnetur: vt poſſit dicere: Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Gratis igitur perſecutionẽ patitur, qui impugnatur ſine crimine: impugnatur vt noxius, cũ ſit in tali p̄feſſione laudabilis: impugnat̃ quaſi veneficus, q in nomine dñi gloriatur, cum pietas virtutum omniũ fundamentũ ſit. ℟. Honeſtum fecit. 503. L. v.

Vere fruſtra impugnatur, qui apud impios, ⁊ infideles gratia impietatis accerſitur, cũ fidei ſit magiſter. Verũ qui gratis impugnatur: fortis debet eſſe, ⁊ conſtãs. Quomodo ergo ſubrexuit, Et a verbis tuis trepidauit cor meum? Trepidare infirmitatis eſt, timoris atq; formidinis. Sed eſt etiã infirmitas ad ſalutẽ, eſt etiã timor ſanctorum. Timete dñm omnes ſancti eius. Et, beatus vir qui timet dominũ. Qua rõne beat⁹? Quia in mandatis eius cupit nimis. ℟. Deſiderium. 503. Lectio ſexta.

Pone ergo martyrem inter pericula cõſtitutũ, cũ inde immanitas beſtiarũ ad incutiendum

Digitized by Google

dum terrorez infremat, aliunde ſtridor candentiũ laminarũ, ꝛ flãma fornacis ardẽtis exęſtuet, ex parte alia pſonẽt tractus grauiũ catenaꝝ, hinc carnifex cruẽtus aſſiſtat: pone, inquã, circũſpectãtẽ oia plena ſupplicijs, deinde cogitantez mandata diuina, illũ ignẽ ꝑpetuũ, illud ſine fine incẽdiũ ꝑfidoꝝ, illã pęnę recrudeſcẽtis ęrumnã: trepidare corde, ne, dũ pſentibus cedat, ꝑpetuis ſe dedat exitijs: perturbari aio, dũ futuri iudicij rhomphęã illã terribilem quadã cõſpectus ſpecie contuet. Nõne ad hãc trepidationez fiducię viri conſtantis equalis in eundez concurrit effectum confidentia cupientis ęterna, ꝛ diuina trepidantis? ℟. Stola iucunditatis. 503.

Lcõ ſ. euãg. ſm Mattheũ. L. vij.

ca. 16 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Siquis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ꝛ tollat crucez ſuam, ꝛ ſequatur me. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

QUia dñs, ac redẽptor noſter nouus homo venit in mũdũ, noua pcepta dedit mundo. Vitę etenĩ noſtrę veteri in vitijs enutritę, ɔtrarietatem oppoſuit nouitatis ſuę. Quid eniz vetus, qd carnalis homo nouerat, niſi ſua retinere, aliena rapere, ſi poſſet, ɔcupiſcere, ſi nõ poſſet? Sed cęleſtis medicus ſingulis qbusqꝫ vitijs obuiantia adhibet medicamẽta. Naz ſicut arte medicinę calida frigidis, frigida calidis curant: ita dñs noſter cõtraria oppoſuit medicamenta peccatis: vt lubricis ɔtinẽtiã, tenacib᷒ largitatẽ, iracũdis manſuetudinẽ, elatis pciperet humilitatẽ. ℟. Corona. 504. L. viij.

CErte cũ ſe ſequentibus noua mãdata proponeret, dixit: Niſi qs renunciauerit oibus quę poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipul᷒: ac ſi aperte dicat: Qui ꝑ vitã veterem aliena cõcupiſcitis, ꝑ nouę cõuerſationis ſtudiũ ꝛ veſtra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audiamus: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſũ: Ibi dicit̃, vt abnegemus noſtra: hic dicit̃ vt abnegemus nos: ꝛ fortaſſe laborioſũ non eſt homini relinquere ſua, ſed valde laborioſũ eſt relinquere ſemetipſuz. Minus quippe eſt abnegare qd̃ habet: valde enim multum eſt abnegare quod eſt. ℟. Hic eſt vere. 504. Lcõ ix.

HOs ſe autem nobis veniẽtibus dñs pręcepit, vt renũciemus noſtris: qꝛ q ad fidei agonẽ venimus, luctamen contra malignos ſpũs ſumimus. Nihil autem maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident: nudi ergo cum nudis luctari debemus. Nam ſi veſtitus quiſquaz cuz nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneat. Quid enim ſunt terrena oia,

oīa, niſi quedā corporis indu/
menta? Qui ergo contra diabo/
lum ad certamen pperat, veſti/
menta abijciat: ne ſuccumbat.

IN COMMVNI MARTYRVM,

Tempore Paſchali.

Ad Veſp. Añ. Sancti tui dñe. vt ſ. cū reſ. ð Lau. ps. Dixit. 52. cū reſ. de dñica. loco vlti. dī ps. Laudate dñm oēs gē. 54. Cap.

Sap. 5 Stabūt iuſti in magna cōſtātia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerūt, ꝛ qui abſtulerunt labores eorum. Hym. p vno martyre. Deus tuorum mili. 501. vt ſup. Pro pluribus mart. dī Hym. Rex glorioſe martyrū. fo. 512. vt inferius in Laud. de cōi plu. mart. extra tēpus Paſchale. ℣. Scti ꝛ iuſti in dño gaudete, hal. ℟. Vos elegit de⁹ in hereditatē ſibi, halelah. Ad Mag. Añia. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, ꝛ eternitas temporū, hal. Oro ſi no adſit ppria, ſumit de cōi vni⁹, vl plu. m̄. ext. tps Paſ.

Ad Mat. Inuit. Exultēt i dño ſancti, hal. ps. Venite. Hym. p vno m̄. Deus tuoꝝ. 501. vel. Pro plu. mar. Eterna Chriſti munera, Et martyrum. 509. vt inferius in cōi pluri. marty. extra tempus Paſchale.

In j. noc. Añ. Stabunt iuſti i magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt, haleluiah. Sub vna tantū Añā, dicuntur Pſalmi cuiuslibet nocturni. Pſalmi de vno ꝛ plurib⁹ mar. Btūs vir. 2. Quare fr. Dñe qd. Lectiones j. noc. de ſcriptura q̄ occurrit tpe Paſc. in Offō ð tpe. ℣. Sācti ꝛ iuſti in dño gaudete, halab. ℟. Vos elegit deus in hereditatem ſibi, haleluiah.

j. ℟. Beatus vir q metuit dñz, hal. In mādatis ei⁹ cupit nimis. hal. hal. hal. ℣. Gl'ia ꝛ diuitię i domo eius, ꝛ iuſtitia ei⁹ manet in ſeculuz ſeculi. In mandatis.

ij. ℟. Triſtitia veſtra, halab. Cōuertet in gaudiuz, halab, haleluiah. ℣. Mundus autē gaudebit, vos vero ↄtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra. Conuertetur.

iij. ℟. Precioſa i cōſpectu dñi, hal. Mors ſanctorū eius, hal. ℣. Cuſtodit dñs oīa oſſa eorū: vnuz ex his nō cōteret. Mors.

In ij. noct. Añ. Ecce quomodo cōputati ſunt inter filios dei, ꝛ inter ſanctos ſors illoꝝ eſt, hal. Pſalmi vnius m̄, Cuz inuocarē. 502. Verba mea. Dñe dñs nr̄. Pro plu. m̄. Dñe qs habi. 510. Cōſerua. Dñi eſt terra. ℣. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, hal. ℟. Et eternitas tempoꝝ, halab. Pater nr̄. Abſolutio, Ipſius pietas. Iube. Deus pr̄.

Sermo S. Ambroſii epi. L. iiij.

Dignum ꝛ congruum eſt fratres, vt poſt letitiaz paſche, quam in eccleſia celebrauimus,

Digitized by Google

mus, gaudia noſtra cum ſanctis martyribus cōferamus: ⁊ ijs annūciemus dominicę reſurrectionis gloriā, q cōſortes ſunt dominicę paſſionis. Qui eniꝫ ſocij ſūt contumelię, debēt ⁊ participes eſſe letitię. Ita eniꝫ dicit beat⁹ apoſtolus: Sicut ſocij paſſionū eſtis, ⁊ reſurrectionis eritis. Si tolerabimus, inquit, ⁊ corregnabimus. Qui ergo tolerauerūt mala propter Chriſtuꝫ, debent ⁊ gloriaꝫ habere cum Chriſto. ℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis, domine. Et ęternitas temporū, halleluiah, halſab. ℣. Letitia ſempiterna erit ſup capita eorū: gaudium ⁊ exultationeꝫ obtinebūt. Et. Iube. Chriſtus. Lectio v.

Annunciemus, inquaꝫ, ſanctis martyribus dominicę Reſurrectionis gloriam: vt dūꝫ ſepulturę illius prędicamus reſerata clauſtra, ⁊ horū ſepulcra referentur: dum corpus illius mortuum dicimus repentibus venis ſubito viguiſſe, horū quoqꝫ mēbra iā frigida, immortalitatis calore foueantur. Eadē eniꝫ ratio martyres ſuſcitat, quę ⁊ dñm ſuſcitauit. Naꝫ ſicut viā paſſionis eius experti ſunt, ita experiētur ⁊ vitę. Scriptū eſt enim in pſalmo: Notas mihi feciſti vias vitę. Hoc itaqꝫ in reſurrectione ex pſona dicitur Saluatoris, qui dū poſt mortem ab inferis redit ad ſuperos, incipiat notam habere viaꝫ vitę, quę antea habebatur ignota. ℟. In ſeruis ſuis, halleluiah. Cōſolabit De⁹, halſab. ℣. Iudicabit domin⁹ populum ſuū, ⁊ in ſeruis ſuis. Conſolabit. Iube. Igneꝫ ſui. Lectio ſexta.

Ignota eniꝫ erat ante Chriſti aduentū via vitę, q̄ nullius adhuc reſurgentis fuerat temerata veſtigio. At vbi dñs reſurrexit, nota facta, ſolo attrita eſt plurimorū. De quibus ſanctus euangeliſta ait: Multa corpora ſanctorum ſurrexerūt cum eo, ⁊ introierunt in ſanctam ciuitatē. Unde cū dominus in reſurrectione ſua dixerit, Notas mihi feciſti vias vitę: poſſumus ⁊ nos iam dicere domino: Notas feciſti nobis vias vitę. Ipſe enim nobis notas fecit vias vitę, qui nobis ſemitam manifeſtauit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitę, cum me docuit fidē, miſericordiā, iuſtitiā, ⁊ caſtitatem: his eniꝫ itineribus peruenitur ad ſalutē. ℟. Filię Ieruſalē venite, ⁊ videte martyres cuꝫ coronis, quibus coronauit eos dñs, In die ſolennitatis, ⁊ letitię, halſab. ℣. Quoniā cōfortauit ſeras portarū tuarū, benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. nocturno. Antiphona. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis dñe, ⁊ ęternitas tēporū, halſab. Pſalmi vnius marty. In dño confido. 503. Dñe qs habitabit. Dñe in virtute. Pro plur. mar. Exultate iuſti. xii. Benedicam dñm

dium. Deus noſter, refugiũ. ℣. Letitia ſempiterna ſuper capita eorũ, halleluiah. ℟. Gaudiũ, & exultatiõe obtinebũt, halleluiah. Pr nr. A vinculis. Iube. Euangelica. Lectio S. euãg. ſc; Iohãnẽ. c. xv.
I. 15 IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt. Et reliqua.

Homilia ſancti Auguſtini epi.

ISte locus euangelicus, fratres, vbi ſe dicit dñs vitẽ, & diſcipulos ſuos palmites, ſecundũ hoc dicit, quod eſt caput eccleſię, noſq; membra eius, mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Vnius quippe naturę ſunt vitis, & palmites. Propter quod, cũ eſſet de⁹ cui⁹ naturę nõ ſum⁹, fact⁹ eſt homo, vt in illo eſſet vitis humana natura, cuius & nos homines palmites eſſe poſſem⁹. ℟. Ego ſum vitis vera, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum, halleluiah, halleluiah. ℣. Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos. Qui ma. Iube. Cuius feſtũ. Lectio octaua.

QVid ergo eſt, Ego ſum vitis vera? Nunquid addẽs, vera, hoc ad eam vitem retulit, vnde iſta ſimilitudo trãſlata eſt? Sic enim dicitur vitis per ſimilitudinem, non per proprietatem: quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiuſmodi, quę magis ipſa ſunt vera: ex quibus ducunt iſtę ſimilitudines, nõ proprietates. Sed cũ dicit, Ego ſum vitis vera, ab illa ſe vtiq; diſcernit, cui dicitur: Quomodo cõuerſa es in amaritudinẽ vitis aliena? Nam quo pacto eſt vitis vera, q̃ expectata eſt vt faceret vuas, fecit autẽ ſpinas? ℟. O candidi facti ſũt Nazarei eius, halleluiah: ſplẽdorẽ Deo dederunt, halleluiah, & ſicut lac coagulati ſunt, halleluiah, halleluiah. ℣. Cãdidiores niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Et. Iube. Ad ſocietatem. Lectio nona.

EGo ſum, inquit, vitis vera, & pater meus agricola eſt. Nũqd vnũ ſũt agricola & vitis? Secundũ hoc ergo vitis Chriſtus, ſecũdũ quod ait, Pater maior me eſt. Secundum autem id quod ait, Ego & pater vnum ſumus: & ipſe agricola eſt: nec talis quales ſunt qui extrinſecus operando exhibent miniſterium, ſed talis, vt det etiã intrinſecus incrementum. Nam neq; qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus: ſed vtique Deus eſt Chriſtus: quia Deus erat verbum, vnde ipſe & pater vnum ſum⁹: &, ſi verbum caro factum eſt quod non erat, manet tamen quod erat. Ad Laudes, & per Horas. Aña.

SAncti tui domine florebũt ſicut liliũ, hal. & ſicut odor balſami erunt ante te, halleluiah.

ps. Dñs.reg. 8. cum rel. Aña. In cęleſtibus regnis ſanctorum habitatio eſt, hal'ab, ⁊ in ęternū reges eorū, hal'. Aña. In velamento clamabūt ſancti tui dñe, hal', hal', hal'. Aña Spiritus ⁊ animę iuſtorum hymnū dicite Deo noſtro, hal', hal'. An. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in cōſpectu Dei, hal'. Cap. Stabunt iuſti. vt ſupra. Hym. pro vno marty. Martyr Dei. 504. vt ſupra in alio cōi. Pro plurib. mart. Rex glorioſe martyrum. 512. vt infra in cōi plur. mar. ℣. Precioſa in conſpectu domini, halelu iah. ℟. Mors ſanctorū eius, hal'. Ad Bñs. Aña. Filię Ieruſalē venite, ⁊ videte martyres cū coronis, quibus coronauit eos dominus in die ſolennitatis, ⁊ letitię, hal'ab, hal'ab. Oratio de vno, vel pluribus mart. Ad iij. Cap. Stabunt iuſti. ℟. bre. Sancti ⁊ iuſti in domino gaudete, hal', hal'ab. ℣. Vos elegit Deus in hereditatē ſibi. hal'ab. Glo. Sancti. ℣. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis dñe, halelu iah. ℟. Et ęternitas temporum, halelu iah.

Ad Sextam. Capitulum.

Sap. 5 Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, ⁊ inter ſanctos ſors illorū eſt. ℟. br. Lux ppetua lucebit ſanctis tuis domine, hal'ab, hal'. ℣. Et eternitas tēporū. hal'ab. Glo. Lux. ℣. Lętitia ſempiterna ſuper capita eorum, hal'ab. ℟. Gaudiū ⁊ exultationem obtinebunt, hal'.

Ad Nonam. Capitulum.

Scimus quoniā diligentibus Deum omnia cooperātur in bonū, his qui ſecundū propoſitum vocati ſunt ſancti. Ro. 8. ℟. bre. Lętitia ſempiterna ſup capita eorū, halelu iah, hal'ab. ℣. Gaudium ⁊ exultationē obtinebūt. hal'ab. Gloria. Lętitia. ℣. Precioſa in ɔſpectu dñi, hal'. ℟. Mors ſanctorum eius, hal'. Ad Veſp. Aña. Sācti tui dñe. cū rel. vt i Lau. ps. Dixit do. 52. cū rel. loco vlt. ps. Credidi. 54. Cap. Stabūt iuſti. Hym. Deus tuorū militū. 501. Pro vno marty. Pro plurib. Rex glorioſe martyr. 512. ℣. Precioſa in cōſpectu dñi, hal'. ℟. Mors ſcōꝝ ei⁹, hal'. Ad Mag. Aña. Sancti ⁊ iuſti in dño gaudete, hal'ab: vos elegit Deus in hereditatē, ſibi, hal'ab. Alię lec. pro mar. tpe Paſchali. Ex epiſtola S. Cypriani mar. ad martyres, ⁊ confeſſores. Le. iij.

Qualibus ego vos laudibus prędicem fortiſſimi martyres? robur pectoris veſtri, perſeuerantiā fidei, quo pręconio vocis exornē? Tolerastis vſq; ad cōſummationē glorię duriſſimā queſtionē: nec ceſſiſtis ſupplicijs, ſed vobis potius ſupplicia ceſſerūt. Finē doloribus, quē tormēta nō dabāt, coronę dederūt. Laniena grauior ad hoc diu perſeuerauit, nō vt ſtātem

Digitized by Google

te fidē deijceret, ſed vt hoīes Dei ad Deū velocius mitteret. L.v.

Vidit admirās pręſentium multitudo cęleſte certamē, certamē Dei, certamē ſpiritale, pręlium Chriſti, ſteriſſe ſeruos eius voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem ſecularibus nudos, ſed armis fidei ardentis armatos. Steterunt torti, torquentibus fortiores: & pulſantes ac laniantes vngulas pulſata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem ſuperare non potuit ſęuiēs diu plaga repetita, quamuis rupta compage viſcerum torquerentur in ſeruis Dei iā non mēbra, ſed vulnera. Fluebat ſanguis qui incendium perſecutionis extingueret, qui flammas & ignem gēhennę glorioſo cruore ſopiret. Lectio ſexta.

O Quale illud fuit ſpectaculum domino, quam ſublime, quam magnum, quam Dei oculis ſacramento, ac deuotione militis eius acceptum, ſicut ſcriptum eſt & in pſalmis, ſpiritu ſancto loquente ad nos pariter & monente. Precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius: precioſa mors hęc quę emit immortalitatem precio ſui ſanguinis: quę accepit coronam de conſummatione virtutis. Quā lętus illic Chriſtus fuit, quam libens in talibus ſeruis ſuis & pugnauit & vicit protector fidei, dans credentibus tantum, quantum ſe credit capere qui ſumit: certamini ſuo affuit, pręliatores atq; aſſertores ſui nominis erexit, corroborauit, animauit. Et qui pro nobis mortem ſemel vicit, ſemper vincit in nobis.

Lco S. euāg. ſc̄z Iohānē. L.vij.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis, & vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Et reliqua. ca.15

Homilia ſancti Auguſtini epi.

Ne quiſquam putaret ſaltē paruum aliquem fructum poſſe a ſemetipſo palmitem ferre, cum hęc dixiſſet, Hic fert fructum multum: non ait, quia ſine me parum poteſtis facere, ſed nihil poteſtis facere. Siue ergo parum, ſiue multum, ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt: quia etſi parum attulerit palmes cum purgat agricola, vt plus afferat, tamen niſi in vite manſerit, & vixerit de radice, quantumlibet fructū a ſemetipſo non poteſt ferre. Quamuis autem Chriſtus vitis non eſſet, niſi homo eſſet: tamē iſtam gratiam palmitibus non prębcret, niſi etiam Deus eſſet. Lect. viij.

Verū q: ita ſine iſta gratia nō poteſt viui, vt & mors in poteſtate ſit liberi arbitrij: Siq̄s in me, inquit, nō māſerit, mittet foras, ſicut palmes, & areſcet, & col

ligent eũ, ⁊ in ignẽ mittẽt, ⁊ ardet. Ligna itaq; vitis tãto ſunt cõtẽptibiliora ſi in vite nõ mãſerint, quanto glorioſiora ſi mãſerint. Deniq; ſicut de his etiam per Ezechielẽ prophetã, Dñs dicit, p̃ciſa nullis agricolarum vſibus proſunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Unũ de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: ſi in vite non eſt, in igne erit: vt ergo in igne non ſit, in vite ſit. Lectio nona.

SI mãſeritis in me, inquit, ⁊ verba mea in vobis mãſerint: quodcunq; volueritis petetis: ⁊ fiet vobis. Manẽdo qppe in Chriſto, qd velle poſſunt niſi qđ cõuenit Chriſto? Quid velle poſſunt manẽdo in ſaluatore, niſi qđ nõ eſt alienũ a ſalute. Aliud qppe volum⁹, q2 ſumus in Chriſto, ⁊ aliud volumus, quia ſumus adhuc in hoc ſeculo. De manſione namq; huius ſeculi nobis aliquãdo ſubrepit, vt hoc petamus quod nobis nõ expedire neſcimus. Sed abſit, vt fiat nobis ſi manemus in Chriſto, qui non facit quando petimus, niſi quod expedit nobis.

IN COMMVNI

Cõfeſſ. virgi. ⁊ nõ virg. ⁊ Dedicat. Eccleſie tpe Paſch. Oĩa fiſit vt inferi⁹ in aliis tpib⁹, ſed in fine ad Inuit. Añas, ℣. ⁊ ℟. tã bre. quã alia addit Halleluiah. Et tres pſalmi dĩr p ſingulos nocturnos ſub prima añia illi⁹ noc.

IN NATALITIIS PLVRIVM MART.

Extra tempus Paſchale.

Ad Veſperas. Antiphona. Omnes ſancti. cũ reliq. de Laud. pſ. Dixit dominus. fo. 52. cum reliq. de Dñica, loco vlt. dicitur Laudate dñm oẽs gẽ. 54. Cap.



Iuſtorum ſap. 3
animę in manu dei ſunt, ⁊ non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Hymnus.

Sanctorum meritis inclyta gaudia
Pangam⁹ ſocii, geſtaq; fortia:
Nã gliſcit animus p̃mere cãtibus
Victorum genus optimũ.
Hi ſunt quos retinens mũdus inhorruit:
Ipſum nã ſterili flore peraridũ
Spreuere penitus, teq; ſecuti ſunt,
Rex Chriſte bone cęlitus.
Hi pro te furias atq; ferocia
Calcarũt hoim ſęuaq; vbera:
Ceſſit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia.
Cęduntur gladiis, more bidentium:
Non murmur reſonat, nõ querimonia:

Sed

Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.
Quę vox? quę poterit lingua retexere?
Quę tu martyribus munera pręparas.
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.
Te ſūma deitas vnaq3 poſcim⁹:
Ut culpas abluas, noxia ſubtrahas,
Des pace3 famulis, nos quoq3 gloriam
Per cūcta tibi ſcl'a. Amē. ℣.
Lętamini i dño: 2 exultate iuſti.
℟. Et gl'iamini oēs recti corde.
Ad Mag. Aña. Iſtorū eſt eni3 regnum cęloru3, qui contempſerunt vitam mundi, 2 puenerūt ad pręmia regni, 2 lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Orō.

DEus, q nos annua ſanctoꝝ martyru3 tuorū N. 2 N. ſolennitate lętificas: cōcede propitius: vt, quorū gaudemus meritis, accēdamur exemplis. Per dñm noſtrum. Alia Oratio.

DEus, q non concedis ſanctoru3 martyru3 tuorum N. 2 N. natalitia colere: da nobis in ęterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per d.

Alia Oratio pro pluribus martyribus 2 Pontificibus.

BEatoꝝ martyrū pariterq3 pontificū N. 2 N. nos, q̄s dñe, feſta tueantur, 2 eoꝝ cōmēdet oratio veneranda. Per do.

Ad Matutinu3. Inuitatoriū. Regem martyrum dñ3, Venite adoremus. ps. Venite. Hym.

AEterna Chriſti munera,
Et martyrum victorias,
Laudes canentes debitas,
Lętis canamus mentibus.
Terrore victo ſeculi,
Penisq3 ſpretis corporis,
Mortis ſacrę compendio
Vitam beatam poſſident.
Traduntur igni martyres,
Et beſtiarum dentibus:
Armata ſęuit vngulis
Tortoris inſani manus.
Nudata pendent viſcera,
Sanguis ſacratus funditur:
Sed permanent immobiles,
Vitę perennis gratia.
Te nūc redemptor quęſumus,
Ut martyrum conſortio
Iungas precantes ſeruulos
In ſempiterna ſęcula. Amen.

In noct. Añ. Secus decurſus aquaru3 plātauit vineam iuſtorum, 2 in lege dñi fuit volūtas eorum. ps. Beatus vir. 2. Aña. Tanquā aurū in fornace probauit electos dñs: 2 quaſi holocauſta accepit eos in ęternum. ps. Quare fre. 2. Aña. Si coram hominibus tormenta paſſi ſūt: ſpes electorum eſt immortalis in ęternum. ps. Domine qd. 2. ℣. Lętamini in domino 2 exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Pater noſter. Exaudi. Iube. Benedictione.

De

De epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Lectio j.

ca.8. Fratres, Debitores ſumus nō carni, vt ſecundum carnez viuamus. Si enim ſecundū carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunqꝫ enim ſpiritu Dei agūtur, hi ſunt filij Dei. Nō enim accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus abba pater. Ipſe eniꝫ ſpiritus teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro, ꝙ ſum⁹ filij Dei. Si autē filij, ⁊ hęredes, hęredes quidē Dei, cohęredes autē Chriſti: ſi tamē cōpatimur, vt ⁊ cōglorificemur. Exiſtimo enim ꝙ nō ſunt condignę paſſiones huius tēporis ad futuraꝫ gloriā, quę reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturę, reuelationem filiorꝝ Dei expectat. ℞. Abſterget Deus omnē lacrymā ab oculis ſanctorꝝ: ⁊ iā nō erit amplius, neqꝫ luct⁹, neqꝫ clamor, ſed nec vll⁹ dolor. Quī priora tranſierunt. ℣. Non eſurient, neqꝫ ſitient amplius, neqꝫ cadet ſuper illos ſol, neqꝫ vllus eſtus. Quī. Iube. Unigenitus. L. ij.

Scimus autē, quoniā diligētibus Deuꝫ omnia cooperātur in bonū his, qui ſecūdū propoſitū vocati ſunt ſancti. Nā quos preſciuit, ⁊ ꝑdeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autē pręaeſtinauit, hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit, hos ⁊ iuſtificauit: quos autē iuſtificauit, illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hęc? Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiaꝫ proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illū, quomodo non etiā cū illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus, qui iuſtificat. Quis eſt q cōdemnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, immo qui ⁊ reſurrexit, qui eſt ad dexterā Dei, qui etiam interpellat pro nobis. ℞. Uiri ſancti glorioſum ſanguinē fuderūt pro dn̄o, amauerunt Chriſtū in vita ſua, imitati ſunt eum in morte ſua. Et ideo coronas triūphales meruerunt. ℣. Un⁹ ſpirit⁹ ⁊ vna fides erat ī eis. Et. Iube. Spūs ſcti. L. iij.

Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Sicut ſcriptum eſt: Quia ꝑpter te mortificamur tota die, ęſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis. Sed in his omnib⁹ ſuperam⁹ ꝑpter eū, q dilexit nos. Certus ſum eniꝫ, ꝗa neqꝫ mors, neqꝫ vita, neqꝫ angeli, neqꝫ principatus, neqꝫ virtutes, neqꝫ inſtātia, neqꝫ futura, neqꝫ fortitudo, neqꝫ altitudo, neqꝫ profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quę eſt

in

in Christo Jesu domino nostro. ℟. Tradiderũt corpora ſua ꝓpter Deũ ad ſupplicia: Et meruerunt habere coronas perpetuas. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione: ⁊ lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Et meruerunt. Gloria. Et merue. In ij. noc. Añ. Dabo ſãctis meis locum nominatum in regno patris mei, dicit dominus. Pſalm.

Domine, qs habitabit in tabernaculo tuo: aut qs requieſcet i monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam. Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: q nõ egit dolũ in lingua ſua. Nec fecit proximo ſuo malũ: ⁊ opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat. Qui iurat proximo ſuo, ⁊ non decipit: qui pecuniam ſuam nõ dedit ad vſuras: ⁊ munera ſuper innocentem non accepit. Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum. Gloria pa. Añ. Dabo ſanctis meis locum nominatũ in regno patris mei, dicit dominus. Añ. Sanctis, qui in terra ſunt eius: mirificauit omnes voluntates meas inter illos. Pſalmus.

Conſerua me domine, quoniã ſperaui in te: dixi dñõ Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Sanctis qui in terra ſunt eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicatę ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eoꝝ de ſanguinibus: nec memor ero nominũ eorũ per labia mea. Dominus pars hęreditatis meę, ⁊ calicis mei: tu es qui reſtitues hęreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in pręclaris: etenĩ hęreditas mea pręclara eſt mihi. Benedicã dñũ, qui tribuit mihi intellectũ: inſuper ⁊ vſq ad noctẽ increpuerunt me renes mei. Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt mihi ne commouear. Propter hoc lętatũ eſt cor meũ ⁊ exultauit lingua mea: inſuper ⁊ caro mea requieſcet in ſpe. Quoniã nõ derelinques animã meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Notas mihi feciſti vias vitę, adimplebis me lętitia cũ vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. Gloria Añ. Sãctis qui in terra ſunt ei⁹: mirificauit omnes voluntates meas inter illos. Añ. Sancti, qui ſperant in domino, habebunt fortitudinem ⁊ aſſumẽt pennas vt aquilę volabũt, ⁊ non deficient. Pſalmus.

D omi

Domini eſt terra, ⁊ plenitudo eius: orbis terrarum ⁊ vniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſup maria fundauit eū: ⁊ ſup flumina preparauit eū.
Quis aſcēdet in montē dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus, ⁊ mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuā; nec iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionē a domino: ⁊ miſericordiam a Deo ſalutari ſuo.
Hęc eſt generatio querentium eū: querentiū faciē Dei Jacob.
Attollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini portę eternales, ⁊ introibit rex glorię.
Quis eſt iſte rex glorię? dñs fortis ⁊ potēs, dñs potens in prelio.
Attollite portas principes veſtras, ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glorię.
Quis eſt iſte rex glorię? dominus virtutum ipſe eſt rex glorię.
Gloria. Aña. Sācti qui ſperāt in dño, habebunt fortitudinem, aſſument pennas: vt aquilę volabūt, ⁊ nō deficient. ℣. Exultēt iuſti in cōſpectu Dei. ℟. Et delectētur in lętitia. Pater noſter. Ipſius pietas. Iube. Deus pr.
Sermo S. Auguſtini epi. l. iiij.

Quotieſcūq; fratres chariſſimi ſanctorū martyrū ſolēnia celebram⁹, ita ipſis intercedētib⁹ expectem⁹ a dño cōſequi tēporalia beneficia, vt ipſos martyres imitando, accipere mereamur eterna. Ab eis enī ſanctorū martyrū in veritate feſtiua gaudia celebrant, q ipſorū martyrū exēpla ſequunt. Solēnitates enī martyrū exhortationes martyriorū ſunt, vt imitari nō pigeat, qđ celebrare delectat. ℟. Sācti tui dñe mirabile cōſecuti ſūt iter ſeruiētes pceptis tuis, vt inuenirētur illęſi in aquis validis. Terra apparuit arida: ⁊ in mari rubro via ſine impedimēto. ℣. Qui pcuſſit petrā, ⁊ fluxerunt aquę, ⁊ torrētes inūdauerūt. Terra. Iube. Chriſtus perpetuę. Lcō v.

Sed nos volumus gaudere cū ſanctis: ⁊ tribulationes mūdi nolumus ſuſtinere cū illis. Qui enim ſanctos martyres vel inquātum potuerit noluerit imitari, ad eorū beatitudinem nō poterit peruenire. Sic ⁊ apoſtolus Paulus predicat dicēs: Si fuerimus ſocij paſſionū, erimus ⁊ cōſolationum. Et dñs in euāgelio: Si mūdus vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore, qui odiū nō vult ſuſtinere cū capite. ℟. Verbera carnificū non timuerūt ſancti Dei moriētes p Chriſti nomine: Ut hęredes fierēt in domo dñi. ℣. Tradiderūt corpora ſua, ppter Deū ad ſupplicia. Ut. Iube. Ignē ſui. Lectio vj.

Sed dicet aliquis. Et quis eſt, qui poſſit beatorū martyrum veſtigia ſequi? Huic ego reſpon

Digitized by Google

reſpondeo: Quia non ſolū martyres, ſed ⁊ ipſum dn̄m cū ipſius adiutorio, ſi volumus poſſumus imitari. Audi non me, ſed ipſiuꝫ dn̄m generi humano clamantē: Diſcite a me, q͂a mitis ſum, ⁊ humilis corde: Audi ⁊ beatū Petrū apoſtolū admonentē: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquēs exēplum, vt ſequamini veſtigia eius. ℟. Tanq̄ʒ aurū in fornace ꝓbauit electos dn̄s, ⁊ quaſi holocauſti hoſtiaꝫ accepit illos, ⁊ in tp̄e erit reſpect⁹ illoruꝫ. Qm̄ donū, ⁊ pax eſt electis dei. ℣. Qui cōfidūt i illū, intelligēt veritatē: ⁊ fideles in dilectione acquieſcent illi. Qm̄. Glo. Qm̄. In iij. noct. Añ. Iuſti autē in perpetuū viuēt: ⁊ apud dominū eſt merces eorū. Pſal'.

Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini dn̄o in cithara: in pſalterio decē chordarum pſallite illi.

Cantate ei canticum nouū: bene pſallite ei in vociferatione.

Quia rectum eſt verbum domini: ⁊ omnia opera eius in fide.

Diligit miſericordiā ⁊ iudiciū: miſericordia dn̄i plena eſt terra.

Verbo dn̄i celi firmati ſunt: ⁊ ſpiritu oris ei⁹ omnis virt⁹ eorū.

Congregās ſicut in vtre aquas maris: ponēs i theſauris abyſſos.

Timeat dominum omnis terra: ab eo autēꝫ commoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniā ipſe dixit, ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit, ⁊ creata ſunt.

Dn̄s diſſipat cōſilia gētiuꝫ: reprobat aūt cogitationes populoruꝫ, ⁊ reprobat cōſilia principū.

Conſiliū autē dn̄i in eternū manet: cogitationes cordis eius in generatione, ⁊ generationem.

Beata gens, cuius eſt dominus deus eius: populus quem elegit in hereditatem ſibi.

De celo reſpexit dominus: vidit omnes filios hominum.

De ꝓparato habitaculo ſuo: reſpexit ſup oēs q habitāt terram.

Qui finxit ſingilatim corda eorū: qui intelligit oīa opera eoꝝ.

Nō ſaluatur rex per multā virtutem: ⁊ gigas nō ſaluabitur in multitudine virtutis ſue.

Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſue non ſaluabitur.

Ecce oculi domini ſuper metuentes eum: ⁊ in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius.

Vt eruat a morte animas eorū: ⁊ alat eos in fame.

Anima noſtra ſuſtinet dn̄ꝫ: qm̄ adiutor ⁊ protector noſter eſt.

Quia in eo letabit cor noſtrū: ⁊ in nomine ſancto ei⁹ ſperauim⁹.

Fiat miſericordia tua dn̄e ſuper nos: quēadmodū ſperauim⁹ i te. Gloria. Añ. Iuſti autē in perpetuū viuēt: ⁊ apud dn̄ꝫ eſt merces eorum. Añ. Tradiderunt corpora ſua in mortem, ne ſeruirent

Digitized by Google

rent idolis: ideo coronati poſſident palmam. Pſalmus.

B Enedicā dñꝫ in omni tpe: ſemp laus eius in ore meo.

I n domino laudabitur anima mea: audiant manſueti, ⁊ letent.

M agnificate dñm mecū, ⁊ exaltemus nomen eius in idipſum.

E xquiſiui dominum, ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

A ccedite ad euꝫ, ⁊ illuminamini: ⁊ facies veſtrę nō cōfundent.

I ſte pauper clamauit, ⁊ dominus exaudiuit eū: ⁊ de oībus tribulationibus eius ſaluauit eum.

I mmittit angelus dñi in circuitu timentium eum: ⁊ eripiet eos.

G uſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dñs: beatus vir qui ſperat in eo.

T imete dñm oēs ſancti eiꝰ: qm̄ non eſt inopia timentibus eum.

D iuites eguerunt ⁊ eſurierunt: inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono.

V enite filij, audite me: timoreꝫ domini docebo vos.

Q uis eſt homo, qui vult vitaꝫ? diligit dies videre bonos?

P rohibe linguam tuam a malo: ⁊ labia tua ne loquātur dolū.

D iuerte a malo, ⁊ fac bonuꝫ: inquire pacem, ⁊ perſequere eam.

O culi domini ſuper iuſtos: ⁊ aures eius in preces eorum.

V ultus auteꝫ domini, ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

C lamauerunt iuſti: ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

I uxta eſt dominus his, qui tribulato ſunt corde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.

M ultę tribulationes iuſtorū: ⁊ de oībus his liberauit eos dñs.

C uſtodit dñs omnia oſſa eorū: vnum ex his non conteretur.

M ors peccatorū peſſima: ⁊ qui oderunt iuſtum delinquent.

R edimet dominus animas ſeruorum ſuorum: ⁊ non delinquēt omnes, qui ſperant in eo.

G loria. Aña. Tradiderunt corpora ſua in mortem, ne ſeruirent idolis: ideo coronati poſſidēt palmam. Aña. Ecce merces ſanctoruꝫ copioſa eſt apud Deuꝫ: ipſi vero mortui ſunt pro Chriſto, ⁊ viuent in ęternum. Pſalmus.

D Eus noſter, refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus, quę inuenerūt nos nimis.

P ropterea non timebimus dū turbabitur terra: ⁊ transferentur montes in cor maris.

S onuerūt, ⁊ turbatę ſunt aquę eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

F luminis impetus letificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

D eus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eaꝫ Deus mane diluculo.

C onturbatę ſunt gentes, ⁊ inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, ⁊ mota eſt terra.

Domi-

Digitized by Google

D ominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob. V enite, et videte opera dñi, quę poſuit prodigia ſup terram: auferens bella vſq3 ad finem terrę. A rcum conteret et confringet arma: et ſcuta comburet igni. V acate, et videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. D ominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob. G loria. Aña. Ecce merces ſanctorum copioſa eſt apud Deum: ipſi vero, mortui ſunt pro Chriſto: et viuent in ęternum. ℣. Juſti autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum eſt merces eorum. P ater noſter. A vinculis. J ube. Euangelica lectio. Lcō S. euāg. ſm Lucā. L. vij.

Lu. 21 I N illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Cū audieritis pręlia, et ſeditiones, nolite terreri: oportet primū hęc fieri, ſed nondum ſtatim finis. Et reliq. Homilia ſancti Gregorij papę.

D Ominus ac redēptor noſter perituri mūdi pręcurrentia mala denunciat: vt eo minus perturbēt venietia, quo fuerint preſcita. Minus enim iacula feriunt quę pręuidētur: et nos tolerabilius mūdi mala ſuſcipimus, ſi cōtra hęc per pręſciētię clypeū munimur. Ecce etenim dicit, Cū audieritis prelia et ſeditiones, nolite terreri: oportet enim primum hęc fieri, ſed nondū ſtatim finis. Penſanda ſunt verba redēptoris noſtri, per que nos aliud interius, aliud exterius paſſuros eſſe denunciat. Bella quippe ad hoſtes pertinent, ſeditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interius exteriusq3 turbari: aliud nos fatetur ab hoſtibus, aliud a fratribus perpeti. ℟. P ropter teſtamentū domini et leges paternas ſancti Dei perſtiterūt in amore fraternitatis: Quia vnus fuit ſemper ſpiritus in eis, et vna fides. ℣. Ecce quam bonū, et quā iocūdum habitare fratres in vnum. Quia. J ube. Quorum. L. viij.

S Ed his malis pręuenientibus, quia non ſtatim finis ſequatur, adiungit: Surget gēs contra gentē, et regnū aduerſus regnū, et terrę motus magni erūt per loca, et peſtilētię, et fames: terroreſq3 de cęlo, et ſigna magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulationibus pręuenit: et per crebra mala, quę pręueniūt, indicātur mala perpetua, quę ſubſequētur. Et ideo poſt bella et ſeditiōes nō ſtatim finis: quia multa debēt mala pręcurrere, vt malum valeant ſine fine nūciare. ℟. S ancti mei, qui in carne poſiti certamē habuiſtis. Mercedē laboris ego reddā vobis. ℣. Uenite benedicti patris mei, percipite regnum. Mercedem. G loria. Mercedē. Seq. ℟. dr poſt viij. vel ix. lcō. i feſto plur. mar. fratrū. ℟. Hęc eſt vera fraternitas, q̄ nūquā potuit

tuit violari certamine: q effuſo ſanguine ſecuti ſunt dñm. Cōtē nētes aulā regiā, puenerūt ad regna cęleſtia. ℣. Ecce quā bonū & quā iucundū habitare fratres in vnū. Contēnē. G lo. Cōtem. Iube. Ad ſocietatem. Lcō ix.

Sed cū tot ſigna perturbationis dicta ſint: oportet, vt eorum conſideratione breuiter ſingula perſtringam⁹. Quia neceſſe eſt, vt alia e cęlo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra gentem, ecce perturbatio hominū: erūt terrę motus magni per loca, ecce reſpectus irę deſuper: erūt peſtilentię, ecce inęqualitas corporum: erit fames, ecce ſterilitas terrę: terroresq; de cęlo & tēpeſtates, ecce inęqualitas aeris. Quia ergo omnia cōſummāda ſunt, ante cōſummationē omnia perturbant: & quia in cūctis deliquim⁹, in cunctis ferimur: vt impleatur quod dicitur, Pugnabit pro eo orbis terrarū cōtra inſenſatos.

Ad Laudes a[illegible]. Añā.

Omnes ſancti quanta paſſi ſunt tormēta: vt ſecuri peruenirent ad palmam martyrij. ps. Domin⁹ regnauit. cum reliq. Añā. Cum palma ad regna peruenerunt ſancti, coronas decoris meruerunt de manu Dei. Añā. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt: & viuent nomina eorū in ęternū. Añā. Martyres dñi dominum benedicite in ęternū. Añā. Martyrum chorus, laudate dñm de cęlis, halleluiah. Cap. Iuſtorū aię. 508. hym.

Rex glorioſe martyrum
Corona confitentium,
Qui reſpuentes terrea
Perducis ad cęleſtia.
Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus,
Tropheą ſacra pangimus,
Ignoſce quod deliquimus.
Tu vincis in martyribus,
Parcendo confeſſoribus,
Tu vince noſtra crimina
Donando indulgentiam.
Deo patri ſit gloria.

℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Lętabūtur in cubilib⁹ ſuis. Ad Benedictus. Antiphona. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt: nolite timere, multis paſſeribus meliores eſtis vos. Añā. Cap. Iuſtorū animę. 508. ℟. Letamini in domino, Et exultate iuſti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. Et. ℣. Exultent iuſti in conſpectu Dei. ℟. Et delectentur in lętitia.

Ad Sextam. Capitulum.

Reddet Deus mercedē laborum ſanctorum ſuorū, & deducet illos in via mirabili, & fuit illis in velamēto diei, & in luce ſtellarū nocte. ℟. Exultēt iuſti, In cōſpectu Dei. ℣. Et delectētur in lętitia. In conſpe. ℣. Iuſti autē in ppetuū viuēt. ℟. Et apud dñm eſt merces eorū. Sap. 10.

Ad

Ad Nonam. Capitulum.

sap. 3 Fulgebūt iusti: ⁊ tāq̄ʒ scintille ī arūdineto discurrēt: iudicabunt nationes: ⁊ dn̄abunt populis: ⁊ regnabit dn̄s illorum in perpetuū. ℟. Iusti aūt, In perpetuum viuent. ℣. Et apud dominum est merces eorum. In. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabunt ī cubilibus suis.

Ad Vesperas. Antiphona.

Isti sunt sancti, qui pro testamento dei sua corpora tradiderunt, ⁊ in sanguine agni lauerunt stolas suas. ps. Dixit dn̄s. 52. cū rel'. loco viii. Credidi. 54. Aña. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt repromissiones. Aña. Sanctorum velut aquile iuuentus renouabitur: ⁊ florebunt sicut liliū in ciuitate dn̄i. Aña. Absterget deus omnem lacrymā ab oculis sanctorum: ⁊ iā nō erit amplius, neqʒ luctus neqʒ clamor, sed nec vllus dolor, quoniā priora transierūt. Aña. In celestibus regnis sanctorum habitatio est, ⁊ in eternum requies eorum. Capitu. ⁊ hymnus vt in primis Vesp. ℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Letabunt ī cubilibus suis. Ad Mag. Aña Gaudēt in celis aīe sanctorū, q̄ Christi vestigia sunt secuti: ⁊ q̄a pro eius amore sanguinem suū fuderunt, ideo cum Christo exultant sine fine.

¶ Alie lcōnes pro plur. mart.

B. R. R.

Sermo s. Ioh. Chryso. L. iiij.

Nemo est, q̄ nesciat martyrum glorias ad hoc diuino cōsilio a Dei populis frequētari, vt ⁊ illis debitus honor dicet, ⁊ nobis virtutis exēpla fauēte Christo monstrentur. vt dū hec ita celebrari pspicimus, cognoscamus quāta eos gloria maneat in celis, quorū natalitia taliter celebrātur in terris: quo possimus etiam ipsi talibus ꝓuocari exēplis, virtute pari, deuotione cōsimili, ac fide: vt Christo pstāte, dimicare, ⁊ vincere hostē possimus: vt parta victoria, cū iisdē sanctis in regnis celestibus triūphemus. ℟. Sācti tui domine. 510. Lectio v.

Quis est enim, q̄ eorum volens merito copulari, nisi prius constantiā eorū teneat, sectetur fidē, imitetur virtutē passionis, eorū gloriā paribus vite lineamētis aut inueniat, aut exigat? Qui etsi martyrio par esse nō possit, tamē muneris tāti dignitate se quoqʒ bonis actibus dignū pbeat. Adest enim clemētissimus deus, q̄ desiderātib⁹ suis; aut martyrium pbeat, aut sine martyrio cū scīs pmia diuina restituat. ℟. Verbera. 510. L. vj.

Vt enim infirmat peccator aduersis, ita iustus tētationib⁹ roborat. Sic dimicarūt aduersus peccatū scti, sic ⁊ laborādo fortiores, ⁊ moriēdo victores

effecti ſunt. Nullus athletes ſine certamine fortior dici, null⁹ ſine victoria poterit coronari. Nemo miles ſine pmio hoſtē ſubiecit, nemo ſine bello imperatorē pmeruit. Habes Chriſtiane cōpetētia arma qbus hoſtē expugnes: habes fortiſſima tela qbus inimicū debelles. ℟. Tanq̄ aurū. 511.

Lcōs. euāg. ſm Lucam. L. vij.

ca. 6 In illo tpe: Deſcendens Jeſus de mōte ſtetit in loco cāpeſtri: ⁊ turba diſcipulorū eius, ⁊ multitudo copioſa plebis ab omni Judea, ⁊ Jeruſalē, ⁊ maritima, ⁊ Tyri, ⁊ Sydonis Et reli.

Homilia ſ. Ambroſij epiſcopi.

Aduerte oia diligēter, quomodo ⁊ cū apſis aſcēdat ⁊ deſcēdat ad turbas. Quomodo enim turba niſi in humili Chrīm videret? nō ſequit ad excelſa, nō aſcēdit ad ſublimia. Deniq; vbi deſcēdit, inuenit infirmos: i excelſis enim infirmi eſſe non poſſunt. Sic enim Mathęus docet in inferioribus debiles ſanatos eſſe. Prius enim vnuſquiſq; ſanatus eſt, vt paulatim virtutib⁹ pcedētibus aſcēdere poſſet ad montē. Et ideo vnūquēq; in inferioribus ſanat, hoc eſt, a libidine reuocat, iniuriā cęcitatis auertit: ad vulnera nr̄a deſcēdit, vt vſu quodā, ⁊ copia ſuę naturę, cōparticipes nos faciat eſſe regni cęleſtis. ℟. Propter teſtm̄. 512 L. viij.

Beati paupes, qa veſtrū eſt regnū Dei. Quatuor tātū beatitudines ſctūs Lucas dn̄icas poſuit: octo vero ſanctus Mathęus: ſed i iſtis octo illę quatuor ſūt, ⁊ i quatuor iſtis illę octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales: ille in illis octo myſticū numerū reſeruit. Pro octaua enim multi ſcribunt Pſalmi, ⁊ mādatū accipis octo illis partē dare fortaſſe bn̄dictionibus. Sicut enim ſpei noſtrę octaua perfectio eſt, ita octaua ſumma virtutum eſt. ℟. Sancti mei. 512. Lectio nona.

Sed prius quę ſunt ampliora videamus. Beati, inqt, pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorū eſt regnum cęlorum. Primā benedictionem hanc vterq; euangeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, ⁊ parens quędā generatioq; virtutū: quia qui contempſerit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritum regni cęleſtis adipiſci, qui mūdi cupiditate poſſeſſus, emergendi non habet facultatem.

IN NATALI
Confeſſ. Pontificum.

Ad veſ. aīi. Ecce ſacerdos. 517. cū reli. de Lau. pſ. Dixit dn̄s. 52. cū reli. de Dn̄ica, loco vlti. dr̄ pſ. Laudate dn̄m oēs gē. 54. Cap.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus eccl. 44
ſuis placuit deo, ⁊ inuentus eſt iuſtus: ⁊ in tempore iracūdię factus eſt reconciliatio. Hy. Iſte

Digitized by Google

Iſte cõfeſſor dñi ſacratus,
Feſta plebs cuius celebrat per orbem,
Hodie lętus meruit ſecreta
Scandere cęli.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, caſtus fuit, ⁊ quietus,
Vita dũ pręſens vegetauit eius
Corporis artus.
Ad ſacrum cuius tumulũ frequenter
Membra languentum, modo ſanitati,
Quolibet morbo fuerint grauata,
Reſtituuntur.
Unde nũc noſter chorus in honorem
Ipſius hymnum canit hunc libenter:
Ut pijs eius meritis iuuemur
Omne per ęuum.
Sit ſalus illi, decus, atq; virtus,
Qui ſupra cęli reſidẽs cacumẽ
Totius mundi machinam gubernat
Trinus ⁊ vnus. Amen.

℣. Amauit eũ dñs, ⁊ ornauit eũ. ℟. Stolam glorię induit eũ. Ad Mag. Añ. Sacerdos, ⁊ põtifex, ⁊ virtutũ opifex, paſtor bone in pplo, ora p nobis dñm.

Ad Magnificat in vtriſq; veſperis pro Doctoribus. Aña.

O Doctor optime, Eccleſię ſanctę lumẽ, beate N. diuinę legis amator, deprecare p nobis filium Dei. Oratio.

Deus, qui nos beati N. confeſſoris tui, atque pontificis veneranda ſolẽnitas: ⁊ deuotionem nobis augeat, ⁊ ſalutẽ. Per dñm. Alia Oratio.

Exaudi, quęſumus dñe, preces noſtras, quas in beati N. confeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus: vt q tibi digne meruit famulari, eius intercedẽtibus meritis, ab oibus nos abſolue peccatis. Per dominũ.

Ad Mat. Inui. Regẽ confeſſorũ dñm, Venite adoremus. Ps. Venite. Hy. Iſte cõfeſſor. vt ſu. In j. noct. Aña. Beatus vir, q in lege dñi meditat: voluntas eius permanet die ac nocte, ⁊ oia quęcunq; faciet ſemp pſperabũtur. Ps. Beatus vir. 2. Añ. Beatus iſte ſanctus qui confiſus eſt in dño, prędicauit pręceptum dñi, conſtitutus eſt in monte ſancto eius. Ps. Quare fre. 3. Añ. Tu es gloria mea, tu es ſuſceptor meus dñe, tu exaltãs caput meũ, ⁊ exaudiſti me de mõte ſctõ tuo. Ps. Dñe qd. 2. ℣. Amauit eũ dñs, ⁊ ornauit eũ. ℟. Stolã glorię induit eũ. Pater nr. Exaudi dñe. Iube. Benedictione.

De epiſtola prima beati Pauli apoſtoli ad Timotheũ. Lectio j.

Fidelis ſermo: Siquis epiſcopatũ deſiderat, bonũ op9 deſiderat. Oportet enĩ epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobriũ, ornatũ, prudentẽ, pudicũ, hoſpitalem. ca. 3

Digitized by Google

lem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestū: nō litigiosum, non cupidum, sed ſuę domui bene ꝓpositum, filios habentem ſubditos cum omni castitate. Siqs autē domui ſuę pręesse neſcit: quomodo Eccl'ię Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem ⁊ illum testimoniū habere bonum ab hijs qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, ⁊ in laqueū diaboli. ℟. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: quia ī pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudiū domini tui. ℣. Dn̄e quinqȝ talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Intra in gaud. Laude. Unigenit⁹.

De epiſtola ad Titum. Lec. ij.

ca. i Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpenſatorē, non ſuperbum, nō iracundum, non vinolentū, non percuſſorem, nō turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalē, benignum, ſobrium, iuſtū, ſanctū, continentem, amplectentem eum, qui ſm doctrinam eſt, fidelē ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, ⁊ eos qui contradicūt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, ⁊ ſeductores: maxime autē qui de circunciſione ſunt: quos oportet redargui, q vniuerſas domos ſubuertunt, docētes, quę non oporteret turpis lucri gratia. ℟. Ecce ſacerdos magnus q in diebus ſuis placuit Deo: Ideo iureiurādo fecit illum dn̄s creſcere in plebem ſuam. ℣. Benedictionem omnium gentiū dedit illi, ⁊ teſtamentum ſuū confirmauit ſuper caput eius. Ideo. Laude. Spiritus ſancti. Lectio tertia.

Tu autē loquere quę decet ſanam doctrinam. Senes ſobrij ſint, pudici, prudētes, ſani in fide, in dilectione, in patiētia. Anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſeruientes, bene docentes, vt prudentiā doceant. Adoleſcentulas, vt viros ſuos amēt, filios ſuos diligant, prudentes, castas, ſobrias: domus curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt nō blaſphemetur verbū Dei: Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint. In omnibus te ipſum prębe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbum ſanū, irreprehenſibile: vt is, qui ex aduerſo eſt vereatur, nihil habens malū dicere de nobis. ℟. Iurauit dn̄s, ⁊ non pęnitebit eum. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundū ordinē Melchiſedech. ℣. Dixit dominus domino meo, ſede a dextris mei. Tu es. Gloria. Tu es. In ij. noctur. An̄a. Inuocantē exaudiuit dominus ſanctū ſuum: dn̄s exaudiuit eū, ⁊ conſtituit eū in pace. Pſalā.

Cum

C Um inuocarē, exaudiuit me Deus iuſtitię meę: in tribulatione dilataſti mihi.
M iſerere mei: ⁊ exaudi orationem meam.
F ilij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, ⁊ quęritis mendacium?
E t ſcitote quoniam mirificauit dn̄s ſanctum ſuū: dn̄s exaudiet me cum clamauero ad eum.
I raſcimini, ⁊ nolite peccare q̄ dicitis in cordibus veſtris: ⁊ in cubilibus veſtris, cōpungimini.
S acrificate ſacrificiū iuſtitię: ⁊ ſperate in domino: multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?
S ignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti lętitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, ⁊ olei ſui multiplicati ſunt.
I n pace in idipſum: dormiam, ⁊ requieſcam.
Q uoniam tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.
G loria. Añā. Inuocantē exaudiuit dn̄s ſanctū ſuū: dn̄s exaudiuit eum, ⁊ conſtituit eum in pace. Añ. Lętentur omnes, q̄ ſperant in te dn̄e: quoniam tu benedixiſti iuſto: ſcuto bonę volūtatis tuę coronaſti eum. Pſ.
V Erba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
I ntende voci orationis meę: rex meus ⁊ Deus meus.
Q uoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
M ane aſtabo tibi: ⁊ videbo, quō nō Deus volēs iniquitatē tu es.
N eque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
O diſti omnes, qui operant̄ iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
V irū ſanguinū, ⁊ doloſū abominabitur dominus: ego autē in multitudine miſericordię tuę.
I ntroibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuū in timore tuo.
D omine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meā.
Q uoniam non eſt in ore eorū veritas: cor eorum vanum eſt.
S epulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus.
D ecidāt a cogitationibus ſuis, ſm̄ multitudinem impietatū eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
E t lętentur omnes, qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis.
E t gloriabuntur in te omnes, q̄ diligunt nomen tuum: quoniā tu benedices iuſto.
D omine vt ſcuto bonę voluntatis tuę: coronaſti nos.
G loria. Añā. Lętētur oēs, qui ſperant in te dn̄e, quīa tu benedixiſti iuſto, ſcuto bonę voluntatis

me coronaſti eũ. Aña. Dñe dñs noſter quã admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra: quia gloria ꝛ honore coronaſti ſanctum tuũ, ꝛ cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Pſalmus.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cęlos.

Ex ore infantiũ ꝛ lactentiũ pfeciſti laudẽ, ꝓpter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum ꝛ vltorẽ.

Quoniã videbo cęlos tuos opera digitorum tuorum: Lunam ꝛ Stellas quę tu fundaſti.

Quid eſt homo? quod memor es eius: aut filius hominis? quoniam viſitas eum,

Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria ꝛ honore coronaſti eum, ꝛ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues, ꝛ boues vniuerſas, inſuper ꝛ pecora campi.

Volucres cęli, ꝛ piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Dñe dominus noſter: quã admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Gloria. Aña. Dñe dñs noſter, quã admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra: quia gloria, ꝛ honore coronaſti ſanctũ tuũ, ꝛ cõſtituiſti euꝫ ſup opera manuũ tuarum. ℣. Elegit eũ dñs ſacerdotẽ ſibi. ℟. Ad ſacrificandũ ei hoſtiã laudis. Pater nr̃. Ipſius pietas. Iube. Deus pater. Sermo S. Maximi epi. Le. iiij.

Ad ſacri ac beatiſſimi patris noſtri N. cuius hodie feſta celebramus, laudes addidiſſe, aliquid decerpſiſſe eſt: cuꝫ ſiquidẽ virtutuꝫ eius gratia, non ſermonibus exponenda eſt, ſed operibus comprobanda. Cũ enim dicat ſcriptura diuina, Gloria patris eſt filius ſapiens: quãtę huius ſunt glorię, qui tantoꝝ filioꝝ ſapiẽtia ꝛ deuotione lętatur? In Chriſto enim Ieſu per euangeliũ ipſe nos genuit. ℟. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: Manus enim mea auxiliabit ei. ℣. Nihil pficiet inimicus in eo, ꝛ filius iniquitatis nõ nocebit ei. Manus. Iube. Chriſtus perpe. Lec. v.

Quicquid igitur in ſancta plebe hac poteſt eſſe virtutis ꝛ gratię, de hoc quaſi de quodam lucidiſſimo fonte omniuꝫ riuulorũ hęc puritas emanauit. Etenim quia caſtitatis pollebat vigore: qꝛ abſtinẽtię gloriabat anguſtijs: quia blandimẽtis erat prę ditus lenitatis: omniũ ciuiũ in Deum prouocauit affectum. Quia põtificis adminiſtratione fulgebat: plures e diſcipulis reliquit ſui ſacerdotij ſucceſſores. ℟. Poſui adiutoriũ ſup potẽtem: ꝛ exaltaui electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabit ei. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum.

meum, oleo ſancto meo vnxi eū. Manus. Iube. Igne fui. L. vj.

BEne ⁊ congrue in hac die, quā nobis beati patris noſtri N. huius ad paradiſum trāſitus exultabilem reddidit, preſentis pſalmi verſiculū decantauimus: In memoria eterna erit iuſtus. Digne enim in memoria vertit hominus, qui ad gaudiū tranſijt angelorū. Qui iā gratiā Chriſti clarificatus inuenit, quia mundi gloriam non queſiuit, cauēs illud, qđ dicit ſermo diuinus: Ne laudaueris hominē in vita ſua, tāquā ſi diceret: Lauda poſt vitā, magnifica poſt cōſummationē. ℟. Iſte eſt q ante Deum magnas virtutes operatus eſt, ⁊ oīs terra doctrina eius repleta eſt: Ipſe intercedat pro peccatis omniū populorū. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitā mundi, ⁊ peruenit ad celeſtia regna. Ipſe interce. Gloria. Ipſe.

In ij. noct. Aña. Dñe, iſte ſanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus eſt iuſtitiā: requieſcet in monte ſancto tuo. Ps.

DOmine, qs habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requieſcet in mōte ſancto tuo?

Qui ingredit ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam.

Qui loquit veritatē i corde ſuo: qui non egit dolū in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malū: ⁊ opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilū deductus eſt in conſpectu eius malignus: timētes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, ⁊ non decipit: qui pecuniam ſuā non dedit ad vſurā: ⁊ munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hec: non commouebitur in eternum.

Gloria. Añ. Dñe iſte ſanct⁹ habitabit in tabernaculo tuo: operatus eſt iuſtitiam, requieſcet in monte ſancto. Añ. Vitā petijt a te, ⁊ tribuiſti ei dñe: gloriā ⁊ magnum decorē impoſuiſti ſuper eū: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Ps.

DOmine in virtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: ⁊ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniā preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.

Vitam petijt a te, ⁊ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculū: ⁊ in ſeculum ſeculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam ⁊ magnum decorem impones ſuper eum.

Qm̄ dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex ſperat in dño: ⁊ in miſericordia altiſſimi non

commouebitur.

Inueniatur manus tua oibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.

Pones eos vt clibanū ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, z deuorabit eos ignis.

Fructum eorū de terra perdes: z semen eorum a filijs hominū.

Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt cōſilia, quę non potuerunt ſtabilire.

Qm pones eos dorſum: in reliquijs tuis pręparabis vultū eoꝝ.

Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus, z pſallemus virtutes tuas.

Gloria. Añа. Vitā petijt a te, z tribuiſti ei domine: gloriam z magnū decorē impoſuiſti ſuper eū: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. Añ. Hic accipiet benedictionē a domino: z miſericordiam a Deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dominum. Pſal.

Domini eſt terra z plenitudo eius: orbis terrarum, z vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſup maria fundauit eū: z ſup flumina pręparauit eū.

Quis aſcēdet in montē dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocēs manib᷒, z mūdo corde: q nō accepit ī vano aīaʒ ſuā, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: z miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio quęrentium eū, quęrentiū faciē Dei Iacob.

Attollite portas principes veſtras: z eleuamini portę ęternales, z introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dñs fortis z potēs, dñs potēs in pręlio.

Attollite portas principes veſtras: z eleuamini portę ęternales, z introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dñs virtutum ipſe eſt rex glorię.

Gloria. Añа. Hic accipiet benedictionem a dño: z miſericordiam a Deo ſalutari ſuo: quia hęc eſt generatio quęrentium dominū.

℣. Tu es ſacerdos in ęternum.

℟. Secundū ordinē Melchiſedech. Pater noſter. A vinculis. Iube domne. Euangelica lectio s. euā. ſm Matthęū. Ca. xxv.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Homo quidam peregre proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, z tradidit illis bona ſua. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papę.

Lectio ſancti euangelij, fratres cariſſimi, ſolicite conſiderare nos admonet: ne nos, qui plus ceteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab auctore mūdi grauius inde iudicemur. Cum enim augent dona, rationes etiam creſcunt donoꝝ. Tanto ergo eſſe humilior, atq ad ſeruiēdū Deo promptior qſque debet ex munere, quāto ſe obligatio-

obligationẽ eſſe ꝯſpicit in reddē/da ratione. Ecce, homo ꝑ pere/gre proficiſcitur, ſeruos vocat, eiſqꝫ ad negociū talēta partitur. Poſt multū vero tēporis poſi/turus cū eis rationē reuertitur: bene aliē operātes pro apporta/to lucro remunerat, ſeruum ve/ro a bono opere torpentē dam/nat. ℟. Amauit eum domi/nus, ⁊ ornauit eum: ſtolam glo/rie induit eum. Et ad portas pa/radiſi coronauit euꝫ. ℣. Induit eum dominus loricaꝫ fidei, ⁊ or/nauit euꝫ. Et ad portas. Iube. Cuius feſtum. Lectio octaua.

Quis itaqꝫ eſt iſte homo q peregre proficiſcit, niſi Re/demptor noſter, qui in ea carne quā aſſumpſerat, abijt in celuꝫ? Carnis enim locus proprius ter/ra eſt, que quaſi ad peregrina du/citur dum per Redemptorē no/ſtrum in celo collocat. Sed ho/mo iſte, peregre proficiſcens, ſer/uis ſuis bona ſua tradidit: quia fidelibus ſuis ſpiritualia dona conceſſit. Et vni quidem dedit quinqꝫ talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Quinqꝫ etenim ſunt corporis ſenſus, videlicet, vi/ſus, auditus, guſtus, odoratus, ⁊ tactus. Quinqꝫ igit talētis, do/nū quinqꝫ ſenſuū, ideſt exterio/rū ſcientia exprimitur. Duobus vero intellectus, ⁊ operatio de/ſignantur. Vnius autem talēti nomine intellectus tantummo/do deſignatur. ℟. Sint lumbi veſtri precincti, ⁊ lucerne ar/dentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectanti/bus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigila/te ergo quia neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit. Et. Iu/be. Ad ſocietatem. Lectio ix.

Sed is qui quinqꝫ talenta acceperat, alia quinqꝫ lu/cratus eſt: quia ſunt nonnulli, q etſi interna ac myſtica penetra/re neſciunt, pro intētione tamen eterne patrie docent recta quos poſſunt de ipſis exterioribus q̄ acceperunt: dumque ſe a carnis petulantia, a terrenarum rerū ambitu, atqꝫ viſibilium volupta/te cuſtodiunt, ab his etiam alios admonendo cōpeſcunt. Et ſunt nonnulli, qui quaſi duobus ta/lentis ditati, intellectū atqꝫ ope/rationem percipiunt, ſubtilia de internis intelligunt, mira in ex/terioribus operantur. Cumque ⁊ intelligendo ⁊ operando alijs predicant, quaſi duplicatum de negocio lucrum reportant.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit deo, ⁊ inuētus eſt iuſtus. ps. Dñs re/gna. 8. cuꝫ rel. Añ. Nō eſt in/uentus ſimilis illi, qui conſerua/ret legē excelſi. Añ. Ideo iure/iurando fecit illū dñs creſcere in plebeꝫ ſuam. Añ. Sacerdotes Dei benedicite dñm: ſerui dñi hymnuꝫ dicite Deo, halleluiah. Añ.

Aña. Serue bone, ⁊ fidelis, intra in gaudiū dñi tui. Cap. Ecce ſacerdos magnus. 513. Hymn.

Ieſu redemptor omnium,
Perpes corona preſulum,
In hac die clementius
Noſtris faueto precibus.
Tui ſacri qua nominis
Confeſſor almus claruit:
Huius celebrat annua
Deuota plebs ſolennia.
Qui rite mundi gaudia
Huius caduca reſpuens,
Cum angelis celeſtibus
Letus potitur premijs.
Huius benignus annue
Nobis ſequi veſtigia,
Huius precatu ſeruulis
Dimitte noxam criminis,
Sit Chriſte rex piiſſime
Tibi, patrique gloria,
Cum ſpiritu paraclito,
Et nunc ⁊ in perpetuū. Amē.

℣. Iuſtū deduxit dñs p vias rectas. ℟. Et oſtēdit illi reg. dei.

Ad bñs. Añ. Euge ſerue bone, ⁊ fidelis: q in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cōſtituā, dicit dñs.

Ad iij. Cap. Ecce ſacerdos. 513.

℟. Amauit eū dominus, Et ornauit eum. ℣. Stolam glorie induit eum. Et. ℣. Elegit eum dominus ſacerdotē ſibi. ℟. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis.

Ad Sextam. Capitulum.

eccl. 44 Non eſt inuentus ſimilis illi, q cōſeruaret legem excelſi, ideo iureiurando fecit illum dñs creſcere in plebē ſuam. ℟. Elegit eum dominus Sacerdotem ſibi. ℣. Ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis. ℣. Tu es ſacerdos.

Ad Nonam. Capitulum.

Fungi ſacerdotio, ⁊ habere laudē in noie ipſius, ⁊ offerre illi incenſum dignū in odorē ſuauitatis. eccl. 45 ℟. Tu es ſacerdos In eternū. ℣. Secundū ordinē Melchiſedech. In. ℣. Iuſtū deduxit dñs per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnū dei.

Ad Veſ. Aña. Ecce ſacerdos. vt ſu. cū rel. de lau. ps. Dixit. ps. cū rel. de Dñica. loco vlt. dī ps. Memēto. 56. Cap. ⁊ Hy. vt ſu. in j. Veſp. ℣. Iuſtū deduxit dñs per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnū dei. Ad Mag. Aña. Amauit eū dñs, ⁊ ornauit eum, ſtolam glorie induit eum, ⁊ ad portas paradiſi coronauit eum. Seq. Aña dr ad Mag. in ij. vel. pro ſolis ſummis Pontificibus.

Dū eſſet ſummus pontifex terrena non metuit, ſed ad celeſtia regna glorioſus migrauit.

Si occurrat celebrari feſtū plu. Pōti. ⁊ cōf. Offm fit vt ſu. ſed in orōne, ⁊ ſermone, q dñr in ſingulari dicunt i plurali: Et in j. noc. legunt ſeq. lctōnes de Scriptura.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

Laudemus viros glorioſos, ⁊ parētes noſtros in generatione ſua. c. 44 Multam gloriam fecit dñs, magnificentia ſua a ſeculo. Dominantes

minantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, ⁊ prudentia ſua pręditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, ⁊ imperátes in pręſenti populo, ⁊ in virtute prudentię populis ſanctiſſima verba. In peritia ſua requirentes modos muſicos, ⁊ narrantes carmina ſcripturarum. ℟. Euge ſerue bone. fo. 514. Lectio ſecunda.

Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in domibus ſuis. Omnes iſti in generationibus gentis ſuę gloriá adepti ſunt, ⁊ in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrãdi laudes eorũ: ⁊ ſunt quorum non eſt memoria: perierũt quaſi qui nõ fuerint, ⁊ nati ſunt quaſi non nati, ⁊ filij eorum cum ipſis. ℟. Ecce ſacerdos. 514. Le. iij.

Sed illi viri miſericordię ſunt, quorum pietates nõ defuerunt: ⁊ cum ſemine eorum permanet bona hęreditas, ⁊ nepotum ipſorum ſemen in teſtamento ſtetit: ⁊ filij eorum propter illos vſque in ęternum manent: ſemen eorum ⁊ gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, ⁊ nomen eorum viuet in generationem ⁊ generationem. Sapientiam ipſorũ narrẽt populi, ⁊ laudẽ eorum nunciet Eccleſia. ℟. Jurauit dominus. 514.

Alię lectiones pro Pontifice, ⁊ Cõfeſſore, in ſecũdo nocturno. Sermo ſ. Maximi epi. Le. iiij.

Beati patris N. merita in tuto poſita ſecuri magnificemus: q gubernaculũ fidei viriliter tenẽs, anchorã ſpei tranquilla iam in ſtatione cõpoſuit, ⁊ plenam cęleſtibus diuitijs ⁊ ęternis mercibus nauẽ optato in litore collocauit: q cõtra oẽs aduerſarios ſcutũ timoris Dei tandiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriã perueniret. Quid enim fuit totus vitę illius curſus, niſi vnus cum vigili hoſte conflictus? ℟. Inueni Dauid. 515. Le. v.

Quãtis hic cęcis, a via veritatis errantibus, ⁊ de ſumma iam in ꝓfundũ rupe pẽdentibus, amiſſum reddidit viſum, ⁊ illũ quo Chriſtus videtur, reparauit intuitum? quantorũ auribus ſurdis, ⁊ infidelitatis obturatione damnatis, ad percipiendã voces cęleſtium mandatorũ, precioſum infudit auditũ, vt vocati Deo ad miſericordiã, reſponderet per obedientiam? Quantos intrinſecus vulneratos, angelici oris arte ⁊ orationum ab infirmitate curauit? ℟. Poſui adiutorium. 515. Le. vj.

Quantos per longam incuriam peccati labe reſolutos, ⁊ quanta lepræ contagione ꝑfuſos, caſtigationibus, exhortationibus

Digitized by Google

rationibus, expiando, Deo in ſe operante mundauit? Quantorũ animas viuentes in corpore, iã defunctas ⁊ delictorũ mole obrutas ac ſepultas, ad emendationẽ tanq̃ ad lucẽ vocando, Deo reſuſcitauit ⁊ vt dñi ſui admirãdus imitator, iã mortuas Deo, e cõtrario mortificet vitali morte pctõr. R̷. Iſte eſt q ante. f. 516.

Lcõ ſctĩ euã. ſcdm Mattheũ. L. vij.

c.24 In illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Vigilate, q̃r neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Et reliqua.

Homilia Scti Hilarij epiſcopi.

Ut ignorantiam illam diei omnibus taciti, nõ ſine vtilis ſilentij ratione eſſe ſciremus, vigilare nos dñs propter aduentum furis admonuit, ⁊ orationũ aſſiduitate detentos, oibus preceptorum ſuorũ operibus inherere. Furem enim eſſe oſtendit Zabulũ, ad detrahenda ex nobis ſpolia peruigilem, ⁊ corporum noſtrorũ domibus inſidiãtẽ: vt ea, incurioſis nobis, ⁊ ſomno deditis, conſiliorũ ſuoꝝ atq̃ illecebrarũ iaculis pfodiat. Paratos igitur eſſe nos conuenit: q̃r diei ignoratio intẽtã ſolicitudinẽ ſuſpenſe expectationis exagitat. R̷. Amauit. 517. L. viij.

Quiſnam eſt fidelis ſeruus ⁊ prudẽs, quẽ conſtituit dñs ſup familiã ſuã? Quãquã in commune nos ad indefeſſam vigilantie curã adhortetur, ſpeciales tamen populi principibus, ideſt epiſcopis in expectatione aduentus ſui ſolicitudinẽ mãdat. Hunc enĩ ſeruũ fidelẽ atq̃ prudentẽ, prepoſitũ familie ſignificat, cõmoda atq̃ vtilitates cõmiſſi ſibi populi curantẽ: qui ſi dicto audiẽs, ⁊ preceptis obediẽs erit, ideſt ſi doctrine opportunitate ⁊ veritate infirma confirmet, diſrupta conſolidet, deprauata conuertat, ⁊ verbum vite in eternitatis cibum alende familie diſpendat, atq̃ hec agẽs, hiſque immorans deprehendatur, gloriam a domino tanquã diſpenſator fidelis, ⁊ villicus vtilis conſequet: ⁊ ſup oia bona cõſtituet, ideſt, in dei gloria collocabit: q̃r nihil ſit vltra quod melius ſit. R̷. Sint lumbi. f. 517 L. ix.

Quod ſi conuiens longam Dei patientiã, que in profectum humane ſalutis extenditur, aduerſum conſeruos inſoleſcet, ⁊ ſeculi malis vitijſque ſe tradet, preſentium tantum curam in cultu ventris exercens: deſperata die dominus adueniet, eumq̃ a bonis que ſpoponderat, diuidet: portionemque eius cũ hypocritis in pene eternitate conſtituet: quia aduentuz deſperauerit: quia mandatis nõ obtemperauerit: quia preſentibus ſtuduerit: quia vita gentium vixerit: quia deſperatione iudicij commiſſam ſibi familiaz fame, ſiti, cede vexauerit.

PRO DOCTORIBVS.

Lectiones ſeq. leguntᷓ in feriis Doctorũ: Officiũ autẽ fit de Cõfeſſorib⁹ Pontificibus, vel non Pontificib⁹, pro qualitate feſti.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio j.

2.39 SApientiam omniũ antiquorũ exquiret ſapiens, ⁊ in propheтiis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit: ⁊ in verſutias parabolarum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, ⁊ in abſconditis parabolarum conuerſabitur. In medio magnatorum miniſtrabit, ⁊ in conſpectu pręſidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim ⁊ mala in omnibus tentabit. Lectio ſecunda.

COr ſuũ tradet ad vigilandũ diluculo, ad dñm qui fecit illum, ⁊ in conſpectu altiſſimi deprecabitᷓ: Aperiet os ſuũ in oratione, ⁊ pro delictis ſuis deprecabitᷓ. Si enim dñs magnus voluerit, ſpiritu intelligentię replebit illum: ⁊ ipſe tanquam imbres emittet eloquia ſapiẽtię ſuę ⁊ in oratione confitebitur domino: ⁊ ipſe diriget conſilium eius, ⁊ diſciplinam: ⁊ in abſconditis ſuis cõſiliabitur. Lectio tertia.

IPſe palã faciet diſciplinã doctrinę ſuę, ⁊ in lege teſtamenti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiam eius, ⁊ vſq; in ſeculum non delebitur. Nõ recedet memoria eius, ⁊ nomẽ eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiã eius enarrabunt gentes: ⁊ laudem eius nunciabit Eccleſia.

Ex libro Moraliũ ſancti Gregorij Papę. Lectio quarta.

QUid poſt Orionas hyadũ nomine, niſi doctores ſanctę Eccleſię deſignantᷓ? qui ſubductis martyribus, eo iam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius elucet: ⁊ repreſſa infidelitatis hyeme, altius per corda fidelium ſol veritatis calet: qui remota tempeſtate perſecutionis, expletis lõgis noctibus infidelitatis, tunc ſanctę Eccleſię exorti ſunt, cũ ei iã per credulitatis vernũ lucidior annus aperitur. Lectio v.

NEc immerito doctores ſancti hyadũ nuncupatione ſignantᷓ. Gręco quippe eloquio hyetos pluuia vocatᷓ, ⁊ hyades nomẽ a pluuijs acceperũt, q2 ortę, ꝓculdubio imbres ferũt: Bene ergo hyadũ appellatione doctores expreſſi ſunt, qui ad ſtatũ vniuerſalis Eccleſię quaſi in cęli faciem deducti, ſuper arentẽ terram humani pectoris ſanctę prędicationis imbres fuderunt. Si enĩ ꝑdicationis ſermo pluuia nõ eſſet, Moyſes minime dixiſſet: Expectetur ſicut pluuia eloquium meum: ⁊ nequaquã per Iſaiaʒ veritas diceret: Mã-

dabo

dabo nubibus meis, ne pluãt ſu
per eã imbrẽ. Atq; hoc quod
paulo ante protulimus, Quam
ob rem prohibite ſunt ſtelle plu
uiarum. Lectio ſexta.

DUm ergo hyades cũ plu
uijs veniũt, ad celi ſpatia
altiora ducit ſol: qꝛ apparẽte do
ctorum ſcientia, dũ mens noſtra
imbre pdicationis infũdit, fidei
calor auget: ꝛ pfuſa terra ad fru
ctũ proficit, cũ lumẽ huius ſigni
in celo apparuerit: qꝛ vberius
frugem boni operis reddimus,
dum per ſacre eruditionis flam
mam in corde clarius ardemus,
Dumq; per eos diebus ſingu
lis magis magisq; ſcientia cele
ſtis oſtẽdit, quaſi interni nobis
luminis vernũ tẽpus aperitur,
vt nouus ſol noſtris mentibus
rutilet: ꝛ eorũ verbis nobis co
gnitis, ſe ipſe quotidie clarior
micet. Urgente etenim mundi
fine, ſuperna ſcientia proficit, ꝛ
largius cum tempore excreſcit.
Lcõ s. euãg ſcdm Matthẽu. c. vij.

ca. 5 IN illo tpe: Dixit Jeſus diſci
pulis ſuis: Uos eſtis ſal ter
re: quod ſi ſal euanuerit, in quo
ſalietur? Ad nihilũ valet vltra,
niſi vt mittatur foras, ꝛ cõculce
tur ab hominibus. Et reliqua.
Homilia ſancti Auguſtini epi.

OStendit dñs fatuos eſſe
iudicandos, q tẽporaliũ
bonorũ vel copiã ſectantes, vel
inopiã metuẽtes, amittũt eterna
que nec dari poſſũt ab hoibus,
nec auferri. Itaq; ſi ſal infatua
tũ fuerit, i quo ſalietur? idest ſi vos
p quos cõdiẽdi ſunt quodãmo
do populi, metu pſecutionũ tẽ
poraliũ amiſeritis regna celoꝝ:
qui erunt homines, p quos a vo
bis error auferat, cũ vos elege
rit Deus, per quos errorem au
ferat ceterorum? Lectio viij.

ERgo ad nihilum valet ſal
infatuatũ: niſi vt mittatur
foras ꝛ conculcetur ab homini
bus. Nõ itaq; calcat ab homini
bus q patitur perſecutionẽ, ſed
qui perſecutionem timendo in
fatuatur. Calcari enim non po
teſt, niſi inferior: ſed inferior nõ
eſt, qui quãuis corpore multa in
terra ſuſtineat, corde tamen fi
xus in celo eſt. Lectio nona.

VOs eſtis lux mũdi. Quo
modo ſuperiꝰ dixit ſal ter
re, ſic nũc dicit lumẽ mũdi. Nã
neq; ſuperius iſta terra accipiẽ
da eſt, quã pedibꝰ corporeis cal
camus, ſed homines qui in ter
ra habitãt, vel etiã peccatores,
quorũ cõdiẽdis, ꝛ extinguẽdis
putoribus, apoſtolicũ ſalẽ dñs
miſit in mundũ: ꝛ hic mundũ,
non celum ꝛ terram, ſed homi
nes qui ſunt in mundo, vel dili
gũt mundũ, oportet intelligi,
quibus illuminandis apli miſſi
ſunt. Nõ poteſt ciuitas abſcon
di ſupra montẽ poſita, idest fun
data ſuper inſignẽ, magnãq; iu
ſtitiam, quã ſignificat etiã ipſe
mons, in quo diſputat Dñs.

Digitized by Google

IN NATALITIIS Confeſſ. non Pontificum.

Ad Veſperas. Antiphona. Dñe quinq;. 521. cũ reſ. de Laud. pſa. Dixit dñs. 52. cũ reſ. loco vlti. Laudate dñm omnes. 54. Cap.

ccl. 31



Beatus vir, qui inuẽtus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunię theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eũ: fecit enim mirabilia in vita ſua. Hymn. Iſte cõfeſſor. 514. in cõi cõfeſſ. Pontif. ℣. Amauit eum. Ad Mag. Aña. Similabo eũ viro ſapiẽti, qui ędificauit domũ ſuã ſupra petrã. Pro doctorib. Aña. O doctor optime eccleſię ſanctę lumẽ, beate N. diuinę legis amator, deprecare pro nobis filiũ dei. Oro.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: quas in beati N. cõfeſſoris tui ſolẽnitate deferimus: vt qui noſtrę iuſtitię fiduciã nõ habemus, eius q tibi placuit precibus adiuuemur. Per d. Alia Oro.

Deus, qui nos beati N. cõfeſſoris tui annua ſolẽnitate lętificas: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per dñm.

Si fuerit Abbas. Oratio.

Interceſſio nos qs dñe beati N. abbatis cõmẽdet: vt qđ noſtris meritis nõ valem⁹, eius patrocinio aſſequamur. Per dñs.

Ad Mat. Inui. Hymn. ad noc. Añę, & pſal. vt ſup. in cõi cõfeſ. Põti. Inuit. Regem confeſſo. vt ſup. Iſte cõfeſſor. 514. Aña. Beatus vir qui in lege. vt ſup. 514. ℣. Amauit eum dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam glorię induit eum. Pater noſter. ℣. Et ne nos. Exaudi dñe. Iube domne. Benedictione. De libro Sapientię. Lectio. j.

Iuſtus ſi morte pręoccupatus fuerit, in refrigerio erit. ca. 4 Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ętas ſenectutis, vita immaculata. Placẽs Deo factus dilectus: & viuẽs inter peccatores trãſlatus eſt. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentię tranſuertit ſenſum ſine malitia. Cõſummatus in breui expleuit tẽpora multa. Placita enim erat deo aĩa illius: ppter hoc pperauit educere illũ de medio iniquitatũ. ℟. Euge ſerue bone & fidelis, qa i pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã. Intra in gaudiũ dñi tui. ℣. Dñe, quinq; talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. Intra. Iube. Unigenitus. Lc. ij.

P opuli

POpuli aūt videntes, ⁊ nō
intelligentes, nec ponētes
in pcordibus talia: qm̄ gratia dei,
⁊ miſericordia in ſanctos eius, ⁊
reſpectus in electos illius. Con
demnat autem iuſtus mortuus
viuos impios: ⁊ iuuentus cele/
rius conſummata, longam vitā
iniuſti. Uidebunt enim finē ſa/
pientis, ⁊ nō intelligent, quid co
gitauerit de illo Deus, ⁊ quare
munierit illum dñs. Uidebunt
enim ⁊ cōtemnent eum: illos au
tem dñs irridebit. Et erunt poſt
hęc decidentes ſine honore: ⁊ in
cōtumelia inter mortuos in per/
petuum: quoniam dirumpet il/
los inflatos ſine voce: ⁊ commo
uebit illos a fundamentis: ⁊ vſqꝫ
ad ſupremum deſolabunt̄. ℞.
Iuſtus germinabit ſicut liliū.
Et florebit in ęternū ante dñm.
℣. Plantatus in domo dñi in
atrijs domus Dei noſtri. Et flo.
Iube. Spiritus ſancti. Le. iij.

ET erunt gementes, ⁊ me/
moria illorum periet. Ue/
nient in cogitatione peccatorū
ſuorum timidi, traducent illos
ex aduerſo iniquitates ipſorū.
Tunc ſtabūt iuſti in magna cō/
ſtantia aduerſus eos qui ſe an/
guſtiauerunt, ⁊ q abſtulerunt la
bores eorū. Uidētes turbabū/
tur timore horribili, ⁊ mirabun
tur in ſubitatione inſperatę ſalu
tis, dicentes intra ſe, pęnitentiā
agentes, ⁊ prę anguſtia ſpiritus
gementes. Hi ſunt quos habui/
mus aliquando in deriſum, ⁊ in
ſimilitudinē improperij. Nos in
ſenſati vitā illorū ęſtimabamus
inſaniā, ⁊ finē illorū ſine honore.
Ecce quomodo computati ſunt
inter filios Dei, ⁊ inter ſanctos
ſors illorū eſt. ℞. Iſte cogno/
uit iuſtitiā, ⁊ vidit mirabilia ma
gna, ⁊ exorauit altiſſimū. Et in/
uentus eſt in numero ſanctorū.
℣. Iſte eſt qui contempſit vitā
mundi, ⁊ peruenit ad cęleſtia
gña. Et inuētus. Gloria. Et in.

In ſecundo nocturno. Añ.
Inuocantē exaudiuit. ſ14. ℣.
Os iuſti meditabitur ſapientiā.
℞. Et lingua eius loquet̄ iudi
ciū. Pater nr̄. ℣. Et ne nos. Ip
ſius pietas. Iube. Deus pater.
Sermo s. Iohā. Chryſo. L. iiij.

BEati iſti dies cuius hodie
memoriam celebramus, ad
ipſius benefactorū enarrationē
linguā noſtrā euocauit: ſi quidē
hodie beatus ille ad tranquillā
omniſqꝫ perturbationis exper/
tē vitā tranſlatus eſt, eoque na/
uigiū appulit, vbi deinceps nō
poterit metuere naufragiū, nec
vllā animi deiectionem aut do/
lorē. Et quid mirum eſt, ſi locus
ille purus eſt ab omni moleſtia
animi? cū Paulus hominibus
adhuc in hac vita degentibus
loquēs dicat: Semper gaudete:
ſine intermiſſione orate. ℞.
Iſte eſt qui ante Deū magnas
virtutes operatus eſt, ⁊ omnis
terra doctrina eius repleta eſt.

Digitized by Google

Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, ⁊ puenit ad cęleſtia regna. Ipſe in. I ube. Chriſtus ppetuę. L. v.

Quod ſi hic, vbi morbi, vbi inſectationes, vbi prematurę mortes, vbi calũnię, vbi inuidię, vbi deſperationes, vbi irę, vbi cupiditates, vbi innumerabiles inſidię, vbi quotidianę ſolicitudines, vbi perpetua, ſibiq; coherẽtia mala ſunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri poſſe, vt ſemper gaudeamus: ſiquis paululum ex rerũ mundanarũ fluctibus erexerit caput, vitamq; ſuã recte moderetur, compoſuerit q; multo magis, poſt q̃ hinc demigrauerimus, facile compotes erimus eius boni, cũ hęc ola ſublata fuerint, aduerſa valetudo, morbi, peccãdi materia, vbi non eſt meum ac tuũ, frigidũ illud verbũ, ⁊ quicquid eſt malorum in vitã noſtrã inuehens, innumeraque gignens bella.

℟. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eũ, ſtolam glorię induit eã. Et ad portas paradiſi coronauit eum. ℣. Induit eum dñs loricam fidei, ⁊ ornauit eum. Et. I ube. Ignem ſui. Lcõ vj.

Quamobrem maximopere gratulor huius ſancti felicitati, q̃ quamquã tranſlatus eſt, atq; hãc q̃ apud nos eſt, ciuitatẽ reliquit: tamẽn in alterã irã ſijt ciuitatẽ, nempe dei: ⁊ digreſſus ab hac Eccleſia, ad illã peruenit, quę eſt primogenitorũ deſcriptorũ in cęlis: ac relictis hiſce feſtis, tranſijt ad celebritatẽ angelorũ. Etenĩ quod ⁊ ſupne ſit ciuitas Eccleſia, ac celebritas, audi Paulũ dicentẽ: Acceſſiſtis ad ciuitatẽ Dei viuentis, ad Ieruſalem cęleſtẽ, ⁊ multorum millium angelorum frequentiam: ⁊ Eccleſiam primitiuorũ.

℟. Iſte homo perfecit omnia quę locutus eſt ei Deus, ⁊ dixit ad eum: ingredere in requiem meã: Quia te vidi iuſtum: corã me ex omnibus gentibus. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi ⁊ peruenit ad cęleſtia regna. Quia. Gloria pa. Quia.

In tertio nocturno. Añ. Dñe iſte ſanctus. vt ſupra. 516. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius. ℟. Et non ſupplantabuntur greſſus eius. Pater noſter. A vinculis. I ube. Euãgelica. Lcõ ſ. euãg. ſcđm Lucã. Le. vij.

In illo tpe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri pręcincti, ⁊ lucernę ardẽtes in manibus veſtris. Et reliqua. ca. 12

Homilia S. Gregorij Papę.

Sancti euãgelij, fratres chariſſimi, vobis aperte eſt lectio recitata: ſed ne aliquibus ipſa eius planities alta fortaſſe videatur, eam ſub breuitate tranſcurrimus, quatenus eius expoſitio ita neſcientibus fiat cogni

ra, vt tamē ſciētibus nō ſit one/roſa. Ex viris luxuria in lūbis ſit, feminis in vmbilico, teſtatur dñs, q de diabolo ad beatū Job loquitur, dicens: Virtus eius in lūbis eius, ꝛ fortitudo illius, in vmbilico vētris eius. ℞. Iſte homo ab adoleſcentia ſua meruit infirmos curare. Dedit illi dñs claritatē magnā, cecos illuminare, ꝛ demones effugare. ℣. Ecce homo ſine querela verus Dei cultor, abſtinēs ſe ab oī ope malo, ꝛ ꝑmanēs in inocētia ſua. Dedit. Iube. Cuius. L. viij.

Hi principali igif ſexu, lūborū noīe luxuria deſignaf, cū dñs dicit, Sint lūbi veſtri ꝓcincti. Lūbos enim ꝓcingimus, cū carnis luxuriā per cōtinentiā coarctamus. Sed qꝛ minus eſt mala nō agere, niſi etiā quiſqꝫ ſtudeat ꝛ bonis operibus inſudare: ꝓtinus addit: Et lucernę ardētes in manibus veſtris: Lucernas qppe ardentes in manibus tenemus, cum per bona opa proximis noſtris lucis exempla monſtramus: de qbus profecto operibus dñs dicit: Luceat lux veſtra corā hominibus, vt videant opera veſtra bona, ꝛ glorificent patrem veſtrū, qui in cęlis eſt. ℞. Sint lumbi veſtri pręcincti, ꝛ lucernę ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus, expectantibus dñm ſuum, quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo qꝛ neſcitis, qua hora dñs veſter venturus ſit. Et. Gloria. Et. Iube. Ad ſocietatem. Lec. ix.

Duo autē ſunt q̄ iubentur, ꝛ lūbos reſtringere, ꝛ lucernas tenere: vt ꝛ munditia ſit caſtitatis in corpore, ꝛ lumen veritatis in opatione. Redemptori etenim noſtro vnū ſine altero placere nequaqꝫ poteſt: ſi aut is q bona agit, adhuc luxurię inquinamēta nō deſerit: aut is qui caſtitate pręeminet, necdū ſe ꝑ bona opera exercet. Nec caſtitas ergo magna eſt ſine bono opere: nec bonum opus eſt aliquid ſine caſtitate. Sed ſi vtrūqꝫ agitur: reſtat vt, quiſquis ille eſt, ſpe ad ſupernā patriam tendat, ꝛ nequaquam ſe a vitijs pro mundi huius honeſtate contineat.

Ad Laudes, ꝛ ꝑ horas. Aña.

Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinqꝫ ſuper lucratus ſum. ps. Dñs reg. &. cū rel. Aña. Euge ſerue bone in modico fidelis, intra in gaudium domini tui. Aña. Fidelis ſeruus, ꝛ prudēs quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Aña. Beatus ille ſeruus, quem cum venerit dñs eius, ꝛ pulſauerit ianuam, inuenerit vigilantē. Aña. Serue bone ꝛ fidelis, intra in gaudium dñi tui. Capit. Beatus vir, qui inuentus. 520. Hym.

Ieſu corona celſior
Et veritas ſublimior

Qui

Tibi confitenti ſeruulo
Reddis perenne premium.
O a ſupplicanti cętui,
Obtentu huius optimi,
Remiſſionem criminum,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni recurſo tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo ſanctus hic de corpore
Polum migrauit prępotens.
Hic vana terrę gaudia,
Et lutulenta prędia,
Polluta ſorde deputans,
Ouans tenet cęleſtia.
Te Chriſte rex pijſſime
Hic confitendo iugiter
Calcauit hoſtem fortiter,
Superbum ac ſatellitem.
Uirtutum actu, & fide,
Confeſſionis ordine,
Jeiuna membra deferens
Dapes ſupernas obtinet.
Proinde te pijſſime
Precamur omnes ſupplices,
Ut huius almi gratia
Nobis remittas debita,
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amē. ℣.
Juſtū deduxit dñs p vias rectas.
℟. Et oſtēdit illi regnum Dei.
Ad Bñs. Añs. Euge ſerue bo
ne, & fidelis, qa in pauca fuiſti fi
delis, ſupra multa te conſtituã,
intra in gaudium domini tui.
Ad ij. Cap. Beatus vir q in
uēt⁹. 520. ℟. b. Amauit eū dñs,
Et ornauit eū. ℣. Stolā glorię
induit eū. Et. Glo. Amauit. ℣.
Os iuſti meditabit ſapiētiã. ℟.
Et lingua eius loquet iudiciũ.

Ad Sextam. Capitulum.

Juſtus cor ſuũ tradidit ad eccl.
vigilandũ diluculo, ad do 39
minũ q fecit illũ: & in conſpectu
altiſſimi deprecabitur. ℟ bre.
Os iuſti Meditabit ſapientiã.
℣. Et lingua eius loquetur iudi
ciũ. Meditabitur. Gloria. Os
iuſti. ℣. Lex Dei eius, in cor
de ipſius. ℟. Et non ſupplan
tabuntur greſſus eius.

Ad Nonam. Capitulum.

Juſtum deduxit dñs p vias ſap.
rectas, & oſtendit illi regnũ 10
Dei, & dedit illi ſcientiã ſancto
rum: honeſtauit illum in labori
bus, & cōpleuit labores illi⁹. ℟.
Lex Dei eius In corde ipſius. ℣.
Et non ſupplantabunt greſſus
eius. In. Gloria. Lex. ℣. Juſtũ
deduxit dñs per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi regnũ Dei.
Ad Ueſ. Aña. Dñe quinq; ta
lenta. vt ſup. cum reſ. de Laud.
Pſalmi, Cap. & Hym. vt in j.
Ueſper. ℣. Juſtum deduxit.
Ad Mag. An. Hic vir deſpiciēs
mundũ, & terrena triumphans
Diuitias cęlo condidit, ore, manu.
Alię lctō. pro Cōfeſſ. nō. Pōtif.
Ex libro Moralium ſancti Gre
gorij Papę. Lectio quarta.

Deridetur iuſti ſimpli
citas. Huius mũdi ſa
piētia eſt, cor machi
nationib⁹ tegere, ſeſũ

verbis velare: ea que falſa ſunt, vera oſtendere: que vera ſunt, falſa demonſtrare. Hec nimirum prudentia vſu a iuuenibus ſcitur, hec a pueris precio diſcitur: hanc qui ſciunt, ceteros deſpiciendo ſuperbiunt: hanc qui neſciunt, ſubiecti τ timidi in alijs mirantur: quia ab eis hec eadē duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis peruerſitas, vrbanitas vocatur: hec ſibi obſequentibus precipit, honorum culmina querere, adepta temporalis glorie vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere: cū vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere: cum virtutis poſſibilitas deeſt, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare. ℟. Iſte eſt qui ante. 520. Lectio v.

At contra, ſapientia iuſtorum eſt, nil per oſtenſionē fingere, ſenſum verbis aperire: vera vt ſunt, diligere: falſa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tolerare, quam facere: nulli iam iniurie vltionē querere: pro veritate contumeliā lucrum putare. Sed hec iuſtorum ſimplicitas deridetur: quia ab huius mūdi ſapientibus puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur ab eis, procul dubio ſtultum putatur: τ quicquid in opere veritas approbat, carnali ſapientie fatuum ſonat. Quid namque ſtultius videtur mundo, quam mentem verbis oſtendere, nil callida machinatione ſimulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, poſſeſſa relinquere, rapienti non reſiſtere, percutienti alteram maxillam prebere? ℟. Amauit. 521. Lectio ſexta.

Lampas contēpta apud cogitationes diuitum. Sepe contingit, vt electus quiſq; qui ad eternam felicitatem ducitur, continua hic aduerſitate deprimatur, non hunc rerum abundātia fulciat, non dignitatū gloria honorabilē oſtendat, nulla ei obſequentium frequentia ſuppetat, nulla huic humanis oculis veſtium pompa componat: a cunctis vero deſpicabilis cernitur, τ huius mundi gloria indignus eſtimatur: ſed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat, vite meritis coruſcat: honorari metuit, deſpici non refugit, corpus continentia afficit, ſola in aīo dilectione pingueſcit, mentem ſemper ad patientiam preparat, τ erectus pro iuſtitia, de perceptis contumelijs exultat, afflictis ex corde compatitur, de bonorum proſperitatibus quaſi de proprijs letatur: ſacri verbi pabula in mente ſolicitus ruminat, τ inquiſitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat. ℟. Iſte homo perfecit. fol. 521.

Lcō

Lcō ſ. euā. ſm̄ Lucam. Le. vij.

c.12 IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homi. venerabilis Bedę pſbyt.

PVſillū gregē electorū vel ob comparationem maioris numeri reproboꝝ, vel potius ob humilitatis deuotionem nominat: quia videlicet eccleſiam ſuã, quantalibet numeroſitate iã dilatatã, tamē vſq; ad finē mūdi humilitate vult creſcere, & ad promiſſum regnū humilitate pvenire. Ideoq; eius labores blãde cōſolatus, quã regnū Dei tãtum quęrere pręcipit, eidem regnum a patre dandum cōplacita benignitate, pmittit. ℟. Iſte hō ab adoleſcētia. 521. Le. viij.

VEndite q̄ poſſidetis, & date eleemoſynã. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militãtibus huius vitę neceſſaria deſint: quin etiã poſſeſſa propter eleemoſynam vendite: quod tunc digne fit, quando qs ſemel pro dn̄o ſuis oībus ſpretis, nihilominus poſt hęc labore manuū vnde & victum trãſigere, & eleemoſynã dare queat, operat᷑. Unde gloriat᷑ apoſtolus, dicēs: Argentū & aurū, aut veſtē nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis: quoniã ad ea q̄ mihi opus erãt, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtę. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. ℟. Sint lumbi. 521. Lec. ix.

FAcite vobis ſacculos qui non veteraſcūt, eleemoſynas videlicet operando, quarū merces in ęternū maneat. Ubi nō hoc pceptū eſſe putãdū eſt: vt nihil pecunię reſeruetur a ſanctis, vel ſuis ſcilicet, vel pauperū vſibus ſuggerēdę: (cum & ipſe dn̄s, cui miniſtrabant angeli, tamen ad informãdã Eccleſiã ſuã loculos habuiſſe legatur, & a fidelibus oblata cōſeruãs, & ſuorum neceſſitatibus, aliiſq; indigentibus tribuens) ſed ne Deo propter iſta ſeruiat᷑, & ob inopię timorem iuſtitia deſeratur. Tu autem domine miſerere noſtri.

IN NATALITIIS Virginum.

Ad Veſperas. Aña. Hęc eſt virgo ſapiens. 526. cum reł. de Laudibus. Pſal. Dixit dn̄s. 52. Laudate pueri. 53. Lętatus ſum. 55. Niſi dn̄s. 55. Lauda Jeruſalem dn̄m. 60. Capitulū.

FRatres, Qui gliat᷑ in domino glorietur: non enim q ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat. j. Cor. 10 Hymnus.

IEſu corona virginum,
Quē mater illa concepit,
Quę ſola virgo peperit,

Hęc vota clemens accipe.
Qui paſcis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponſus decorus gloria,
Sponſiſq; reddens pręmia.
Quocunq; pergis virgines
Sequuntur, atq; laudibus
Poſt te canentes curſitant,
Hymnoſq; dulces perſonant.
Te deprecamur largius,
Noſtris adauge ſenſibus
Neſcire prorſus omnia
Corruptionis vulnera.
Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri, & filio,
Sancto ſimul paraclito
In ſeculorum ſecula. Amen.
℣. Specie tua & pulchritudine tua. ℟. Intende, proſpere procede, & regna. Ad Mag. Añ. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dominus pręparauit in ęternum. Oratio.

Deus, qui inter cętera potẽtię tuę miracula, etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatę N. virginis & martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum noſtrum Jeſū Chriſtum. Alia Oratio.

Indulgẽtiã nobis dñe beata N. virgo & martyr imploret: quę tibi grata ſemp extitit, & merito caſtitatis, & tuę profeſſione virtutis. Per dominũ noſtrum Jeſum Chriſtum filiũ tuum, qui tecum viuit & regnat.

Alia Oratio pro virg. nõ mart.

Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatę N. virginis tuę feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum.

Si fuerint plures, in vtriſq; veſ. ad Mag. Aña. Prudentes virgines aptate veſtras lampades: ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam. ℟. Proximę eius afferentur tibi. Oratio.

Da nobis, qs dñe Deus noſter, ſanctarum virginũ, & martyrũ tuarũ N. & N. palmas inceſſabili deuotione venerari: vt quas digna mente non poſſumus celebrare, humilib⁹ ſaltẽ frequẽtemus obſequijs. Per dñm.

Ad Matut. Inuit. Regem virginum dominum, Venite adoremus. ps. Venite. Hymnus.

Virginis proles, opifexq; matris,
Virgo quẽ geſſit, peperitq; virgo,
Virginis feſtum canimus trophęum,
Accipe votum.
Hęc tua virgo duplici beata
Sorte, dũ geſtit fragilẽ domare
Corporis ſexum, domuit cruentum
Corpore ſeclum.
Vnde nec mortem, nec amica mortis
Seua pęnarũ genera paueſcẽs,
Sanguine fuſo meruit ſecreta
Scandere cęli.

Huius

Digitized by Google

Huius obtẽtu Deus alme noſtris
Parce iã culpis, vitia remittẽs,
Quo tibi puri reſonemus almũ
Pectoris hymnum.
Gloria patri, genitęq3 proli,
Et tibi compar vtriuſq3 ſemper
Spiritꝰ alme, deus vnus omni
Tempore ſecli. Amen.

In feſto virginis tñ, & mar. tñ, & nec virginis nec mar. Hy. incipiat ab eo loco Huius obtẽtu.

In j. noc. Aña. O quã pulchra eſt, caſta generatio cum claritate. ps. Dñe dñs noſter. fo. 541. Reqre i offõ paruo B. Ma: ię. Aña. Ante thorũ huius virginis frequentate nobis dulcia cãtica dramatis. ps. Celi enar. 541. Aña. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. ps. Domini eſt terra. 541. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intẽde, pſpere procede, & regna. Pater noſter. Exaudi domine Ieſu. Iube. Benedictione ppetua. De epiſtola prima B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios. Le. j.

ca. 7 De virginibus pręceptum dñi nõ habeo: conſiliũ autem do tanquam miſericordiã conſecutus a dño, vt ſim fidelis. Exiſtimo enĩ hoc bonũ eſſe, pter inſtantẽ neceſſitatẽ, qñ bonũ eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli qrere ſolutionem. Solutus es ab vxore: noli qrere vxorẽ. Si autẽ acceperis vxorẽ, nõ peccaſti: & ſi nupſerit virgo nõ peccauit: tribulationẽ tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaq3 dico fratres: tempus breue eſt: Reliquũ eſt, vt & q habẽt vxores: tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes: & qui emunt, tanquã non poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam nõ vtantur. Pręterit enim figura huius mundi. ℟. Ueni ſpõſa Chriſti, accipe coronã, quã tibi dominus pręparauit in ęternum, pro cuius amore ſanguinem tuum fudiſti. Et cũ angelis in paradiſum introiſti. ℣. Ueni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Et cum. Si nõ fuerit martyr, dr ſeq. ℟. Ueni electa mea, & ponã in te thronũ meum. Quia concupiuit rex ſpeciem tuã. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, pſpere procede, & regna. Quia. Iube. Unigenitus. Lectio ij.

Uolo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quę dñi ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autẽ cũ vxore eſt, ſolicitus eſt quę ſũt mũdi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quę dñi ſũt, vt ſit ſancta, & corpore, & ſpiritu. Quę autẽ nupta eſt, cogitat q ſũt

mundi quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatē veſtrā dico, non vt laqueum vobis iniiciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, ⁊ quod facultatē prębeat ſine impedimento dñm obſecrandi. ℟. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende, proſpere procede, ⁊ regna. Propterea benedixit. Iube. Spiritus ſancti. Lectio tertia.

Siquis autē turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta, ⁊ ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, ſi nubat. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuę voluntatis, ⁊ hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam: benefacit. Igitur, ⁊ qui matrimonio iungit virginem ſuam, benefacit: ⁊ qui non iungit, melius facit. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt a lege: cui vult nubat, tātum in dño. Beatior autē erit ſi ſic permanſerit, ſm meum conſilium. Puto autē, quod ⁊ ego ſpiritum Dei habeā. ℟. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, Intēde, proſpere procede, ⁊ regna. ℣. Diffuſa eſt gr̃a in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ęternū. Intende. Glo. Inten.

In iii. noct. Añа. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende, proſpere procede, ⁊ regna. ps. Eructauit cor. 542. Aña. Adiuuabit eā Deus vultu ſuo: Deus in medio eius non cōmouebitur. ps. Deus noſter, refu. 542. Añ. Aquę multę non potuerūt extinguere charitatem. Pſalo.

Magnus dñs, ⁊ laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri, in monte ſancto eius.

Fundatur exultatione vniuerſę terrę: mons Siō latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.

Qm̃ ecce reges terrę cōgregati ſunt: conuenerunt in vnum.

Ipſi vidētes ſic admirati ſunt: conturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores, vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutū in ciuitate Dei noſtri, Deus fundauit eam in ęternum.

Suſcepimus Deus miſericordiā tuam: in medio templi tui.

Secundum nomē tuum Deus: ſic ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lętetur mōs Sion, ⁊ exultēt filię Iudę: propter iudicia tua dñe.

Circūdate Sion, ⁊ cōplectimini eā: narrate in turribus eius.

Ponite corda veſtra in virtute eius,

eius, ⁊ diſtribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera. Quoniã hic eſt Deus Deus noſter in ęternum, ⁊ in ſeculum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula. Gloria. Añа. Aquę multę nõ potuerũt extinguere charitatẽ. ℣. Adiuuabit eã Deus vultu ſuo. ℟. Deus in medio eius nõ cõmouebit. Pater noſter. Ipſius pietas. Iube. Deus pater. Sermo s. Ambroſij epi. Le. iiij.

Quoniã hodie natalis eſt virginis, inuitat nos integritatis amor, vt aliqd de virginitate dicamus: ne veluti trãſitu quodã pręſtricta videatur, quę principalis eſt virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia ⁊ in martyribus reperitur, ſed quia ipſa martyres faciat. Quis autem humano eam poſſet ingenio comprehendere? quam nec natura ſuis incluſit legibus: aut quis naturali voce complecti, quod ſupra vſum naturę ſit? E cęlo accerſiuit, quod imitaretur in terris. Nec immerito, viuẽdi ſibi vſum quęſiuit e cęlo, quę ſponſum ſibi inuenit in cęlo. ℟. Propter veritatẽ, ⁊ manſuetudinẽ, ⁊ iuſtitiã: Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intẽde, proſpere procede, ⁊ regna. Et de. Iube. Chriſtus perpetuę. Lec. v.

Hæc nubes, aera, angelos, ſyderaq; transgrediẽs, verbum Dei in ipſo ſinu patris inuenit, ⁊ toto hauſit pectore. Nã quis tantum, cũ inuenerit relinquat boni? vnguentũ enim exinanitum eſt nomen tuum: propterea adoleſcentulę dilexerunt te, ⁊ attraxerũt te. Poſtremo nõne magnũ eſt illud? quia quę non nubũt, neq; nubẽtur, erũt ſicut angeli Dei in cęlo. Nemo ergo miret ſi angelis comparentur, quę angelorũ dño copulantur. ℟. Dilexiſti iuſtitiã, ⁊ odiſti iniquitatem: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitię. ℣. Propter veritatẽ ⁊ manſuetudinẽ, ⁊ iuſtitiã. Propterea. Iube. Ignem ſui. Le. vi.

Quis igitur neget hãc vitã fluxiſſe de cęlo: quam non facile inuenimus in terris, niſi poſtquam deus in hęc terreni corporis mẽbra deſcendit. tunc in vtero virgo concepit, ⁊ verbum caro factũ eſt: vt quod caro factum eſt, caro fieret Dei. Dicet aliquis: Sed etiam Elias nullius corporei coitus fuiſſe permixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus ad cęlum, ideo cum dño apparet in gloria, ideo dñici venturus eſt precurſor aduentus. ℟. Offerentur regi virgines poſt eam, proximę eius Offerentur tibi in lętitia, ⁊ exultatione. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua intende, proſpere procede, ⁊ regna. Offerentur. Gloria. In iij. noc. Añ. Nigra ſum, ſed

formoſa

Digitized by Google

formoſa filię Jeruſalē, ideo dile-
xit me rex, & introduxit me in cu
biculū ſuū. Ps. Cātate. l. 542.
Ana. Trahe me poſt te: curre-
mus in odorē vnguētorū tuorū:
oleū effuſum nomē tuū. Ps. Dñs
reg. exul. 543. Ana. Veni ſpōſa
christi, accipe coronam, quam
tibi dñs præparauit in æternū.
Ps. Cātate dño. l. 543. ℣. Ele
git eā Deus, & præelegit eā. ℟.
In tabernaculo ſuo habitare fa
cit eam. Pater noſter. A vin-
culis. Iube. Euangelica lectio.
Lec. s. euā. ſm̄ Mathęū. l. vij.

ca. 25 In illo tempore: Dixit Je-
ſus diſcipulis ſuis parabo-
lā hanc: Simile eſt regnū cęlorū
decem virginibus, q̄ accipientes
lampades ſuas, exierunt obuiā
ſponſo, & ſponſę. Et reliqua.
Homilia S. Greg. Papę.

Sæpe vos, fratres chariſſi-
mi, admoneo praua opera
fugere, mundi huius inquina-
menta deuitare: ſed hodierna ſcti
euāgelij lectione cōpellor dicere,
vt & bona quę agitis, cū magna
cautela teneatis: ne p̄ hoc quod
a vobis rectū geritur, fauor aut
gratia humana requirat: ne ap-
petitus laudis ſubrepat, & quod
foris oſtēditur, intus a mercede
euacuet. Ecce enim redēptoris
voce decē virgines, & oēs dicunt
virgines, & tamē intra beatitudi
nis ianuā non oēs receptę ſunt,
qa earū quędā, dum de virgi-
nitate ſua gloriā foris expetunt,
in vaſis ſuis oleū habere nolue-
runt. ℟. Hęc eſt virgo ſapiēs,
quam dñs vigilantem inuenit:
quę acceptis lampadibus ſum-
pſit ſecū oleum. Et veniente do-
mino introiuit cum eo ad nup-
tias. ℣. Media nocte clamor
factus eſt, ecce ſponſus venit,
exite obuiam ei. Et. Iube. Cu-
ius, vel Quarum. Lec. viij.

Sed prius quęrendum nō-
bis eſt, quid ſit cęlorū re-
gnū, aut cur decē virginibus cō
paretur, q̄ etiā virgines pruden
tes & fatuę dicant. Dum enim
cęlorū regnū cōſtet, qa reprobo-
rū nullus ingreditur, etiā fatuis
virginibus cur ſimile eſſe perhi
bet? Sed ſciendū nobis eſt, q̄ ſę
pe in ſacro eloquio regnū cęlorū
præſentis tēporis eccleſia dicit,
de quo alio i loco dñs dicit. Mit
tet filius hominis angelos ſuos,
& colligent de regno eius oīa ſcā
dala. Neq3 enim i illo regno bea
titudinis, in quo pax ſumma eſt,
inueniri ſcandala poterunt quę
colligantur. ℟. Media nocte
clamor factus eſt: Ecce ſponſus
venit, exite obuiam ei. ℣. Pru
dentes virgines aptate veſtras
lampades. Ecce. Gloria. Ecce.
Iube. Ad ſocietatem. Lec. ix.

In quinq3 autem ſenſibus
corporis vnuſquiſq3 ſubſi
ſtit. Geminatus autē quinarius
denariū perficit. Et qa ex vtro-
q3 ſexu fideliū multitudo colli-
gitur, ſancta eccleſia decem vir-
ginibus

ginibus ſimilis eſſe denunciat. In qua quia mali cũ bonis, ⁊ reprobi cũ electis cõmixti ſunt, recte ſimilis virginibus prudentibus ⁊ fatuis eſſe perhibetur. Sunt namq; plerią; cõtinẽtes, q ab exteriori ſe appetitu cuſtodiũt, ⁊ ſpe ad interiora rapiuntur, carnem macerant, ⁊ toto deſiderio ad supernã patriam anhelant, ęterna pręmia expetunt, pro laboribus ſuis recipere laudes humanas nolũt. Hi nimirũ gloriam ſuam non in ore hominum ponunt, ſed intra cõſcientiam contegunt. Et ſunt plerią; qui corpus per abſtinentiam affligunt, ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos fauores expetunt.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Hæc eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudentũ. ps. Dñs reg. 8. cũ reľ. Añ. Hęc eſt virgo ſapiens, quam dñs vigilantẽ inuenit. Aña. Hęc eſt quę neſciuit torũ in delicto, habebit fructũ in reſpectione animarũ ſanctarũ. Aña. Veni electa mea, ⁊ ponã in te thronum meũ, hal. Aña. Iſte eſt ſpecioſa inter filias Jeruſalem. Cap. Fratres, qui gloriatur. 523. Hym. Jeſu corona virginum. 523. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum. Ad B. Añ. Simile eſt regnũ cęlorũ hominĩ negociatori quęrẽti bonas margaritas, inuenta vna precioſa, dedit oĩa ſua, ⁊ cõparauit eam.

Ad iij. Cap. Fratres, q gloriat. 523. ℟. Specie tua, Et pulchritud inẽ tua. ℣. Intẽde, pſpere pcede, ⁊ regna. ℣. Adiuuabit eã Deus. ℟. Deus in medio.

Ad Sextam. Capitulum.

Aemulor eniꝫ vos Dei ęmulatione: deſpondi eniꝫ vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. ℟. Adiuuabit eã Deus vultu ſuo. ℣. Deus in medio eius, nõ commouebitur. Deus. ℣. Elegit eam Deus. 2. Cor. 10.

Ad Nonam. Capitulum.

Domine Deus meus exaltaſti ſup terrã habitationem meam, ⁊ pro morte defluẽte deprecata ſum: inuocaui dñm patrem dñi mei, vt non derelinquat me ĩ die tribulationis meę, ⁊ in tpe ſuperbor ſine adiutorio. ℟. Elegit eã Deus, Et ꝓelegit eã. ℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eã. Et. ℣. Diffuſa eſt gřa in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te Deꝰ ĩ ęternũ. eccl. 51.

Ad Veſp. oĩa vt in primis veſp. vſq; ad ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad Mag. Aña. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dñs pręparauit in ęternum.

¶ Alię lectiones pro virginibus. In virgi. ⁊ mart. ac in mart. tm lcões 3. noc. legunt̃ et vt infra.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio i.

Confitebor tibi dñe rex, ⁊ collaudabo te Deũ Saluatorẽ meũ, ꝯfitebor noi c. 51.

tuo

tuo: quoniam adiutor ⁊ protector factus es mihi, ⁊ liberaſti corpus meum a perditione, a laqueo linguę iniquę, ⁊ a labijs operantiũ mendacium: ⁊ in cõſpectu aſtantiũ factus es mihi adiutor. Et liberaſti me ſecundũ multitudinẽ miſericordię nominis tui, a rugientibus pręparatis ad eſcam, de manibus q̃rentium animã meã, ⁊ de multis tribulationibus, q̃ circũdederũt me. A preſſura flammę q̃ circũdedit me, ⁊ in medio ignis nõ ſum ęſtuata: de altitudine vẽtris inferi, ⁊ a lingua coinquinata, ⁊ a verbo mẽdacij, a rege iniquo, ⁊ a lingua iniuſta. Lec. ij.

Laudabit vſq; ad mortem aĩa mea dñm, ⁊ vita mea erat appropinquans in inferno deorſũ. Circundederũt me vndiq;, ⁊ non erat qui adiuuaret. Reſpiciens erã in adiutoriũ hominũ, ⁊ non erat. Memoratus ſũ miſericordię tuę dñe, ⁊ cooperationis tuę, q̃ a ſęculo ſunt: q̃ eruis ſuſtinẽtes te dñe, ⁊ liberas eos de manibus gentium. L. iij.

Exaltaſti ſuper terrã habitationem meã: ⁊ pro morte defluente deprecata ſum. Inuocaui dñm patrem dñi mei, vt nõ derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tẽpore ſuperborũ ſine adiutorio. Laudabo nomen tuũ aſſidue, ⁊ collaudabo illud in confeſſione, ⁊ exaudita eſt oratio mea: Et liberaſti me de perditione, ⁊ eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, ⁊ laudem dicã tibi, ⁊ benedicam nomen domini.

In ſecundo nocturno.

Ex libro ſ. Cypriani martyris de habitu virginum. Lectio iiij.

Nunc nobis ad virgines ſermo eſt: quarum quo ſublimior glĩa, maior ⁊ cura eſt. Flos eſt ille eccleſiaſtici germinis, decus atq; ornamentũ gratię ſpiritualis, lęta indoles, laudis ⁊ honoris opus integrum atq; incorruptum, Dei imago reſpondẽs ad ſanctimoniam dñi, illuſtrior portio gregis Chriſti. Gaudet p illas, atq; in illis largiter floret eccleſię matris glorioſa fęcũditas, quãtoq; plus copioſa virginitas numero ſuo addit, gaudiũ matris augeſcit. Ad has loquimur, has adhortamur affectione potius q̃ poteſtate: nec q̃ extremi ⁊ minimi, ⁊ humilitatis noſtrę admodũ conſcij aliquid ad cenſuram licentię vindicemus, ſed q̃ ad ſolicitudinem magis cauti plus de diaboli infeſtatione timeamus. Lectio v.

Neq; inanis hęc cautio eſt, ⁊ vana formido, quę ad ſalutis viã cõſulit, quę dñica ⁊ vitalia pręcepta cuſtodit, vt q̃ ſe Chriſto dicauerint, ⁊ a carnali concupiſcentia recedẽtes, tã carne, quã mẽte ſe Deo vouerint, cõſummẽt opus ſuũ magno pręmio deſtinatũ, nec ornari iã aut

placere

Digitized by Google

placere cuiquã niſi dño ſuo ſtu/
deãt, a quo ꝛ mercedẽ virginita
tis expectant, dicente ipſo: Non
oẽs capiunt verbum, ſed illi qui/
bus datũ eſt. Sunt enim ſpado/
nes, q ex vtero matris nati ſunt:
ꝛ ſunt ſpadones, qui coacti ſunt
ab hominibus: ꝛ ſunt ſpadones
qui ſeipſos caſtrauerunt pro/
pter regnum celorum. Le. vj.
Denuo quoq; p hãc ange/
li vocẽ cõtinentię munus
oſtẽdit, virginitas prędicat. Hi
ſunt q cũ mulieribus ſe nõ coin/
quinauerũt: virgines enĩ pmã/
ſerunt: hi ſunt, q ſequunt agnũ
quocũq; ierit. Neq; enĩ tantũ
maſculis pudicitię gratiã dñs re/
promittit, ꝛ feminas pterit: ſed
quia femina viri portio eſt, ꝛ ex
eo ſũpta atq; formata eſt, in ſcri
pturis fere oĩbus ad protoplaſtũ
Deus loquitur: quia ſunt duo
in carne vna, ꝛ in maſculo ſimul
ſignificat ꝛ femina. Quõ ſi Chri
ſti continẽtia ſequit, ꝛ regno Dei
virginitas deſtinat: qd eſt illis
cum terreno cultu ꝛ cũ ornamẽ/
tis, quibus dũ hominibus pla/
cere geſtiunt, Deum offendũt?
In iij. noc. Hom. in euã. Acceſ
ſerunt ad Jeſuʒ Phar. fo. 378.
q̃ habet ſup. in feſto s. Agathę.

IN FESTO SANCTAE
martyris tantum, ꝛ nec virgi.
nec marty. vel Sanctarũ Mu/
lierum. Ad Veſperas. Aña.
Dũ eſſet rex. 528. cũ reł. de lau/
dib. pſal. qui ſupra in cõi Virg.

Pro martyre tantum. Capi. j.
Confitebor tibi do/ eccl. 51
mine rex, ꝛ collau/
dabo te Deuʒ Sal
uatorem meum: cõ
fitebor nomini tuo,
quoniam adiutor, ꝛ protector
factus es mihi, ꝛ liberaſti cor/
pus meum a perditione.
Pro nec virgine nec mar. Cap.
Mulierẽ fortẽ. vt ſ. 529. Hym.
Huius obtentu Deus alme
noſtris
Parce iã culpis vitia remittẽs,
Quo tibi puri reſonemus al/
mum
Pectoris hymnum.
Gloria patri, genitę q; proli:
Et tibi compar vtriuſq; ſemper
Spiritus alme, Deus vnus, oĩ
Tempore ſecli. Amen.
Et dicitur in vtriſque Veſp. ꝛ
Matuti. ꝛ Laudi. ℣. Specie
tua, ꝛ pulchritudine tua. ℟.
Intẽde, pſpere pcede, ꝛ regna.
Ad Magn. Aña. Veni ſponſa
Chriſti: accipe coronam, quam
tibi pręparauit in ęternum.
Pro vna martyre tantuʒ. Orõ.
Deus, qui inter cętera po/
tentię tuę miracula, etiaʒ
in ſexu fragili victoriã martyrij
contuliſti: concede propitius:
vt qui beatę N. martyris tuę
natalitia colimus, per eius ad
te exẽpla gradiamur. Per do.
Pro pluribus martyrib⁹. Orõ.
Da nobis, qs dñe Deus nr, ſan
ctaꝝ martyꝝ tuaꝝ N. ꝛ N. vt ſ.

Digitized by Google

Pro nec virgine nec mar. Oro.
EXaudi nos Deus salutaris nr: vt sicut de btē N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.
Ad Matutinum, Inuitatoriu. Laudemus Deum nostrū, In cōfessione beatę N. ps. Venite.
Hym. Huius obtentu. vt sup.
In j. noc. An. O quā pulchra est, casta generatio cū claritate. ps. Dñe dñs nr. 541. An. Lęua eius sub capite meo: z dextera illius amplexabitur me. ps. Celi enar. 541. Ana. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te. ps. Dñi est. 541. ℣. Specie tua z pulchritudine tua. R. Intende, prospere procede, z regna. Pater nr. Exaudi. Iube. Benedictione.
Lect. primi noc. pro mart. laudes legunt vt su. Confitebor. 526.
Pro nec vg. nec m. vt sequunt.
De Parabolis Salomonis. L. j.

ca. 31 MUlierem fortem quis inueniet? procul z de vltimis finibus precium eius. Cōfidit in ea cor viri sui, z spolijs non indigebit. Reddet ei bonum, z non malum, omnibus diebus vitę suę. Quęsiuit lanam, z linum, z operata est consilio manuū suarū. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suū. De nocte surrexit, deditqz prędam domesticis suis, z cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, z emit eū, de fructu manuum suarum plantauit vineā: accinxit fortitudine lūbos suos z roborauit brachium suum.
Si fuerit martyr, dicat primū R. Veni spōsa Chri. xvi f. 524
Si nō fuerit martyr, dicat R. Ueni electa mea, z ponam in te thronum meū: Quia cōcupiuit rex speciē tuā. ℣. Specie tua z pulchritudine tua, intēde, pspere procede, z regna. Quia. Iube. Unigenitus. Lectio scda.
GUstauit, z vidit qm̄ bona est negociatio eius: nō extinguetur in nocte lucerna eius. Manū suā misit ad fortia, z digiti eius apprehenderunt fusū. Manum suam aperuit inopi, z palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suę a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus z purpura indumentū eius. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cū senatoribus terrę. Sindonem fecit z vendidit, z cingulū tradidit Chananęo. R. Diffusa est gratia in labijs tuis. Propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Specie tua z pulchritudine tua: intende, prospere procede, z regna. Propterea. Iube. Spiritus sancti. L. iij.
FOrtitudo z decor indumētū eius, z ridebit in die nouissimo, Os suū aperuit sapientię.

tię, ⁊ lex clemẽtię in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſuę, ⁊ panẽ ocioſa nõ comedit. Surrexerunt filij eius, ⁊ beatiſſimã prędicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eã. Multę filię congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo, mulier timens dñm ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuũ ſuarum, ⁊ laudent eã in portis opera eius.

R. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua. Intende, proſpere procede, ⁊ regna. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternuʒ. Intende. Gloria patri. Intende.

In ij. noct. Aña. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intende, proſpere procede, ⁊ regna. ps. Eructauit cor. 541. Aña. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo, Deus in medio eius nõ cõmouebit. ps. Deus nr̃, refu. 542. Añ. Aquę multę nõ potuerũt extinguere charitatẽ. ps. Magn⁹ dñs. 524. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo. R. Deus in medio eius nõ cõmouebit. Pater noſter. Ipſius pietas. Iube. Deus pater.

Ex libro Sancti Ambroſij epiſcopi de Viduis. Lectio iiij.

Agrum hunc Eccleſię fertilẽ cerno, nũc integritatis flore vernantem, nunc viduitatis grauitate pollenteʒ, nunc etiam coniugij fructibus redundantẽ. Nã etſi diuerſi, vnius tamẽ agri fructus ſunt: nec tanta hortoruʒ lilia, quãtę ariſtę ſegetũ, meſſiũ ſpicę: cõpluraq; ſpatia cãporuʒ recipiẽda aptantur ſeminibus, quã redditis nouales fructibus feriant. Bona ergo viduitas, q̃ toties apoſtolico iudicio prędicatur: hęc enim magiſtra fidei, magiſtra eſt caſtitatis. R. Propter veritatẽ, ⁊ mãſuetudinem, ⁊ iuſtitiã. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: intẽde, proſpere procede, ⁊ regna. Et. Iube. Chriſtus perpetuę. Lec. v.

Vnde ⁊ illi qui deoruʒ ſuorũ adulteria ⁊ probra venerantur, cęlibatus, ⁊ viduitatis ſtatuere pęnas, vt ęmuli criminũ mulctarent ſtudia virtutũ, ſpecie quidẽ qua fęcunditatẽ quęrerent, ſed ſtudio quo propoſitum caſtitatis abolerent. Nam confectis ⁊ miles ſtipendijs arma deponit, ⁊ relicto officio quod gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur: vt ⁊ ipſe exercitę laboribus vitę requieʒ conſequatur, ⁊ alios ſpes futurę quietis ſubeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoq; maturior, torquẽdã alijs ſtiuam cõmittit, ⁊ iuuenili grauatus opere prouidentiam curę ſenilis explorat. Vitem facilius tondere quã premere, vt iuueneſcentẽ luxuriã reprimat, ⁊ adoleſcẽtem laſciuiã falce ſuccidat: parcorũ quandã partuuʒ caſtitatem

tatē vocēs, etiã in viribus expe tendā. ℟. Dilexiſti iuſtitiā, ꝛ odiſti iniq̃tatē. Propterea vn/ xit te deus, deus tuus oleo letitie. ℣. Propter veritatē, ꝛ mãſuetu dinē, ꝛ iuſtitiam. Propterea. Iube. Ignē ſui amoris. Le. vi.

Similis huic vidua velut emeritis veterana ſtipen/ diis caſtitatis, et ſi coniugij arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat: et ſi vehendis oneribus ocioſa, maritandis ta/ mē iunioribus prouida, vbi cul tus vtilior, vbi fructus vberior ſit, quorū copia aptior, ſenili gra uitate diſponit. Itaq; ſi matu/ rioribus potius quā iunioribus cōmittitur ager, cur putes vtilio rem nuptā eſſe, quam viduam? Quod ſi pſecutores fidei perſe/ cutores fuerunt etiam viduita/ tis, vtriq; fidē perſequentibus vi duitas nō ꝓ ſupplicio fugiēda eſt, ſed tenenda ꝓ premio. ℟. Fallax gratia, ꝛ vana eſt pul/ chritudo. Mulier timēs deū ipſa laudabit. ℣. Date ei de fructu manuū ſuarū, ꝛ laudēt eā in por tis opera ei⁹. Mul. lo. Mul. In iij. noct. Aña. Nigra ſum, ſed formoſa, filie Jeruſalē: ideo dilexit me rex, ꝛ introduxit me i cubiculū ſuū. ſ. Cātate. j. 542. Aña. Trahe me poſt te: curremꝰ in odorem vnguentoꝛũ tuoꝛū: oleum effuſum nomen tuū. ps. Dñs reg. 543. Aña. Ueni ſpon ſa Chriſti, accipe coronā, quam tibi dñs ꝓparauit in eternū. ps. Cātate dño. ij f. 543. ℣. Elegit eā Deus, ꝛ preelegit eam. ℟. In tabernaculo ſuo habitare fe cit eā. Pater noſter. A vincu lis. Iube. Euangelica lectio. Lcō ſ. euāg ſm Mathēū Ī. xiij.

In illo tpe: Dixit Jeſus di ſcipulis ſuis parabolā hāc: Simile eſt regnū celoꝛū theſau ro abſcondito in agro. Et reliq. Homilia S. Gregorij Pape. ca.

Celoꝝ regnū, fratres cariſ ſimi, idcirco terrenis rebꝰ ſimile dicitur, vt ex his, que ani mus nouit, ſurgat ad incognita que non nouit, quatenus exem plo viſibilium, ſe ad inuiſibilia rapiat, ꝛ per ea que vſu didicit, quaſi confricatus incaleſcat: vt per hoc quod ſcit notū dilige/ re, diſcat ꝛ incognita amare. Ec ce enī regnū celoꝝ theſauro in agro abſcōdito comparat: quē qui inuenit homo abſcōdit, ꝛ ꝓ gaudio illius vadit, ꝛ vēdit vni uerſa q̃ habet, ꝛ emit agrū illū. ℟. Pulchra facie, ſed pulchri/ or fide beata es ℟. reſpuens mundum, letaberis cum ange/ lis. Intercede pro omnibus no/ bis. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritu dine tua, intende, proſpere pro/ cede, ꝛ regna. Intercede. Cu/ ius. Lectio octaua.

Qua in re hoc quoq; no/ tandum eſt, quod inuen/ tus theſaurus abſcondit, vt ſer/ uet. Quia ſtudiū celeſtis deſide

rū a malignis ſpiritibus cuſtodi/re nō ſufficit, q̄ hoc ꝛ ab humanis laudib⁹ nō abſcōdit. In pręſenti etenim vita, quaſi in via ſumus, qua ad patriā ꝑgim⁹. Maligni autē ſpūs iter nr̄m quaſi quidā latrūculi obſidēt. Deprędari ergo deſiderat, qui theſaurum publice portat in via. Hoc autē dico, non vt proximi opera noſtra bona nō videant, cū ſcriptū ſit, Videāt opera veſtra bona, ꝛ glorificent patrem veſtrū, qui in cęlis eſt: ſed vt per hoc qđ agimus, laudes exterius non q̄ramus. Sic autē ſit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: vt de bono opere proximis prębeamus exemplum: ꝛ tamen per intentionem, qua ſoli Deo placere quęrimus, ſemper optemus ſecretum. ℞. Regnū mundi, ꝛ omnem ornatum ſęculi cōtempſi ꝑpter amorem dn̄i mei Jeſu Chriſti: quē vidi, quē amaui, in quem credidi, quē dilexi. ℣. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Quē. Gloria. Quē. Iube. Ad ſocietatem. Lectio ix.

Theſaurus autē cęleſte eſt deſiderium, ager vero in quo theſaurus abſconditur, diſciplina ſtudij cęleſtis. Quē profecto agrū vēditis oībus cōparat, q̄ voluptatibus carnis renūciās, cūcta ſua terrena deſideria ꝑ diſciplinę cęleſtis cuſtodiā calcat: vt nihil iā, quod caro blāditur, libeat: nihil quod carnales vitā trucidat, ſpiritus perhorreſcat.

Ad Laudes, ꝛ per Horas. An.

Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nard⁹ mea dedit odorē ſuauitatis. Ps. Dn̄s reg. 8. cu rel. An. In odorē vnguētorū tuorū currim⁹, adoleſcētulę dilexerūt te nimis. An. Jā hyems trāſijt, imber abijt, ꝛ receſſit, ſurge amica mea, ꝛ veni. An. Veni electa mea, ꝛ ponā i te thronū meū, hal. An. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Jeruſalē. Cap. Cōfitebor tibi. 527. Hy⁹. Huius obtentu. ibidem. ℣. Diffuſa eſt. Ad Bn̄. Ana. Simile eſt regnū cęlorum homini negociatori quęrēti bonas margaritas: inuenta autem vna precioſa, dedit omnia ſua, ꝛ comparauit eā. Poſtea Oratio. Ad primam, Jā lucis. 10. An. Dū eſſet rex. ps. Deus in noīe. 10. Abſoluto. Laudabit vſq;. vt ſupra. Ad iij. Nūc ſctē. 15. An. In odorē. ps. Legē pone. 15. Cap. Cōfitebor. fo. 527. ℞. br. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intēde, ꝓſpere ꝓcede, ꝛ regna. ℣. Adiuuabit eā Deus vultu ſuo. ℞. Deus in medio. Ad Sextam. Rector potēs, 16. An. Iā hyems trāſijt. ps. Defecit in ſal. Cap.

Liberaſti me ſm̄ multitudinē miſericordię nois tui, a rugiētibus ꝑparatis ad eſcā, de manib⁹ q̄rētiū aīam meā: ꝛ de multis tribulationib⁹, q̄ circūdederūt eccl. 51

B. R. N. X x x

derūt me. ℟. br. Adiuuabit eã. De⁹ vultu suo. ℣. De⁹ in medio ei⁹ nõ cõmouebit. ℣. Elegit eã. ℟. In tabernaculo. Ad ix. Rerū de⁹. 17 Añ. Iſta eſt ſpecioſa. ps. Mirabilia teſti. Cap.

Laudabit vſq3 ad mortem aīa mea dñe qm̄ eruis ſuſtinẽtes te: ⁊ liberas eos de manu anguſtie, dñe de⁹ noſter. ℟. br. Elegit eã deus, Et pelegit eã. ℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eã. ℣. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te. Ad veſp. aii. Dū eſſet rex. 529. cū rel. Pſal. ď vir. Cap. Cõfitebor. 527 Hy⁹. Hui⁹ obitu. 527 ℣. Diffuſa ē gr̃a. Añ ad Mag. Veni ſpõſa Chr̄i. vel. Si fuerit plures nõ virg. idē fit offm̄ vel. Pro nec vg. nec m̄. offm̄. fit vel. pro martyre vm̄, exceptis his Capitulis, ⁊ Oõne. Exaudi. Ad veſp. ⁊ Lau. ⁊ iij. Capitu.

ca. 31 Mulierem fortẽ quis inueniet? pcul ⁊ de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri ſui, ⁊ ſpolijs non indigebit. ℟. bre. Specie tua. vel. Ad Sextam. Capitulum.

Manū ſuã aperuit inopi, ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperẽ: nõ timebit domui ſue a frigoribus niuis. ℟. bre. Adiuuabit. vt ſup. Ad ix. Capi.

Multe filie cõgregauerūt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo, mulier timens Dñm ipſa laudabitur. ℟. bre. Elegit eam. vt ſupra.

COMMVNE
Dedicationis Eccleſie.

Ad Veſp. Añ. Domū tuã do. cū rel. de Lau. ps. Dixit do. 52. cū rel. de Dñica. ⁊ loco vlti. dī Lauda Jeruſal. 60. Capitulū.



Vidi ciuitates ſanctam Jeruſalē nouã, deſcendẽtez de celo, a Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Hymnus. apo. 21

Vrbs beata Jeruſalem,
Dicta pacis viſio,
Que conſtruitur in celis
Viuis ex lapidibus,
Et angelis coronata,
Vt ſponſata comite.

Noua veniens e celo
Nuptiali thalamo,
Preparata vt ſponſata
Copuletur domino,
Plateę ⁊ muri eius
Ex auro puriſſimo.

Portę nitent margaritis
Adytis patentibus:
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Chriſti nomẽ
Hic in mundo premitur.

Tunſionibus, preſſuris,
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis:
Diſponuntur

Digitized by Google

Diſponuntur permanſuri
Sacris ędificijs,
Gloria et honor Deo
Uſquequaque altiſſimo,
Una patri, filioque,
Inclyto paraclito,
Cui laus eſt, et poteſtas
Per immenſa ſecula. Amen.
℣. Hęc eſt domus domini, firmiter ędificata. ℟. Bene fundata eſt ſupra firmam petram.
Ad Magnificat. Antiphona.
Sanctificauit dominus tabernaculum ſuum: quia hęc eſt domus Dei, in qua inuocabitur nomen eius, de quo ſcriptum eſt. Et erit nomen meum ibi, dicit dominus.
In anniuerſario Dedicationis Eccleſię, et per Octauam. Oratio.
Deus, qui nobis per ſingulos annos huius ſancti templi tui conſecrationis reparas diem, et ſacris ſemper myſterijs repręſentas incolumes: exaudi preces populi tui, et preſta: vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta ſe impetraſſe lętetur. Per do.
In ipſo die Dedicationis Eccleſię, et per Octauam. Oratio.
Deus, qui inuiſibiliter omnia contines, et tamen pro ſalute generis humani ſigna tuę potentię viſibiliter oſtendis: templum hoc potentia tuę inhabitationis illuſtra, et concede: vt omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, conſolationis tuę beneficia conſequantur. Per dominum.
Ad Matutinum. Inuitatorium.
Domum Dei decet ſanctitudo, Sponſum eius Chriſtum adoremus in ea. Ps. Uenite. ſu.
Hymn. Urbs beata Jeruſalem. vt ſ.
In j. noct. Antiphona. Tollite portas principes veſtras, et eleuamini portę ęternales. Ps. Domini eſt terra. 13. Anti. Erit mihi dominus in deum, et lapis iſte vocabitur domus dei.
Ps. Deus noſter refugium. 27. Anti. Aedificauit Moyſes altare domino Deo. Ps. Magnus dominus. 27. An. Domum tuam domine decet ſanctitudo. ℣. In longitudinem dierum.
P ater noſter. Exaudi domine. I ube.
De libro ij. Paralipomenon. L. j.
Cum compleſſet Salomon fundens preces, ignis deſcendit de cęlo, et deuorauit holocauſta et victimas: et maieſtas domini impleuit domum: nec poterant ſacerdotes ingredi templum domini, eo quod impleſſet maieſtas domini templum domini. Sed et omnes filij Iſrael videbant deſcendentem ignem, et gloriam domini ſuper domum: et corruentes proni in terram ſuper pauimentum ſtratum lapide adorauerunt, et laudauerunt dominum, quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Rex autem et omnis populus immolabant victimas coram domino. Mactauit igitur rex Salomon hoſtias boum viginti duo millia, arietum centum viginti millia: et dedicauit domum dei rex et vniuerſus populus. ℟. I n dedicatione templi decantabat populus laudem.

ca. 7

Digitized by Google

Et in ore eorũ dulcis resonabat sonus. ℣. Fũdata est domus dñi supra verticem montium, ⁊ venient ad eã oẽs gentes: Et. L. ij.

Sacerdotes autẽ stabãt in officijs suis, ⁊ leuite in organis carminũ dñi, que fecit Dauid rex ad laudãdũ dñm, quoniã bonus, quoniã in eternũ misericordia eius, hymnos Dauid canentes p manus suas. Porro sacerdotes canebãt tubis ante eos, cũctusq; Israel stabat. Sanctificauit quoq; Salomon mediũ atrij ante templũ dñi: obtulerat enim ibi holocausta ⁊ adipes pacificorũ: qa altare eneũ quod fecerat, nõ poterat sustinere holocausta ⁊ sacrificia ⁊ adipes pacificorũ. Fecit ergo Salomon solennitatẽ in tempore illo septem diebus, ⁊ omnis Israel cũ eo, ecclesia magna valde ab introitu Emath vsq; ad torrentẽ Aegypti. Fecitq; die octauo collectã, eo q dedicasset altare septẽ diebus, ⁊ solennitatem celebrasset diebus septẽ. ℟. Fundata est domus dñi supra verticẽ montium, ⁊ exaltata est super omnes colles: Et venient ad eam omnes gentes, ⁊ dicent, gloria tibi dñe. ℣. Venientes autem venient cũ exultatione, portantes manipulos suos. Et. Lectio tertia.

Compleuitq; Salomõ domũ dñi, ⁊ domum regis, ⁊ oia q̃ disposuerat in corde suo, vt faceret i domo dñi, ⁊ i domo sua: ⁊ pſperatus est. Apparuit autẽ ei dñs nocte, ⁊ ait, Audiui orationẽ tuã, ⁊ elegi locũ istũ mihi in domo sacrificij. Si clausero celũ: ⁊ pluuia nõ fluxerit: ⁊ mãdauero ⁊ pcepero locuste, vt deuoret terrã: ⁊ misero pestilentiã in populũ meũ: cõuersus autẽ populus meus, sup quos inuocatus est nomẽ meum, deprecatus me fuerit, ⁊ exquisierit faciem meã, ⁊ egerit penitentiam a vijs suis pessimis, ego exaudiam de celo: ⁊ propitius ero peccatis eorum, ⁊ sanabo terram eorũ. Oculi quoq; mei erunt aperti, ⁊ aures mee erecte ad orationẽ eius, q in loco isto orauerit. Elegi enim ⁊ sanctificaui locũ istũ vt sit nomẽ meũ ibi in sempiternũ, ⁊ pmaneãt oculi mei, ⁊ cor meũ ibi cũctis diebus. ℟. Benedic dñe domũ istã, quã edificaui noĩ tuo venientiũ in loco isto. Exaudi pces in excelso solio glorie tue. ℣. Dñe, si cõuersus fuerit populus tuus, ⁊ orauerit ad sanctuariũ tuũ. Exaudi. Glo. Exaudi.

In ij. noc. Añ. Nõ est hic aliud nisi domus dei, ⁊ porta celi. ps. Quã dilecta. 41. Añ. Vidit Iacob scalã, summitas eius celos tãgebat, ⁊ descẽdẽtes angelos, ⁊ dixit, vere locus iste sctũ est. ps. Fundamenta. 42. Añ. Erexit Iacob lapidem in titulum, fundẽs oleũ desup. ps. Dñe deus salutis. 42 ℣. Domus mea. ℟. Domus orationis vocabi.

Sermo

Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

Quotieſcunq;, fratres cariſſimi, altaris vel tẽpli feſtiuitatem colimus, ſi fideliter ac diligẽter attẽdimus, ꝛ ſancte ac iuſte viuimus, q̃dquid in tẽplis manufactis agit̃, totuʒ in nobis ſpirituali reędificatione cõplet̃. Nõ enim mẽtitus eſt ille, qui dixit: Tẽplũ Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos: ꝛ iterũ: Neſcitis, q̃ corpora veſtra tẽplum ſunt Spũs ſancti, qui in vobis eſt. Et ideo, fratres cariſſimi, q̃ nullis pręcedẽtibus meritis per gratiã Dei meruimus fieri tẽplũ Dei: quantũ poſſumus, cum ipſius adiutorio laboremus, ne dominus noſter in templo ſuo, hoc eſt, in nobis ipſis inueniat, quod oculos suę maieſtatis offendat. ℞. Orantibus in loco iſto, Dimitte peccata populi tui Deus: ꝛ oſtende eis viam bonã per quaʒ ambulent, ꝛ da gloriam in loco iſto. ℣. Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioſeph, qui ſedes ſuper Cherubim. Dimitte peccata. Lcõ v.

Sed habitaculũ cordis noſtri euacuetur vitijs, ꝛ virtutibus repleatur: claudat̃ diabolo, ꝛ aperiat̃ Chriſto: ꝛ ita laboremus, vt nobis bonoꝝ operũ clauibus ianuam regni cęleſtis aperire poſſimus. Sicut enim malis operibus, quaſi quibuſdã ſeris ac vectibus, vitę nobis ianua clauditur: ita abſq; dubio bonis operibus aperitur. Et ideo fratres cariſſimi, vnuſquiſq; cõſideret cõſcientiã ſuã: ꝛ quando ſe aliquo crimine vulneratũ eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, ꝛ eleemoſynis, ſtudeat mundare cõſcientiam ſuã, ꝛ ſic euchariſtiã pręſumat accipere. ℞. O quam metuendus eſt locus iſte. Vere non eſt hic aliud niſi domus Dei, ꝛ porta cęli. ℣. Hęc eſt domus dñi firmiter ędificata, bene fundata eſt ſupra firmam petram. Vere. Lectio vj.

Si enim agnoſcẽs q̃s reatũ ſuum, ipſe a diuino altari ſe ſubtraxerit, cito ad idulgẽtiã diuinę miſericordię pueniet: q: ſicut q̃ ſe exaltat humiliabitur, ita e ↄtrario, q̃ ſe humiliat exaltabit̃. Qui eniʒ, ſicut dixi, agnoſcẽs reatuʒ ſuũ ipſe ſe humiliter ab altari Eccleſię pro emẽdatione vitę remouere voluerit, ab ęterno illo ꝛ cęleſti conuiuio excõmunicari penitus nõ timebit. ℞. Mane ſurgens Iacob erigebat lapidem in titulum: fundẽs oleuʒ deſuper, votũ vouit dño. Vere locus iſte ſanctus eſt, ꝛ ego neſciebã. ℣. Cumq; euigilaſſet Iacob de ſomno, ait. Vere loc⁹. In iij. noct. Ana. Qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cęli commorabitur. ps. idẽ. 62. Ana. Templũ dñi ſanctũ eſt: Dei ſtructura eſt: dei ędificatio eſt. ps. Cãtate. 144. Ana. Bñdicta gloria dñi de lo-

co sancto suo, ba[?]. Dñs reg. iras.46. ℣. Hęc est domus domini firmiter ędificata. ℟. Bene fundata est supra firmã petram.

Lec. ſec. [?] vm Lucam. L. vij.

c.19 In illo tempore: Ingressus Jesus perambulabat Jericho: & ecce vir nomine Zacchęus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse diues. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij episcopi.

Zacchęus pusillus, hoc est nullius nobilitatis ingenitę dignitate sublimis, exiguus meritis sicut populus nationũ, audito dñi Saluatoris aduentu, quẽ sui nõ receperãt videre cupiebat. Sed nemo facile Jesuz videt, nemo potest Jesuz videre constitutus in terra: & quia non prophetas, non regnũ habebat, tanquã formę gratia naturalis, ascendit in arborem sycomorũ, vanitatem scilicet Judęorũ vestigio suo terens, errata quoqz corrigẽs superioris ętatis: & ideo Jesuz interioris domus recepit hospitio. ℟. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dñs: in ea omnis q petit, accipit: & qui quęrit inuenit. Et pulsãti aperiet. ℣. Petite, & accipietis: quęrite, & inuenietis. Et. L. viij.

Et bene ascẽdit in arborez, vt arbor bona fructus bonos faceret: ac naturali excisus oleastro, & cõtra naturã insertus in bonã oliuã, fructũ posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles: quorũ infructuosã gloriã plebs gentium fide resurrectionis, quasi quadã corporis eleuatione trãscẽdit. Et ecce vir nomine Zacchęus, Zacchęus in sycomoro, cęcus in via: quorũ alterũ dñs miseratur, expectat, alterũ mãsionis suę claritate nobilitat: alterũ sanaturus interrogat, apud alterũ se nõ inuitatus inuitat. Sciebat eniz vberẽ hospitij sui esse mercedẽ: sed tamẽ, etsi nondũ vocẽ inuitãtis audierat, iam viderat affectum. ℟. Lapides preciosi omnes muri tui. Et turres Jerusalẽ gemmis ędificabũtur. ℣. Portę Jerusalẽ ex sapphiro, & smaragdo ędificabuntur, & ex lapide precioso omnis circuitus muri eius. Et. L. ix.

Verũ, ne cęcũ illũ tanq̃ fastidiosi pauperem cito reliquisse videamur, & trãsisse ad diuitẽ: expectemus eum, quia expectauit & dñs: interrogemus eũ, quia interrogauit & Christus. Nos interrogemus, qr nescimus: ille qa nouerat. Nos interrogemus, vt sciamus vnde iste curatus sit: ille interrogauit, vt in vno plures disceremus vnde dominũ videre mereremur. Interrogauit enim, vt crederemus, nisi cõfitentẽ non posse saluari.

Ad Laudes, & p horas, Aña.

Domum tuã dñe decet sanctitudo in lõgitudine dierũ. ps. Dñs reg.8. cũ rel. Aña. Domus mea, domus orationis vocabitur.

vocabitur. Aña. Hęc eſt dom⁹ dñi, firmiter ędificata: bene fundata eſt ſupra firmã petrã. Añ. Bene fũdata eſt domus dñi ſupra firmã petrã. Añ. Lapides p̃cioſi oẽs muri tui, ꝛ turres Jeruſalẽ gemmis ędificabuntur. Cap. Uidi ciuitatẽ. f. 29. Hym.

Angularis fundamentum
Lapis Chriſtus miſſus eſt,
Qui compage parietum
In vtroq; nectitur,
Quem Sion ſancta ſuſcepit.
In quo credens permanet.
Omnia illa Deo ſacra,
Et dilecta ciuitas,
Plena modulis, in laude,
Et canore iubilo
Trinum Deum vnicumq;
Cum fauore prędicat.
Hoc in templo ſumme Deus,
Exoratus adueni:
Et clementi bonitate
Precum vota ſuſcipe,
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.
Hic promereantur omnes
Petita acquirere,
Et adepta poſſidere
Cum ſanctis perenniter,
Paradiſum introire,
Tranſlati in requiem.
Gloria ꝛ honor Deo
Uſquequaq; altiſſimo,
Una patri filioq;,
Inclyto paracleto,
Cui laus eſt, ꝛ poteſtas
Per immenſa ſecula. Amen.

℣. Hęc eſt domus domini firmiter ędificata. ℟. Bene fundata eſt ſupra firmam petram.

Ad Benedictus. Antiphona.

Zacchęe feſtinãs deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille feſtinans deſcendit, ꝛ ſuſcepit illum gaudens in domũ ſuam. Hodie huic domui ſalus a Deo facta eſt, halleluiah.

Ad iij. Cap. Uidi ciuita. ℟. b. Domũ tuã dñe, Decet ſanctitudo. ℣. In lõgitudine dieꝝ. Decet. Glo. Domũ. ℣. Locus iſte ſanctus eſt, in quo orat ſacerdos. ℟. Pro delictis, ꝛ pctĩs ppl'i.

Ad Sextam. Capitulum.

Et audiui vocem magnã de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cũ hoibus, ꝛ habitabit cũ eis, ꝛ ipſi ppl's eius erũt, ꝛ ipſe Deus, cũ eis erit eoꝝ Deus. ℟. b. Locus iſte ſanctus eſt: In quo orat ſacerdos. ℣. Pro delictis, ꝛ peccatis populi. In. Glo. Locus. ℣. Hęc eſt domus dñi firmiter ędificata. ℟. Bene fundata eſt ſupra firmã petrã. Ad Nonam. Caplm. apo. 21

Et abſterget Deus oẽm lacrymã ab oculis eorum, ꝛ mors vltra nõ erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra q̃ prima abierũt: ꝛ dixit q̃ ſedebat in throno: ecce noua facio oia. ℟. b. Hęc eſt domus dñi, Firmiter ędificata. ℣. Bene fũdata eſt ſupra firmã petrã. Fir. Gl. Hęc. ℣. Bñ fundata eſt domus dñi. ℟. Supra firmã petrã.

Digitized by Google

In ij. Veſp. An. Dominum tuã. vt ſup. cũ reſ. pſ. Dixit dñs. 52. cũ reſ. ⁊ loco vi. pſ. Lauda Jeruſalem. f. 60. Cap. Vidi ciuitatẽ. 529. Hym. Vrbs beata. ℣. Domum tuam dñe decet ſanctitudo. ℟. In lõgitudine dierũ. Ad Mag. An. O quã metuendus eſt locus iſte: vere nõ eſt hic aliud niſi dom⁹ dei, ⁊ porta celi.

SECVNDA DIE infra octauam.

Ex tractatu ſ. Auguſtini epiſcopi ſuper Pſalmos. Lectio iiij.

JEruſalẽ, q̃ edificat̃ vt ciuitas. Fratres, quando dicebat iſta Dauid, perfecta erat illa ciuitas, nõ edificabat̃. Neſcio quã ergo ciuitatẽ dicit, que modo edificatur, ad quã currũt in fide lapides viui: de qbus Petrus: Et vos tãquã lapides viui coedificamini in domũ ſpiritualẽ, ideſt tẽplũ ſanctũ Dei. Quid eſt, Lapides viui coedificamini? Viuis, ſi credis: ſi autẽ credis, efficieris tẽplũ Dei: quia dicit apoſtolus Paulus: tẽplũ eniꝫ Dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos. L. v.

IPſa ergo modo ciuitas edificatur, preciduntur de montibus lapides per manus predicantium veritatem: conquadrantur vt intrent in ſtructuraꝫ ſempiternaꝫ, adhuc multi lapides in manibus artificis ſũt, nõ cadũt de manib⁹ artificis vt poſſint perfecti coedificari in ſtructuraꝫ templi. Eſt ergo iſta Jeruſaleꝫ, que edificatur vt ciuitas: Fundamentũ ipſius Chriſtus eſt, dicit Apoſtolus Paulus: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere preter id qđ poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. Lectio ſexta.

FUndamẽtũ quãdo ponit̃ in terra, deſup edificantur parietes, ⁊ pondus parietũ ad ima tẽdit, qꝛ in imo poſitũ eſt fũdamẽtuꝫ: ſi autẽ fundamentũ noſtrũ in celo eſt, ad celum edificemur. Corpora edificauerunt iſtam ſtructuraꝫ, quam videtis amplã ſurrexiſſe, huius baſilice: ⁊ quia corpora edificauerũt, fũdamẽtũ in imo poſuerunt: quia vero ſpũaliter edificamur, fũdamẽtũ noſtrũ in ſummo poſitũ eſt. Illuc ergo curramus, vbi edificemur, quia de ipſa Jeruſalem dictuꝫ eſt: Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Jeruſalem.

De hom. ſ. Ambro. epi. Le. vij.

ET confeſtim, inquit, vidit, ⁊ ſequebat̃ eũ, magnificãs dñm, ⁊ perambulabat Jericho. Aliter enim nõ videret, niſi ſequeretur Chrm, niſi dñm predicaret, ⁊ niſi ſeculum preteriret. Cũ diuitibus quoqꝫ in gratiaꝫ reuertamur. Nolumus enim offendere diuites, qꝛ volumus ſi fieri poteſt ſanare omnes, ne in cameli comparatione perſtricti in Zaccheo citius quam oportuit derelicti, iuſte habeant commotionis offenſam. Lcõ viij.

D iſcant

VIſcant nō in facultatibus crimē hęreſe, ſed in ijs, q vti neſciant facultatibus. Nam diuitię vt impedimenta impro/ bis, ita bonis ſunt adiumēta vir/ tutis. Diues certe Zacchęus ele ctus a Chriſto, ſed dimidiū bo norū ſuorū pauperibus largiē/ do, reddēdo etiā in quadruplū quę fraude ſuſtulerat, (alterum enim nō ſat eſt, nec habet gratiā liberalitas, ſi iniuria perſeueret: quia non ſpolia, ſed bona, quę/ runtur) vberiorem mercedem quam conferebat accepit. L. ix.

ET bene princeps inducit publicanorum. Quis enī de ſe deſperet, quando ⁊ iſte per/ uenit cui cenſus ex fraude? Et ipſe, inquit, diues. Vt ſcias non omnes diuites auaros. Quid ſibi vult quod nullius alterius ſtaturā ſcriptura, niſi huius ex/ preſſit, q ſtatura puſillus erat? Vide ne forte malitia puſillus, aut adhuc puſillus fide. Nōdū enim promiſerat cū aſcēderet: ⁊ nōdū viderat Chriſtū, merito adhuc puſillus. Deniq Johan nes magnus, q ⁊ Chriſtū vidit, ⁊ ſpiritum ſicut columbam ſup Chriſtū manentē, ſicut ipſe ait: Vidi ſpiritū deſcendentē ſicut columbā, ⁊ manentē ſuper eū.

QVARTA DIE
infra Octauam.

Sermo S. Auguſtini epi. L. iiij.

CElebritas huius cōgrega tionis, dedicatio eſt domus orationis: domus ergo noſtrarū orationū iſta, domus autē Dei nos ipſi. Si domus Dei nos ipſi, nos in hoc ſęculo ędificamur, vt in fine ſeculi dedicemur. Aedifi cium, immo ędificatio habet la borē, dedicatio exultationem. Quod hic fiebat, quādo iſta ſur gebant, hoc fit modo, cū cōgre/ gant credentes in Chriſtū. Cre dēdo enim quaſi de ſyluis ⁊ mō tibus ligna ⁊ lapides pręcidun/ tur: cū vero catechizant, bapti/ zantur, formantur, tanquā inter manus fabrorum, ⁊ opificū, do/ lantur, colliniantur, complanan tur: veruntamen domū domini non faciunt, niſi quando chari/ tate compaginantur. Lectio v.

LIgna iſta, ⁊ lapides ſi non ſibi certo ordine cohęrerēt ſi nō ſe pacifice innecterēt, ſi nō ſe inuicē, cohęrendo ſibi, quodā modo amarent, nemo huc intra ret. Deniq qū vides in aliqua fabrica lapides, ⁊ ligna bene ſibi cohęrere, ſecurus intras, ruinā nō times. Volēs ergo dñs Chriſtus intrare, ⁊ in nobis habitare, tan quam ędificando dicebat: Mā/ datū nouū do vobis, vt vos in/ uicē diligatis. Mādatū, inquit, nouum do vobis: veteres enim eratis, domū mihi nondū facie/ batis, in veſtra ruina iacebatis. Ergo vt eruamini a vię ruinoſę vetuſtate, vos inuicē amate. L. vj.

COnſideret ergo charitas vrā, ędificari adhuc iſtam domum

domū toto, ſicut pdictū eſt ꝛ p/
miſſuꝫ orbe terrarum. Cū enim
ędificatur domuſ poſt captiuita
tē, ſicut habet alius pſalmus, di/
cit, Cātate dño canticū nouū, cā
tate dño oīs terra. Qđ ibi dixit,
canticū nouū, hoc dñs dixit mā
datum nouum. Quid enim ha
bet cāticum nouum, niſi amorē
nouū? Cātare amantis eſt. Uox
huius cantoris feruor eſt ſancti
amoris. Amemus, gratis ame/
mus: dominum enim amamus,
quo nihil melius inuenimus: ip/
ſum amemus propter ipſum, ꝛ
nos in ipſo, tamē propter ipſuꝫ.

De hom. ſ. Ambro. epi. L. vij.

Que aūt turba: niſi imperi/
tę confuſio multitudinis,
quę verticē nequit videre ſapiē
tię: Ergo Zacchęus quādiu in
turba eſt, non videt Chriſtū: ſu
pra turbā aſcendit, ꝛ vidit: hoc
eſt, plebeꝫ iam trāgreſſus, in ſciē/
tiam meruit quam deſiderabat
aſpicere. Pulchre autē addidit:
Quia illa parte erat trāſiturus
dñs: Uel vbi ſycomorus, vel vbi
crediturus: vt ꝛ myſterium ſer/
uaret, ꝛ gratiam ſeminaret, Sic
eniꝫ venerat, vt per Iudęos trā/
ſiret ad Gentes. Lectio viij.

Uidit itaqꝫ Zacchęū ſurſū.
Iā enim ſublimitate fidei
inter fructus nouoꝝ operū, ve/
lut fęcundę altitudine arboris
eminebat. Et qm̄ de typo ad mo
ralia deflexímus, inter tot credē
tium voluntates dominica die
relaxare animum, feſtiuitatem
admiſcere delectat. Zacchęus in
ſycomoro, nouū videlicet noui
temporis pomū: vt in hoc quo/
que compleretur illud: Arbor
fici produxit groſſos ſuos. L. ix.

Ad hoc enim Chriſtus ad/
uenit, vt ex lignis non po/
ma, ſed homines naſcerētur. Le/
gim⁹ alibi. Cū eſſes ſub arbore fi
ci, vidi te. Ergo Nathanael ſub
arbore, hoc eſt ſupra radicem,
quia iuſtus. Radix enim ſancta.
Sub arbore tamen Nathanael,
quia ſub lege. Zacchęus ſupra
arborem, quia ſupra legem. Ille
domini occultus defenſor, hic
publicus prędicator. Ille ad/
huc Chriſtuꝫ ex lege quęrebat,
iſte iam ſupra legē relinquebat
ſua, ꝛ dominum ſequebatur.

QVARTA DIE.
infra Octauam.

De ſer. ſ. Auguſtini epi. L. iij.

Attendite in pſalmo dedi/
cationis, quę modo cātaui/
mus ex ruina ędificiorum. Con
ſcidiſti ſaccum meum: hoc perti
net ad ruinā. Quid ergo ad ędi
ficium? Et accinxiſti me lętitia.
Uox dedicationis. Ut cātet tibi
gloria mea, ꝛ non compungar.
Quis eſt qui loquitur: in verbis
eius agnoſcite: ſi expono, obſcu/
rū eſt, ergo verba eius dicā: con/
tinuo agnoſcetis loquentem, vt
ametis alloquentes. Quis eſt q
dicere potuit, Eruiſti domine
ab inferis animā meam. L. v.

Quis

Digitized by Google

Cuius anima ſua ab infe-
ris eruta eſt: niſi de qua di-
ctū eſt alio loco: Nō derelinques
aīam meā in inferno. Proponit
dedicatio: & cantatur liberatio,
canticū dedicationis domus: &
dicitur: Exaltabo te dn̄e, quoniā
ſuſcepiſti me, & non iucundaſti
inimicos meos ſuper me. Atten-
dite Iudęos inimicos, qui ſe pu-
tabant occidiſſe Chriſtum, vi-
ciſſe tanquã inimicū, perdidiſſe
quaſi hominem cęteris ſimilē,
atq; mortalem. Lectio ſexta.

Reſurrexit tertia die, & eius
vox eſt: Exaltabo te dn̄e,
quoniā ſuſcepiſti me. Attēdite
apoſtolū dicentē, ꝓpter qđ eum
exaltauit. Et non iucundaſti ini
micos meos ſuper me. Ipſi qui-
dem in Chriſti morte iucunda-
bātur, ſed in eius reſurrectione,
aſcenſione, prędicatione aliqui
cōpungebant. In eius ergo prę-
dicatione, & ꝑ apoſtolorū cōſtā-
tię diffamationē aliqui compū-
gebantur, & cōuertebant: aliqui
obdurabantur, & confundeban-
tur: nulli tamē iucundabantur.
Homil. S. Gregorij papę. L. vij.

Si veraciter eſſe ſapientes,
& ipſam Dei ſapientiā cōtē
plari appetimus: ſtultos nos hu
militer cognoſcamus: relinquā-
mus noxiā ſapientiā: diſcamus
laudabilē fatuitatē. Hinc qppe
ſcriptū eſt: Siqs videt inter vos
ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus
fiat, vt ſit ſapiēs. Hinc euāgelicę
hiſtorię verba teſtantur, qđ Za-
chęus cū videre prę turba nil poſ
ſet, ſycomorū arborē aſcēdit, vt
trāſeūtē dn̄m cerneret. Sycomo
rus qppe fic⁹ fatua dicit. Lec. viij.

Puſillus itaq; Zacchęus ſy-
comorum ſubijt, & dn̄m vi-
dit, qr qui mūdi ſtultitiā humi-
liter eligūt, ipſi Dei ſapientiam
ſubtiliter cōtēplant. Puſillitatē
namq; noſtrā ad videndū dn̄m
turba prępedit: qr infirmitatē
humanę mētis, ne lucē veritatis
intēdat, curarū ſecularium tumul
tus premit. Sed prudēter ſyco-
morū aſcendimus, ſi ꝓuide eā
quę diuinitus ꝓcipit ſtultitiam
mēte tenemus. Quid eni; ī hoc
mūdo ſtultius, quam amiſſa nō
q̄rere, poſſeſſa rapiētibus relaxa
re, nullā pro acceptis iniurijs in-
iuriā reddere, immo adiunctis
alijs patientiā prębere? Lec. ix.

Quaſi enim ſycomorū nos
aſcēdere dn̄s pręcepit, cū
dicit: Qui aufert q̄ tua ſunt, ne
repetas: Et rurſu;. Siquis te ꝑ
cuſſerit in dexteram maxillam,
prębe illi & alterā. Per ſycomo-
rū tranſiens dn̄s cernitur, quia
ꝑ hāc ſapientē ſtultitiā etſi nec-
dū, vt eſt, ſolide, iā tamē per cō-
templationis lumē quaſi in trā-
ſitu, Dei ſapientia videtur, quā
videre nequeunt qui ſibi ſapien
tes vident: quia ad conſpicien-
dū dn̄m in elata cogitationū ſua
rū turba deprehēſi, adhuc ſyco-
mori arborem non inuenerunt.

QVINTA

QVINTA DIE infra octauam.

De ser. s. Augustini epi. L. iiij.

Modo, qñ implétur eccleſię, putamus iucũdari Judęos? Eccleſię ędificantur, dedicantur, implentur: quomodo illi iucundantur? Non ſolũ non iucundantur, ſed etiam confundũtur, & implet̃ur vox exultantis: Exaltabo te dñe, qñ ſuſcepiſti me, & non iucũdaſti inimicos meos ſuper me. Non iucũdaſti ſuper me: ſi mihi credant, iucundabis in me. Ne multa dicamus, ad illa quę cantauimus, aliquãdo veniamus. Quomodo dicit Chriſtus, Cõſcidiſti ſaccũ meũ & accinxiſti me lętitia? Saccus eius erat ſimilitudo carnis peccati. Lectio quinta.

Non tibi vileſcat quod ait, ſaccum meũ. Ibi erat incluſum preciũ tuum. Conſcidiſti ſaccũ meũ. Euaſimus ad ſaccũ iſtum. Cõſcidiſti ſaccũ meũ. In paſſione cõſciſſus eſt. Quomodo ergo Deo patri dicit̃: Cõſcidiſti ſaccũ meum? Quomodo patri dicit̃, vis audire, Conſcidiſti ſaccum meũ? Quia proprio filio non pepercit: ſed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Fecit enim per Judęos neſciẽtes, vnde redimerent̃ ſcientes, & cõfunderẽtur negãtes. Neſciũt enim quid boni nobis operati ſunt malo ſuo. Suſpẽſus eſt ſaccus, & quaſi lętatus eſt impius. Conſcidit ſaccũ lancea perſecutor, & fudit preciũ noſtrũ redẽptor. Le. vj.

Gaudeat Chriſtus redẽptor, gemat Judas vẽditor, erubeſcat Judeus emptor. Ecce Judas vendidit, Judęus emit, malũ negociũ egerũt, ambo dãnati ſunt, ſeipſos perdiderunt venditor & emptor. Dicat ergo caput noſtrum, dicat pro corpore occiſo, & p̃ corpore dedicato. Dicat, audiamus, Conſcidiſti ſaccum meũ, & accinxiſti me lętitia, id eſt, conſcidiſti mortalitatem meam, & accinxiſti me immortalitate & incorruptione: Vt cãtet tibi gloria mea, & nõ cõpungar. Quid eſt, non compungar? nam contra me non ferat lanceã perſecutor, vt nõ cõpungar. Chriſtus enim ſurgens a mortuis, iã nõ morit̃, & mors illi vltra non dñabitur. Hom. vener. Bedę p̃ſb. L. vij.

Quę impoſſibilia ſũt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deũ. Ecce enim camelus depoſita gibbi ſarcina per foramen acus tranſit, hoc eſt diues & publicanus relicto onere diuitiarũ, contẽpto cenſu fraudũ, anguſtã portã arctamq́ʒ viã, quę ad vitã ducit, aſcẽdit. Qui mira deuotione fidei ad videndũ ſaluatorẽ, quod natura minus habuerat aſcenſu ſupplet arboris: atque ideo iuſte, quamuis ipſe rogare non audeat, benedictionẽ dominicę ſuſceptionis quam deſiderabat accipit. Lectio viij.

M yſtice

Myſtice autē Zaccheus, q̄ interpretatur iuſtificatus, credentē ex gentibus populū ſignificat. Qui quāto curis ſecularibus occupatior, tāto flagitijs deprimētibus erat factus humilior. Sed ablutus eſt, ſed ſanctificatus, ſed iuſtificatus in nomine dñi nři Jeſu Chriſti, in ſpiritu Dei noſtri, q intrantē Jericho Saluatorē videre quęrebat, ſed pre turba nō poterat: quia gratia fidei, quā mundo ſaluator attulit, participare cupiebat: ſed inſolita vitiorū cōſuetudo, ne ad votū perueniret obſtiterat. L. ix.

Adē nāq; turba noxię cōſuetudinis, quę ſupra cęcū clamantē, ne lumē peteret, increpabat, etiā ſuſcipientē publicanū, ne Jeſū videat, tardat. Sed ſicut cęcus turbarū voces magis ac magis clamando deuicit, ita puſillus neceſſe eſt turbę nocētis obſtaculū altiora petēdo tranſcendat, terrena relinquat, arborē crucis aſcendat. Sycomorus nāq;, quę eſt arbor folijs moro ſimilis, ſed altitudine pręſtās, vnde ⁊ a Latinis celſa nūcupat, ficus fatua dicitur. Et eadē dñica crux, quę credentes alit vt ficus, ab incredulis irridetur vt fatua.

SEXTA DIE infra Octauam.

De ſer. s. Auguſtini epi. L. iiij.

Ergo dū nouā cōſtructionē ſanctę huius eccleſię libenter attendimus, quā diuino nomini hodie dedicamus, intuemus a nobis deberi, ⁊ Deo noſtro maximā laudē, ⁊ ſanctitati veſtrę congruum de diuinę domus ędificatione ſermonē. Tūc autem ſermo noſter congruus erit, ſi in ſe aliquid ędificationis habeat, quod vtilitati animarum veſtrarū, Deo vos interius ędificāte, proficiat. Quod hic factū corporaliter videmus in parietibus, ſpiritualiter fiat in mentibus: ⁊ quod hic perfectum cernimus in lapidibus, ⁊ lignis, hoc ędificāte gratia Dei, pficiatur in corporibus veſtris. L. v.

Principaliter ergo gratias agamus dño deo noſtro, a quo eſt omne datū optimū, ⁊ oē donū perfectū, ⁊ eius bonitatē tota cordis alacritate laudemus, quoniam ad conſtruendā iſtā domum orationis, fidelium ſuorum viſitauit animū, excitauit affectum, ſurrogauit auxilium: inſpirauit necdum volentibus, vt vellent: adiuuit bonę volūtatis conatus, vt facerent: ac per hoc Deus, qui operatur in ſuis ⁊ velle ⁊ perficere, pro bona voluntate hęc omnia ipſe cępit, ipſe perfecit. Lectio ſexta.

Et qr opera bona in cōſpectu ſuo nunq̄ eſſe permittit inania, fidelibus ſuis, q̄bus operātibus prębuit virtutis ſuę fauorem, tribuet condignā pro tāta operatione mercedē. Adhuc amplius agēdę ſunt gratię

Deo

Digitized by Google

Deo noſtro. Hanc enim Eccle-ſiā quā fecit nomini ſuo cōſtrui, fecit etiam ſanctorum martyrū reliquijs amplius honorari.

De do. vene. Bede pſb. L. vij.

Et cū veniſſet ad locū, ſuſpi-ciēs Jeſus vidit illū. Per-ambulans Jericho Saluator ve-nit ad locū, vbi pręcurrens Zac-cheus ſycomorū conſcenderat: quia miſſis per mūdū ſui verbi pręconibus, in quibus ipſe nimi-rum et loquebat et ibat, venit ad populū nationū, qui paſſionis eius fide iam ſublimis exiſtens, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beari. Suſpiciēs vi-dit illū, qa per gratiā fidei a ter-renis cupiditatibus eleuatū, tur-biſq; infidelibus pręeminentē elegit. Uidere enim Dei eligere, vel amare eſt: vnde eſt illud: O-culi domini ſuper iuſtos. Nā et nos quę amamus videre, ab ijs, quę execramur, intuitum feſti-namus auertere. Lectio viij.

Uidit ergo Jeſus videntē ſe, qz elegit eligentem ſe, et amauit amātē. Hunc ſane ordinē pficiēdi, hoc eſt p fidē dñicę in-carnationis ad cognitionē diui-nitatis pueniendi, quaſi ſycomo-rū Jeſu faciem ſpeculādi doctor egregius oſtēdit, cū ait: Nō enim iudicaui ſcire me aliqd inter vos niſi Chřm Jeſū, et hūc crucifixū. Jtē qz alijs ex pbrāſ: facti eſtis, i-q̄, qbus lacte opus ſit, nō ſolido cibo: Lac infirma tēporarię diſ-penſationis, ſolidus cibū ardua pperuę maieſtatis appellās. L. ix.

Et dixit ad eū: Zacchee feſ-tinans deſcende: qz hodie in domo tua oportet me mane-re. Et feſtinans deſcēdit, et exce-pit illū gaudens. Manebat ali-quando dñs in domo principis Phariſęorū, hoc eſt, in Judęorū ſynagoga docebat: ſed quia non baptizarū ante prandiū, ſabba-tho curātem, publicanos, et pec-catores recipientē, cōtra auari-tiā diſputantem, et cętera digna Deo gerentem lingua venenata carpebant, pertęſus eorum faci-nora diſceſſit, et aufugit dicens: Relinquetur vobis domus ve-ſtra deſerta. Hodie autem in do-mo puſilli Zacchei oportet illū manere, hoc eſt, nouę lucis gra-tia coruſcante in humili creden-tium nationū corde quieſcere.

SEPTIMA DIE, infra Octauam.

Sermo s. Jobā. Chryſo. L. iiij.

Communis domus eccle-ſia oium eſt: et qz ideo com-muniter oibus, pſeſtis cū intraue-rimus, pacē ſm Chři legē offeri-mus. Nemo ergo deſidia venie-di ſuperſedeat, nemo ſęcularib⁹ ſuſpēſus aīum rebus habeat, cū iam ad prędicandum ſacerdotes intrauerint: non enim parua im-minet punitio. Unde ipſe opti-rē millies domi noſtrę cōtēptus eſſe, quā in hoc loco pędicās ſe-mel tātūmodo nō audiri: tāto

certę

uerte mihi hoc quam illud mole-
ſtius eſſe videtur, quãto hęc domus,
quã veſtra excellẽtior eſt. Lec. v.

Nam hic magnę nobis ſunt
poſſeſſiones, hic ois ſpes
noſtra ſita eſt: oia, quę hic ſunt,
ſublimia certe ſunt atque fulgen-
tia: hęc mẽſa precioſior multo
atque iucũdior quã tua: hęc lucer-
na magna fidei, oleo hic puncti
a morbo liberati ſunt. Arca etiã
hęc melior quã tua eſt, magiſque
neceſſaria: nõ enim precioſas ve
ſtes, ſed miſericordiã incluſã cõ-
tinet: qua qui priuantur, culpa
ſua priuantur. Hic et lectulus eſt
valde tuo preſtantior: diuinarũ
enim ſcripturarum lectio omni ma-
gnifico lecto ſuauior eſt. Lec. vj.

Et certe bene nobiſcum age-
retur, ſi nullã aliã domũ preter
hanc poſſideremus, quod di-
ctum ne graue vobis videatur, re-
cte dictum tria millia hominum
et quinque millia illi teſtantur, qui
domum vnam, et menſam vnã,
et animam vnam habuerunt. To-
tius enim multitudinis creden-
tium, inquit, vnum cor erat, et a-
nima vna. Uerum, quoniam ni-
mium lõge a virtute illorum abſu-
mus, et proprias domus ſeiuncti,
ſaltẽ quãdo huc cõuenimus, id
oi ſtudio faciamus. Nã etſi alia-
rũ rerũ pauperes ſumus, nihilo-
minus, cũ huc ad vos intramus,
cum charitate, obſecro, nos ſu-
ſcipiatis: cũque Pax vobis dixi-
mus: Et cũ ſpũ tuo, nõ voce ſolũ
ſed animo quoque reſpondeatis.

De hom. vene. Bedę pſb. L. vij.

Et cum viderent oẽs murmu-
rabant dicentes, quod ad
hoiem peccatorem diuertiſſet.
Manifeſtum eſt Iudęos ſemper
gentium odiſſe ſalutem. Scriptum
eſt enim: Sequenti vero ſabba-
tho pene vniuerſa ciuitas conue-
nit audire verbum Dei. Uiden-
tes autem turbas Iudęi, reple-
ti ſunt zelo, et contradicebant iis
quę a Paulo dicebantur. Et ali-
bi fideles etiam fratres aduerſus
apoſtolorum principem diſcepta-
bant dicentes: Quare introiſti
ad viros prępucium habentes,
et mãducaſti cum illis. Lec. viij.

Stans autem Zacchęus di-
xit ad dominum: Ecce di-
midium bonorum meorum do-
mino do pauperibus: et, ſi quid
aliquem defraudaui, reddo qua-
druplum. Aliis calumnianti-
bus hominem peccatorem, ipſe
Zacchęus ſtans, id eſt in ea quã
cęperat fidei veritate perſiſtens,
non ſolum ſe ex peccatore con-
uerſum, ſed etiam inter perfectos
probat eſſe conuerſatum: Dicen-
te enim domino, Si vis perfe-
ctus eſſe: vade, vende oia quę
habes, et da pauperibus: quiſ-
quis ante conuerſionem innocẽ-
ter vixit, omnia cõuerſus poteſt
dare pauperibus. Lectio ix.

At qui aliqua fraude ſubſtu-
lit, primo hęc iuxta legem
reddere, deinde quod ſibi reman-
ſerit,

Digitized by Google

ſerit, debet dare pauperibus. At ſic ⁊ ipſe, quia ſibi nil retinet, omnia ſuauiſpergit, dat pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Et hęc eſt ſapiẽs illa ſtultitia, quam de ſycomoro publicanus quaſi fructũ vitę legerat, rapta videlicet reddere, propria relinquere, viſibilia cõtemnere, pro inuiſibilibus etiã mori deſiderare, ſeipſum abnegare, ⁊ eius, qui necdũ videat, dñi veſtigia ſequi cõcupiſcere.

IN OCTAVA DEDIcationis Eccleſiæ.

Oĩa vt in die, pręter lect. ij. noct.

Ex Epiſtola decretali Felicis Papę quarti. Lectio quarta.

TAbernaculũ Moyſen domino pręcipiẽte feciſſe, ⁊ ſacraſſe, cum menſa ⁊ altari eius, ⁊ cęteris vaſis vtenſilibus, ad diuinũ cultum explendum, legimus: ⁊ non ſolum diuinis precibus ea ſacraſſe, ſed etiam ſancti olei vnctione domino iubente perliniſſe nouimus. Qualiter autem hęc facta ſint: ⁊ quomodo ipſa ſacra non alij quã ipſi ſacerdotes ſacra vnctione deliburi, dominoque cum veſtibus ſanctis ſacrati, ⁊ leuitę tractabant, ferebant, erigebant, ⁊ deponebant, in ipſis inſtitutionibus quę iubente domino per Moyſen conſcriptę ſunt, in lege domini reperitur. Lectio quinta.

QUaliter ergo Dauid regũ piiſſimus amplificauerit cultum Dei, ⁊ templum domini ędificare voluerit, ſed propter multum ſanguinem, quem effuderat, prohibitus eſt, ⁊ ipſe collegerat expenſas, Salomon quoq; filius eius id ipſum, quod ipſe facere optauerat, iubente, ⁊ auxiliante domino perfecit: ⁊ templum cum altari, ⁊ reliqua ad diuinum peragendum cultũ conſecrauit: in libro Regum legitur. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatẽ celebrẽ, ⁊ omnis Iſrael cũ eo, multitudo magna ab introitu Emath vſque ad riuum Aegypti, coram dño Deo noſtro ſeptem diebus, ⁊ ſeptem diebus, id eſt quatuordecim diebus, ⁊ in die octaua dimiſit populos. Lectio ſexta.

SOlennitates dedicationũ eccleſiarum ⁊ ſacerdotum per ſingulos annos ſolẽniter ſunt celebrandę, ipſo dño exemplum dante. q ad feſtum dedicationis tẽpli oĩbus, id faciendi dãs formã cum reliquis populis, eandẽ feſtiuitatem celebraturus, venit ſicut ſcriptum eſt: Facta ſunt encęnia in Ieroſolymis, ⁊ hyems erat, ⁊ ambulabat Ieſus ĩ tẽplo in porticu Salomonis. Quod autẽ octo diebus encęnia ſint celebrãda, in libro Regũ pfecta dedicatione tẽpli reperies. Tu autem.

¶ Lectiones tertij nocturni leguntur, vt ſupra in die feſto.

OFFI-

Digitized by Google

OFFICIUM BEATAE MARIAE, IN SABBATO.



Omnib⁹ Sabbatis per annũ, pręterquã in Aduẽtu, Quadrageſi. Quatuor temporibus, & Vigilijs, ac niſi feſtum nouem lectionum occurrat, fit Officium de Sancta Maria modo infraſcripto.

In veſp. Ferię vj. dicũt. Pſal. feriales in pſalt. poſiti. Cap.

Eccl. 24 Ab initio, & ante ſęcula creata ſum: & vſque ad futurum ſęculum nõ deſinã: & in habitatione ſãcta corã ipſo miniſtraui. Hymn.

Aue maris ſtella,
Dei mater alma,
Atq; ſemper virgo,
Felix cęli porta.
Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euę nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cęcis:
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis:
Nos culpis ſolutos
Mites fac & caſtos.
Vitam pręſta puram,
Iter para tutum:
Ut videntes Jeſum,
Semper collętemur.
Sit laus Deo patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui ſancto,
Tribus honor vnus. Amen.

℣. Diffuſa eſt gr̃a in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te De⁹ in ęternum. Ad Mag. Añа. Beata mater & intacta, virgo glorioſa regina mundi, intercede pro nobis ad Dñm. vel alia pro varietate tẽporis, vt infra. fol. 538. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Concede nos famulos tuos quǣs. Dñe Deus, perpetua mẽtis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſa beatę Marię ſemper virginis interceſſione, a pręſenti liberari triſtitia, & ęterna perfrui lętitia. Per Dñm noſ. vel alia pro tpe. Poſt orationẽ, ſuffragium cõmune de Apſis & de Pace, vel alię pro tpe occur. Completorium vt in Pſalter. Ad Matutinũ. Inuitatoriũ. Aue Maria gratia plena: Dñs tecum. Ps. Venite. Hymnus.

Quẽ terra, pontus, ęthera,
Colunt, adorãt, prędicãt:

Trinam regentem machinam
Clauſtrum Marię baiulat.
Cui Luna, Sol, ⁊ omnia
Deſeruiunt per tempora:
Perfuſa cęli gratia
Geſtant puellę viſcera.
Beata mater munere
Cuius ſupernus artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata cęli nuncio,
Fecunda ſancto ſpiritu,
Deſideratus gentibus,
Cuius per aluum fuſus eſt.
Gloria tibi dñe, Qui natus.

Nocturnũ Sabbathi, vt ĩ pſalt. In fine Nocturni. ℣. Diffuſa ē gr̃a in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in ęternũ. Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Abſolutio.

Precibus ⁊ meritis beatę Marię ſemp virginis, ⁊ oĩum ſanctoꝝ, perducat nos dñs ad regna cęlorum. ℟. Amen. ℣. Jube domne benedicere. Bñ. Nos cum prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amē.

Primę duę lectiones de ſcriptura libri currentis. Tertia vna ex inferius poſitis per ordinem.

I. ℟. Sācta ⁊ immaculata v̄ginitas, quibus te laudibus efferā neſcio, Quia quę cęli capere nō poterant, tuo gremio cōtuliſti. ℣. Benedicta tu in mulierib⁹, ⁊ bñs fructus ventris tui. Quia.

Pro ſecunda Lcōne. Bñ. Ipſa virgo virginũ intercedat pro nobis ad dñm. ℟. Amen. II. ℟. Felix namq; es ſacra virgo Maria, ⁊ oĩ laude digniſſima, Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus de⁹ noſter. ℣. Ora p populo, interueni p clero, intercede pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiāt oēs tuũ iuuamen, q̄cũq; celebrāt tuā ſanctā cōmemoratiōnē. Quia. Glo. Chrīs.

Pro iij. lec. Bñ. Per virginē matrem concedat nobis dñs ſalutem ⁊ pacem. ℟. Amen.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ.

Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis. ps. Dñs reg. 8. Añ. Lęua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabit me. ps. Jubilate. 8. Añ. Nigra ſũ, ſed formoſa filię Jeruſalē: ideo dilexit me rex, ⁊ introduxit me ĩ cubiculũ ſuũ. ps. Deus Deus me⁹. 8. Añ. Jā hyems trāſijt, imber abijt, ⁊ receſſit: ſurge amica mea, ⁊ veni. ps. Bñdicite. 9. Añ. Specioſa facta es ⁊ ſuauis in delicijs tuis, ſancta Dei genitrix. ps. Laudate dñm de cel. 9. Cap. Ab initio. vt ſup. Hym.

O Glorioſa domina,
Excelſa ſuper ſydera:
Qui te creauit prouide,
Lactaſti ſacro vbere.
Quod Eua triſtis abſtulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles
Cęli feneſtra facta eſt.
Tu regis alti ianua,

Digitized by Google

Et porta lucis fulgida:
Uitam datam per virginem
Gentes redemptę plaudite.
Gloria tibi d. ℣. Bñdicta tu in mulieribus. ℟ Et bñdictus fructus vẽtris tui. Ad Bñs. Aña. Btã dei genitrix Maria, virgo ꝑpetua, tẽplũ dñi, sacrariũ spũs sancti: sola sine exẽplo placuisti dño nostro Jesu Christo: ora ꝓ populo, interueni pro clero: intercede ꝓ deuoto fœmineo sexu. vel alia pro varietate tẽporis, vt infra notatur. Oratio. Cõcede nos famulos tuos. vel alia vt sup. Deinde fiunt cõme. vt sup. fo. 6. Ad Horas Hymni, ⁊ Psal. vt in Psalt. ⁊ i fine hymnorum dicitur Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine. Ad j. Añ. O esset rex. Psal. De⁹ in noie. 10. Btĩ ima. ⁊ Retribue. Cap. Regi sclo℞. ℟. b. Christe fili. ℣. Qui natus es de Maria ṽgine. ⁊ alia vt i psalt. Ad Abſolõnẽ Cap. In plateis. Ad Tertiã. Añ. Lęua eius. ps. Legẽ pone. 16. Cap. Ab initio. vt su. ℟. b. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Jntẽde, prospere ꝓcede, ⁊ regna. ℣. Adiuuabit eã Deus vultu suo. ℟ De⁹ in medio eius nõ cõmouebitur. Ad Sextã. Aña. Nigra sum. ps. Defecit. fo. 17. Capitulum.

eccl. 24 Et sic in Sion firmata sum, ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui, ⁊ in Jerusalem potestas mea: Et radicaui in populo honorificato: ⁊ i partes dei mei hęreditas illius: ⁊ in plenitudine sanctorum detẽtio mea. ℟. b. Adiuuabit eã De⁹ vultu suo. ℣. Deus in medio eius non cõmouebit. Deus. ℣. Elegit eã Deus, ⁊ pelegit eã. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam. Ad Nonam. Aña. Speciosa. ps. Mirabilia. 18. Capitulum.

In plateis sicut cinnamomum ⁊ balsamũ aromatizans odorẽ dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℟. b. Elegit eã Deus. Et pręelegit eã. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eã. Et. ℣. Diffusa est gr̃a in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te deus in ęternũ. Orõ. Cõcede nos famu. vt sup.
¶ Ad vesperas, Añę, ⁊ Psalmi feriales. fol. 59. Cap. ⁊ rel. oĩa, si nõ occur. festũ dup. de dñica. In fine cõme. cõsuetę in Psalt.

POST NATIVITATEM. Domini.

vsq; ad Purifi. Ad Uesp. Ca. Ab initio. Hy. Aue maris stella. ℣. Diffusa est gratia in lab. Ad Mag: Añ Magnum hęreditatis mysterium. f. 546. Orõ. Deus qui salutis ęternę beatę. Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ. O admirabile. 546. vt infra in offõ paruo B. M. cũ rel. de lau.

TEMPORE PASCHALI.

Inuitato. Añis, ℟ ⁊ versicu. addit Halelu iah. Et ad Mag. ⁊ Bñdictus, dr̃ Regina cęli.

Digitized by Google

vt iſta in feſto partus b. Marię.

¶ Lectiones ſequentes dicuntur ſingulis menſibus in Officio B. Marię in Sabbato, ordine ſubſcripto.

MENSE IANVARIO.

Ex epiſtola s. Ambroſii epiſcopi ad Siricium Papam. Lec. iij.

De via peruerſitatis producitur dicere: Virgo concepit, ſed non virgo generauit. Quę potuit ergo virgo cōcipere, potuit virgo generare: cū ſemp cōceptus pcedat, partus ſequatur. Sed ſi doctrinis nō creditur ſacerdotū, credatur oraculis Chriſti, credatur monitis angelorū dicētiū: Quia non impoſſibile Deo omne verbū: Credatur Symbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana intemeratū ſemp cuſtodit, & ſeruat. Audiuit Maria vocē angeli, & quę ante dixerat, Quomodo fiet iſtud: nō de fide generationis interrogās, reſpōdet poſtea, Ecce ancilla dñi, contingat mihi ſm verbū tuū. Te deum. 8.

MENSE FEBRVARIO.

Ex libro s. Hieronymi presbyteri aduerſus Iouinianū. L. iij.

Chriſtus virgo, mater virginis nřę virgo ppetua, mater, & virgo. Ieſus enim clauſis ingreſſus eſt oſtijs, & in ſepulcro eius, quod nouū, & i petra duriſſima fuerat exciſum, nec antea quis, nec poſtea poſitus eſt. Hortus concluſus, fons ſignatus: de quo fonte ille fluuius manat, iuxta Ioel, q irrigat torrentē vel funium vel ſpinarū, funiū peccatorū quibus ante alligabamur: ſpinarū q ſuffocāt ſementē pris familias. Hęc eſt porta orietalis, vt ait Ezechiel ſemp clauſa, & lucida, & operiēs in ſe, vel ex ſe proferēs ſancta ſanctorū, p quā ſol iuſtitię, & pōtifex noſter ſecundum ordinē Melchiſedech ingreditur, & egreditur. Te Deum. 8.

MENSE MARTIO ante Quadrageſimam.

Ex libro S. Irenęi epi & martyris aduerſus hęreſes. Lectio iij.

In ſua ppria veniēte dño, & ſua propria eū baiulante conditione, quę baiulatur ab ipſo: & recapitulationē eius quę in ligno fuit inobedientię, per eam quę in ligno eſt obedientiā faciente: & ſeductione illa ſoluta, qua ſeducta eſt male illa, quę iam viro deſtinata erat virgo Eua per veritatem euāgelizata eſt bene ab angelo iam ſub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deū pręuaricata verbum eius: ita & hęc per angelicum ſermonem euāgelizata eſt, vt portaret Deū obediens eius verbo. Et ſicut illa ſeducta eſt vt effugeret Deū, ſic hęc ſuaſa eſt obedire Deo, vti virginis Eue virgo Maria fieret aduocata: & quemadmodū aſtrictū eſt morte genus humanū per virginē, ſoluatur per virginem, ęqua lance diſpoſita, virginalis

Digitized by Google

ginalis inobedientia per virgi-
nalem obedientiam. Te Deū. 8.

MENSE APRILI.

Ex libro 5. Epiphanij epiſcopi
aduerſus hereſes. Lectio iij.

SI catulum leonis obſcure dicit Jacob, Chriſtum dicens: & in Apocalypſi habet, Ecce vicit leo de tribu Juda: dñs enim leoni aſſimilatus, nō ꝑm naturam, ſed ꝓpter enigma, & eo q regium hoc animal inter omnia animantia violentiſſimū ac fortiſſimum, & per omnia gratioſiſſimum: profecto etiam genitricē ipſius leęnā dixerim: Unde enim gignet omnino leo, ſi non leęna mater vocabit? Leęnę enim nō cōtingit ſecundus partus: ergo nō amplius partū nouit Maria, nō amplius cōiunctionē corporum ſancta virgo. Te Deum. 8.

MENSE MAIO.

Ex tractatu ſ. Aug. epi de Symbolo ad Catechumenos. L. iij.

PEr fœminā mors, p fœminā vita: p Euā interitus, per Mariā ſalus. Illa corrupta ſecuta eſt ſeductorē: hęc integra peperit Saluatorē. Illa pomū a ſerpēte propinatū libēter accepit, & viro tradidit, ex quo ſimul mererent occidi: hęc grā cęleſti deſup infuſa vitā ꝓtulit, p quam caro mortua poſſit reſuſcitari. Quis eſt q hęc operatus eſt: niſi virginis filius, & vginū ſpōſus: q attulit matri fęcunditatē, ſed nō abſtulit virginitatē. Te Deum. 8.

MENSE IUNIO.

Sermo ſ. Bernardi abb. L. iij.

VEhemēter qdem nobis dilectiſſimi, vir vnus & mulier vna nocuere: ſed gratia deo, p vnū nihilominus virū, & mulierē vnā oīa reſtaurant, nec ſine magno fęnore gratiarum. Neq enim ſicut delictū, ita & donū. Sed excedit dāni eſtimationē beneficij magnitudo. Sic nimirū prudentiſſimus & clemētiſſimus artifex, quod quaſſatū fuerat nō cōfregit, ſed vtilius oīno refecit: videlicet, vt nobis nouum formaret Adā ex veteri, & Euā transfunderet in Mariā. Te Deū. 8.

MENSE IULIO.

Ex epiſtola ſ. Ambroſi epi ad Siricium Papam. Lectio iij.

NOn excedit fidē, quod homo exiuit de virgine, quādo petra ꝓfluxit, ſcaturiuit ferrū ſup aquas, ambulauit homo ſup aquas. Ergo ſi hoiem vnda portauit, nō potuit hoiem virgo generare? atq hoiem de quo legimus: Et mittet illis dñs hoiem q ſaluos faciet eos, & notus erit dñs Aegyptijs. In veteri itaq teſtamēto virga hebręorum pma reduxit exercitū: in nouo teſtamēto virgo generis, aula cęleſtis electa eſt ad ſalutē. Te Deum. 8.

MENSE AVGVSTO.

De expoſitione ſancti Gregorij Papę in libros Regum. L. iij.

FVit vir vnus de Ramathaim Sophim, de mōte

Digitized by Google

Ephraim. Poteſt montis noíe beatiſſima ſemp virgo Maria, dei genitrix deſignari. Mons quippe fuit, quę oẽm electę creaturę altitudinem electionis ſuę dignitate tranſcendit. An non mons ſublimis Maria? q̃ vt cõceptionem ęterni Verbi pertingeret, meritorũ verticẽ ſupra oẽs angelorũ choros vſq; ad ſoliũ deitatis erexit. Huius enim mõtis pręcellentiſſimam dignitatem Iſaias vaticinans ait: Erit in nouiſſimis diebus pparatus mons domus dñi in vertice mõtiũ. Mõs quippe in vertice mõtiũ fuit, q̃ altitudo Marię ſupra oẽs ſanctos refulſit. Te Deũ &.

MENSE SEPTEMBRI.

Ex epiſtola ſ. Leonis Papę ad Pulcheriam Auguſtã. Le. iij.

SAcramẽt ñrę cõciliationis noſtrę ante tẽpora ęterna diſpoſitum mille implebãt figurę: q̃ nõdũ ſuperuenerat Spiritus ſanctus in virginẽ, nec virtus altiſſimi obũbrauerat ei: vt intra intemerata viſcera, ędificãte ſibi ſapiẽtia domum, verbum caro fieret, & forma Dei ac forma ſerui in vnã cõuenirent perſonam, creator temporum naſceretur in tempore, & per quem facta ſunt omnia, ipſe inter omnia gigneret. Niſi enim nouus homo factus ſimilitudinẽ carnis peccati noſtrã ſuſciperet vetuſtatẽ, & cõſubſtantialis patri cõſubſtantialis eſſe dignaretur & matri, naturãq; noſtrã ſolus a peccato liber vniret, ſub iugo diaboli generaliter teneret humana captiuitas. Te Deum. &.

MENSE OCTOBRI.

Sermo ſ. Bernardi abb. L. iij.

AMplectamur Marię veſtigia, fratres mei, & deuotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis: potẽs eſt enim. Nempe vellus eſt mediũ inter rorem, & aream: mulier inter ſolem, & lunam: Maria inter Chriſtum, & Eccleſiam conſtituta. Sed forte miraris non tam vellus opertum rore, quam amictã ſole mulierẽ. Magna ſiquidẽ familiaritas, ſed mira omnino vicinitas ſolis, & mulieris. Quomodo enim in tam vehementi feruore tam fragilis natura ſubſiſtit? Merito quidẽ admiraris Moyſes ſancte, & curioſius deſideras intueri. Verũtamen ſolue calciamẽta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnalium cogitationum, ſi accedere concupiſcis. Te Deum. &.

MENSE NOVEMBRIS.

De expoſitione S. Baſilij epiſcopi in Iſaiã prophetã. L. iij.

ACceſſi (inquit) ad prophetiſſam, & in vtero accepit, & peperit filium. Quod Maria propheriſſa fuerit, ad quã proxime acceſſit Iſaias per pręnotionem ſpiritus, nemo contradi-

petit, qui ſit memor verborum Mariæ, quę prophetico afflata ſpiritu, elocuta eſt. Quid enim ait: Magnificat anima mea dominū. Et exultauit ſpiritus meˀ in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: Ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Quod ſi animum accommodaueris vniuerſis eius verbis, non vtiqꝫ contentioſe negaueris eā fuiſſe propheti ſſā, quod dñi ſpiritus in eā ſuperuenerit, & virtus altiſſimi obūbrauerit ei. Te Deum lau.

MENSE DECEMBRI
ante Aduentum.

In Aduē. non fit de ſ. Maria.

Ex libro Officiorum Sancti Ambroſij epiſcopi. Lectio iij.

BOnus regendę caſtitatis pudor eſt comes, qui primus in ipſo cogitationis ingreſſu domini matrem commendat legentibus, & tanquam teſtis locuples, dignam, quę ad tale munus eligeretur aſtruit: quod in cubiculo, cū ſola, quod ſalutatur ab angelo tacet, & mota eſt introitu eius, quod ad virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus virginis. Itaqꝫ quamuis eſſet humilis, pręe verecundia tamen non reſalutauit, nec vllum reſponſum retulit, niſi vbi de ſuſcipienda domini generatione cognouit, vt qualitatem effectus diſceret, non vt ſermonem repelleret. Te Deum. folio 8.

OFFICIVM
PARVVM
B. Mariæ per Annum

nō dr̄, quādo fit officiū ix. lectionū, nec in vigi. Natiu. Dñi, nec in ferijs maioris hebdo. nec infra oct. Paſchę, & Pēte. nec in Sabb. quādo fit offm̄ de ſ. Maria. Quibus diebus omittitur in j. veſp. & in vigi. Nati. & Matut. Cū dr̄ in choro, in matut. & in veſp. pręponitur officio diei: in alijs horis poſtponitur. Extra Chorū dr̄ p̄ p̄pria opportunitate.

Officiū B. M. extra aduentū.

Ad Veſperas. Aue Maria. quę dr̄ ſemper in principio omnium horarum Beatę Marię.

DEus in adiutorium. Gloria pa. in fi. Allel. vel Laus tibi dñe rex ęternę gloriæ. pro diuerſitate temporis. An. Dū eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorē ſuauitatis. ps. Dixit dñs. 52. An. Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. ps. Laudate pu. 53. An. Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Hieruſalem: ideo dilexit me rex, & introduxit me in cubiculū ſuū. ps. Lætatus ſum. 55. An. Iā hyems tranſijt, imber abijt & receſſit: ſurge amica mea, & veni. ps. Niſi dñs. 55. An. Specioſa facta es & ſuauis in delicijs tuis, ſancta Dei genitrix. ps. Lauda Ieru. 60. Capi.

Digitized by Google

Eccl. 24 Ab initio, et ante secula creata sum: et vsq; ad futurum seculum non desinam: et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Hymn.

Aue maris stella,
Dei mater alma,
Atq; semper virgo,
Felix coeli porta.
Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Euę nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cecis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac et castos.
Vitam presta puram,
Iter para tutum:
Vt videntes Iesum,
Semper collętemur.
Sit laus Deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amen.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te de⁹ in eternum. Ad Mag. Ant. Beata mater, et intacta, virgo gloriosa, regina mundi intercede pro nobis ad dominum. Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatę Marię semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui lętitia. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. Sequitur me. pro sctis. ne. tńa in. vesp. et lau. sm offo s. Marię, preterq; in Aduē. cuius loco tūc alia or.

Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. ℣. Letamini in dño, et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

Protege domine populum tuum: et apostolorum tuorum Petri, et Pauli, et aliorum apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserua.

Omnes sancti tui, quęsumus domine nos vbiq; adiuuent: vt, dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris concede temporibus: et ab ecclesia tua cunctam repelle nequitiam: iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum tuorum in salutis tuę prosperitate dispone: benefactoribus nr̄is sempiterna bona retribue: et omnibus fidelibus defunctis requiem ęternam concede. Per dominum.

AD COMPLETORIVM.

℣. Conuerte nos. ℟. Et auerte. ℣. Deus in adiutorium. &c. Gloria patri, Alleluia. Psalmi.

Sepe

Sepe expugnaue. 56. De pſal. Dñe nõ eſt exaltatũ. 56. Hym.

Memento ſalutis auctor,
Quod noſtri quondam corporis,
Ex illibata virgine
Naſcendo, formam ſumpſeris.
Maria mater gratię,
Mater miſericordię,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe,
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre, & ſancto Spiritu,
In ſempiterna ſecla. Amē. Ca.

Eccl. 24 Ego mr̄ pulchrę dilectiōis, & timoris, & magnitudinis & ſanctę ſpei. ℣. Ora pro nobis ſctā dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur pmiſſionibus Chri. Ad Nunc dimittis. Añ. Sub tuum preſidiū confugimus ſancta Dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus, ſed a periculis cunctis libera nos ſemper virgo glorioſa, & bñdicta. Kyrie el. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Orō.

Beatę & glorioſę, ſemper qꝫ virginis Marię, qſumus domine, interceſſio glorioſa nos protegat: & ad vitam perducat ęternam. Per dñm noſtrum.

AD MATVTINVM.

Domine labia mea apies. ℟. Et os meū annunciabit. ℣. Deus in adiutorium. ℟. Gloria patri. Alleluiah. Inuit. Aue Maria gratia plena, Dñs tecum. ps. Venite. Hymnus.

Quē terra, pontus, ethera,
Colūt, adorāt, predicant,
Trinam regentem machinam
Clauſtrum Marię baiulat.
Cui luna, ſol, & omnia
Deſeruiunt per tempora,
Perfuſa celi gratia,
Geſtant puellę viſcera.
Beata mater, munere
Cuius ſupernus artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beata celi nuncio,
Fecunda ſancto Spiritu,
Deſideratus gentibus
Cuius per aluum fuſus eſt.
Gloria tibi domine.

¶ Quando fit officiū ix. lectio. S. Marię, dicūtur tres ſeq. nocturnꝰ cum ſuis pſalmis, & antiphonis, niſi alię antiphonę aſſignentur. Abſolutiones vero & bñdictiones, vt in j. Dñica de Aduentu. ¶ Seq. tres pſalmi dicūt. feria ij. & feria v. Ad nocturnū j. Aña. Benedicta tu. Pſalmus.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper celos.
Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo celos tuos, opera

opera digitorum tuorum: lunā, & ſtellas, quę tu fundaſti.

Q uid eſt homo? quod memor es eius: aut filius hominis? quoniam viſitas eum.

M inuiſti eū paulominus ab angelis: gloria & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum.

O mnia ſubiecisti ſub pedibus eius: oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi.

V olucres cęli, & piſces maris: q perambulant ſemitas maris.

D ñe dñs noſter: quā admirabile eſt nomē tuū ī vniuerſa terra.

G loria patri, & fi. Antiphona.

Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui.

Añā. Sicut myrrha. Pſalm.

C Aeli enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum.

D ies diei eructat verbū: & nox nocti indicat ſcientiam.

N ō ſūt loquelę, neq; ſermones: quorū non audiant voces eorū.

I n omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terrę verba eorum.

I n ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

E xultauit vt gigas ad currēdā viā: a ſummo cęlo egreſſio eius.

E t occurſus eius vſq; ad ſummum eius: nec eſt, qui ſe abſcondat a calore eius.

L ex dñi immaculata, cōuertēs animas: teſtimonium dñi fidele, ſapientiam pręſtans paruulis.

I uſtitię dñi rectę, lętificantes corda: pręceptum domini lucidum, illuminans oculos.

T imor dñi ſanctus, permanens in ſęculum ſęculi: iudicia dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa.

D eſiderabilia ſuper aurū, & lapidem precioſum multū: & dulciora ſuper mel & fauum.

E tenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

D elicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.

S i mei non fuerint dñati, tunc immaculatus ero: & emūdabor a delicto maximo.

E t erūt, vt cōplaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

D omine adiutor meus, & redemptor meus.

G lo. Añ. Sicut myrrha electa, odorē dediſti ſuauitatis, ſctā dei genitrix. Añ. Ante thor. Pſa.

D Omini eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Q uia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina pręparauit eum.

Q uis aſcēdet in montē dñi: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

I nnocēs manibus, & mūdo corde: q nō accepit in vano aiā ſuā: nec iurauit in dolo pximo ſuo.

Digitized by Google

Hic accipiet benedictionem a domino: ꝛ misericordiã a deo salutari suo.

Hęc est generatio quęrentium eũ: quęrentiũ faciẽ dei Jacob.

Attollite portas principes vestras: ꝛ eleuamini portę ęternales, ꝛ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię: dñs fortis ꝛ potẽs, dñs potẽs in prelio.

Attollite portas principes vestras: ꝛ eleuamini portę ęternales: ꝛ introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię: dñs virtutum ipse est rex glorię.

Gloria. Aña. Ante thorũ huius virginis, frequentate nobis dulcia cantica dramatis. ℣. Diffusa est gratia. ℟. Propterea.

Sed in officio ix. lectionũ dr ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, ꝛ regna. Pater noster. cũ lectionibus, ꝛ reliqs vt infra. Seq. tres psalmi dñr feria iij. ꝛ vj ad noc. Aña. Specie tua. Ps.

Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamꝰ scribę: velociter scribentis.

Speciosus forma prę filijs hominũ: diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in ęternum.

Accingere gladio tuo: super femur tuum potentissime.

Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intende, prospere procede, ꝛ regna.

Propter veritatẽ ꝛ mansuetudinem ꝛ iustitiam: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę: ppłi sub te cadent in corda inimicoꝝ regis.

Sedes tua deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lętitię prę consortibus tuis.

Myrrha ꝛ gutta ꝛ casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filię regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia ꝛ vide, ꝛ inclina aurẽ tuam: ꝛ obliuiscere populũ tuum, ꝛ domum patris tui.

Et concupiscet rex decorẽ tuũ: quoniam ipse est dominus deus tuus, ꝛ adorabunt eum.

Et filię Tyri i muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius, filię regis abintus: in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus.

Adducẽtur regi virgines post eã: proximę eius afferẽtur tibi.

Afferent in lętitia ꝛ exultatione: adducentur in templũ regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

Memores

Digitized by Google

M emores erunt nois tui dñe in
oĩ generatione ⁊ generatione.
P ropterea populi confitebun-
tur tibi in eternum ⁊ in seculũ
seculi.
G loria pa. Añ. Specie tua ⁊
pulchritudine tua intende, pro-
ſpere procede, ⁊ regna. Añ.
Adiuuabit eam. Pſalmus.
D Eus noſter, refugiũ ⁊ vir
tus: adiutor in tribulatio-
nibus q̃ inuenerunt nos nimis.
P ropterea nõ timebimus dũ
turbabitur terra: ⁊ transferen-
tur montes in cor maris.
S onuerũt ⁊ turbate ſunt aque
eorum: conturbati ſunt montes
in fortitudine eius.
F luminis impetus letificat ci-
uitatem Dei: ſanctificauit taber
naculum ſuum altiſſimus.
D eus in medio eius non com-
mouebitur: adiuuabit eã Deus
mane diluculo.
C onturbate ſunt gentes, ⁊ in-
clinata ſunt regna: dedit vocem
ſuam, ⁊ mota eſt terra.
D ominus virtutum nobiſcũ:
ſuſceptor noſter Deus Jacob.
V enite, ⁊ videte opera dñi, q̃
poſuit prodigia ſup terrã: aufe-
rens bella vſque ad finem terre.
A rcum conteret, ⁊ confringet
arma: ⁊ ſcuta comburet igni.
V acate, ⁊ videte, quoniã ego
ſum Deus: exaltabor in genti-
bus, ⁊ exaltabor in terra.
D ominus virtutum nobiſcũ:
ſuſceptor noſter Deus Jacob.

G loria pa. Añ. Adiuuabit
eam Deus vultu ſuo: Deus in
medio eius nõ commouebitur.
Aña. Sicut letantium. Pſalmus.
F Undamenta eius in mon
tibus ſanctis: diligit dñs
portas Sion, ſup omnia taber-
nacula Jacob.
G loriosa dicta ſunt de te: ciui-
tas Dei.
M emor ero Raab, ⁊ Babylo-
nis, ſcientium me.
E cce alienigene, ⁊ Tyrus, ⁊ po
pulus Aethiopũ: hi fuerũt illic.
N unquid Sion dicet homo: ⁊
homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fun-
dauit eam altiſſimus.
D ominus narrabit in ſcriptu-
ris populorum: ⁊ principum ho-
rum qui fuerunt in ea.
S icut letantium omnium: ha-
bitatio eſt in te.
G loria pa. Añ. Sicut letantiũ
omnium noſtrum habitatio eſt
in te, ſancta Dei genitrix. ℣. Dif
fuſa eſt gratia in labijs tuis.
Sed in officio nouem lect. di ℣.
Adiuuabit eã deus vultu ſuo.
℟. Deus i medio eius nõ cõmo
uebit. P r nr. cũ lec. ⁊ reſp. vt ſ.
¶ Sequẽ: pſalmi dñr fer. iiij. ⁊
Sabbatho. Ad nocturnũ. Añ.
Gaude Maria virgo. Pſalmus.
C Antate dño canticũ
nouum: cãtate domi-
no omnis terra.
C antate dño, ⁊ bene
dicite nomini eius: annunciate
de die in diem ſalutare eius.

A nnunciate

Annũciate inter gẽtes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes deos.

Quoniã omnes dii gentiũ demonia: dñs autem cęlos fecit.

Confeſſio ⁊ pulchritudo in cõſpectu eius, ſanctimonia ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius.

Afferte dño patrię gentiũ, afferte domino gloriam ⁊ honorem: afferte dño gloriã nomini eius.

Tollite hoſtias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Commoueatur a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbẽ terrę qui non commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.

Letentur celi ⁊ exultet terra: commoueatur mare, ⁊ plenitudo eius: gaudebunt cãpi, ⁊ omnia quę in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie dñi, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrę in ęquitate: ⁊ populos in veritate ſua.

Gloria pa. Añ. Gaude Maria virgo: cunctas hereſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.

Aña. Dignare me. Pſalmus.

Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulę multę.

Nubes, ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia, ⁊ iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum precedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terrę: vidit ⁊ commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.

Annunciauerunt cęli iuſtitiã eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur oẽs, qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate eum oẽs angeli eius: audiuit ⁊ lętata eſt Sion.

Et exultauerũt filię Iudę: propter iudicia tua domine.

Quoniã tu dñs altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis dominum odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorum: de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde lętitia.

Lętamini iuſti i dño: ⁊ cõfitemini memorię ſanctificationis eius.

Gloria. Añ. Dignare me laudare te virgo ſacrata: da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

Añ. Poſt partũ virgo. Pſalm.

Cantate dño canticum nouum: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: ⁊ brachium ſanctum eius.

Notum

Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſticiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordię ſuę ⁊ veritatis ſuę domui Jſrael.
Viderunt omnes termini terrę: ſalutare Dei noſtri.
Jubilate deo omnis terra: cantate, ⁊ exultate, ⁊ pſallite.
Pſallite dño in cithara, in cithara ⁊ voce pſalmi: in tubis ductilibus, ⁊ voce tubę cornee.
Jubilate in cõſpectu regis dñi: moueat mare ⁊ plenitudo eius, orbis terrarũ, ⁊ q habitãt in eo.
Flumina plaudẽt manu: ſimul montes exultabunt a conſpectu dñi, qm̃ venit iudicare terram.
Judicabit orbem terrarum in iuſtitia: ⁊ populos in ęquitate.
Gloria pa. Añ. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti: Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℞. Propterea benedixit te Deus in eternũ. Sed in officio ix. lect. dr̃ ℣. Elegit eam Deus, ⁊ prelegit eam. ℞. Jn tabernaculo ſuo habitare facit eam. Pr nr. ſec. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera nos. Abſolo.

Precibus, ⁊ meritis beatę Marię ſemper virginis, ⁊ omnium ſanctorum, perducat nos dñs ad regna celoꝝ. ℞. Añ. Jube domne bñd. Bño. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. ℞. Amẽ. L. j.

Jn oĩbus requiẽ queſiui, ⁊ in hereditate dñi morabor. Tũc pręcepit, ⁊ dixit mihi creator oĩum, ⁊ qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo: ⁊ dixit mihi: in Jacob inhabita: ⁊ in Jſrael hereditare: ⁊ in electis meis mitte radices. ℞. Sancta ⁊ immaculata virginitas, qbus te laudibus efferã neſcio. Quia quem celi capere nõ poterant, tuo gremio contuliſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Quia. Jube. Benedictio. Jpſa virgo virginum, intercedat pro nobis ad dñm. ℞. Amen. Lectio ij.

Et ſic in Sion firmata ſũ, ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: ⁊ in Jeruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, ⁊ ĩ partes dei mei hereditas illius, ⁊ in plenitudine ſctõꝝ detẽtio mea. ℞. Beata es virgo Maria, q̃ dñm portaſti creatorẽ mundi: Genuiſti q te fecit: ⁊ in eternũ pmanes virgo. ℣. Aue Maria, grã plena, dñs tecũ. Genuiſti. Jube. Bño. Per virginem matrem concedat nobis dñs ſalutem, ⁊ pacem. ℞. Amen. Lectio iij.

Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, ⁊ quaſi cypreſſus in mõte Siõ. Quaſi palma exaltata ſũ ĩ Cades: ⁊ quaſi plãtatio roſę in Jericho. Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis: ⁊ quaſi platanus exaltata ſũ iuxta aquas.

In plateis ſicut cinnamomū, & balſamum aromatizās odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatē odoris. ℞. Felix nāq3 es ſacra virgo Maria, & oī laude digniſſima, Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitię, Chriſtus deꝰ nř. ℣. Ora ꝓ populo, interueni ꝓ clero, intercede ꝓ deuoto fęmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam commemoratio-nem. Quia. Gloria. Chriſtus. Ad Laudes, & per Horas. Añ.

Aſſumpta eſt Maria in cęlū, gaudēt angeli, laudātes benedicunt dñm. Ps. Dñs reg. 8. cū reſ. Añā. Maria virgo aſſumpta eſt ad ętbereum thalamū: in quo rex regū ſtellato ſedet ſolio. Añā. In odorem vnguentoꝝ tuorū currimus: adoleſcentulę dilexerunt te nimis. Añ. Benedicta filia tu a domino: qꝛ ꝑ te fructū vitę cōmunicauimus. Añ. Pulchra es, & decora filia Jeruſalem: terribilis, vt caſtroꝝ acies ordinata. Cap.

6 Uiderūt eā filię Siō: & beatiſſimā prędicauerūt, & reginę laudauerunt eam. Hym.

O Glorioſa domina,
Excelſa ſuper ſydera:
Qui te creauit prouide,
Lactaſti ſacro vbere
Quod Eua triſtis abſtulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent vt aſtra flebiles,
Celi feneſtra facta es.
Tu regis alti ianua,
Et porta lucis fulgida:
Uitam datam per virginem
Gentes redemptę plaudite.
Gloria tibi domine. Qui na.

℣. Benedicta tu in mulieribus. ℞. Et bñs fructus vētris tui. Ad Bñs. Añ. Beata Dei genitrix Maria, vgo ꝑpetua, tēplū dñi, ſacrarium ſpūs ſcti: ſola ſine exemplo placuiſti dño nřo Jeſu Chriſto: ora ꝓ populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto fęmineo ſexu. Kyrie eleiſon. Chriſte el. Kyrie el. Oremus.

Deus, qui de beatę Marię virginis vtero, verbum tuum angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: pręſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur: Per eundem Chriſtū dominum noſtrū. ℞. Amen. Pro ſanctis. Añ. Sancti Dei oēs intercedere dignemini pro noſtra omniumq3 ſalute. ℣. Lętamini in dño, & exultate iuſti. ℞. Et glorìamini. Oremus.

Protege dñe populū tuū: & apoſtolorum tuorū Petri & Pauli, & aliorum apoſtolorum patrocinio confidentē perpetua defenſione conſerua.

Omnes ſcti tui, qs dñe, nos vbiq3 adiuuēt: vt dū eoꝝ merita recolimꝰ, patrocinia ſentiamus: & pacē tuā noſtris cōcede tēporibus: & ab eccleſia tua cunctam

cunctā repelle nequitiam: iter, actus, ⁊ volūtates noſtras, ⁊ omnium famulorū tuorū in ſalutis tue proſperitate diſpone: benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue: ⁊ omnibꝰ fidelibus defunctis requiē eternā cōcede. Per do. ℣. Dñs vobiſcū. ℟. Et cū ſpiritu tuo. ℣. Benedicamus dño. ℟. Deo grās.

AD PRIMAM.

Deus in adiutorium meū intende. ℟. Dñe ad adiuuādū me feſtina. Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ ſemper, ⁊ in ſecula ſeculorū. Amen. Halab. Hym.

Memento ſalutis auctor,
Quō nrī quōdā corporis,
Ex illibata virgine
Naſcendo, formā ſumpſeris.
Maria mater gratie,
Mater miſericordie,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe,
Gloria tibi domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre ⁊ ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſecula. Amē.

Añā. Aſſumpta eſt. Pſalm.

Deus in nomine tuo ſaluū me fac, ⁊ in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationē meam: auribus pcipe verba oris mei.

Quoniā alieni inſurrexerūt aduerſum me, ⁊ fortes queſierunt animam meā: ⁊ non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adiuuat me: ⁊ dñs ſuſceptor eſt anime mee.

Auerte mala inimicis meis: ⁊ in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi: ⁊ confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum eſt.

Quoniā ex omni tribulatione eripuiſti me: ⁊ ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria patri, ⁊ filio. Pſalmus.

Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitatē plebis tue: operuiſti omnia peccata eorū.

Mitigaſti omnē irā tuā: auertiſti ab ira indignationis tue.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: ⁊ auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in eternū iraſceris nobis? aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu cōuerſus viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: ⁊ ſalutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniā loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt

Digitized by Google

uerunt ſibi: iuſtitia ⁊ pax oſcu/
latę ſunt.
Ueritas de terra orta eſt: ⁊ iu/
ſtitia de cęlo proſpexit.
Etenim dñs dabit benignitatē:
⁊ terra noſtra dabit fructū ſuū.
Iuſtitia ante eum ambulabit: ⁊
ponet in via greſſus ſuos.
Gloria patri. Pſalmus.
Laudate dñm omnes gētes:
laudate eū omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſuper
nos miſericordia eius: ⁊ veritas
domini manet in ęternum.
Gloria. Añ. Aſſumpta eſt Ma
ria in cęlū: gaudent angeli: lau/
dantes benedicunt dñm. Cap.
ant. 6. Que eſt iſta quę progredit
quaſi aurora cōſurgēs, pul
chra vt luna, electa vt ſol, terri/
bilis vt caſtrorū acies ordinata.
℣. Dignare me laudare te, vgo
ſacrata. ℟. Da mihi virtutē cō
tra hoſtes tuos. Kyrie el. Orō.
Deus, qui virginalē aulam
beatę Marię, in qua habi
tares eligere dignat⁹ es: da qs,
vt ſua nos defenſione munitos,
iucundos facias ſuę intereſſe cō/
memorationi. Qui viuis ⁊ reg.
¶ Ad iij. Hy⁹ Memēto. vt ſu.
Añ Maria virgo. Ps. Ad dñm
cū tribularer. 54. Leuaui ocu/
los. 54. Lętatus ſum. 55. Cap.
Eccl. 24. Et ſic in Siō firmata ſum,
⁊ in ciuitate ſanctificata ſi/
militer requieui, ⁊ in Jeruſalem
poteſtas mea. ℣. Diffuſa eſt gra
tia in labijs tuis. ℟. Propterea
B. R. A.

bñd ixit te De⁹ i ęternū. Kyrie
el. Chriſte el. Kyrie el. Orō.
Deus, q ſalutis ęternę bea/
tę Marię virginitate fęcū
da, humano generi pręmia pſti/
tuiſti: tribue qs, vt ipſam ꝓ nobis
intercedere ſentiamus, per quam
meruimus auctorē vitę ſuſcipe/
re dñm nřm Jeſum Chriſtum,
filium tuum. Qui tecum viuit.
¶ Ad vj. Hy⁹ Memēto. Añ.
In odorē. Ps. Ad te leuaui. 55.
Niſi q dñs. Qui ꝯfidūt. Cap.
Et radicaui in populo ho/ Eccl.
norificato, ⁊ in partes dei 24.
mei hęreditas illius: ⁊ in pleni/
tudine ſanctorum detentio mea.
℣. Benedicta tu in mulieribus.
℟. Et benedictus fructus ven
tris tui. Kyrie eleiſon. Chriſte
eleiſon. Kyrie eleiſon. Oratio.
Concede miſericors Deus
fragilitati noſtrę pręſidiū:
vt, qui ſanctę Dei genitricis me/
moriam agimus, interceſſionis
eius auxilio, a noſtris iniquitati
bus reſurgamus. Per eundem.
¶ Ad Nonā. Hymn. Memēto.
Añā. Pulchra es. Ps. In con/
uertendo. 55. Niſi dominus. 55.
Beati omnes. 56. Capitulum.
In plateis ſicut cinamomū Eccl.
⁊ balſamum aromatizans 24.
odorem dedi: quaſi myrrha ele/
cta dedi ſuauitatem odoris. ℣.
Poſt partū virgo inuiolata per
manſiſti. ℟. Dei genitrix inter
cede pro nobis. Kyrie eleiſon.
Chriſte elei. Kyrie el. Oratio.

Digitized by Google

FAmulorum tuorum, quæſumus domine, delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris nõ valemus, genitricis filij tui dñi nñri interceſſiõe ſaluemur. Per eũ.

Ad veſp. & Complet. vt ſupra.

OFFICIVM B. MARIAE in Aduentu.

Ad veſp. Aña. Miſſus. 546. cũ reſ. de Laud. ps. vt ſup. Cap.

Iſa. XI EGredietur virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcẽdet, & requieſcet ſuper eũ ſpiritus dñi.

Hy⁹. Aue maris. 540. ℣. Diffuſa eſt grã. vrſ. Ad Mag Aña. Spiritus ſanctus in te deſcẽdet Maria, ne timeas, habebis i vtero filium Dei, ha ab. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſon. Oro.

DEus, qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuũ, angelo nũciãte, carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionib⁹ adiuuemur. Per eundem Chriſtum dominum. Hæc Oro dicitur ad oẽs horas. Pro ſctis ad veſpe. & Laud. tantum. Añ. Ecce dñs veniet, & omnes ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux magna, ha ab. ℣. Ecce apparebit dominus ſuper nubem candidã. ℟. Et cũ eo ſanctorum millia. Oratio.

COnſcientias nñas, quæſ dñe, viſitando purifica: vt veniens Ieſus Chriſt⁹ filius tuus dñs noſter, cũ omnibus ſanctis, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum viuit.

Ad Completorium. Capitulũ.

ECce virgo ꝯcipiet & pariet filium, & vocabitur nomẽ eius Emmanuel: butyrũ & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum. ℣. Angelus dñi nũciauit Mariæ. ℟. Et ꝯcepit de ſpũ ſancto. Ad Nũc dimit. An. Spũs ſãctus in te deſcẽdet Maria, ne timeas, habebis in vtero filiũ dei, hal. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Oro. Deus q de btẽ Mariæ vir. vrſ. Iſa. 7

Ad mat. Inui. Hy⁹. Añæ, pſal. & ℣. vſq; ad Lec. dñr ſicut ante Aduẽ. pter añam. Poſt partũ. cuius loco dĩ Añ. Angelus domini nunciauit Mariæ, & concepit de ſpiritu ſancto, haleluiah. Abſolutio. Precibus & meritis. Iube domne bñdicere. Bño. Nos cum prole pia. vrſ. Lcõ j.

MIſſus eſt Angelus Gabriel a Deo i ciuitatẽ Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginẽ deſpõſatam viro, cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid, & nomẽ virginis Maria. Et ingreſſus angel⁹ ad eam, dixit: Aue gratia plena: dñs tecũ: benedicta tu in mulierib⁹. ℟. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariã virginẽ deſpõſatã Ioſeph, nunciãs ei verbũ: Luc. 1

& expa-

& expaueſcit virgo de lumine: ne timeas Maria, inueniſti gratiã apud dñm. Ecce concipies, & paries, & vocabit̃ altiſſimi filius. ℣. Dabit ei dñs deus ſedẽ Dauid pr̃is ei⁹: & regnabit in domo Jacob in eternum. Ecce. ℣. Jube. Bñdo. Ipſa virgo vͤginũ. L. v.

Q Ue cum audiſſet turbata eſt in ſermone ei⁹: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inueniſti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Jeſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur: & dabit illi dñs deus ſedẽ Dauid patris eius: & regnabit in domo Jacob in eternũ, & regni eius nõ erit finis. ℟. Aue Maria gratia plena, dominus tecũ. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi: quod enim ex te naſcet ſanctũ, vocabit̃ fili⁹ dei. ℣. Quõo fiet iſtud, qm̃ viruʒ nõ cognoſco? Et reſpõdens angelus dixit ei. Spũs. ℣. Jube domne. Bñdo. Per vͤginẽ matrẽ. L. vi.

D Ixit aũt Maria ad angelum: quomodo fiet iſtud: qm̃ virũ nõ cognoſco? Et reſpõdens angelus dixit ei: Spũs ſãctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi: ideoqʒ & qd̃ naſcetur ex te ſanctũ, vocabit filius dei. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua: & hic menſis eſt ſextus illi, que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbũ. Dixit aũt Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſm̃ verbum tuuʒ. ℟. Suſcipe verbuʒ virgo Maria, qđ tibi a dño per angelum tranſmiſſum eſt, concipies & paries deum pariter, & hominem. Ut benedicta dicaris inter oẽs mulieres. ℣. Paries quidem filiũ, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida, & eris mater ſemper intacta. Ut benedicta. Gloria patri. Ut.

Ad Laudes, & per Horas. Añ. M Iſſus eſt angel⁹ Gabriel ad Mariã virginẽ deſpõſatam Joſeph. Aña. Aue Maria gratia plena: dñs tecum, benedicta tu in mulieribus, halab. Aña. Ne timeas Maria, inueniſti gratiã apud dñm: ecce cõcipies, & paries filium, halab. Añ. Dabit ei dñs ſedẽ Dauid patris eius, & regnabit in eternũ. Aña Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſm̃ verbum tuũ. Capitu. Egredietur vir. 545. Hymnus, O glorioſa. 544. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui.

Ad Benedictus. Antiphona. Spiritus ſanctus, vt ſ. in veſpe. Hym. pſal. & ℣ſic. p Horas dñr ſicut ante Aduẽ. p̃ter ℣. None, & Completorij, cuius loco dr̃ Angelus Domini. vt infra.

Ad Primam. Capitulum.

Iſa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabit nomen eius Emmanuel: butyrũ, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonũ. ℣. Dignare me laudare. Ad Tertiã. Cap.

Iſa. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. ℣. Diffuſa eſt.

Ad Sextam. Capitulum.

Luc. 1. Dabit ei dñs Deus ſedem Dauid patris ei⁹, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ erit finis. ℣. Benedicta tu. Ad Nonam. Cap.

Ecce virgo cõcipiet. vt ſup. ad j. ℣. Angelus dñi nunciauit Mariæ. ℟. Et concepit de ſpiritu ſancto. Kyrie elei. &c. Ad veſ. an. Miſſus eſt Gabriel. cũ reſ. vt ſup. in primis veſperis. Ad Completorium. Capitulũ. Ecce virgo cõcipiet. ℣. Angel⁹ domini nũciauit Mariæ. ℟. Et cõcepit. Ad Nũc dimittis. Añ. Spiritus ſanct⁹. vt ſup. in veſp.

POST NATIVITATEM Domini

Offm̃ btẽ Mariæ dr̃ vt ante Aduẽtũ, exceptis his quæ ſequũtur. Ad Veſperas, Laudes, & per Horas. Antiphona.

O Admirabile cõmercium, creator generis humani animatũ corp⁹ ſumẽs de virgine naſci dignatus eſt, & pcedẽs homo ſine ſemine, largit⁹ eſt nobis ſuã deitatẽ. Añ. Quãdo nat⁹ es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vell⁹ deſcẽdiſti, vt ſaluũ faceres genus humanũ: te laudam⁹ Deus noſter. Aña. Rubũ quẽ viderat Moyſes incombuſtũ, conſeruatã agnouimus tuã laudabilem virginitatem, Dei genitrix intercede pro nobis. Aña. Germinauit radix Ieſſe: orta eſt ſtella ex Iacob, virgo peperit ſaluatorẽ, te laudam⁹ Deus noſter. Aña Ecce Maria genuit nobis ſaluatorẽ, quẽ Iohannes vidẽs exclamauit, dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi, halleluiah. Ad Bñs. Aña. Mirabile myſteriũ declaratur hodie, innouatur naturæ, Deus homo factus eſt, id qđ fuit pmãſit, & quod nõ erat aſſumpſit, nõ cõmiſtionẽ paſſus nec diuiſionẽ. Ad Mag. & Nuc dimittis. Añ. Magnũ hæreditatis myſteriũ: templũ Dei factus eſt vterus neſciẽs virũ: nõ eſt pollut⁹ ex ea carnẽ aſſumẽs: omnes gẽtes venient dicentes, Gloria tibi dñe. Oro.

Deus, q ſalutis æternæ beatæ Mariæ ṽginitate fęcũda, humano generi pmia præſtitiſti: tribue q̃s: vt ipſã p nobis intercedere ſentiam⁹: p quã meruim⁹ auctorẽ vitæ ſuſcipere dñm nr̃m Ieſum Chr̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Et dr̃ ad oẽs Horas. Deinde p Sanctis, & reliquũ Officium in aliis horis, vt ſupra ante Aduẽ.

Digitized by Google

¶Tempore paſchali fit Offi. beatę virginis ſicut ante Aduē/tū, ſed ad Bñdict⁹, ⁊ ad Mag. ⁊ Nunc dimittis dr̄ ſequēs Añ. Regina celi letare, halelu: quia quem meruiſti portare, halelu reſurrexit ſicut dixit, haleluiah. ora pro nobis Deum, haleluiah.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.



Dicitur extra tēpus Paſchale prima cuiuſq; mēſis die, non impedita feſto ix. lectionū alioquin prima die ſimiliter non impedita. In aduētu aūt, ⁊ Quadra. fer. ij. cuiuſlibet hebd. ſiſt nō impedita, preterq̄ in ferijs maioris hebd. In choro dicitur poſt officium diei, ideſt veſpere poſt veſpe. ⁊ Mat. poſt Laudes diei, niſi alia ſit ɔſuetudo eccleſiarū: extra Chorū ꝑ opportunitate tpis. Ad veſp. abſolute incipit. Añā.

Placebo dño in regione viuorum. Ps. Dilexi. fol. 54. In fine omnium Pſalmorū dr̄ Requiem ęternā dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. Añ. Hei mihi dñe, quia incolat⁹ me⁹ prolongatus eſt. ps. Ad dñm cū tribu. 54. Añ. Dñs cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animā tuā dñs. ps. Leuaui oculos. 54.

Añā. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit? ps. De profun. 56. Añ. Opera manuū tuarū dñe ne deſpicias. ps. Confitebor. 56. ℣. Audiui vocē de cęlo dicentem mihi. ℟. Beati mortui, qui in dño moriuntur. Ad Mag. Añā. Omne qđ dat mihi pater, ad me veniet, ⁊ eum qui venit ad me, nō eijciā foras. Preces infraſcriptę dr̄r flexis genibus, ſimiliter ⁊ ad Laudes. Pater nr̄. ſecr. ℣. Et ne nos ind. ℟. Sed libe. ps. Lauda anima mea dominum. 60. eius loco ad Laudes dicitur ps. De profun. qui pſalmi nō dr̄r in die Oīum fidelium defuncto. In fine pſal. ℣. Requiē ęte. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe aīas eorū. ℣. Requieſcāt in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi orationē meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiſ. ℟. Et cū. Oro.

Deus, qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali, ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere: preſta, quęſumus, vt eorum quoq; perpetuo aggregentur conſortio.

Deus veniç largitor, ⁊ humanę ſalutis amator, quęſum⁹ clementiā tuā: vt noſtrę cōgregationis fratres, ꝓpinquos, ⁊ bñfactores, q ex hoc ſeculo trāſierūt, beata Maria ſemp virgine intercedente, cū oībus ſanctis tuis, ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire cōcedas.

Fidelium Deus omnium cōditor, et redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis et regnas in ſęcula ſęculorum. R. Amen.

In die vero Commemorationis omnium fidelium defunctorum quando dicitur hęc vltima tantum Oratio, dicitur Qui viuis et regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus ſancti. etc.

In die depoſitionis defuncti. Oratio.

Abſolue, quęſumus domine, animam famuli tui N. vt defunctus ſęculo tibi viuat: et quę per fragilitatem carnis, humana conuerſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimę pietatis abſterge. Per dominum noſtrum.

In anniuerſario die. Oratio.

Deus, indulgentiarum domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniuerſarium depoſitionis diem cōmemoramus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per dominum noſtrum.

Si pro vno tantum fit anniuerſarium, dicatur in ſingulari numero: ſimiliter et pro vno epiſcopo vel ſacerdote in oratione, Deus qui inter apoſtolicos, ſi fuerit epiſcopus, omittitur ſeu ſacerdotali, ſi tantum ſacerdos: pontificali ſeu. Pro fratribus vero et familiaribus, vel benefactoribus dicitur Oratio. Deus veniç largitor: vt ſupra.

Pro patre, et matre. Oratio.

Deus, qui nos patrem, et matrem honorare precepiſti, miſerere clementer animabus patris ac matris meę, eorumque peccata dimitte, meque eos in ęternę claritatis gaudio fac videre. Per dominum.

Si fit pro pluribus, dicitur animabus parentum noſtrorum. et vbi dicitur meque, dicatur noſque. Si pro patre tantum, animę patris mei vel noſtri, Si pro matre tantum, dicatur animę matris meę, vel noſtrę.

V. Requiem ęternam dona eis domine. R. Et lux perpetua luceat eis. V. Requieſcant in pace. R. Amen.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Regem, cui omnia viuunt, Venite adoremus. Pſ. Venite. Hoc Inuitatorium dicitur tantum in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. et in die Depoſitionis defuncti in quibus diebus dicuntur tres infraſcripti nocturni. et Antiphonę duplicantur: alijs temporibus dicitur tantum vnum nocturnum cum ſuis Laudibus hoc ordine, Secunda et v. feria. j. noc. Tertia et vj. ſecundum noc. Quarta feria, et Sabb. iij. noct. Pro feria ij. et v. in j. nocturno. Antiphona. Dirige. Pſalmus.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis meę: rex meus, et Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane aſtabo tibi et videbo: quoniam non

non Deus volēs iniquitatē tu es.
Neque habitabit iuxta te mali/gnus: neq; permanebunt iniu/sti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquūtur mendacium.
Uirum sanguinum ꝛ doloſum abominabitur dñs: ego autem in multitudine misericordię tuę.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuū in timore tuo.
Dñe deduc me in iuſtitia tua, propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Sepulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe age/bant, iudica illos Deus.
Decidant a cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impie/tatum eorum expelle eos: quo/niam irritauerunt te domine.
Et letentur omnes qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, ꝛ habitabis in eis.
Et glorîabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quo/niam tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bonę volunta/tis tuę: coronaſti nos.
Requiē. Aii. Dirige dñe Deus meus in conſpectu tuo viā meā.
Aña. Conuertere. Pſalmus.

Domine, ne in furore tuo ar/guas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei domine, quoniam infirmus ſum: ſana me domine: quoniā cōturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt val/de: ſed tu domine vſquequo?
Conuertere domine, ꝛ eripe ani/mam meam: ſaluum me fac pro/pter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, laua/bo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite a me omnes qui ope/ramini iniquitatem: quoniam exaudiuit dñs vocē fletus mei.
Exaudiuit dñs deprecationem meam: dominus orationem mea/am ſuſcepit.
Erubeſcāt ꝛ ꝯturbentur vehemē/ter omnes inimici me: cōuertan/tur ꝛ erubeſcant valde velociter.
Requiē. Aña. Cōuertere dñe, ꝛ eripe animā meam: quoniā nō eſt in morte, qui memor ſit tui.
Aña. Ne quando. Pſalmus.

Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, ꝛ libera me.
Nequando rapiat vt leo animā meam: dum nō eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.
Dñe Deus meus ſi feci iſtud ſi eſt

ſi eſt iniquitas in manib⁹ meis.
Si reddidi retribuentibus mihi
mala: decidam merito ab inimi-
cis meis inanis.
Perſequatur inimicus animã
meam: ⁊ comprehendat, ⁊ con-
culcet in terra vitã meam: ⁊ glo
riã meã in puluerem deducat.
Exurge dñe in ira tua: ⁊ exalta
re in finibus inimicoꝝ meorũ.
Et exurge dñe Deus meus in
precepto quod mãdaſti: ⁊ ſyna
goga populorũ circũdabit te.
Et propter hanc in altũ regre-
dere: dominus iudicat populos.
Iudica me dñe ſecundum iu-
ſtitiam meam: ⁊ ſecundum in-
nocentiam meam ſuper me.
Conſumetur nequitia peccato
rũ, ⁊ diriges iuſtũ: ſcrutans cor
da ⁊ renes Deus.
Iuſtũ adiutoriũ meũ a domi-
no: qui ſaluos facit rectos corde.
Deus iudex iuſt⁹, fortis, ⁊ patiẽs:
nunqd iraſcit̃ ꝑ ſingulos dies?
Niſi conuerſi fueritis, gladium
ſuum vibrabit: arcum ſuũ tetẽ-
dit, ⁊ parauit illum.
Et in eo parauit vaſa mortis: ſa
gittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniuſtitiã, cõce-
pit dolorẽ ⁊ peperit iniquitatẽ.
Lacũ aperuit: ⁊ effodit eũ: ⁊
incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput
eius: ⁊ in verticem ipſius iniqui
tas eius deſcendet.
Cõfitebor dño ſ͠m iuſtitiã eius:
⁊ pſallam nomini dñi altiſſimi.
℟. Requiem. Añ. Nequando ra
piat vt leo animã meam: dũ nõ
eſt qui redimat, neq; qui ſaluũ
faciat. ℣. A porta inferi. ℟.
Erue domine animas eorum.
Pater noſter. totum ſecreto.
Lectões legunt̃ ſine Abſolõne, ⁊
Bñdictionibus, ⁊ Titulo. L. j.
Parce mihi dñe, nihil enim Job.
ſũt dies mei. Quid eſt ho 7
mo: q: magnificas eũ: aut qd ap
ponis erga eũ cor tuũ? Viſitas eũ
diluculo, ⁊ ſubito ꝓbas illũ. Uſ
quequo nõ parcis mihi, nec di-
mittis me, vt glutiã ſaliuã meã?
Peccaui. Quid faciã tibi, o cu-
ſtos hominũ? Quare poſuiſti me
cõtrariũ tibi, ⁊ factus ſũ mihi
metipſi grauis? Cur non tollis
peccatũ meũ? ⁊ quare nõ aufers
iniquitatẽ meã? Ecce nũc in pul
uere dormiã, ⁊ ſi mane me qſie-
ris, nõ ſubſiſtã. Sic terminant̃
lec. ſine Tu autem. ℟. Credo
q: redemptor meus viuit: ⁊ in
nouiſſimo die de terra ſurrectu-
rus ſũ: Et in carne mea videbo
deũ ſaluatorẽ meũ. ℣. Quẽ vi-
ſurus ſũ ego ipſe, ⁊ nõ alius, ⁊
oculi mei cõſpecturi ſũt. Et. L. ij.
Taedet animam meã vitę Job.
meę, dimittã aduerſũ me 10
eloquiũ meũ. Loquar in ama
ritudine animę meę: dicã deo no
li me cõdemnare. Indica mihi,
cur me ita iudices. Nunqd bo-
nũ tibi videtur ſi calũnieris, ⁊
opprimas me opus manuũ tua
rum, ⁊ cõſiliũ impioꝝ adiuues?

Digitized by Google

Nunqd oculi carnei tibi ſũt, aut ſicut videt homo, ꝛ tu vides? Nũ qd ſicut dies hoīs dies tui, ꝛ anni tui, ſicut humana ſunt tpa? vt q̇ras iniquitatē meā, ꝛ peccatum meũ ſcruteris. Et ſcias q̄ nihil impiũ fecerim, cũ ſit nemo, q de manu tua poſſit eruer. ℞. Qui Lazaꝝ reſuſcitaſti a monumēto fętidũ. Tu eis dn̄e dona requiē, ꝛ locũ indulgētię. ℣. Qui ventu rus es iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſęculũ p ignem. Tu eis. L. iij.

Job. 10 Manus tuę dn̄e fecerũt me, ꝛ plaſmauerũt me totũ in circuitu: ꝛ ſic repēte pcipitas me? Memēto q̇ſo, q ſicut lutũ feceris me, ꝛ in puluerē reduces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me, ꝛ ſicut caſeũ me coagulaſti? Pelle ꝛ carnibus veſtiſti me, oſſibus ꝛ neruis cōpegiſti me. Vitā, ꝛ miſericordiā tribuiſti mihi, ꝛ viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritũ meũ. ℞. Dn̄e qñ veneris iudicare terrā, vbi me abſcondā a vultu irę tuę? Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa mea paueſco, ꝛ ante te erubeſco: dũ veneris iudicare, noli me cōdēnare. Quia. ℣. Requiē. Or. In ij. noc. ꝛ p feria iij. ꝛ vj. Añ. In loco paſcuę. Pſalmus.

Dominus regit me, ꝛ nihil mihi deerit: i loco paſcuę, ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me: aīam meā conuertit.
Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitię: propter nomen ſuum.
Nam ꝛ, ſi ambulauero in medio vmbrę mortis: nō timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua ꝛ baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti in conſpectu meo menſā: aduerſus eos q tribulāt me.
Impinguaſti i oleo caput meũ: ꝛ calix meus inebrians quā pręclarus eſt?
Et miſericordia tua ſubſequet me: omnibus diebus vitę meę.
Et vt inhabitem in domo dn̄i: in longitudinem dierum.
Requiem ęternam. Añ. In loco paſcuę ibi me collocauit.
Añ. Delicta. Pſalmus.

Ad te dn̄e leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam.
Neq; irrideāt me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.
Vias tuas domine demonſtra mihi: ꝛ ſemitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, ꝛ doce me: q: tu es Deus ſaluator meus, ꝛ te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationũ tuarum dn̄e: ꝛ miſericordiarũ tuarum, quę a ſęculo ſunt.
Delicta iuuētutis meę: ꝛ ignorantias meas ne memineris.
Secundum miſericordiā tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.

Dulcis

Digitized by Google

Dulcis & rectus dñs: ꝓpter hoc legē dabit delinquētibus in via.
Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.
Uniuerſę vię domini, miſericordia & veritas: requirentibus teſtamentū eius, & teſtimonia eius.
Propter nomē tuū dñe, ꝓpitiaberis pctō meo: multū eſt enim.
Quis eſt homo q timet dñm: legem ſtatuit ei in via quā elegit.
Anima eiꝰ in bonis demorabit: & ſemē eius hereditabit terram.
Firmamentum eſt dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius, vt manifeſtetur illis.
Oculi mei ſemp ad dñm: qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos.
Reſpice in me & miſerere mei: quia vnicus, & pauper ſum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
Uide humilitatē meam, & laborem meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.
Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt: & odio iniquo oderunt me.
Cuſtodi animā meā, & erue me: nō erubeſcam, qm̄ ſperaui in te.
Innocentes & recti adheſerunt mihi: quia ſuſtinui te.
Libera Deus Iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis.
Requiem eternam.
Aña. Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris dñe. Aña. Credo videre. Ps.

Dominus illuminatio mea; & ſalus mea: quē timebo?
Dominus protector vitę meę: a quo trepidabo?
Dum appropiant ſuper me nocentes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.
Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.
Unam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vitę meę.
Ut videam voluntatem domini: & viſitem templum eius.
Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferationis: cantabo, & pſalmū dicā dño.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miſerere mei & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exqſiuit te facies mea: faciē tuā dñe requirā.
Ne auertas faciem tuam a me: & ne declines in ira a ſeruo tuo.
Adiutor meus eſto, ne derelinquas me: neqꝫ deſpicias me deꝰ ſalutaris meus.
Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus

autem

Digitized by Google

autem aſſumpſit me.
Dirige me domine in via tua: ⁊ dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, ⁊ mentita eſt iniquitas ſibi.
Credo videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dn̄m, viriliter age: ⁊ confortetur cor tuum, ⁊ ſuſtine dn̄m.
Requiem. Añ. Credo videre bona dn̄i in terra viuentium. ℣. Collocet eos dn̄s cū principib⁹. ℟. Cū principibus populi tui. Pater noſter. totū ſecre. L. iiij.

Job. 13. Reſponde mihi: quantas habeo iniquitates, ⁊ peccata ⁊ ſcelera mea, atq; delicta oſtende mihi. Cur faciē tuā abſcondis, ⁊ arbitraris me inimicū tuū? Contra foliū quod vēto rapitur, oſtēdis potentiam tuam, ⁊ ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines, ⁊ cōſumere me vis peccatis adoleſcentię meę. Poſuiſti in neruo pedē meum, ⁊ obſeruaſti omnes ſemitas meas, ⁊ veſtigia pedū meorū cōſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, ⁊ quaſi veſtimentū, quod comeditur a tinea. ℟. Memēto mei Deus, qa vētus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Nec aſpiciat me. Lectio quinta.

Homo nat⁹ de muliere breui viuens tēpore, repletur Job. 14.
multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, ⁊ cōteritur, ⁊ fugit velut vmbra, ⁊ nunq̄ in eodē ſtatu permanet: Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, ⁊ adducere eū tecū in iudiciū? Quis poteſt facere mundum de immūdo cōceptū ſemine? Nonne tu, qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt: numerus menſiū eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos ei⁹, qui preterire nō poterunt. Recede ergo paululum ab eo: vt quieſcat, donec optata veniat, ⁊ ſicut mercenarij dies eius. ℟. Hei mihi dn̄e, quia peccaui nimis in vita mea: quid faciā miſer? vbi fugiā, niſi ad te deus meus? Miſerere mei dum veneris in nouiſſimo die. ℣. Anima mea turbata eſt valde, ſed tu domine ſuccurre ei. Miſerere. Lect. vj.

Quis mihi hoc tribuat? vt Job. 14.
in inferno protegas me: ⁊ abſcondas me donec pertranſeat furor tuus, ⁊ conſtituas mihi tēpus in quo recorderis mei. Putas ne mortuus homo rurſus viuat? Cūctis diebus, quibus nūc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Uocabis me, ⁊ ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarū porriges dexterā. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis. ℟. Ne recorderis peccata mea dn̄e, Dum veneris iudicare ſeculū p ignem.

℣. Di

℣. Dirige dñe Deus meus in cō
ſpectu tuo viam meā. Dum ve.
℣. Requiem. Dum veneris.
In ij. noct. & feria iiij. & Sab
batho. Añ. Complaceat. Ps.
EXpectans expecta
ui dñm. 25. Añ. Cō
placeat tibi dñe vt
eruas me: dñe ad
adiuuādū me reſpi
ce. Añ. Sana dñe. Pſalmus.
Beatus qui intelligit. 26. Añ.
Sana domine animā meā: quia
peccaui tibi. Añ. Sitiuit. Ps.
Quemadmodū. 26. Añ. Sitiuit
anima mea ad Deū fontē viuū,
quando veniā & apparebo ante
faciem dñi? ℣. Ne tradas beſtijs
aias cōfitentes tibi. ℟. Et aias
pauperū tuoꝝ ne obliuiſcaris in
finē. Pater nr. totū ſecre. L. vij.
Job. SPiritus meus attenuabitur:
17. dies mei breuiabūtur, & ſo
lū mihi ſupereſt ſepulcrū. Nō
peccaui, & in amaritudinib⁹ mo
ratur ocul⁹ me⁹. Libera me dñe
& pone me iuxta te, & cuiuſuis
manus pugnet contra me. Dies
mei tranſierūt, cogitationes meę
diſſipatę ſūt, torquētes cor meū.
Noctē verterunt in diem, & rur
ſum poſt tenebras ſpero lucē. Si
ſuſtinuero, infernus domus mea
eſt, & in tenebris ſtraui lectulum
meum. Putredini dixi: Pater
meus es: Mater mea, & ſoror
mea, vermib⁹. Ubi eſt ergo nūc
prę ſtolatio mea, & patiētia mea?
Tu es dñe Deus me⁹. ℟. Pec-
cantem me quotidie, & nō me pę
nitētem timor mortis conturbat
me: Quia in inferno nulla eſt re
demptio, miſerere mei Deus, &
ſalua me. ℣. De⁹ in nomine tuo
ſaluum me fac, & in virtute tua
libera me. Quia in. Lectio viij.
PElli meę conſumptis car Job.
nibus adheſit os meum, & 14.
derelicta ſunt tātummodo labia
circa dentes meos. Miſeremini
mei, miſeremini mei, ſaltem vos
amici mei, quia manus dñi teti
git me. Quare perſequimini me
ſicut Deus, & carnibus meis ſa
turamini? Quis mihi tribuat, vt
ſcribantur ſermones mei? Quis
mihi det, vt exarētur in libro ſty
lo ferreo, & plūbi lamina, vel cel
te ſculpantur in ſilice? Scio enim q
redēptor me⁹ viuit, & in nouiſſi
mo die de terra ſurrecturus ſum,
& rurſum circūdabor pelle mea,
& in carne mea videbo Deū ſal
uatorē meū. Quem viſurus ſū
ego ipſe, & oculi mei conſpecturi
ſunt, & nō alius. Repoſita eſt hęc
ſpes mea in ſinu meo. ℟. Dñe
ſm actū meū noli me iudicare:
nihil dignū in cōſpectu tuo egi:
ideo deprecor maieſtatem tuā.
Ut tu Deus deleas iniquitatem
meam. ℣. Amplius laua me do
mine ab iniuſtitia mea, & a deli
cto meo munda me. Ut tu. L. ix.
QUare de vulua eduxiſti
me? qui vtinam conſum
ptus eſſem, ne ocul⁹ me videret.
Fuiſſem, quaſi nō eſſem de vtero
tranſla-

tranſlatus ad tumulũ. Nũquid nõ paucitas dierũ meoꝶ finietur breui? Dimitte me ergo, vt plãgã paululũ dolorẽ meũ, antequã vadã, ꝛ nõ reuertar ad terrã tenebroſaꝫ, ꝛ opertã mortis caligine: terrã miſerię ꝛ tenebrarum, vbi vmbra mortis, ꝛ null' ordo, ſed ſempitern' horror inhabitat.

℟. Libera me dñe de vijs inferni, qui portas ęreas cõfregiſti, ꝛ viſitaſti infernũ, ꝛ dediſti eis lumẽ, vt viderent te: Qui erant in pęnis tenebrarũ. ℣. Clamantes, ꝛ dicentes, aduenisti redemptor noster. Qui. Requiem. Qui.

Seq. ℟. dĩ ſolũmodo i craſtino Oium ſcõꝶ, ꝛ qñcũqꝫ ꝓ defunctis dũr ix. lcões. ℟. Libera me dñe de morte ęterna in die illa tremẽda. Qñ cęli mouẽdi sũt ꝛ terra, Dũ veneris iudicare ſeculũ ꝑ ignẽ. ℣. Tremens factus ſum ego, ꝛ timeo, dum diſcuſſio venerit, atqꝫ vẽtura ira. Qñ. ℣. Dies illa, dies irę, calamitatis, ꝛ miſerię, dies magna, ꝛ amara valde. Dũ. ℣. Requiẽ. Libera.

Ad Laud. abſolute incipit Añ. Exultabũt dño oſſa humiliata. ps. Miſerere mei Deus. 23. Aña. Exaudi domine. Pſalmus.

TE decet hymnus Deus in Sion: ꝛ tibi reddetur votũ in Jeruſalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum pręualuerũt ſuper nos: ꝛ impietatibus noſtris tu propitiaberis.

Beatus quem elegiſti ꝛ aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuę: ſanctum eſt templum tuum, mirabile in ęquitate.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terrę, ꝛ in mari longe.

Pręparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, ꝛ timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis: exitus matutini ꝛ veſperę delectabis.

Viſitaſti terram ꝛ inebriaſti eã: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletũ eſt aquis: paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt pręparatio eius.

Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius lętabitur germinans.

Benedices coronę anni benignitatis tuę: ꝛ campi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent ſpecioſa deſerti: ꝛ exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ouiũ, ꝛ valles abundabũt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem. Aña. Exaudi domine orationem meam: ad te omnis caro veniet. Aña. Me ſuſcepit dextera tua domine. ps. De'

Deus

Digitized by Google

Deus Deus meus ad te. 8.
A porta inferi. Canticum.
Ego dixi in dimidio dierũ meorum: vadam ad portas inferi.
Queſiui reſiduũ annorum meorum: dixi, non videbo dominũ deum in terra viuentium.
Non aſpiciam hominem vltra: ⁊ habitatorem quietis.
Generatio mea ablata eſt ⁊ conuoluta eſt a me: quaſi tabernaculũ paſtorum.
Precisa eſt velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer ſuccidit me, de mane vſq; ad veſperam finies me.
Sperabã vſq; ad mane: quaſi leo, ſic contriuit omnia oſſa mea.
De mane vſq; ad veſperã finies me: ſicut pullus hirũdinis ſic clamabo, meditabor vt columba.
Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.
Dñe, vim patior, reſponde pro me: quid dicam: aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: i amaritudine animę meę.
Domine ſi ſic viuitur, ⁊ in talibus vita ſpiritus mei: corripies me, ⁊ viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autẽ eruiſti animam meam vt nõ periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus cõfitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe cõfitebitur tibi, ſicut ⁊ ego hodie: pater filys notam faciet veritatem tuam.
Dñe ſaluum me fac, ⁊ pſalmos noſtros cantabimus cũctis diebꝰ vitę noſtrę in domo domini.
Requiẽ. Añã. A porta inferi erue dñe aĩam meam. Añ. Ois ſpũs laudet dñm. ps. Laudate dominum de celis. 9. ℣. Audiui vocẽ de cęlo, dicẽtẽ mihi. ℟. Beati mortui qui in dño moriuntur.
Ad Bñs Añã. Ego ſũ reſurrectio, ⁊ vita: q credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, viuet: ⁊ ois, q viuit ⁊ credit in me, non morietur in ęternũ. Deinde. P̃ñr. totũ ſecre. ps. De profundis. cũ precibus, ⁊ orõnibꝰ, vt ſup. in veſp.

PSALMI GRADVALES.

Dicunt feria iiij. cuiuſlibet hebdomadę in Quadrag. nõ impedita aliquo feſto noue lectõnũ, in Choro ante Matu. dici, extra Chorum, pro opportunitate temporis. Et iſti primi v. pſalmi dicuntur ſine Gloria patri. Et in fine vltimi, dicitur Requiem. Incipitur abſolute ſine Añ. ps.
Ad dñm cum tribularer. 54.
Leuaui oculos meos.
Letatus ſum in his quę. 55.
Ad te leuaui oculos meos.
Niſi quia dñs erat in. cum ℣.
Requiem ęternã dona eis dñe.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

Deinde

Deinde dicitur flexis genibus
Pater noſter. ſecreto. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera nos.
℣. A porta inferi. ℟. Erue do/
mine animas eorum.
℣. Requieſcāt ī pace. ℟. Amē.
℣. Dñe exaudi orationem meā.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Abſolue, queſum⁹ domine, animas famulorum, famularumq; tuarum, & omniū fidelium defunctorū ab omni vinculo delictorum: vt in reſurrectionis gloria, inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtū dñm nrm. ℟. Amen.

Dicta oratione ſtatī dicunt aīq; pſalmi Graduales, qui ſequunt.
In fine cuiuſlibet Pſalmi dicit
Gloria patri, & filio, & ſpiritui.
Qui confidunt in domino. 55.
In conuertendo dominus.
Niſi dñs ędificauerit domum.
Beati omnes, qui timent.
Sępe expugnauerunt me.
Quib⁹ finitis dī flexis genibus.
Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ.
Pater noſter. ſecreto.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.
℣. Memēto cōgregationis tuę.
℟. Quam poſſediſti ab initio.
℣. Dñe exaudi orationem meā.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Oratio.

Deus, cui ꝓpriū eſt miſereri ſemꝑ & parcere, ſuſcipe deprecationē nrām: vt nos & oēs famulos tuos, quos delictoꝝ catena cōſtringit, miſeratio tuę pietatis clemēter abſoluat. Per Chrm.

Deinde abſolute, videlicet. Et in fine cuiuſlibet pſalmi dī Gloria pri.
De profundis clamaui. 56.
Domine non eſt exaltatum.
Memento domine Dauid.
Ecce quā bonū & q̄ȝ iucun. 57.
Ecce nunc benedicite dominū.
vt in fine Completorij. folio. 61.
Quibus finitis dī flexis genib⁹.
Kyrie el. Chriſte el. Kyrie eleiſ.
Pr nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperātes in te. ℣.
Dñe exau. ℣. Dñs vobiſ. Oro.

Pretende dñe famulis & famulab⁹ tuis dexterā cęleſtis auxilij: vt te toto corde ꝑquirāt, & quę digne poſtulāt conſeq mereātur. Per Chriſtū dñm.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES, cum Litanijs.

Dicuntur flexis genibus in omnibus ſextis ferijs Quadrageſimę, quando officiū fit de feria. Litanię autem omiſſis Septem Pſalmis dicuntur in Litanijs maioribus in feſto ſancti Marci, & in tribus diebus Rogationum. Dicuntur autem in Quadrageſima in Choro poſt Matutinū dici, extra Chorum pro opportunitate temporis. Aña. Ne reminiſcaris. Pſalmus.

Domi/



Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei domine, quoniam infirmꝰ ſum: ſana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſquequo?

Conuertere domine, ⁊ eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui ĩ gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ: lacrymis meis ſtratũ meũ rigabo.

Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatẽ: quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei.

Exaudiuit dñs deprecationem meã: dñs orationẽ meã ſuſcepit.

Erubeſcãt ⁊ ↄturbenť vehemẽter oẽs inimici mei: conuertãtur ⁊ erubeſcant valde velociter.

Gloria patri. Pſalmus.

Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quorum tecta ſunt peccata.

Beatꝰ vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec eſt in ſpũ eiꝰ dolus.

Quoniã tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarẽ tota die.

Quoniã die ac nocte grauata eſt ſuper me manꝰ tua: cõuerſus ſum in erũna mea, dũ cõfigitur ſpina.

Delictũ meũ cognitũ tibi feci: ⁊ iniuſtitiam meã non abſcondi.

Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino: ⁊ tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore opportuno.

Verũtñ in diluuio aquarũ multarũ: ad eũ non approximabunt.

Tu es refugiũ meũ a tribulatione que circũdedit me: exultatio mea, erue me a circũdãtibꝰ me.

Intellectũ tibi dabo, ⁊ inſtruam te in via hac qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos.

Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus: quibus non eſt intellectus.

In camo ⁊ freno maxillas eorũ ↄſtringe: q nõ approximãt ad te.

Multa flagella peccatoris, ſperantes autem in domino miſericordia circundabit.

Letamini in dño, ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini oẽs recti corde.

Gloria patri. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniã ſagitte tue infixe ſunt mihi: ⁊ confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorũ meorum.

Quo-

Quoniã iniquitates meę ſuper/
greſſę ſunt caput meum: ⁊ ſicut
onꝰ graue grauatę ſunt ſup me.
Putruerũt ⁊ corruptę ſunt cica/
trices meę: a facie inſipiẽtię meę.
Miſer factus ſum: ⁊ curuatus
ſum vſque in finem: tota die con
triſtatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti
ſunt illuſionibus: ⁊ non eſt ſani/
tas in carne mea.
Afflictus ſum, ⁊ humiliatus
ſum nimis: rugiebam a gemitu
cordis mei.
Domine ante te omne deſideriũ
meum: ⁊ gemitus meus a te nõ
eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt,
dereliquit me virtus mea: ⁊ lu/
men oculorum meorum, ⁊ ipſuꝫ
non eſt mecum.
Amici mei, ⁊ proximi mei ad/
uerſuꝫ me appropinquauerunt,
⁊ ſteterunt.
Et qui iuxta me erant de longe
ſteterunt: ⁊ vim faciebant, qui
quęrebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi,
locuti ſunt vanitates: ⁊ dolos to/
ta die meditabantur.
Ego autẽ tanquam ſurdus nõ
audiebam: ⁊ ſicut mutus non
aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non
audiens: ⁊ non habens in ore
ſuo redargutiones.
Quoniã in te domine ſperaui:
tu exaudies me dñe Deus meus.
Quia dixi, nequando ſupergau/

deant mihi inimici mei: ⁊ dum
commouentur pedes mei, ſuper
me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella para/
tus ſum: ⁊ dolor meus in conſpe
ctu meo ſemper.
Quoniam iniquitatẽ meã annuncia/
bo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.
Inimici autẽ mei viuũt, ⁊ cõfir
mati ſunt ſuper me: ⁊ multipli/
cati ſunt, qui oderũt me inique.
Qui retribuũt mala pro bonis,
detrahebant mihi: quoniam ſe/
quebar bonitatem.
Ne derelinquas me dñe Deus
meus: ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutorium meũ
domine Deus ſalutis meę.
Gloria patri. Pſalmus.
Miſerere mei Deus: ſecun
dum magnam miſericor
diam tuam.
Et ſecũdũ multitudinẽ miſera/
tionũ tuarũ: dele iniquitatẽ meã.
Amplius laua me ab iniquitate
mea: ⁊ a peccato meo mũda me.
Quoniam iniquitatem meam
ego cognoſco: ⁊ peccatum meũ
contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, ⁊ malum corã
te feci: vt iuſtificeris in ſermoni/
bus tuis, ⁊ vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus cõ/
ceptus ſum: ⁊ in peccatis conce/
pit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti:
incerta, ⁊ occulta ſapientię tuę
manifeſtaſti mihi.
Aſperges me domine hyſſopo

ꝛ mundabor: lauabis me, ꝛ ſuper niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudiū ꝛ leticiā: ꝛ exultabūt oſſa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis: ꝛ oēs iniqtates meas dele.

Cor mundum crea in me deus: ꝛ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.

Ne ꝓiicias me a facie tua: ꝛ ſpm̄ ſanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiā ſalutaris tui: ꝛ ſpiritu principali cōfirma me.

Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impij ad te conuertentur.

Libera me de ſanguinibꝰ Deꝰ Deus ſalutis meę: ꝛ exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: ꝛ os meum annunciabit laudez tuā.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſem: vtiqꝫ holocauſtis nō delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum ꝛ humiliatum Deus non deſpicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion: vt ędificētur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificiū iuſticię, oblationes, ꝛ holocauſta: tūc imponēt ſuꝑ altare tuū vitulos. Gloria patri.

Pſalmus.

Domine exaudi orationem meam: ꝛ clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuaz a me: in quacunqꝫ die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: ꝛ oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

Percuſſus ſum vt fęnū, ꝛ aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhęſit os meum carni meę.

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui: ꝛ factus ſuz ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

Tota die exprobrabāt mihi inimici mei: ꝛ qui laudabant me aduerſum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panes manducabam: ꝛ potum meum cum fletu miſcebam.

A facie irę indignationis tuę: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: ꝛ ego ſicut fęnum arui.

Tu autem domine in ęternum permanes: ꝛ memoriale tuum in generatione ꝛ generatione.

Tu exurgens miſereberis ſion: quia tēpus miſerendi eius, quia venit tempus.

Qm̄ placuerūt ſeruis tuis lapides eius: ꝛ terrę eius miſerebunt.

Et timebunt gētes nomē tuum dn̄e: ꝛ oēs reges terrę gloriā tuā.

Quia ędificauit dominus Sion: ꝛ videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationez humilium: ꝛ non ſpreuit preces eorum.

Scribantur hec in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia pſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs de celo in terrã aſpexit.

Ut audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Ut annunciẽt in Sion nomẽ domini: & laudẽ eiꝰ in Jeruſalẽ.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiãt domino.

Rñdit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ dierũ meorũ nuncia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationẽ & generationem anni tui.

Initio tu dñe terrã fundaſti: & opera manuum tuarũ ſunt celi.

Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.

Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficient.

Filij ſeruorũ tuorũ habitabũt, & ſemẽ eorũ in ſeculũ dirigetur.

Gloria patri. Pſalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee.

Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te ppitiatio eſt: & ꝓpter legem tuam ſuſtinui te dñe.

Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in dño.

A cuſtodia matutina vſque ad noctẽ: ſperet Iſrael in domino.

Quia apud dominũ miſericordia: & copioſa apud eũ redẽptio.

Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria patri. Pſalmus.

Domine exaudi orationem meã, auribus percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo: quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorũ, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expãdi manus meas ad te: aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciẽ tuã a me: & ſimilis ero deſcẽdentibus in lacũ.

Auditam fac mihi mane miſericordiã tuã: quia in te ſperaui.

Notã fac mihi viã in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animã meã.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi: doce me facere voluntatem tuã: qa Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonꝰ deducet me

in terram rectam: propter nomē tuum domine viuificabis me in equitate tua.
E duces de tribulatione animā meā: ⁊ in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.
Et pdes oēs, qui tribulāt animā meam: qm ego ſeruus tuus ſum.
Gloria patri. Aña. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum, neq; vindictam ſumas de peccatis nřis.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cęlis Deus, miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora
Sancta virgo virginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
Omnes ſancti angeli, ⁊ archangeli, orate
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines orate
Sancte Johānes Baptiſta, ora
Omnes ſancti Patriarchę, ⁊ Prophetę orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Johannes ora
Sancte Thoma ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Philippe ora
Sancte Bartholomęe ora
Sancte Matthęe ora
Sancte Simon ora
Sancte Thadęe ora
Sancte Matthia ora
Sancte Barnaba ora
Sancte Luca ora
Sancte Marce ora
Omnes ſancti apoſtoli, ⁊ euangeliſtę orate
Omnes ſācti diſcipuli dñi, orate
Omnes ſancti Innocētes, orate
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora
Sancte Vincenti ora
Sancti Fabiane, ⁊ Sebaſtiane orate
Sācti Johānes, ⁊ Paule orate
Sācti Coſma, ⁊ Damiane ora.
Sācti Geruaſi, ⁊ Protaſi orate
Omnes ſancti martyres orate
Sancte Sylueſter ora
Sancte Gregori ora
Sancte Ambroſi ora
Sancte Auguſtine ora
Sancte Hieronyme ora
Sancte Martine ora
Sancte Nicolae ora
Omnes ſancti pontifices, ⁊ confeſſores orate
Omnes ſancti doctores orate
Sancte Benedicte ora
Sancte Antoni ora

Sancte

Sancte Bernarde ora
Sancte Dominice ora
Sancte Franciſce ora
Omnes ſancti ſacerdotes, & leuitę orate
Omnes ſancti monachi & Eremitę orate
Sācta Maria Magdalena ora
Sancta Agatha ora
Sancta Lucia ora
Sancta Agnes ora
Sancta Cęcilia ora
Sancta Catherina ora
Sancta Anaſtaſia ora
Oēs ſctē virgines, & viduę, orate
Omnes ſancti & ſanctę Dei, intercedite pro nobis.
Propiti⁹ eſto, parce nobis dñe.
Propitius eſto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo, libera nos dñe.
Ab omni peccato, libera nos.
Ab ira tua, libera nos.
A ſubitanea, & improuiſa morte, libera nos.
Ab inſidijs diaboli, libera nos.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera nos.
A ſpū fornicationis, libera nos.
A fulgure, & tempeſtate, libera.
A morte perpetua, libera nos.
Per myſterium ſanctę incarnationis tuę, libera nos.
Per aduentum tuū, libera nos.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum, libera nos.
Per crucē, & paſſionē tuā, libe.
Per mortē & ſepulturā tuā, lib.
Per ſcāz Reſurrectionē tuā, li.
Per admirabilē Aſcenſionem tuam, libera nos.
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera nos.
In die iudicij, libera nos.
Peccatores, te roga. audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indulgeas, te roga.
Ut ad veram penitentiam nos perducere digneris. te roga.
Ut eccleſiā tuam ſanctā regere, & cōſeruare digneris, te rog.
Ut dominū apoſtolicum, & omnes eccleſiaſticos ordines, in ſancta religione cōſeruare digneris, te rogamus.
Ut inimicos ſanctę Eccleſię humiliare digneris, te rog.
Ut regib⁹ & principibus Chriſtianis, pacem, & verā concordiā donare digneris, te rog.
Ut cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rogamus.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio confortare, & conſeruare digneris, te rogamus.
Ut mentes noſtras ad cęleſtia deſideria erigas, te rogamus.
Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus.
Ut animas noſtras, fratrum, propinquorum, & benefactorū noſtrorū, ab ęterna damnatione eripias, te rogamus.
Ut fructus terrę dare, & conſeruare digneris, te rogamus.
Ut omnib⁹ fidelibus defunctis

Digitized by Google

requiem eternam donare di-
gneris, te rogamus audi nos.
Et nos exaudire digneris, te ro-
gamus, audi nos.
Fili Dei, te rogamus audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, exaudi nos domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata
mundi, miserere nobis.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ſecreto. ℣.
Et ne nos inducas in tẽtationẽ.
℟. Sed libera nos. Pſalmus.

Deus in adiutorium meũ
intende: domine ad adiu-
uandum me feſtina.
Confundantur ꝛ reuereantur:
qui querunt animam meam.
Auertantur retrorſum, ꝛ erube-
ſcant: qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcen-
tes: qui dicunt mihi, euge, euge.
Exultent ꝛ letẽtur in te omnes,
qui querunt te: ꝛ dicant ſemper,
magnificetur dominus, qui di-
ligunt ſalutare tuum.
Ego vero egenus, ꝛ pauper
ſum: Deus adiuua me.
Adiutor meus ꝛ liberator me-
us es tu: domine ne moreris.
Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ ſpũi ſãcto.
Sicut erat in principio, ꝛc.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Eſto nobis domine turris for-
titudinis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in
nobis. ℟. Et filius iniquitatis
non apponat nocere nobis.
℣. Dñe nõ ſm peccata noſtra fa-
cias nobis. ℟. Neqꝫ ſm iniqui-
tates noſtras retribuas nobis.
℣. Oremus ꝓ Põtifice nr̃o N.
℟. Dominus cõſeruet eum, ꝛ
viuificet eũ, ꝛ beatum faciat eũ
in terra, ꝛ non tradat eum in ani-
mam inimicorum eius.
℣. Oremꝰ ꝓ bñfactoribus nr̃is.
℟. Retribuere dignare dñe om-
nibꝰ nobis bona facientibus ꝓ-
pter nomẽ tuum, vitam eternã.
℣. Oremꝰ ꝓ fidelibꝰ defunctis.
℟. Requiẽ eternã dona eis do-
mine: ꝛ lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcãt i pace. ℟. Amẽ.
℣. Pro fratribꝰ nr̃is abſentibꝰ.
℟. Saluos fac ſeruos tuos
Deus meus ſperantes in te.
℣. Mitte eis dñe auxiliũ de ſctõ.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Dñe exaudi orationẽ meam.
℟. Et clamor meꝰ ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus.

Deus, cui proprium
eſt miſereri ſemper,
ꝛ parcere: ſuſcipe de-
precationẽ noſtrã:
vt nos, ꝛ omnes fa-
mulos tuos, quos delictorũ ca-
tena conſtringit, miſeratio tue
pietatis clementer abſoluat.

Exaudi

Digitized by Google

Exaudi, quęſumus domine, ſupplicum preces, ⁊ confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilem nobis domine miſericordiam tuã clementer oſtende: vt ſimul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas, ⁊ a pęnis quas pro his meremur eripias.

Deus, q̃ culpa offenderis, pęnitentia placaris, p̃ces populi tui ſupplicãtis ꝓpitius reſpice: ⁊ flagella tuę iracũdię, quę pro pctis nr̃is meremur, auerte.

Omnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo pontifici noſtro N. ⁊ dirige eum ſecundum tuã clementiam in viã ſalutis ęternę: vt te donãte tibi placita cupiat, ⁊ tota virtute pficiat.

Deus, a quo ſancta deſideria, recta cõſilia, ⁊ iuſta ſũt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacẽ: vt ⁊ corda nr̃a mãdatis tuis dedicata, ⁊ hoſtium ſublata formidine tpa ſint tua ꝓtectione, trãquilla.

Ure igne ſancti ſpiritus renes noſtros, ⁊ cor noſtrũ dñe: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, ⁊ mũdo corde placeamus.

Fidelium Deus omnium conditor, ⁊ redẽptor: animabus famulorum famularũq; tuarum remiſſionem cunctorũ tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationib⁹ cõſequãtur.

Actiones noſtras, q̃s dñe, aſpirando pręueni, ⁊ adiuuãdo proſequere: vt cũcta noſtra oratio, ⁊ operatio, a te ſemper incipiat, ⁊ per te cępta finiatur.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul ⁊ mortuorum: omniũq; miſereris, quos tuos fide, ⁊ opere futuros eſſe pręnoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel pręſens ſeculũ adhuc in carne retinet, vel futurũ iam exutos corpore ſuſcepit intercedentibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuę clementia, omnium delictorum ſuorum veniã conſequantur. Per dominum.

℣. Dñs vob. ℟. Et cũ ſpũ tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotẽs, ⁊ miſericors dominus. ℟. Amẽ.

℣. Et fideliũ aię p miſericordiã Dei regeſcãt in pace. ℟. Amẽ.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE.

Primum dicuntur Litanię breues ni hunc modum.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Sancta Maria ora pro eo.
Omñes ſci angeli, ⁊ archãgeli orate
Sancte Abel ora
Omnis chorus iuſtorum orate
Sancte Abraham ora

Sancte Johānes Baptiſta ora
Omnes ſancti Patriarche, ⁊ Prophete orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Johannes ora
Oēs ſci apli, ⁊ euāgeliſte orate
Oēs ſancti diſcipuli Dñi orate
Oēs ſancti Innocentes, orate
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora
Omnes ſancti martyres orate
Sancte Silueſter ora
Sancte Auguſtine ora
Omnes ſancti pontifices, ⁊ cō feſſores orate
Sancte Benedicte ora
Sancte Franciſce ora
Omnes ſancti Monachi, ⁊ Eremite orate
Sācta Maria Magdalena ora
Sancta Lucia ora
Oēs ſctē virgines ⁊ vidue orate
Omnes ſancti, ⁊ ſancte Dei intercedite pro eo.
Propitius eſto, parce ei dñe.
Propitius eſto, libera eum dñe.
Ab ira tua libera
A mala morte libera
A periculo mortis libera
A penis inferni libera
Ab omni malo libera
A poteſtate diaboli libera
Per natiuitatem tuam libera
Per crucē, ⁊ paſſionē tuā, libe.
Per mortē, ⁊ ſepulturā tuā, lib.
Per glorioſam reſurrectionem tuam libera
Per admirabilem Aſcenſionē tuam libera
Per gratiam ſpiritus ſancti paracliti, libera
In die iudicij libera
Peccatores te rogamus.
Ut ei parcas, te rogamus.
Kyrie el. Chriſte ele. Kyrie ele.
Deinde cū in agone ſui exit⁹ aīa anxiat, dicant ſeq. orōnes. Oro.

Proficiſcere aīa Chriſtiana de hoc mundo, In noīe dei pris oīpotētis, q te creauit, In noīe Jeſu Chriſti filij dei viui q p te paſſus eſt, In noīe ſpiritus ſancti q in te effuſus eſt, In noīe angelorum ⁊ archangelorum, In nomine thronorum ⁊ dominationū, In nomine principatuū, ⁊ poteſtatū, In noīe Cherubim ⁊ Seraphim, In noīe patriarcharum ⁊ prophetarum, In nomine ſanctorum apoſtolorum ⁊ euangeliſtarū, In nomine ſanctorum martyrum ⁊ cōfeſſorū, In nomine ſanctorū ſacerdotū, monachorū ⁊ eremitarum, In nomine virginū, ⁊ omniū ſanctorum ⁊ ſanctarum Dei. Hodie ſit in pace locus tuus, ⁊ habitatio tua ſit in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum dnm noſtrum. R. Amē. Oro.

Deus miſericors, Deus clemens, Deus q ſcdm multitudinē miſerationū tuarum peccata penitentiū deles, ⁊ preteritorum criminum culpas venia remiſſionis euacuas, reſpice ppitius ſup hunc

Digitized by Google

hunc famulus tuus N. ꝛ remiſſionē ſibi oium peccatorū ſuorū tota cordis cōfeſſione poſcentē, deprecatus exaudi. Renoua in eo pyiſſime pater quicquid terrena fragilitate corruptum, vel qcquid diabolica fraude violatum eſt: ꝛ vnitati corporis Eccleſię membrum redemptionis annecte. Miſerere domine gemituū, miſerere lacrymarū eius, ꝛ nō habentē fiduciā niſi in miſericordia tua, ad tuę ſacramentū recōciliationis admitte. Per Chrm dnm nrm. ℞. Amen.

Commendo te omnipotēti deo cariſſime frater, ꝛ ei cuius es creatura cōmitto: vt cum humanitatis debitū morte interueniente perſolueris, ad auctorē tuū, q te de limo terrę formauerat reuertaris. Egredienti itaq animę tuę de corpore, ſplendidus angelorū cętus occurrat: Iudex apoſtolorum tibi ſenatus adueniat: Candidatorum tibi martyrū triūphator exercitus obuiet. Liliata rutilantiū te confeſſorū turma circūdet: Iubilātiū te virginū chorus excipiat, ꝛ beatę quietis in ſinū patriarcharū te cōplexus aſtringat: mitis atq feſtiuus Chriſti Ieſu tibi aſpectus appareat, q te inter aſſiſtentes ſibi iugiter intereſſe decernat. Ignores omne quod horret in tenebris, qd ſtridet in flāmis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus ſatanas cū ſatellitibus ſuis: in aduētu tuo te comitantibus angelis cōtremiſcat, atq in ęternę noctis chaos immane diffugiat. Exurgat deus, ꝛ diſſipentur inimici eius, ꝛ fugiant qui oderūt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei: ꝛ iuſti epulentur, ꝛ exultent in cōſpectu Dei. Cōfundātur igitur ꝛ erubeſcāt oēs tartareę legiones, ꝛ miniſtri ſatanę iter tuum impedire non audeant. Liberet te a cruciatu Chriſtus, q pro te crucifixus eſt. Liberet te a morte Chriſtus, q pro te mori dignatus eſt. Cōſtituat te Chriſtus filius dei viui, intra paradiſi ſui ſemp amęna vireta, ꝛ inter oues ſuas te verus ille paſtor agnoſcat. Ille ab omnibus peccatis tuis te abſoluat, atq ad dexterā ſuā in electorū ſuorū te ſorte cōſtituat. Redēptorē tuū facie ad faciē videas: ꝛ pręſens ſemp aſſiſtēs, manifeſtiſſimā beatis oculis aſpicias veritatē. Conſtitutus igitur inter agmina beatorū, cōtemplationis diuinę dulcedine potiaris in ſecula ſeculorū. ℞. Amen.

Suſcipe dne ſeruū tuū in locū ſperādę ſibi ſaluationis a miſericordia tua. ℞. Amē.

Libera dne animam ſerui tui ex omnibus periculis inferni ꝛ de laqueis pęnarum, ꝛ ex omnibus tribulationibus. ℞. Amē.

Libera

Libera dñe aīam serui tui, sicut liberasti Enoch, ⁊ Eliam de cōmuni morte mundi. ℟. Amē.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amen.

Libera domine aīa₃ serui tui, sicut liberasti Abraham de Vr Chaldeorum. ℟. Amen.

Libera dñe animā serui tui, sicut liberasti Job de passionibus suis. ℟. Amen.

Libera dñe aīam serui tui, sicut liberasti Isaac de hostia, ⁊ de manu patris sui Abrahę. ℟. Am̄.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti Loth de Sodomis ⁊ flamma ignis. ℟. Am̄.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. ℟. Amen.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti Danielem de lacu leonum. ℟. Amen.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti tres pueros de caminio ignis ardentis, ⁊ de manu regis iniqui. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Susanna₃ de falso crimine. ℟. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Dauid de manu regis Saul, ⁊ de manu Golię. ℟. Amen.

Libera dñe animam serui tui, sicut liberasti Petrum ⁊ Paulu₃ de carceribus. ℟. Amen.

Et sicut beatissimā Theclā, virginem ⁊ martyrem tuam, de tribus attrocissimis tormentis liberasti: sic liberare digneris animam serui huius ⁊ tecum facias in bonis congaudere celestibus. ℟. Amen. Oratio.

Commēdam⁹ tibi dñe aīa₃ famuli tui ℟. precamur q₃ te dñe Jesu Christe Saluator mundi, vt ꝓpter quā ad terrā misericorditer descendisti, patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce dñe creaturam tuam non ex dijs alienis creatam, sed a te solo Deo viuo ⁊ vero: qꝛ nō est alius Deus pręter te, ⁊ nō est secundum opera tua. Lętifica dñe animam eius in conspectu tuo, ⁊ ne memineris iniquitatu₃ eius antiquarū, ⁊ ebrietatum, quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij. Licet enim peccauerit, tamē patre₃, ⁊ filiū, ⁊ spiritum sanctū nō negauit, sed credidit: ⁊ zelum Dei in se habuit, ⁊ deum, qui fecit oia adorauit. ℟. Am̄. Oratio.

Delicta iuuentutis, ⁊ ignorantias eius, q̄s, ne memineris dñe: sed ꝯm misericordia₃ tuam memor esto illius in gloria claritatis tuę. Aperiantur ei cęli, collętentur illi angeli. In regnum tuum dñe seruum tuu₃ suscipe. Suscipiat eu₃ sanctus Michael archangelus Dei, qui militię cęlestis meruit principatum.

Ueniant illi obuiam sancti Angeli Dei, ꝛ perducant eum in ciuitatem cęlestē Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus apostolus, cui a Deo claues regni cęlestis traditę sunt. Adiuuet eū sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Johannes electus Dei apostolus, cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent pro eo oēs sancti apostoli, q̄bus a dño data est potestas ligādi atq; soluēdi. Intercedant pro eo oēs sancti Dei, q pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni celestis: pręstante Dño nostro Jesu Christo. Qui cum patre, ꝛ spiritu sancto viuit, ꝛ regnat secula seculorum. ℟. Amen.

Si anxiat adhuc ala dicant hi Psal. videlicet, Cōfitemini. 10 ꝛ totus ps. Bti immac. p hoss distributus. Egressa aūt ala dī hoc ℟. Subuenite sancti dei: occurrite angeli dñi. Suscipientes alam eius. Offerentes eā in cōspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christ⁹ q vocauit te, ꝛ in sinū Abrahę angeli deducāt te. Suscipiē. ℣. Requiē ęternā dona ei dñe, Et lux ppetua. Offerētes. Deinde Kyrie el. Chre el. Kyrie el. Postea P f nr. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Requiē ęternā dona ei dñe. ℟. Et lux ppetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe alam ei⁹. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amen. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobis. Oro.

Tibi dñe cōmendamus animā famuli tui N. vt defūctus sęculo tibi viuat: ꝛ q̄ p fragilitatē humanę cōuersationis peccata cōmisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christū dñm nostrū. Amen.

BENEDICTIO MENSAE.

Ante prādiū sacerdos bñdicturus mensā incipit Benedicite. Deinde dicat de ps. seq. Oculi oīum, ꝛ alij prosequantur. in te sperant dñe, ꝛ tu das escam illorum in tēpore opportuno: Aperis tu manū tuā, ꝛ imples omne animal bñdictione. Gloria. Kyrie el. Chre el. Kyrie el. Pater nr. ℣. Et ne nos. ℟. Sed lib.

Postea Sacerdos dicit.

Benedic dñe nos, ✠ ꝛ hęc tua dona, ✠ q̄ de tua largitate sum⁹ sūpturi. Per Christū dñm nrm. ℟. Am. Deīde lector dicit Jube dōne bñdicere. Bñd. Mensę cęlestis participes faciat nos rex ęternę glorię. ℟. Am. Interim dum comeditur, aliqd quod mētē eleuet deuote legat. Post prādiū agūt grās hoc mō. Dicto a lectore Tu aūt dñe miserere nostri. ℟. Deo gratias. Oēs surgūt, ꝛ sacerdos incipit ℣. Confiteantur tibi dñe opera tua. ℟. Et sancti tui benedicāt tibi. Glia. ℟. Sicut erat.

Postea

Poſtea Sacerdos dicit.

Agimus tibi gratias omnipotens Deus, pro vniuerſis beneficijs tuis. Qui viuis, ⁊ regnas i ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amē. Deinde alternatim dr ps. Miſerere. fo. 23. vel ps. Laudate dn̄m omnes gētes. 54. In fi. Gloria. ℟. Sicut. Kyrie el. Chꝛe el. Kyrie eleiſ. Sacerdos dicit. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. ℟. Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

℣. Benedicam dominum in omni tempoꝛe. ℟. Semper laus eius in oꝛe meo.

℣. In domino laudabitur anima mea. ℟. Audiant manſueti, ⁊ letentur.

℣. Magnificate dominum mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in idipſum.

℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc: ⁊ vſque in ſeculum. Oꝛemus.

Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus ꝓpter nomen ſanctū tuū vitam eternam. ℟. Amē. ℣. Benedicam⁹ dn̄o. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium anime per miſericoꝛdiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amē. Pr̄ nr̄. ſecr. Quo finito dicit Sacerdos.

Deus det nobis ſuā pacē. ℟. Amē. ¶ Ante cenā Sacerdos benedicturus menſam incipit. Benedicite. Et alij repetunt. Benedicite. Deinde Sacerdos incipit ℣. ⁊ alij pꝛoſequuntur.

Edent pauperes, ⁊ ſaturabuntur, ⁊ laudabūt dn̄m qui requirunt eum: viuent coꝛda eorum in ſeculū ſeculi. Gloria pa. Sicut erat. Kyrie el. Chꝛiſte el. Kyrie eleiſon. vt ſupꝛa in pꝛandio. In fine Cenę dr ℣ Memoriā fecit mirabiliū ſuoꝛū miſericoꝛs ⁊ miſeratoꝛ dominus: Eſcā dedit timētibus ſe. Gloria pa. Sicut.

Sacerdos dicat.

Benedictus Deus in donis ſuis, ⁊ ſanctus in omnibus operib⁹ ſuis. Qui viuit, ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen. Deinde alternatiꝫ dr ps. Laudate dn̄m oēs gentes. Et reſ. vt ſup. ¶ Quādo ſemel comeditur omnia dicūtur vt in Cęna. ¶ Predictus modus benedicēdi menſaꝫ, ⁊ agēdi gr̄as ſeruatur omni tpe: pter q̄ꝫ dieb⁹ infraſcriptis: q̄bus ℣ſi. ⁊ Pſalmi tm̄ variant. ¶ In Nati. Dn̄i, ⁊ p Octa. dr ℣. Verbum caro factuꝫ eſt, halab. ℟. Et habitauit in nobis, hal. Gloria patri. Sicut erat. In fine dicitur ℣. Notum fecit dn̄s, halab. ℟. Salutare ſuum, hal. ⁊ alia vt ſup. ps. Cātate. v. 45. vel Laudate dn̄ꝫ oēs gē. 54. qui pſal. ſemꝑ ad beneplacituꝫ dici poteſt etiā in alijs ſolēnitatibus. ¶ In Epiph. ⁊ p totā Octa. ℣. Reges Tharſis, ⁊ Inſulę munera offerent, hal. ℟. Reges Arabū, ⁊ Saba dona adducent, hal.

Gloria

Gloria. Sicut erat. In fi. dr ℣. Oẽs de Saba veniẽt, halab. ℟. Aurũ, ⁊ tus deferentes, halab. Gloria pa. ps. De⁹ iudiciũ. 35.

¶ In Cena Dñi dr abſolute, ⁊ ſine nota ℣ſi. Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs vſq3 ad mortẽ. Deinde Pater noſter. totũ ſecr. Quo dicto ſine pronunciatione aliqua ſacerdos ſigno crucis benedicit mẽſas: nec dr Iube dõne. nec Tu autem. In fine repetit ℣. Chriſt⁹ fact⁹. vt ſup. poſtea ps. Miſerere. 23. Quo finito ſine ℣. Gloria patri, ſecre. dr Paternr. Deinde Sacerdos dicit abſolute oẽnẽ. Reſpice q̃s. vt in offõ. ⁊ non pronunciatur Qui tecu3. nec Fidelium animę. ſed ſecre. dicit̃ Paternoſter. nec additur Deus det nobis ſuam pacem.

¶ In Paraſceue eodẽ modo fit ſicut in cęna Domini, ſed additur ad ℣. Chriſtus factus eſt pro nobis. Mortem autem crucis.

¶ Sabbatho Sãcto ad Benedicendum Menſas dicit̃ ℣. Benedicite. ℟. Benedicite. ℣. Veſpere autẽ Sabbathi, quę luceſcit in prima Sabbathi, halab. ℟. Venit Maria Magdalene, ⁊ altera Maria videre ſepulcrum, halab. Gloria. In fine repetitur ℣. Veſpere autẽ. vt ſupra cum Gloria patri. ℟. Sicut. ps. Laudate dñm oẽs gentes. 94. cum Gloria patri. Ky. ⁊ Ch. Kyrie el. Pr. a alia vt ſup. ... Benedictione.

¶ In die Paſchę, ⁊ deinceps vſq3 ad Cęnam ſequentis Sabbathi excluſiue ad benedicendũ menſas dicitur ℣. Hęc dies quã fecit dominus, haleluiah. ℟. Exultemus ⁊ lętemur in ea, haleluiah. Gloria patri. In fine dicitur Hęc dies quam. cu3 Gloria patri. ps. Confitemini. 10.

¶ In Aſcẽſione Domini ⁊ per Octauã ℣. Aſcendit Deus in iubilatione, haleluiah. ℟. Et dominus in voce tubę, halab. Gloria patri. In fine dicitur Aſcẽdens Chriſtus in altum, haleluiah. ℟. Captiuam duxit captiuitatẽ, halab. Gloria pa. ps. Oẽs gẽtes. 27. vel Laudate dñs.

¶ In Pentecoſte ⁊ p Octa. ℣. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ, halab. ℟. Et hoc quod cõtinet omnia ſciẽtiã habet vocis, halab. Gloria. In fine dicit̃ ℣. Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſancto, halab. ℟. Et cęperũt loq. hal. Gloria. ps. Magnus dñs. 27 vel Laudate dñm. Alia vt ſup.

ITINERARIVM.

Clericus in ipſo itineris ingreſſu, dicat q̃ ſequũtur in ſingulari, ſi ſol⁹ fuerit: ſi cum ſocijs, in plurali. Aã. In viã pacis. Cãt. Bñdict⁹ dñs De⁹ Iſra. 10. In fi. Gloria. Poſtea repetatur Aña. In viã pacis, ⁊ proſperitatis dirigat me, ſi fuerit ſolus, nos, ſi fuerint ſocij, omnipotẽs, ⁊ miſericors domin⁹, ⁊ Angelus Raphael comitetur mecum, vel nobiſcum

nobiſcū ſit, in via, vt cum pace, ſalute, & gaudio reuertar, vel reuertamur ad propria. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. Et ne nos indu.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperātes in te.
℣. Mitte nobis dn̄e auxiliū de ſancto. ℟. Et de Siō tuere nos.
℣. Eſto nobis domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicꝰ in nobis. ℟. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis.
℣. Benedictꝰ dn̄s die quotidie.
℟. Proſperū iter faciat nobis Deus ſalutarium noſtrorum.
℣. Vias tuas domine demonſtra nobis.
℟. Et ſemitas tuas edoce nos.
℣. Vtinā dirigātur viæ noſtræ.
℟. Ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.
℣. Erunt praua in directa.
℟. Et aſpera in vias planas.
℣. Angelis ſuis Deus mandauit de te. ℟. Ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Dn̄e exaudi orationem meā.
℟. Et clamor meꝰ ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpū tuo. Oremus.

DEus, q filios Iſrael per maris medium ſicco veſtigio ire feciſti: quiq; tribus Magis iter ad te ſtella duce pādiſti: tribue nobis, quæſumus, iter proſperū, tēpuſq; tranquillū: vt angelo tuo ſancto comite, ad eū quo pergimꝰ locū, ac demum ad æternæ ſalutis portū peruenire feliciter valeamus.

DEus, qui Abrahā puerū tuum, de Vr Chaldeorū eductum, per omnes ſuæ peregrinationis vias illæſum cuſtodiſti: quæſumus, vt nos famulos tuos cuſtodire digneris: eſto nobis domine in procinctu ſuffragiū, in via ſolatiū, in æſtu vmbraculū, & in pluuia, & frigore tegumentum: in laſſitudine vehiculum, in aduerſitate præſidiū, in lubrico baculus, in naufragio portus: vt te duce, quo tendimus proſpere perueniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

ADeſto, quæſumus dn̄e, ſupplicationibus noſtris, & viā famulorū tuorū in ſalutis tuæ proſperitate diſpone: vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates, tuo ſemper protegamur auxilio.

PReſta quæſumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam ſalutis incedat: & beati Johannis præcurſoris hortamēta ſectādo, ad eū, quē prædixit, ſecura perueniat dn̄m noſtrū Jeſum Chriſtum filium tuū. Qui tecum viuit, & regnat in vnitate ſpiritus ſancti Deus per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen.
℣. Procedamus in pace.
℟. In nomine domini. Amen.

Finis Breuiarij romani.

Digitized by Google

REGISTRVM.

* ** *** ****

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk
Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Sſ Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii
Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr
Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz

Aaaa.

Omnes ſunt Quaterniones, præter **, Duernionem.

VENETIIS, Apud Ioannem Variſcum, & Socios.
M D LXXV.

Digitized by Google